

L. ANNAEVS

2691

SENECA
A
ANTONIO. MURETO
ORRECTVS. ET. NOTIS
ILLVSTRATVS

MATTHAEVM. CONTARELLVM

S. STEPHANI. IN. MONTE. CAELIO

S. R. E. PRESB. CARDINALEM

CVM PRIVILEGIO.



SVPERIORVM PERMISSV.

M AE, Apud Bartholomeum Graffium.

CIC. ID. XXCV.



1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32

? 4.00 40 *Gaffa* / MADE IN SPAIN

L. ANNAEVS

2631

SENECA
A
M. ANTONIO. MURETO
CORRECTVS. ET. NOTIS
ILLVSTRATVS

AD. MATTHAEVM. CONTARELLVM

TT. S. STEPHANI. IN. MONTE. CAELIO

S. R. E. PRESB. CARDINALEM

CVM PRIVILEGIO.



SVPERIORVM PERMISSV.

ROMAE, Apud Bartholomeum Grafiū.

CIC. ID. XXCV.



FRANCISCVS· BENCIVS
SACERDOS· SOCIETATIS· IESV
MATTHAEO· CONTARELLO
CARDINALI· AMPLISS.

S. P. D.



ANTONIVS MVR ET VS, cuius morte
incredibilem sane plagam acceperunt studia littera-
rum: quo erat accerrimo iudicio in diligendis scripto-
ribus, qui erant legendi; ac studio, in assidue peruo-
lutandis ijs, quos semel delegerat: L. Annæum Se-
necam tanti faciebat, vt eum nō modo vt sapientif-
simum, quod omnes fatentur, verum etiam vt di-
sertissimum, quod negant nonnulli, laudaret audo-
rem. Ab hoc enim ille non tantum praecepta viuen-
di, sed etiam ornamenta eloquendi peti posse dice-
bat. Nimirum eius orationem pressam quidem esse ac subtilem, sed concinnam,
ac splendida m, plenissimamq. grauitatis: sententias enim ipsas ita frequentes, vt
aequent prope numerum verborum, verba autem ita inter se apta & cohaeren-
tia, vt nullum mouere loco possit, substituendi alterius gratia, quin corrumpatur;
nullum tollere, quin concidat oratio. Ex quo, idem profitebatur, ab eius se lectio-
ne meliorem quidem semper, & ad humana despicienda paratiorem; sed tamen or-
natior etiam, ad dicendum, scribendumque instruaciorem discedere. Hinc sae-
pe illum in manibus habebat, sedulo euoluebat, & cupiebat, cumdem vt fructum
ex eo perciperent homines erudit, quamemendatissimum ipsorum in manus perve-
nire. Multas enim infidelle intelligebat in Seneca maculas, & librariorum incu-
ria, & temporum longinquitatem; multa subesse menda, vt ad perfecte cum intelli-
gendum, illae eluenda, & haec corrigenda esse viderentur. Et nouerat sane
aliquot in eo perpurgando atque illustrando, viros doctos, nec sine labore, & cum
laude, versatos: quibus etiam gratias agebat: sed, vt in agro multis vnde dume-
tis, ac reprobis septo, non mirum esse addebat, si superessent aliqua, in quibus ipse
euellendis operam poneret: non ignarus, fore vt multa etiam posteriorum industriae
relinquerentur. Ergo quantum sollertia, doctrinaq. poterat (erat enim is, quod
constat inter omnes, de locis auditorum corruptis recte iudicaret, & de emen-
dandis acute coniceret,) qua ingenio auctore, qua adiutoribus codicibus peranti-
quis, quibus rebatur plurimis, conabatur afferre lucem rebus obscurioribus: ve
videlicet Senecæ amatores suo vel adiuuaret labore, vel incitaret exemplo. Cum
igitur

igitur non paucos annos in eo opere, studioque consumpsisset, idque percrebuisse multorum sermonibus, non defuerunt, qui agerent, & coram, & per litteras, cum viro humanissimo, ut proferret tandem aliquando, quod tulerat diu, nec tamdiu pergeret, & sibi, & alijs inuidere: sibi quidem gloriam, alijs vero viilitatem per magnam, cum pari voluptate coniunctam: quamquam illud ipsum, quod dicebant de gloria, hincinē minime permouebat, vel quod contentus ea esset, quā erat antea consecutus, vel quod aetate ingrauescente, vir Christianus, & pius, utpote iam sacerdotio praeditus, quod diligenter colebat, de aeterna illa ac solida cogitans, quam exspectabat à Deo, breuem hanc, & inanem, quae tribuitur ab hominibus, gloriam, deficiendam putaret. Plus ponderis habebat sperata aliorum viilitas, cui pro virili parte consulebat: et si hanc etiam aperte praedicebat (si velles credere homini res suas extenuanti) aut nullam omnino, aut parvam certe, atque exiguum futuram. Sed vicerunt tamen iteratae ac iustiae multorum preces. Plurimum etiam tua apud eum potuit, Cardinalis illustrissime, auctoritas, cui Senecam ipsum ope sua correctum, & scholijs illustratum, multis iam annis ante desponderat. quod diffirre diutius non debuit. Quippe non solum ob veterem bencvolentiam, & integratatem morum tuorum, quibus cum tibi perpetuo deuinixisti, id est, ob virtutem tuam, sed ob multa etiam beneficia, quae abs te accepisti praedicabat, tantum se tibi debere gloriabatur, nullum ut tibi honorem tribuere non debitum posset. Cuius rei virtusque, et si domi suac, quam emerat honestissimam, extat testimonium, in geminis quaeponi iussit. Amplitudinis tuae insignibus, curandum etiam putavit, ut publice appareret, ac posteritas omnis intelligeret, cum maximis tuis muneribus cumulatum, illud habuisse semper in animo, ut quandoquidem tibi referre gratiam quantam vellet, non paterat, haberet saltem quantum maximam posset. Ita, Senecae emendationem, iam pridem, ut dicebam, inchoatam, & paene perfectam proferre coepit in luce, ut in tuo nomine appareret. Cui emendationi, ut hoc interea non omittam, addidit quidem breves notas, & paucas ad finem librorum singulorum, quae videbantur tum magis illustres, tum etiam necessariae: sed multa, quae nemo negabit, si hanc editionem consulterit cum alijs, coniecta verissime, propterea praetermissa, quod ea tum leuia esse ac minutā, tum vero aperta, & rata omnibus futura, iudicaret. Neque enim, ut praemonui, hac in re honori velificabatur suo, sed commodo aliorum. Vtinam vir summus, quod erat exorsus, ac prope ad exitum perduxerat, confidere totum, & pertexere potuisse: per pauca in Seneca defideruntur. Verum vixdum absoluera Naturales quaestiones, cū à Deo, ut speramus, euocatus ad diuina contemplanda, humana deseruit. Sed nolo augere dolorem retractando. Muretus quidem ipse talis fuit, ac tantus in omni genere humanitatis, ut eius eruditionem & eloquentiam, magis iam sint intellecturi homines carente, ut sit in rebus bonis, quam antea intelligebant, fruendo. In Naturalibus igitur quaestionibus defecit Muretus. Quod tamen cum fateor, nolim censeat quissimam, absum penitus fuisse in hoc volumine, de ijs, quae sequuntur, id est de Seneca: rhetore, quem philosophi patrem constat fuisse: itemque de ludo illo admodum festivo, quem Cassius Dio, ioculari sane nomine, Διονεοδονεών appellat. Nam complures lacunas, quae erant in Controversijs, et si non omnes, (quis enim hoc morta-

lium praestet?) complexit ex codice multae aetatis (&) fidei, de bibliotheca Vatica- na, quē ut deferret domū, eoq. commode vteretur, interprete Sirleto Cardinali optimo, sanctissimus permisit Pontifex G R E G O R I U S: qui etiam cū ab eo, anno superiore, multis precibus Muretus iam affecta valetudine, & publice docendo fessus (annos enim unum & viginti Romae docuit) missionem impetrasset, quod iam sibi vivere diceret velle, & perpolire quae habebat informata, ut Senecam, & gestu, & voce ostendit, Senecac sibi edendi consilium mirifice probari. Ludus vero tametsi multo melior exisset viuente Mureto, tamen & propter operis breuitatem, & propter multa, quae inter versus interiecta, & ad extremam libri oram adscripta inuenisse se affirmant ij, quibus mandatum est, ut exhiberent operis, quae erant excudenda; non magnam admodum iacturam factam existimo: ita accipientes quod datum est, gratiam, opinor, habebimus, quod fecit, quod omisit, ignoramus: & in altero quidem non minus eum fecisse arbitrabimur, quam fecerunt alijs in altero vero non plus potuisse facere, quam vita pateretur. Certe quidquid est, in hoc quoque intelligent aequi rerum existimatorem, quaecumque umquam litteris mandauit Muretus, commendari eruditorum omnium lectiōne debere. Huc quidem operi summa accedit auctoritas, tum quod prodit extrellum à magnitudine illius ingenij immortalis, tum quod cum tibi destinatum nuncupetur ab eius herede fratri filio, exit ornatum amplitudine nominis tui. Et cupiebat sane adolescentulus eximia indole virtutis, arque ingenij, ut ad se intelligit non magis hereditatem patrui, & similitudinem nominis, quam factorum imitationem pertinere, ab hoc officio ducere commendationem ineuntis aetatis: sed quoniam nec tuae neficiis dignitatis, & conscientis imbecillitatis suae, recusabat tollere onus, quod perferre non posset, suo quasi iure, hoc est, patrui nomine, à quo mihi fuit moriente commendatus, rogauit me, atque obsecravit, suas ut partes susciparem, atque hoc tibi à patruo quidem debitum, à se vero munus, offerrem: quamquam ab utroque debitum: cum quae abs te in Muretum maiorem profecta sunt officia, pleraque in minore redundarint. Quod equidem praeficti non inuitus, quoniam eadem opera & obsequabar iusta postulanti, & mei etiam Superioribus, Patribus Societatis IESU, qui plurimum se tibi debere profitebantur, me rem gratam facturum omnibus arbitrabar. Accipe igitur à Mureto iuniore, praefantisimum, grauissimumq. scriptorem Senecam, summi illius Mureti opera castigatum, CONTARELLA Cardinalis: quem et si cum leges recordaberis, Mureto seniori Senecam prope necem attulisse, illud tamen erit solutum, quod cum in omni aetate teretur manibus omnium, & tuae erga Muretos humanitatis fama numquam consenescet: & ipsorum erga Amplitudinem tuam pietatis nec commemoratione intermitteretur, nec memoria delibetur. Vale.

SEN E C A E · L I B R O R V M
E L E N C H V S .

663
664

	pag.s
De beneficijs, ad Ebucium Liberalem, libri viij.	7
Epistolae, ad Lucilium, cxxiv.	224
De prouidentia, liber vnum.	233
Excerpta quaedam e libris Senecae,	236
De ira, ad Nouatum, lib. iij.	269
De clementia, ad Neronem Caesarem, lib. ij.	282
De vita beata, ad Gallionem fratrem, lib. i.	283
De tranquillitate animi, ad Serenum, lib. i.	293
Quod in sapientem non cadat iniuria, ad Serenum.	302
De breuitate vitae, ad Paulinum, lib. i.	313
De consolatione, ad Polybium, lib. i.	322
De consolatione, ad Marciam, lib. i.	329
De consolatione, ad Heluiam matrem, lib. i.	348
Naturalium quaestionum, ad Lucilium, lib. viij.	350
Controuersiarum, ad Nouatum Senecam, & Melam filios, lib. x.	418
Suaforiarum, lib. i.	624
Claudij Caesaris Apocolocynthosis.	827



M[·] A N T O N I I M V R E T I
T V M V L V S.



HIC. MARCI. CAROS. CINERES. ROMA. INCLYTA. SERVAT
QVOS. P^ATRIA. OPTASSET. GALLIA. HABERE. SIN
STAT. COLLE. HORTORVM. TVMVLVS. STAT. PROXIMVS. ASTRIS
QVAE. PROPIVS. PYRO. CONTIGIT ILLE. ANIMO
TV. SACROS. LATICES. LACRVMANS. ASPERGE. VIATOR
ET. DIC. HEV. LINGVAE. HIC. FVLMINA. FRACTA. IACENT

L A N N A E I S E N E C A E
A D E B U C I V M L I B E R A L E M
D E B E N E F I C I I S

Liber Primus

E M E N D A T V S E T B R E V I B V S N O T I S I L L V S T R A T V S

A M A N T O N I O M V R E T O.

C A P . I .

NTER multos ac varios errores temere inconsulteque viuentium nihil pro-
pemodum, optime Liberalis, dixerim nocentius, quām quōd beneficia nec da-
re scimus, nec accipere. Sequitur enim, vt male collocata, male debeantur, de
quibus non redditus, sero querimur. ista enim perierunt, cū darentur. Nec mi-
rum est, inter plurima maximaque vitia, nullum esse frequentius, quām ingra-
ti animi. Id evenire ex pluribus causis video. Prima illa est, quōd non eligimus
dignos, quibus tribuamus: sed nomina facturi, diligenter in patrimonium &
vāla debitoris inquirimus: semina in solum effertum & sterile non spargimus:
beneficia sine vilo delectu magis projicimus, quām damus. Nec facile dixerim, vtrum turpius sit infi-
tiari, an repeteri beneficium. Id enim genus huīus crediti est, ex quo tantum recipiendum sit, quantum
viro refertur: decoquere vero fedissimum ob hoc ipsum, quia non opus est ad liberandum fidem fa-
cultatibus, sed animo. Reddit enim beneficium, qui libenter debet. Sed cum sit in ipsis crimen, qui ne
confessione quidem grati sunt, in nobis quoque est. Multos experimur ingratis, plures facimus: quia
alias graues exprobratores exactoresque sumus, alias leues, & quos paulo post munera sui paeniteat,
alias queruli, & minima momenta calumniantes. Ita gratiam omnēm corrumpimus, non tantum post-
quam dedimus beneficia, sed dum damus. Quis enim nostrum contentus fuit, aut leuiter rogari, aut se-
mel? Quis non, cū aliquid à se peti suspicatur est, frontē adduxit, vultū auerit, occupationes simulauit,
longis sermonibus, & de industria non inuenientibus exitum, occasione petendi abstulit, & varijs arti-
bus properantes necessitates elicit? In angusto vero comprehensus, aut distulit, id est, timide negauit, aut
promisit: sed difficulter, sed subductis supercilij, sed malignis, & vix exentibus verbis? Nemo autem
libenter debet, quod non accepit, sed expressit. Gratus esse aduersus eum quisquam potest, qui benefi-
cium aut superbe iniecit, aut iratus impegit, aut fatigatus, vt molestia careret, dedit? Errat, si quis sperat
responsum sibi, quem dilatione laßauit, expectatione torfit. Eodem animo beneficium debetur, quo
datur: & ideo non est negligenter dandum. Sibi enim quisque debet, quod à neglegente accepit. Nec
tarde quidem: quia quam in omni officio magni aestimetur dantis voluntas, qui tarde fecit, diu noluit.
Vtique non contumeliose. Nam cum ita natura comparatum sit, vt altius iniuria, quam merita descen-
dant, & illa cito defluant, has tenax memoria custodiat: quid expectat qui offendit, dum obligat? Satis
aduersus illum gratus est, si quis beneficio eius signoscit. Non est autem quōd tardiores faciat ad bene-
merendum, turba ingratorum. Nam primum (vt dixi) nos illam augemus: deinde ne deos quidem im-
mortales ab hac tam effusa benignitate sacrilegi, negligentesque eorum, deterrent. Utuntur natura sua,
& cuncta, interque illa ipsos munerum suorum malos interpretes iuvant. Hos sequamur duces, quantū
humana imbecillitas patitur. Demus beneficia, non feneremus. Dignus est decipi, qui de recipiendo co-
gitauit, cum daret. At male cessit. Et liberi, & coniuges spem fefellent: tamen & educamus & dici-
mus. Adeoque aduersus experimenta pertinaces sumus, vt bella vieti, & naufragi maria repetamus.
Quanto magis permanere in dandis beneficijs decet? quae si quis non dat quia non recipit, dedit vt re-
cipere, bonaque ingratorum facit causam, quibus ita demum turpe est non reddere, si & licet. Quām
multi indigni luce sunt? & tamen dies oritur. Quām multi, quōd nati sunt, queruntur? tamē natura sobo-
lē nouā gignit, ipsosque qui non fuisse mallēt, esse patitur. Hoc & magni animi, & boni propriū est, non
fructum beneficiorum sequi, sed ipsa, & post malos quoque bonum quaerere. Quid magnifici erat mul-
tis prodeesse, si nemo deciperet? Tunc est virtus, dare beneficia: non vtique reditura, quorum à viro egre-
gio statim fructus perceptus est. Adeo quidem ista res fugare nos, & pigriores ad rem pulcherrimam
facere non debet: vt si spes mihi praecidatur gratum hominem reperiendi, malum non recipere benefi-
cia, quām non dare. Quia qui non dat, vitium ingrat antecedit. Dicam quod sentio. Qui beneficium
non reddit, non magis peccat, quām qui non dat. citius

*Beneficia in vulgo cum largiri institueris,
Perdenda sunt multa, vt semel ponas bene.*

A In prio-

ipſis certamen proponere, eos, quibus obligati sunt re, animo non tantum aequare, sed vincere. Quia
 33 qui referre gratiam debet, nunquam consequitur, niſi praecessit. Hi docendi sunt nihil imputare: illi
 plus debere. Ad hanc honestissimam contentionem, beneficij beneficijs vincendi, sic nos adhortatur.
 34 Chrysippus, vt dicat verendum esse, ne quia Charites Iouis filiae sunt, parum se grata gerere, sacra legiū
 35 sit & tā bellis pueris fiat iniuria. Tu me aliquid eorum doce, per quae beneficior, graviorque adier-
 sus bene merentes haīm, per quae obligantium, obligatorumque animi certent, vt qui praefiterint, obli-
 uiscantur, pertinax sit memoria debentium. Ita ete vero ineptiae poetis relinquuntur: quibus aures oble-
 gare propositum est, & dulcem fabulam necesse. At qui ingenia sanare, & fidem in rebus humanis re-
 tinere, memoriam officiorum ingerere animis volunt, serio loquuntur, & magnis viribus agant: niſi for-
 36 te existimas leui ac fabuloſo sermone, & anilibus argumentis prohiberi posse rem perniciolissimam, be-
 neficiorum nouas tabulas.

C A P. V.

37 SED quemadmodum superuacua transcurram, ita exponam necesse est, hoc primum, quid accepto
 beneficio debeamus. Debere enim dicit se aliis pecuniam quam accepit, aliis consulatum, aliis fa-
 cerdotium, aliis prouinciam. Ista autem sunt mieritorum signa, non inerita. Non potest beneficium ma-
 38 ri tangi: animo cernitur. Multum interest inter materiam beneficij, & beneficium. Itaque nec aurum,
 nec argentum, nec quicquam eorum quae a proximis accipiuntur, beneficium est, sed ipsa tribuentis vo-
 luntas. Imperiti autem id, quod oculis incurrit, & quod traditur, possideturque, solum notant: contra,
 illud quod in re carum atque pretiosum est, paruipendunt. Haec quae tenemus, quae aspicimus, in qui-
 39 bus cupidas nostra haeret, caducis sunt. Auferre ea nobis, & fortuna, & iniuria potest. Beneficium ve-
 ro, etiam amissio eo quod datum est, durat. Est enim recte factum, quod irritum nulla vis efficit. Ami-
 cum a piratis redem: hunc alias hostis exceptit, & in carcere condidit. non beneficium, sed ipsam be-
 neficij mei sustulit. Ex naufragio raptos, vel ex incendio liberos reddidi. Hos, vel moribus, vel aliqua for-
 tuita iniuria eripuit. Manet etiam sine illis, quod in illos datum est. Omnia itaque, quae falso benefi-
 cij nomen usurpant, ministeria sunt, per quae se voluntas amica explicat. Hoc quoque in alijs rebus eue-
 nit, vt aliubi sit species rei, aliubi ipsi res. Imperator aliquem torquis, murali, & cinica donat. Quid
 habet per se corona preciosum? Quid praetexta? Quid fasces? Quid tribunal. & curris? Nihil horum ho-
 nor est, sed honoris insignis. Sic nō est beneficium id, quod sub oculis venit, sed beneficij vestigium & nota.

C A P. VI.

Q Vid est ergo beneficium? Beneuola actio, tribuens gaudium, capiensque tribuendo, in id quod fa-
 cit, prona, & sponte sua parata. Itaq; non quid fiat, aut quid detur, refert, sed qua mente. Quia be-
 neficium non in eo, quod fit aut datur, conficit, sed in ipso datus aut facientis animo. Magnum autem
 esse inter ista discrimen, vel ex hoc intelligas licet, quod beneficium utique bonum est. Id autem quod
 fit aut datur, nec bonum nec malum est. Animus est, qui parua extollit, sordida illustrat, magna & in-
 precio habita dehon est. Ipsa, quae appetuntur, neutram, naturam habent, nec boni, nec mali. Id refert,
 quod illa rector animus, impellat, a quo forma datur rebus. Non est ergo beneficium ipsum, quod nume-
 ratur, aut traditur. Sicut nec in victimis quidem, licet opimae sint, auroque praefulgeant, deorum est ho-
 40 nos, sed piā ac recta voluntate venerantium. Itaque boni etiam farre ac fitilla religiosi sunt, mali rursum
 non effugiant impietatem, quamvis aras sanguine multo cruenterint.

C A P. VII.

S I beneficia in rebus, non in ipsa beneficiendi voluntate consistenter, eo maiora essent, quo maiora
 sunt, quae accipimus. Id autem falso est. Nonnunquam enim magis nos obligat, qui dedit parua
 magnifice: qui Regum aequauit opes animo: qui exigui tribuit, sed libenter: qui paupertatis suae obli-
 gatus est, dum meam respicit: qui non voluntatem tantum iuuandi habuit, sed cupiditatem: qui accipere
 se putauit beneficium, cum daret: qui dedit tanquam non recepturus, recepit tanquam non dedisset: qui
 occasionem qua prodesset, & occupauit & quaefauit. Contra, ingrata sunt (vt dixi) licet re ac specie ma-
 gna videantur, quae danti aut extorquentur, aut excidunt. Multoque gratius venit, quod facilis, quam
 quod plena manu datur. Exiguum est quod in me contulit, sed amplius non potuit. At id quod dedit,
 magnum est: sed dubitauit, sed distulit, sed cum daret, gemuit, sed superbe dedit, sed circumstulit, & pla-
 cere ei, cui praeftabat, noluit, ambitioni dedit, non mihi.

C A P. VIII.

41 S Ocrati cum multa multi pro suis quisque facultatibus offerrent: Aeschines pauper auditor, Nihil
 inquit, dignum te quod dare tibi possim, inuenio: & hoc modo pauperem me esse sentio. Itaque do-
 no tibi quod vnum habeo, Me ipsum. Hoc munus rogo qualemque est, boni consulas, cogite que alios
 cum multum tibi darent, plus sibi reliquisse. Cui Socrates: Quid ni tu, inquit, mihi magnum munus
 dederis, niſi forte patuo te aestimas? Habebo itaque curae, vt te meliore tibi reddam quam accepi. Vi-
 eit Aeschines hoc munere. Alcibiadis parem diuinitis animum, & omnium iuuenum opulentiorum
 munificentiam.

C A P. IX.

V Ides quomodo animus inueniat liberalitatis materiam, etiam inter angustias paupertatis. Vide-
 tur mihi dixisse: Nihil egisti fortuna, quod me pauperem esse voluisti. Expediā nihilominus di-
 gnūm

C A P. II.

IN priore versu utrumque reprehendas. Nam nec in vulgus effundenda sunt, & nullius rei, minime 22
 beneficiorū, honesta largitio est, quibus si detraxeris iudicium, desinunt esse beneficia: in aliud quod-
 libet incident nomen. Sequens versus mirificus est, qui vno bene posito beneficio, multorum amissorū
 damna solatur. Vide, oro te, ne hoc & verius sit, & magnitudini bene facientis aptius, vñ illūm horte-
 mur ad danda, etiam si nullum bene positurus est. Illud etiam falsum est. Perdenda sunt multa. Nullum 23
 perit, quia qui perdit, computauerat. Beneficiorum simplex ratio est, tantum eroga tu: si reddet aliquid,
 lucrum est; si non reddet, damnum non est. Ego illud dedi, vt dare. Nemo beneficia in kalendario 24
 scribi: nec auarus exactior ad horam & diem creditorem appellat. Nunquam illa vit bonus cogitat, niſi 25
 admonitus à reddente. Aliquo in formam crediti transeunt. Turpis feneratio est, beneficium expen-
 sum ferre. Qualisunque priorum eventus est, perseveru in alios conferre. Melius apud ingratos iace-
 bunt: quos aut pudor, aut occasio, aut imitatio aliquādo gratos poterit efficere. Ne celſaueris date: opus
 tuum perage, & partes boni vii exequere. Alium re, alium fide, alium gratia, alium confilio, alium pae- 27
 ceptis ſalutaribus adiuua.

C A P. III.

Officia etiam ferae sentiunt. Nec vñlum tam immanuetum animal est, quod non cura mitigeret, & in
 amore sui vertat. Leonum ora à magistris impune tractant. Elephontorum feritatem vñq; in fer-
 uile oblegium demeretur cibus. Adeo etiā quae extra intellectum atque aestimationē beneficij sunt
 posita, affidititas tamen meriti pertinacis euincit. Ingratus est aduersus vnum beneficium: aduersus alterum
 non erit, duorum obliuus est: tertium etiam eorum quae exciderunt, memoriam reducit. Is per-
 didit, qui cito se perdidisse credidit. At qui instat & onerat priora sequentibus, etiam ex duro & imme-
 mori peccatore gratiam extundit. Non audebit aduersus multa oculos attollere. Quocunque se verit,
 memoriam tui fugiens, ibi videat. Beneficij tuis illum cinge, quorum quae vis, quaeve proprietas
 sit, dicā, si prius illa, quae ad rem non pertinent, transilire mihi permiseris. Quare tres Gratiae, & qua-
 re forores sint, & quare manus implexis, quare ridentes, quare iuuenes, & quare virginis, soluta ac
 pellucida veste. Alij quidem videri volunt vnam esse, quae de beneficium: alteram, quae accipiat: ter-
 tiam, quae reddat. Alij tria beneficiorum genera, promerentium, redditum, simul & accipientium red-
 dentiumque. Sed utrumlibet ex ipsis iudica verum: quid ista nos iuuat scientia? Quid ille consertis mani-
 bus in se redeuntium chorus? Ob hoc, quia ordo beneficij per manum transeunt, nihilominus ad dan-
 tem reuertitur, & totius speciem perdit, si usquam interruptus est: pulcherrimus si cohaesit, & vices ser-
 uant. Ideo ridentes: quia promerentium vultus hilares sunt, quales solent esse & qui dant, & qui acci-
 pient beneficia. Iuuenes: quia non debet beneficiorū memoria senescere. Virginis: quia incorrupta
 sunt, & sincera, & omnibus sancta, in quibus nihil esse alligati decet, nec astricti. Solutis itaque tunicis
 vntuntur, pellucidis autem, quia beneficia compici volunt. Sit aliquis vñque eo Graecis mancipatus, vt
 haec dicat necessaria: nemo tamen erit, qui adam illud ad rem iudicet pertinere, quae nomina illis He-
 siodus imposuerit, cur Aeglen maximā natu appellauerit, mediā Euphrosynē, tertiam Thalian. Horū
 nominum interpretationem, & prout cuique vñsum est, deflectit, & ad rationem aliquam conatur per-
 ducere: cum Hesiodus pueris suis, quod voluit nomen imposuerit. Itaque Homerus vni mutauit, Pa-
 thean appellauit, & in matrimonio produxit, vt scias illas Vestales non esse. Inueniā alium poetā, apud
 quem praecingantur, & spissis auto Phrygianis prodéat. Ergo & Mercurius vñā stat: non quia beneficia
 oratio cōmenda, sed quia pictori ita visus est. Chrysippus quoque, penes quē subtile illud acumē est, &
 in imam penetrans veritatem, qui rei agendae causa loquitur, & verbis non vltra, quām ad intellectū fa-
 ris est, vñtūr, totum librum suum his ineptijs replet: ita vt de ratione dandi, accipiendo, reddendique be-
 neficij pauca admodum dicat. Nec his fabulas, sed haec fabulis inserit. Nam praeter ita quae Hecaton-
 scribit, treis Chrysippus Gratias ait Iouis & Eurynomes filias esse. Aetate autem minores quām Horas,
 sed meliuscula facie, & ideo Veneri datas comites. Matris quoq; nomen ad rē iudicat pertinere. Eury-
 nome enim dicitam, quia late patentis patrimonij sit, beneficia dividere: tanquam matri post filias fo-
 leat nomen imponi, aut poetae vera nomina reddant. Quemadmodum nomenclatori memoriae loco
 audacia est: & cuicunque nomen non potest reddere, imponit: ita poetae non putant ad rem pertinere,
 verum dicere, sed aut necessitate coacti, aut decoro corrupti, id quemque vocari iubent, quod belle fa-
 cit ad versum. Nec illis fraudi est, si aliud quid in censu detulerunt. Proximus enim poeta suum illas
 ferre nomen iubet. Hoc vt scias ita esse, ecce Thalia, de qua cum maxime agitur, apud Hesiodium Charis
 est, apud Homerum vñro Musa.

C A P. IV.

SE ne faciā, quod reprehendo, omnia ista, quae ita extra rem sunt, vt nec circa rem quidem sint,
 relinquā. Tu modo nos tuere, si quis mihi obicerit, quod Chrysippus in ordinem coegerim, magnū
 mehercule virum, sed tamen Graecum, cuius acumen nimis tenueret retinendit, & in se saepe replicatur.
 etiam cum agere aliquid videtur, pungit, non perforat. Hoc vero quod acumen est? De beneficij dicen-
 dum est, & ordinanda res, quae maxime societatem humanam alligat. Danda lex vitae; ne sub specie be-
 nignitatis in consulta facilitas placeat. Ne liberalitatem, quam nec deesse oportet, nec superfluere, haec
 ipsa obseruatio restringat, dum temperat. Docendi sunt libenter accipere, libenter reddere, & magnum
 ipsi

gnum huic viro munus; & quia de tuo non possum, de meo dabo. Neque est quod existimes illum vilē sibi fuisse, qui pretiū sē sui fecit. Ingeniosus adolescens inuenit quemadmodū Socratem sibi daret. Nō quanti quaeque sint, sed a quali dentur, perspicientium. Callidus non difficilem aditum praebet immo-
dica cupientibus: spesque in probas nihil re adiuturus verbis fouet. At eius peior est opinio, qui lingua asper, vultu graui, cum iniuria fortunam suam explicauit. Colunt enim, detestanturque felicem, & si potuerint, eadem facturi, odore facientem. Coniugibus alienis nec clam, sed aperte quidam ludibrio ha-
bitis, suas alij permisere. Rusticus, inhumanus, ac malevolus, & inter matronas abominandae condicōnis est; si quis coniugem in sellā prostare vetuit, & vulgo admis̄s⁹ inspectib⁹ veli vndeque perspi-
cuam. Si quis nulla se amica fecit insignem, nec alienae vxori aemulum praefat, hunc matronae humi-
lem, & sordidae libidinis, & ancillariolum vocant. Hinc decencissimum sponsaliorum genus est adulte-
rium: & in consensu vidui caelibatus, nemo vxorem duxit, nisi qui abduxit. Nihil penſi habere, pauper
tatem alienam contemnere, suam timere, nullum aliud vereri malum: non parcere iniurijs, perturbare
imbecilliores, vi, ac metu premere. Nam prouincias spoliari, & nummatum tribunali, audita vtrinque li-
citatione alteri addici, non mirum: quando quae emeris, vendere, gentium ius est.

C A P . X .

SED longius nos impetus euehit, prouocante materia. Itaque sic finiamus, ne in nostro saeculo cul-
pa subsidat. Hoc maiores nostri questi sunt, hoc nos querimus; hoc posteri nostri querētur, eueros.
esse mores, regnare nequit iam, in deterius res humanas, & in omne nefas labi. At ista stant loco eodem,
stabuntque, paululum dunitaxat vltro aut citro mota: vt fluctus quos aestus accedens longius extulit, re-
cedens interior litorum vestigia tenuit. Nunc in adulteria magis, quam in alia peccabitur, abrum per-
que fraenos pudicitia: nunc coniugiorū vigebit furor, & foedissimum patrimoniorum exitium culi-
na: nunc cultus corporum nimius & formae cura, corpore prae se ferens animi deformitatem: nunc in
petulantiam & audaciam erumpet male disperdata libertas: nunc in crudelitatem priuatam, ac publicā
ibit, bellorumque ciuilium insaniam, qua omne sanctum ac sacrum profanetur. Habebitur aliquando
ebrietati honor, & plurimum meri cepisse virtus erit. Non stant vno loco vitia: sed mobilia & inter se
dissentientia tumultuantur, pellunt inuicem, fuganturque. Ceterum idem semper de nobis pronuntia-
re debebimus, malos esse nos, malos fuisse, iniurias adiiciam, & futuros esse. Erunt homicidae, tyran-
nides, adulteri, raptore, sacrilegi, proditores: infra ista omnia ingratis est, nisi quod omnia ista ab ingra-
to animo sunt, sine quo vix ullum magnum facinus accreuit. Hoc tu caue, tanquam maximum crimen,
ne admittas: ignoscē tanquam leuissimo, si admissum est. Haec est enim iniuriae summa. Beneficium
perdidisti. Saluum est tibi ex illo, quod est optimum. Dediti. Quemadmodum autem curandum, vni
eos potissimum beneficia conferamus, qui grata respōsū erunt: ita quaedam, etiam si de illis male spe-
rabitur, faciemus, tribuemusque, nō solum si iudicabimus ingratos fore, sed si sciemus fuisse. Tanquam
si filios alicui restituere potero, magno periculo liberatos, sine vlo meo incommodo, non dubitabo. Di-
gnum, etiam impendio sanguinis mei tuebor, & in partem discriminis veniam. Indignum, si eripere la-
troribus potero, clamore sublatō, salutarem vocem homini non pigebit emittere.

C A P . XI .

Sequitur ut dicamus, quae beneficia danda sint, & quemadmodum. Primo demus necessaria, deinde
utilia, deinde iucunda, utique mansura. Incipiendum est autē a necessarijs. Alter enim ad animum
peruenit, quod vitam continet: aliter, quod exornat, aut instruit. Potest in eo aliquis fastidiosus esse aesti-
mator, quo facile caritatis est, de quo dicere licet: Non desidero, meo contentus sum. interim non red-
dere tantum libertatē quod accepis, sed abijcere. Ex his quae necessaria sunt, quaedam primum obtin-
locum, sine quibus non possimus vivere: quaedam secundum, sine quibus non debemus: quaedam ter-
tiaria, sine quibus nolumus. Prima huius notae sunt, hostium manibus eripi, & tyrannicae irae, &
proscriptio, & alijs periculis, quae varia & incerta humanam vitam obsident. Quicquid horum discusse-
rimus, quo maius ac terribilis erit, hoc maiorem inibimus gratiam. Subit enim cogitatio, quantis sint
liberati malis, & laenocinii est muneri, antecedens metus. Nec tamen ideo debemus tardius quēquam
seruare, quam possumus: vt muneri nostro timor imponat pondus. Proxima ab his sunt, sine quibus pos-
sumus quidem vivere, sed vt mors potior sit: tanquam libertas & pudicitia, & mens bona. Post haec ha-
bemimus coniunctionē, & sanguine, v̄sque, & consuetudine longa, cara: vt liberos, coniuges, penates,
ceteraque, quae v̄sque eo animus sibi applicuit, vt ab illis quam a vita diuelli grauius existimet. Subse-
quentur utilia, quorum varia & lata materia est. Hic erit pecunia non superfluens, sed ad sanum modū
habendi parata. Hic erit honor & processus ad altiora tendentium. Nec enim vtilius quicquā est, quam
sibi viles fieri. Iam cetera ex abundantia veniunt, delicatos factura. In his videamus, vt opportunitate
grata sint, vt non vulgaria, quaeque aut pauci habuerint, aut pauci intra hanc aetatem habent, aut quae
etiam si natura pretiosa non sunt, tempore aut loco fiant. Videamus quid oblatum maxime voluptati
futurum sit, quid frequenter occursum habent, vt tories nobiscum, quoties cum illo sit. Utique caue-
bimus, ne munera superuacua mittamus: vt feminae aut seni arma venatoria, aut rusticō libros, aut stu-
dijs ac litteris dedito retia. Aequē ex contrario circumspiemus, ne dum grata mittere volumus, suum
cuique morbum exprobatura mittamus, sicut ebrios vina, & valetudinario medicamenta. Maledictum
enim incipit esse, non munus, in quo vitium accipientis agnoscitur.

C A P .

C A P . XII .

Sit Pauci enim sunt tam grati, vt quod acceperint, etiam si non vident, cogitent. Ingratis quoq; me-
moria cum ipso munere incurrit: vbi ante oculos est, & obliuisci sui non finit, sed auctorē suum ingerit
& inculcat. Eo quidē magis duratura quaeramus, quia nunquā admonere debemus. Ipsa res euangelicen-
tem memoriam excitat. Libentius donabo arguentum factum, quā signatum Libentius statuas, quā
49 vefem, & quod v̄sus breuis deterat. Apud paucos post rem manet gratia. Plures sunt apud quos nō diu-
nius in animo sunt donata, quā in v̄fu. Ergo si fieri potest, consumi munus meum nolo. Exter, haereat
amicō meo, & conuiuat. Nemo tam stultus est, vt monendus sit, ne cui gladiatores aut venationem iam
munere edito mittat, & vestimenta aesiua bruma, hiberna solitio. Sit in beneficio sensus communis,
tempus, locum, personas obseruet: quia momentis quaedam grata & ingrata sunt. Quanto acceptius
est, si id damus, quod quis non habet, quā cūs copia abundat: quod diu quaerit, nec inuenit, quā
quod v̄bique visuris est: Munera non tam pretiosā, quā rara, & exquisita sint, quae etiam apud diuitē
sui locum faciunt: sicut gregalia quoque poma, etiam post paucos dies itura in fastidium, delectant, si
prouenere maturius. Illa quoq; non erunt sine honore, quae aut nemo illis aliis dedit, aut nos nulli alijs.

C A P . XIII .

Alexandro Macedoni, cum victor Orientis, animos supra humana tolleret, Corinthij per legatos
gratulati sunt, & ciuitate illum sua donauerunt. Cum risisset Alexander hoc officij genus, vnuſ
ex legis: Nulli, inquit, ciuitatem vñquam dedimus alij quā tibi & Herculi. Libens accepit delatum
honorem, & legatos in uitiatione, aliaque humanitate profectus, cogitauit, non qui sibi ciuitatem da-
rent, sed cui dedit. Et homo gloriae deditus, cuius nec naturam, nec modum nouerat, Herculis Libe-
rius vestigia sequens, ac ne ibi quidem resistens, vbi illi defecerant, ad socium honoris sui respexit à
dantibus, tanquam caelum, quod mente vanissima complectebatur, teneret: quia Herculi aequabatur.
Quid euim simile habebat vaefanus adolescens, cui pro virtute erat felix temeritas? Hercules nihil si-
bi vicit: orbem terrarum transiit, non concupiscendo, sed vindicando. Quid vinceret malorum hostis,
bonorum vindex, terrarum marisque pacator? At hic à pueritia latro, gentiumque vastator, tam ho-
stium pernicias, quā amicorū, qui sumum bonum duceret, terroris esse cunctis mortalibus, oblitus,
non ferociissima tantum, sed ignauissima quoque animalia timeri, ob virus malum.

C A P . XIV .

Ad propositum nunc reuertamur. Beneficium quod quibuslibet datur, nulli gratum est. Nemo se
stabularij aut cauponis hospitem iudicat, nec coniuam dantis epulū, vbi dici potest: Quid enim
in me cōculit? Nempe hoc quod in illum, & vix bene notum sibi, & in illū etiam mimicū ac turpissimū
51 hominem. Nunquid enim me dignū iudicavit? Morbo suo morem gesit. Quod voles gratum esse, rarū
52 effice. Quis patitur sibi imputari vulgaria? Nemo haec ita interpretetur, tanquam reducam liberalita-
tem, & fraenis arctioribus reprimam. Illa vero, in quantum libet, exeat: fed eat, non erret. Licer ita largi-
ri, vt vnuſquique etiam si cum multis accēpit, in populo se esse non putet. Nemo non habeat aliquam
familiarem notam, per quā speret se proprius admisum. Dicat, Accepit idem quod ille, sed vltro. Accep-
quod ille: sed ego intra breve tempus, cum ille diu meruisset. Sūt, qui idem habeant: sed non eisdē verbis
datū, non eadem comitate tribuitis. Ille accepit, cū rogasset: ego, cum rogarer. Ille accepit: sed facile
redditur, sed cuius senectus & liberorum orbitas magna promittebat. Mihi plus dedit, quamvis idem
dederit: quia fine spe recipiendi dedit. Quemadmodum meretrix ita inter multos se diuidit, vt nemo
non aliquod signum familiaris animi ferat: ita qui beneficia sua amabilis vult esse, excogitet, quomodo
& multi obligentur, & tamen singuli habeant aliquid, quo se ceteris praeferant. Ego vero beneficijs non
obiiciam moras. Quo plura maioraq; fuerint, plus afferent laudis. Adsit tamen iudicium. Neque enim
cordi esse cuiquam possunt, forte ac temere data. Quare si quis existimat nos, cum ista praecipimus, be-
nignitatis fines introrsus referre, & illi minus laxum limitem aperi, ne perperam monitiones noſtras
exaudiat, quam enim virtutem magis veneramur? cui magis stimulos addimus? quibus vero tam con-
uenit haec adhortatio, quā nobis, societatem humani generis fancientibus?

C A P . XV .

Quid ergo est: cum sit nulla honesta vis animi, etiam si a recta voluntate incepit, nisi quam virtu-
tem modus fecit, vito liberalitatem nepotari. Tūciuuat accepisse beneficium, & supinis quidem
manibus, vbi illud ratio ad dignos perducit, quod non quilibet casus & consilij indigē impetus deferit:
quod ostendare liber, & inscribere sibi. Beneficia tu vocas, quorum auctōrem fateri puder? At illa quāto
gratiora sunt, quantoq; in partem in teriore animi nunquam exitura descendunt, cum delectant, cogi-
tantem magis a quo, quam quid accepis? Crispus Passienus solebat dicere, quorundam se iudicū mal
le, quam beneficium: quorundam beneficium malle, quam iudicium, & subiiciebat exempla: Malo, aie-
bat, diui Augusti iudicū: malo Claudi⁹ beneficium. Ego vero nullius puto expetendum esse beneficū,
cuius vile, iudicium est. Quid ergo? Non erat accipiendo à Claudio quod dabatur? Erat: sed sicut a for-
tuna, quam scires statim posse malam fieri. Quid ergo ista inter se mixta diuidimus? Non est beneficū,
cui deest pars optima, datū esse iudicium. Alioquin pecunia ingens si non ratione, nec recta voluntate do-
nata est, non magis beneficū est, quam thesaurus. Multa sunt autem, quae oportet accipere, nec debere

LIBRI PRIMI FINIS.

A ; M. AN

M· ANTONII MVR ETI AD
PRIMVM LIBRVM SENECAE
DE BENEFICIIS NOTAE.



N T E R varios.] Magna hominum pars casu potius, quidm ratione aut consilio vivere videatur, & nullo certo fine tibi proposito, sic atque illuc vagari. Cum tamen & res ipsa clamet, & sapientissimi homines, Iosocrates in epistola ad Iasonis liberos, Aristoteles libro primo ad Nicomachum, & alij iampridem monuerint, vitam plenam errorum ac perturbationum fore, nisi habeamus certum aliquid quo tendamus, & ad quod omnia dirigamus. Et hoc est, quod poeta satyricus exclamat.

Est aliquid, quod tendis, & in quod diriges arcum:

An passim sequeris coruos testaque lutoque?

Non igitur mirum est, vitam tenere inconfiteque viventium multis ac varijs erroribus agitari: quorū nullum nocentiorē esse ait Seneca; quād̄ beneficia neque dare scimus neque accipere. Beneficiorum enim vicissitudine vita maxime continetur.

Ista enim perierunt.] Qui latine sermonis periti intelligentesque sunt, quos quotidie pauciores esse quād̄ credideram animaduerto, facile sentiunt; vocem ista huic loco non conuenire. Vetus liber meus habet istum enim. Lego, Iam tum enim.

Nomina facturi.] Pecuniam faeneraturi.

Vasa.] τὰ οὐδὲν ita vocantur bona omnia quae non sunt soli.

Inquirimus.] Melius in quibusdam vete ribus libris, Anquirimus.

De quo queri reuera.] Iampridem docui legendum, Decoquere vero.

Reddit enim beneficium qui libenter debet. Id est, qui cum alia ratione gratiam referre non posset, voluntate saltem & confessione gratus est. Pertinet hoc nobilis ille Ciceronis locus ex oratione pro Plancio. Dissimilis est pecuniae debitio & gratiae. Nam qui pecuniam dissoluit, statim non habet id quod reddit: qui autem debet, aet retinet alienum. Gratiam autem, & qui refert, habet: & qui habet, eo ipso quod habet, refert. De quo disputatione quadam apud Agellum capite quarto libri primi.

Multos experimur ingratos.] Deprebendimus. cum tamen eius rei nulla in nobis culpa sit. Sed plures facimus ipsi.

Exprobratores exactoresque.] Beneficium autem qui sine causa exprobrat, quod beneficium fuerat, iniuriam facit: qui exigit, ostendit, non beneficium fuisse, sed creditum.

Alias leues.] Et sic ostendimus, nos, id quod fecimus, fecisse ἀποβελύτως.

Alias queruli.] φιλάποι, ψευδάποι, & statim quiritantes atque ingratis vocantes, si is qui nobis gratiam debet, ullam vel levissimam bene de nobis merendi occasionem praetermisserit.

Aut leuiter roga ri aut semel.] Vetus autem dictum est, nihil carius emi, quād̄ quod precibus emendū est. Suspiciatur etsi.] Eleganter in hoc hominum genus Martialis.

Durum est Sexte negare cum rogeris.

Quanto durius antequam rogeris?

Aut distulit, aut timide negavit.] Legendum e libro veteri. Aut distulit, id est, timide negavit. Etenim qui differt, genere quodam negat, sed aperte negare non audet. Saepe autem ingenui homines aperte ac simpliciter negantem facilis ferunt. Martialis.

Mutua te centum seftertia Phoebe rogaui.

Cum mihi dixisse. Exigis ergo nihil,

Inquiris, dubitas, cunctaris: meque diebus

Teque decem crucias. Iam, rogo, Phoebe nega.

Idem.

Primum est, ut praestes, si quid te Cinna rogabo.

Illud deinde sequens, ut cito Cinna neges.

Diligo praestantem: non odi Cinna negantem.

Sed tu nec praestas, nec cito Cinna negas.

A nolente.] Legendum, a negligente.

Ab hac tam effusa liberalitate.] Liber vetus, benignitate.

Cunct anterque illos ipsos.] Inepitus aliquis locum hunc de industria deprauarit necesse est. Rectissime enim erat in alijs, Et cuncta interque illa ipsos.

Quibus turpe est.] Emenda ex veteri libro. Quibus ita demum turpe est non reddere, si & licet.

Ipsosque qui non fuisse malent esse patitur.] Puto, sublata negatione, legendum, Ipsosque qui fuisse malent. Fuisse autem est, amplius non esse, perisse. ut in illo, suimus Troes, fuit Ilium. & in illo Plautino, Ita tibi

tibi paene fuit Thronesium. Sic quos significare volebant mortuos, vixisse dicebant.

20 Tunc est virtus.] Alij, Nunc est virtus. quod non damno. Meus liber vetus habet. Haec est virtus.

21 Qui beneficium non reddit non magis peccat quam qui non dat ciuius.] Vox Citius redundat, & sententiam corruptit. Neque enim hic de beneficio ciuius aut serius dando, sed simpliciter de dando reddendoque agitur. Aui igitur delenda est, aut, quod magis puto, pro Citius legendum, Attius: Ut duos versus, quos statim subiicit, Attij esse intelligamus.

22 In Priore verbi.] Aristoteles libro primo rhetoriconum de sententiis versus disputans, tradit, nobiles & vulgo celebratas sententias interdum evertendas & confutandas esse: quod veteres & saepe & eleganter faciliunt: nostra actas, ut alia, ita quoque vel exercitationis vel ornamenti genus neglexit: postquam, ut bene viuendi, sic benedicendi praecessa tenet quidem exercere malum. Sic Cicero reprehendit versus illū Euripi-dis, quo vitam humanam fortuna non sapientia regi dixerat, sic praecipit Biantis, ut ita amaremus tanquam ofuraria odissimus, tanquam amaturi. Sic Sophocles principio Trachiniarum illam Solonis sententiam, non posse ante mortem cuiusque de felicitate aut infelicitate ipsius liquido iudicari. Sic Plutarchus illam Epicuri, ita viuendum esse sapienti, ut lateret: alias permittat. Sic Seneca plurimas: ut hoc loco versus, ut mea quidem opinio fert, Attij, qui tamen ad beneficentiam cohortari videbantur.

23 Illud enim.] legendum ex veteri libro, Illud etiam.

24 Tantum erga.] Ex eodem, Tantum erga tunc unde alij fecerant, erogatur.

25 Creditorem appellat.] Iampridem monui, capite primo libri duodecimi variarum lectionum, legendū hic. Debitorem, neque cuicunque dubium puto esse, quin ita legendum sit.

26 Alioqui formam.] Liber vetus, Alioquin in formam, quae recta scriptura est.

27 Salutaribus.] Idem liber, salubribus. Sed haec, quae neque de sententia, neque de orationis elegantia quidquam mutant, multe me de industria omnissimum esse proficieor. Persequantur haec, qui grandes libros conscribere amant. Ego mea omnia cuperem in unam paginam posse concludere.

28 Memoriam suam fugiens.] Idem liber, memoriam tui.

29 Virgines.] Alia olim ratione iocans dixi, apud quandam, qui nemini unquam gratiam reddebat, vere virgines esse Gratias: nihil enim parere.

Παρθένοι αἱ ἄρχονται χάρτες. Γίγνεσθαι γένεσθαι.
Αυτῷρις ἐπιστέγεις εἰς ἀγαμα χάρτες.

30 Et spissis prodeant.] Legendum, Et spissis auro Thrygianis prodeant: monui pridem capite 1. libri 12 Variarum lectionum.

31 Non quia Beneficia ratio commendat vel oratio.] Legendum, Non quia beneficia oratio commendat, cetera delenda. Error natus aut ex varietate scripturae, aut ex haesititia librarij. Consimilia multa indicavi capite 16. lib. 1. 5. Variar. lectionum.

32 Si aliquid in censum detulerunt.] Lege, si aliud quid. Deferre autem in censum, idem est quod deducere in censum, apud iuris auctores. l. 64. D. de adquir. rer. dominio.

33 Et magnum ipsis certamen.] Pro Iphis liber vetus habet, Ibsi. Mutandus ordo litterarū, ut legamus Sibi.

34 Ad hanc honestissimam contentionem.] Res pexerit fortasse ad illud Hesiodi, εἴ τις δέ τις οὐτε βότοις.

35 Parum se grata.] Vide quae scripti libro 12. Var. lectionum.

36 Beneficiorum nouas tabulas.] Ut quicunque beneficia quamlibet magna ac multa acceperunt, nihil debere se putent.

37 Hoc primum nobis esse discendum.] Totum illud, nobis esse discendum, delendum videtur. In alijs, Dicendum, aequa male.

38 Non potest beneficium manu tangi, sed animo geritur.] Lege, Non potest beneficium manu tangi: animo cernitur.

39 Amislo eo per quod datum est.] Articulus Per abea a veteri libro.

40 Farre ac fitilla.] Ita legendum, non, ut ante me, farre ac fitilla, docui iampridem in varijs lectionibus. & extitit tamen postea unus ex ipsis, qui, ut scurræ olim fana, ita ipsi aliena scripta ventris causa circumveunt, qui hoc sublegere sibiique vindicare voluerit. Mirabilem & miserabilem animi & paruitatem & prauitatem.

41 Aefchines pauper auditor.] Cuius pater botulis & ipsis faciendis vicitaret.

42 Non quanta quaeque sunt.] Lege, Non quanti quaeque sint.

43 Coniugibus alienis.] Non est dubium, quin hoc loco multa desint. Neque scriptor ullus est in quo plures aut faediores lacunae, quidam in Seneca, reperiantur. Origo mali haec fuit. Describatur fere ab hominibus prijs & religiosis, qui ad populum sacras contiones habebant: ad quas magno eis usui erat, propter sententias crebras, acutias, efficaces, & magnam partem cum religione nostra congruentes. Ut autem alijs grauioribus studijs occupati, defractibant non totos semper libros, sed excerpta potius quaedam, quae ita continuabant inter se, ac si apud ipsum quoque Senecam continuata legeretur, cum tamen multa saepe omessa essent. Hoc ego ex multorum vetustorum Senecae codicum inter se collatione ita manifesto deprehendi, ut liquido confirmare posse videar.

44 In sella profratre.] Vebebantur enim per urbem ita tenuibus ac pellucidis vestibus induitae, ut prope totae paterentur. Horatius. Coi tibi cernere paene est. Ut nudam.

45 Ancillariolum.] Ancillarum amoribus deditum. Sic apud Martialem mulier infantaria, quae delectatur infantibus; Et quod mireris magis, infantaria non est. Tale est apud Capitonum, mulierarius. apud Martialem mulier

Mulier lecticariola, quae servis lecticariis faciebat copiam sui.

In consensu.] Alij libri, concessu.

Iam rapta spargere.] Ouidius.

Quaerere ut absument, absumpta requirere certant.

Atque ipsae vitijs sunt alimenta vices.

Habebitur aliquando ebrietati honor. *] Hoc quidem iam imperante Tiberio contigerat: de quo Suetonius.* 48
Postea princeps in ipsa publicorum morum correptione cum Pomponio Flacco & L. T. P. noitem continuum que biduum et pulando potandoque consumpsit: quorum alteri Syriam prouinciam, alteri praefecturam urbis con festim derulit, codicillis quoque iucundissimos & omnium horarum amicos professus, et paulo post Ignotissimum quaesturae candidatum nobilissimum ante posuit, ob epotam in conuiuio, propinante se, vini amphoram.

*Post rem manet.] Antea inepte legebatur, Post remanet. Sed ego talia emendanda puto, ostendenda non 49
 puto. Pro filii animi est tanta in his rebus dilecta.*

Corinthij.] Memoriae lapsus. Non enim hoc de Corinthiis, sed de Megarenibus proditum est: ut ita legitur in excerptis quibusdam e Plutarcho. Ος φαντί Αλεξάρδο πολιτείαν μεγάπεις ἡφαστίου. τὸ δὲ εἰς γένος οὐτού τοῦ αυτοῦ οὐδὲ τόπος, ἐπεινούσην τούτην περιτείαν ἡρακλέης, καὶ μετ' εἰπον τὸν τοῦ ἡφαστίου τόπον.

*Etiam mimicum.] Ita mutare auctus sum in ambigua veteris libri scriptura: cum antea legereetur, inimicum. 51
 Morbo suo morem gesit. *] Integer locus est: quem tamen quidam, emendandi specie, per ipsum non stetit, 52
 quin deprauaret. Morbos vocabant ritiosas animi affectiones. Catullus.**

Quodcunque agit renidet, hunc habet morbum.

Vide quac scripti capite secundo libri 12. Var. lect.

Si animum nostrum libuit: postea quicquid desiderabis, tuo iure exiges. Semel rusticitati tuae ignosciatur. Sic efficies, ut animum tuum pluris aestimer, quam illud quicquid est, ad quod petendum venerat. Tunc est summa virtus tribuentis, tunc benignitas, ubi ille qui discessit, dicit sibi: Magnum hodie lucrum feci. Malo quod illum talem inueni, quam si multiplicatum hoc ad me alia via peruenisset. Huic animo nunquam parem referam gratiam.

C A P . IIII.

A T plerique sunt, qui beneficia asperitate verborum, & supercilie in odium adducunt, eo sermo ne vix ea superbia, ut impetrasset paenitent. Aliae deinde post rem promissam sequuntur morae. Nihil autem est acerbius, quam vbi quod impetrasti, rogandum est. Repraesentata sunt beneficia: quae a quibusdam accipere difficultas est, quam impetrare. Hic rogandus est, ut admoneat: ille, ut sumat. Sic vnum munus per multorum teritur manus, ex quo gratiae minimum apud promittentem remaneat: quia auctor detrahit, quisquis post illum rogandus est. Haec itaque curae habebis, si gratae aestimari quae praefatis vobis, ut beneficia tua illibata & integra ad eos, quibus promissa sunt, perueniant, sine vila, quod aiunt, deductione. Nemo illa intercipiat, nemo detineat. Nemo in eo quod datus es, gratiam suam facere potest, ut non tuam minuat.

C A P . V.

Nihil aequum atarum quam diu pendere. Aequiore quidam animo ferunt praecidi spē suam, quam trahi. Plaerisque autem hoc vitium est, ambitione prava differendi promissa, ne minor sit rogantium turba. Quales regiae potentiae ministri sunt, quos deleat superbiae tuae longum spectaculum: minusque se iudicant posse, nisi diu multumque singulis quid possint ostendant. Nihil confestim, nihil semel faciunt. Iniuriae illorum praecipites, lenta beneficia sunt. Quare verissimum existima, quod ille Comicus dixit: Quid? tu non intelligis, tantum te gratiae demere, quantum morae adjicis? Inde illae voces, quas ingenuus dolor exprimit: Fac, si quid facis: Et, Nihil est tanti. Malo mihi iam neges:

3 vbi in taedium adductus animus incipit beneficium odire, dum expectat. Potest ob id ingratus esse? Quemadmodum acerbissima crudelitas est, quae trahit poenam: & misericordiae genus est, cito occidere, quia tormentum ultimum finem sui secum afferat, quod antecedit tempus maxima venturi supplicij pars est: ita maior est munera gratia, quo minus diu pependit. Est enim bonarum etiam rerum sollicita expectatio: Et cum plurima beneficia remedium alicuius rei afferant, qui aut diutius torqueti patitur,

4 quem protinus potest liberare, aut gaudere, tardius, beneficio suo manus afferat. Omnis benignitas prospicit: & proprium est libenter facientis, cito facere. Qui tarde dedit, & diem extrahens profuit, non ex animo fecit. Ita duas res maximas perdidit, & tempus & argumentum amicae voluntatis. Tarde velle, nolentis est.

C A P . VI.

IN omni negotio Liberalis, non minima portio est, quomodo quicque aut dicatur, aut fiat. multum celeritas fecit, multum abstulit mora. Sicut in telis eadem ferti vis est: sed infinitum interest, utrum excusio lacerto torqueantur, an remissa manu effluant. Gladius idem & stringit, & transforat: quam presso articulo venerit, refert. Idem est quod datur: sed interest, quomodo detur. Quam dulce, quam pretiosum est, si gratias sibi agi non est passus qui dedit: si dedisse, dum dat, oblitus est. nam corripere eum, cui cum maxime aliquid praestes, dementia est, & inlerere contumeliam meritis: Itaque non sunt exasperanda beneficia, nec quicquam illis triste miscendum. Etiam si quid erit, de quo velis admonere, aliud tempus eligito.

C A P . VII.

FAbius Verrucosus beneficium ab homine duro asper datum, panem lapidosum vocabat, quem eius accipere necessarium sit, esse acerbum. Tiberius Caesar rogatus a nepote M. Allio praetorio, ut aeris alieno succurreret: edere illum sibi nomina creditorum iussit. Hoc non est donare, sed credores connuocare. Cum edita essent, scripsit, nepoti iussisse le pecuniam solui. Adiecta contumeliosa admonitione, efficit, ut nec aces alienum haberet, nec beneficium. Liberavit illum a creditoribus, sibi non obligavit. Aliquid Tiberius fecutus est: puto noluit plures esse, qui idem rogaturi concurrent. Ista fortasse efficax ratio fuerit, ad hominum improbas cupiditates, pudore reprimendas. Beneficium vero danti, tota alia sequenda est via.

C A P . VIII.

Omni genere quod des, quo sit acceptius, adornandum est. Hoc vero non est beneficium dare, reprehendere est: ut in transitu de hac quoque parte dicam quid sentia. Ne principi quidem fatis decorum est, donare ignominiae causam. Tametsi inquietudinem Tiberius, nec hoc quidem modo, quo putabat, potuit effugere. Nam aliquot postea, qui idem rogarent, inueniuntur sunt. omnes iussit reddere in senatu, aeris alieni causas, & ita illis certas summas dedit. Non est illud liberalitas: censura est, auxiliū est, principale tributum est. Beneficium non est, cuius sine rubore meminisse non possum. Ad indicem misfus sum. ut impetrarem, causam dixi.

C A P . IX.

PRecipiunt itaque omnes autores sapientiae, quaedam beneficia palam danda, quaedam secreto. Palam, quae consequi gloriosum est: ut militaria dona, & honores, & quicquid aliud notitia pulchritus

LIBER SECUNDVS.

C A P . I.

DISPICIA MVS, Liberalis virorum optime, id quod ex priore parte adhuc superest, quemadmodum dandum sit beneficium: cuius rei expeditissimam videor monstrurus viā, sic demus, quomodo vellemus accipere. Ante omnia libenter, cito, sine vila dubitatione. Ingratum est beneficium, quod diu inter manus dantis haesit, quod quis aegre dimittere visus est; & sic dare, tanquam si sibi praeriperet. Etiam si quid morae interuenit, euitemus omni modo, ne deliberasse videamur. Proximus est neganti, qui dubitauit, nullamque mereatur gratiam. Nam cum in beneficio iucundissima sit tribuentis voluntas, qui nolentem se tribuisse ipsa cunctatione testatus est, non dedit, sed aduersus ducentem, male tenuit. Multi autem sunt, quos liberales facit frontis infirmitas. Gratissima sunt beneficia, parata, facile occurrentia, vbi nulla mora fuit, nisi in accipientis verecunda. Primum est, antecedere desiderium cuiusque proximum, sequi. Illud melius, occupare antequam rogemur; quia cum homini probo ad rogandum os concurat, & suffundatur rubore, qui hoc tormentum remittit, multiplicat minus suum. Non tulit gratis, qui cum rogasset, accepit. Quoniam quidem, ut maioribus nostris, grauissimi viris, visum est, nulla res carius constat, quam quae precibus empta est. Vota homines parcus facerent, si palam facienda essent. Adeo etiam deos, quibus honestissime supplicamus, tacite malum & intra nosmetipsos precari.

C A P . II.

MOLESTUM verbum est, onerosum, & demissu vultu dicendum, Rogo. Huius facienda est gratia amico, & cincunque, quem amicum sis promerendo facturus. Properet licet: sero beneficium dedit, qui roganti dedit. Ideo diuinanda cuiusque voluntas, & cum intellecta est, necessitate grauissima liberanda est. Illud beneficium iucundum, vietumque in animo scias, quod obuiam venit. Si non contigit praeuenire, plura rogantis verba intercidamus, ne rogati videamur: sed certiores facti, statim promittamus, facturosque nos etiam interpellaremus, ipsa festinatione approbemus. Quemadmodum in aegris opportunitas cibi salutari est, & aqua tempestue data remedij locum obtinuit: ita quānis leue & vulgare beneficium sit, si presto fuerit, si proximam quamque horam non perdidit, multum sibi adicit, gratiamque pretiosi, sed lenti & diu cogitati muneris vincit. Qui tam parate fecit, non est dubium, quin libenter faciat. Itaque laetus facit, & induit sibi animi sui vultum.

C A P . III.

INGENTIA quorundam beneficia, silentium aut loquendi tarditas, imitata grauitatem & tristitiam, corrupit, cum promitterent vultu negantum. quanto melius, adjcere bona verba rebus bonis, & predicatione humana benignaque commendare quae praestes. Ut illum castiges, quod tardior in rogando fuit, adjicias licet familiarem querelam: Irascor tibi, quod cum aliquid defideras, non olim scire me voluiisti, quod tam diligenter rogasti, quod quenquam adhibuisti. Ego vero gratulor mihi, quod experi-

chrius sit. Rursus quae non producunt, nec honestiores faciunt, sed occurrit infirmitati, egestati; ignominiae, tacite danda sunt: ut nota sint solis, quibus profundit. Interdum & ipse qui iuuatur, fallendus est: ut habeat, nec a quo acceperit, sciat.

C A P. X.

ARCE filius, ut aiūt, amico pauperi, & paupertatem suam dissimulanti, aegro autem, & ne hoc quidē confitenti, deesse sibi in sumptu ad necessarios viūs; cum clam succurrendum iudicasset, puluino eius ignorantis sacculum subiecit, vt homo inutiliter vereundus, quod desiderabat, iniuerit potius quām acciperet. Quid ergo? ille nesciat a quo acceperit? primum nesciat, si hoc ipsum beneficij pars est. Deinde multa alia faciam, multa tribuam, per quae intelligat & illius auctorem. Denique ille nescier accepisse se: ego sciam me dedisse. Parum est, inquis. Parum, si faenerare cogitas. Sed si dare quo genere, accipienti maxime profuturum erit, contentus eris te teste. Alioquin non benefacere delectat, sed videri bene fecisse. Volo, inquis, sciat. Debitorum quaeris. Volo vtique sciat. Quid, si illi vti- lius est nescire, si honestius, si gratius, non in aliā partem abibis? Volo vt sciat. Ita tu hominem non seruabis in tenebris? Non nego, quoties patitur res, percipiendum gaudium ex accipienti voluntate. Si adiuuari illum & oportet, & pudet, si quod praestamus, offendit; nisi absconditur: beneficium in acta nō mitto. Quid? ego illi sum indicatus me dedisse: cum inter prima preecepta, ac maxime necessaria sit, ne vnguam exprobrem, immo ne admoneam quidem? Haec enim beneficij inter duos lex est. Alter statim obliuisci debet dati, alter accepti nunquam. Lacerat animum, & premis frequens meritorum memoratio.

C A P. XI.

Ibet exclamare, quod ille triumviri proscriptio seruatus à quadam Caesaris amico exclamauit, cum superbiam eius ferre non posset: Recede me Caesar! Quousque dices: Ego te seruavi, ego te ei pui morti: istud, si meo arbitrio memini, vita est: si tuo, mors est. Nihil tibi debeo, si me seruasti, vt haberes, quem ostenderes. Quousque me circunducis? quousque obliuisci fortunae meae non sis? Semel in triumpho ductus essem. Non est dicendum, quid tribuerimus. Qui admonet, repetit. Non est instantium, non est memoriae reuocandum: nisi vt aliud dando, prioris admoneas. Ne alijs quidem narrare debemus. Qui dedit beneficium, taceat: narrer, qui acceperit. Dicerur enim, quod illi vbiique iactant beneficium suum: Num negabis, inquit, te recepisse? & cū respondisser, Quando? Sæpe quidem, inquit, & multis locis: id est quoties & vbiunque narrasti. Quid opus est te loqui? quid alienum occupare of- ficium? Est qui istud facere honestius poscit: quo narrante, & hoc laudabitur, quod ipse non narras. Integratum me iudicas, si istud te tacente, nemo sciturus est. Quod adeo non est committendum, vt etiam si quis coram nobis narrabit, ei respondendū sit: Dignissimus quidē ille est maioribus beneficijs, quae ego magis velle me scio praefare, quām posse. Et haec ipsa non verniliter, nec ea figura, qua quidam rei- cident, quae magis ad se volunt attrahere. Deinde adiencia omnis humanitas. Perdet agricola quod sparbit, si labores suos destituit in semine. Multa cura sata prōducuntur ad segetem. Nihil in fructū peruenit, quod non a primo usque ad extrellum aequalis cultura prosequitur. Eadem beneficiorum est condicio. Nunquid illa maiora possunt esse, quām quae in liberis patres conferunt? Nec tamen tuti sunt, si in infancia deferantur, nisi longa pietas munus suum nutriat. Eadem ceterorum beneficiorum condicio est: nisi illa adiuueris, perdes. Parum est dedisse, fouenda sunt. Si gratos vis habere quos obligas, non tantum des oportet beneficia, sed & ames. Praecipue, vt dixi, parcamus auribus. Admonitus tacitum facit, expratio odium. Nihil aequa in beneficio dando vitandum est, quām superbia. Quid opus arrogātia vultus? quid tumore verborum? Ipsa res te extollit. Detrahenda est inanis iactatio. Res loquuntur, nobis tacentibus. Non tantum ingratus, sed inuisum est beneficium, superbe datum.

C A P. XII.

Caesar dedit vitā Pompeio Penno, si dat, qui non auferit: deinde absoluto & agenti gratias, porrexit osculandū finistrum pedem. Qui exculat eum, negant id insolentia cauila factum: aiunt soculum auratum, immo aureum margaritis distinctum ostendere eum voluisse. Ita prorsus: quid hic contumeliosum est, si vir consularis aurum, & margaritas osculatus est, & alioquin nullam partem in corpore eius electurus, quam purius oscularetur? Homo natus in hoc, vt mores liberae ciuitatis Persica seruitute mutaret, parum iudicavit, si senator senex summis viis honoribus, in prospectu principium complex sibi, eo more iacisset, quo vici hostes victoribus iacuere. Inuenit aliquid infra genua, quo libertatem detrueret. Non hoc est rem pub. calcare? Et quidē, dicet aliquis (nam potest ad rem perinere) finistro pede. Parum enim foede, furioseque insolens fuerat, qui de capite consularis viri foccatus audiebat, nisi in os senatoris ingessisset imperator pigros suos.

C A P. XIII.

OSuperbia magnae fortunae. O stultissimum malum: vt à te nihil accipere iuuat. vt omne beneficium in iniuriam convertit. vt te omnia nimis delectant. vt te omnia dedecent, quoque altius te sublevasti, hoc depresso es, ostendis que te non agnoscere ista bona, quibus tantum inflatis. Quicquid das, corruptis. Libet iraque interrogare, quid tantopere te supinet, quid vultum habitumque oris perturbat, vt malis habere personam, quām faciem. Iucunda sunt, quae humana fronte, leni, placidaque tribuuntur: quae cum daret mihi superior, non exultauit supra me, sed quām potuit, benignissimus fuit, descen-

descenditque in æquum, & detraxit muneri suo pompam. obseruauit idoneum tempus, vt in occasione potius, quām in necessitate succurreret. Vno modo persuaderimus, ne beneficia insolentia perdant, si ostenderimus non ideo videri maiora, quia tumultuosius data sunt: ne ipsos quidem ob id cuicunque possem maiores videri. Vanam esse superbiae magnitudinem, & quae in odium etiam amanda perdurat.

C A P. XIV.

SVNT quaedā nocitura impenitribus: quae non dare, sed negare, beneficium est. A estimabimus itaq. quām perniciōlā sint licet: quia iudicium interpellat affectus. Sed cum subfedit cupiditas, cum impetus ille flagrantis animi, qui consilia fugat, cecidit, detestatur perniciosos malorum munerum auctores. Ut frigidam aegris negamus, & lugentibus, ac sibi iratis ferrum, aut amantibus, quicquid contra se viurus ardor petit: sic ea, quae nocitura sunt, impense ac submissè, nonnunquam etiam miserabiliter rogaribus persevererabimus non dare. Tum initia beneficiorum suorum spectare, tum etiam exitus decet: & ea dare quae non tantum accipere, sed etiam accepisse delectet. Multi sunt qui dicant: Scis hoc illi non profūatur. sed quid faciam? rogat, resistere precibus eius non possum. Viderit. de se, non de me queretur. Falsum est: immo de te, & merito quidem: cum ad mentem bonam redierit, cum accessio illa, quae animum inflammat, se remiserit. Quid ni eum oderit, à quo in damnum, ac periculum suum adiutus est? Exorari in perniciē rogantium, saeva bonitas est. Quædam modum pulcherrimum opus est, etiam inuitos, nolentesque seruare: ita rogantibus pestifera largiri, blandum & affabile odium est. Beneficium demus, quod yū magis ac magis placeat, quod nunquam in malum vertat. Pecuniam non dabo, quām numeraturum adulterae sciam: ne in societatem turpis facti, aut consilij veniam. Si potero, reuocabo: si minus, non adiūabo scelus. Siue illum ira, quo non debebat, impellit, siue ambitionis calor abducit a tutis: non committam, vt possit quandoque dicere. Ille amando me occidit.

C A P. XV.

SAEPE nihil interest inter amicorum munera, & hostium vota. Quicquid illi accidere optat: in id horum intempestiuā indulgentia impellit, atque instruit. Quid autem turpius, quām (quod euenit frequentissime) vt nihil interest inter odium & beneficium? Numquam in turpidinē nostram redditura, tribuamus. Cum summa amicitia sit, amicū sibi aequare, vtique simul consilendum est. Dabo egenit: sed vt ipse non egeam. Succurrat peritudo: sed vt ipse non pereat: nisi si futurus ero magni hominis, aut magniae rei merces. Nullum beneficium dabo quod turpiter perecerit. Nec exiguum dilatabo, nec magna pro pars accipi patiar. Nam vt qui quod dedit, imputat, gratiam destruit: ita qui quantum det, ostendit, minus suum non commendat, sed exprobatur. Reſcipienda sunt cuique facultates suae, viresque: ne aut plus praestemus, quām possumus, aut minus. A estimāda est eius persona, cui damus. Quædam enim minora sunt, quām vt exire à magnis viris debeant: quædam accipiente minora sunt. Virtusque itaque personam confer tecum. Inter illa quae donabis, examina, nunquid aut danti graue sit, aut paucum. Nunquid rursus qui accepturus est, aut fastidiat, aut non capiat?

C A P. XVI.

VRBEI cui donabatur, scipsum mensus, tanti muneri inuidiam refugiat, dicens nō conuenire fortunae suae: Non quaero, inquit, quid te accipere deceat, sed quid me dare. Animula vox videtur: & regia: cum sit stultissima. Nihil enim per se quenquam decet. Refert quid, cui, quando, quare, vbi, & cetera, tunc quibus facti ratio non constabit. Tumidissimum animal, si illum accipere hoc non decet, nec te dare. Habeatur personarum ac dignitatum ratio. Et cum sit vtrinque virtutis modus, aequa peccat quod excedit, quām quod deficit. Liceat istud sane tibi, & te in tantum fortuna susculetur, vt congiaria tua vrbes sint: quas quanto maioris animi fuit non capere quām spargere: est tamen aliquis minor, quām vt in sinum eius condenda sit ciuitas.

C A P. XVII.

AB Antigono Cynicus petiū talentum. Respondit, plus esse, quām quod Cynicus petere deberet. Repulsius petiū denarium. Respondit, minus esse, quām quod regem deceret dare. Turpissima est eiusmodi cauillatio. Inuenit quomodo neutrum daret. In denario regem, in talento Cynicum respexit: cum posset & denarium tanquam Cynico dare, & talentum tanquam rex. Vt sit aliquid maius, quām quod Cynicus accipiat, nihil tam exiguum est, quod non honeste regis humanitas tribuat. Si me interrogas, probo. Est enim intolerabilis res, poscere nummos, & contemnere. Indixisti pecuniae odium: hoc profilius es. hanc personam induisti. agenda est. Iniquissimum est, te pecuniam sub gloria egreditatis acquirere. A spicienda ergo non minus sua cuique persona est, quām eius, de quo iuuando quis cogitat. Volo Chrylli noltri vii similitudine de pilae lusu: quam cadere non est dubium, aut mittentis virio, aut accipientis. Tunc cursum suum seruat, vbi inter manus viriusque, apte ab utroque & iactata, & excepta versatur. Necesse est autem lusor bonus, aliter illam collusori longo, aliter breui mittat. Eadem beneficij ratio est: nisi viri que personae, datis & accipientis, aptatur: nec ab hoc exhibet, nec ad illum perueniet, vt debet. Si cum exercitato & docto negotium est, audacius pilam mittemus. vt cuncte enim venerit, manus illam expedita & agilis repercutiet. Si cum ritone & indocto: non tam rigide, nec tam excusile, sed langidius, & in ipsam eius dirigentes manum, remisse occurremus. Idem faciendum est in beneficijs.

Quosdam

Quosdam doceamus, & satis iudicemus, si conantur, si audent, si volunt. Facimus autem placuisse, ingratios, & vt sint, fauimus: tanquam ita demum magna sint beneficia nostra, si gratia illis referri non potuit: vt malignis lusoribus propositum est, colluforem traducere, cum damno scilicet ipsius lusus, qui non potest, nisi consentitur, extendi. Multi sunt tam pravae naturae, vt malint perdere quae praefuerunt, quam videri receperisse, superbi & imputatores. Quanto melius, quantoque humanius id agere, vt illi quoque partes suae consentent, & faveant, vt gratia sibi referri possit, benigne omnia interpretari, gratias agentem, non aliter quam si referat: audire, praebere se facilem, ad hoc, vt quem obligavit, etiam exoluisti velit. Male audire solet fenerator, si acerbe exigit: aequo si in recipiendo tardus, ac difficilis mores quaerit. Beneficium tam recipiendum est, quam non exigendum. Optimus ille, qui dedit facile, numquam exigit: reddi gauisus est, bona fide quid praefuerit, oblitus, qui accipientis animo recepit.

C A P. XVIII.

Quidam non tantum dant beneficium superbe, sed etiam accipiunt: quod non est committendum. Nam enim transamus ad aliam partem, tractaturi quomodo se gerere homines in accipientibus beneficijs debeat. Quodcumque ex duobus constat officium, tantundem ab vitroque exigit. Qualis pater esse debeat, cum insperteris, tunc non minus operis illuc preterfere, vt dispicias, qualem esse oporteat filium. Sunt aliquae partes mariti, sed non minores vxoris. Inuicem ista quantum exigunt, praestant, & parent desiderant regulam: quae, vt ait Hecaton, difficilis est. Omne enim honestum in arduo est, etiam quod vicinum honesto est. Non enim tantum fieri debet, sed ratione fieri. Hac duce, per totam viam eundum est. Minima maximaque ex huius consilio gerenda sunt: quomodo haec suaserit, dandū. Haec autem hoc primum cenfbit, non ab omnibus accipiendo. A quibus ergo accipiems? Vt breuiter tibi respondeam: ab his, quibus dedisse vellemus. Nam etiam maiore dilectu querendum est, cui debeamus, quam cui praefuerimus. Nam, vt non sequuntur vila incommoda (sequuntur autem plurima) graue tormentum est debere, cui nolis. Contra iucundissimum est ab eo accipuisse beneficium, que amare etiam post iniuriam possit. Illud vero homini verecundo & probro miserrimum est, si eum amare optaret, quem non iuuat. Totiens admoneam necesse est, non loqui me de sapientibus, quos quicquid oportet, iuuat, qui animū in potestate habent, & legem sibi, quam volunt, dicunt, & quam dixerunt, seruant: sed de imperfectis hominibus, honesta sequi volentibus, quorum affectus saepe contumaciter parent. Itaque eligendus est, à quo beneficium accipiā. Et quidem diligentius quaerendus beneficij quam pecuniae creditor. Huic enim reddendum est, quantum accepi: & si reddidi, solutus sum ac liber. At illi plus soluendum est: & nihilominus etiam relata gratia, cohaeremus. Debo enim, cum reddidi, rursus incipere: moneretur amicitia non recipere indignum. Sic est beneficiorum quidem sacratissimum ius, ex quo amicitia oritur. Non semper, inquit, mihi licet dicere, Nolo: aliquando beneficium accipiendo est & inuitio. Dat tyrannus crudelis & iracundus: qui munus suum fastidire te, iniuriam iudicaturus est. Non accipiā? Eodem loco pone latronem & piratam, quo regem, animum latronis ac pirate habentem. Quid faciam? Parum dignus est, cui debeam. Cum eligendum dico cui debeas, vim maiorem & meum excipo: quibus adhibitis, electio petere. Si liberum est tibi, si arbitrij tui est, utrum velis, an non, id apud te ipse perpendes. Si necessitas tollit arbitrium, scies te non accipere, sed parere. Nemo id accipiendo obligatur, quod illi reprehendi non licuit. Si vis scire, an velim, effice, vt possim nolle. Vitam tamen tibi dedit. Non refert quid sit, quod datur, nisi a volente volenti detur. Si seruasti me, non ideo seruator es. Venenum aliquando pro remedio fuit, non ideo numeratur inter salubria. Quaedam profunt, nec obligant.

C A P. XIX.

Tuber quidam tyramni gladio diuifit, qui ad eum occidendum venerat. Non ideo illi tyrannus gratias egit, quod rem, quam medicorum manus reformidauerant, nocendo fanauit. Vides non esse magnum in ipso re momentum. Quoniam non videtur dedisse beneficium, qui malo animo profuit. Casus enim beneficium est, hominis iniuria. Leonem in amphitheatro spectauimus, qui vnum ē bestiaris agnitus, cum quondam eius fuisse magister, protexit ab impetu bestiarum. Non ergo est beneficium, ferae auxilium? Minime: quia nec voluit facere, nec beneficiandi animo fecit. Quo loco feram posui, tyrannum pone. Et hic vitam dedit, & illa: ne hic, nec illa beneficium. Quia non est beneficium, accipere cogi. Non est beneficium, debere, cui nolis. Ante des oportet mihi arbitriū mei, deinde beneficium.

C A P. XX.

Disputari de M. Bruto solet, an debuerit accipere a D. Iulio vitam, cum occidendum eum iudicaret. Quam rationem in occidendo secutus sit, alias tractabimus. Mihi enim, cum vir magnus fuerit in alijs, in hac re videtur vehementer errasse, nec ex institutione Stoica se gessisse: qui aut regis nomen exiuit, cum optimus ciuitatis status sub rege iusto sit: autibi sperauit libertatem futuram, vbi tam magnum praemium erat & imperandi, & seruendi: aut ex timore ciuitatem in priorem formam posse reuocari, amissis pristinis moribus: futuramque ibi aequalitatē ciuilis iuris, & statutas suo loco leges, vbi viderat tot millia hominum pugnantia, non an seruire, sed cui. Quanta vero illum aut rerum naturae, aut virbis suae tenuit obliuio, qui vno interempto, defuturum credidit alium, qui idem vellet: cum Tarquinius esset inuentus post tot reges ferro ac fulminibus occisos? Sed vitam accipere debuit: ob hoc tamen non habere illum parentis loco, qui in ius dandi beneficij iniuria venerat. Non enim seruauit is, qui non interfecit, nec beneficium dedit, sed missionem.

C A P.

C A P. XXI.

Illud magis venire in disputationē potest aliquam, quid faciendū sit captiuo, cui redemptionis premium homo prostituti corporis & infamis ore promittit. Patiar me ab impuro seruari? Seruatus denique, quam illi gratiam referam? Viuam cum obsecro? Non viuam cum redemptore? Quid ergo placet, dicam. Etiam ab aliquo tali accipiam pecuniam, quam pro capite dependam. Accipiam autem tanquam creditum, non tanquam beneficium. Soluam illi pecuniam: & si occasio fuerit seruandi, periclitantem seruabo: in amicitia, quae similes iungit, non descendam. Nec seruatoris illum loco numerabo, sed feneratoris: cui sciam reddendum quod accepi. Est alius dignus, a quo beneficium accipiam: sed danti nocitum est. ideo non accipiam, quia ille paratus est mihi cum incommodo, aut etiam periculo suo prodeesse. Defensurus est me reum: sed illo patrocino, regem sibi est facturus inimicus. Inimicus sim, si cum ille pro me periclitari velit, ego, quod facilius est, non facio, vt sine illo pericliter. Ineptum & fruolum hoc Hecaton ponit exemplum Arcefilai, quem ait a filio familias oblatam pecuniam non accepisse, ne ille patrem soridum offendetur. Quid fecit laude dignum? quod furtum non recepit: quod maluit non accipere, quam reddere? Quae est enim alienam rem non accipere moderatio? Si exemplo magni animi opus est, utramur Graecini lulij viri egregij, quem C. Caesari occidit ob hoc unum, quod melior vir erat, quam esse quenquam tyranno expediret. Is cum ab amicis conferentibus ad impensam ludorum pecunias acciperet, magnam pecuniam a Fabio Persico missam, non accepit. Et obiurgantibus his, qui non estimabant mittentem, sed misera, quod repudiasset: Ego, inquit, ab eo beneficium accipia, a quo propinationem accepturus non sim. Cumque illi Rebilus consularis, homo eiusdem infamiae, maiorem summam mississet, instaretque, vt acciperet: Rogo, inquit, ignoscas: & a Persico non accepi.

C A P. XXII.

Vtrum hoc munera accipere est, an senatum legere? Cum accipiendo indicauerimus, hilares accipiamus, profitētes gaudium: & id danti manifestum sit, vt fructū praefuentem capiat. Iusta enim causa laetitiae est, laetum amicum videre: iustior, fecisse. Grate ad nos peruenisse indicemus, effusis affectibus: quod non ipso tantum audiente, sed vbique testemur. Qui grata beneficium accepit, primā eius pensionem soluit.

C A P. XXIII.

Svnt quidam, qui nolunt nisi secreto accipere: testem beneficij & conscientiam vitant: quos scias licet male cogitare. Quoniam danti in tantum producenda notitia est munera sui, in quantum delectatura est eū, cui datur, ita accipienti adhibenda contio est. Quod pudet debere, ne acceperis. Quidā furtive agunt gratias, & in angulo, & ad aurem. Non est ista verecundia, sed in fitiandi genus. Ingratus est, qui remotis arbitris, agit gratias. Quidam nolunt nomina secum fieri, nec interponi pararios, nec signatores aduocari, nec chirographum dare. Idem faciunt, qui dant operam, vt beneficium in ipsis collatum, quam ignotissimum sit. Verentur palam ferre, vt sua potius virtute, quam alieno adiutorio consecuti dicantur. Rariores in eorum officijs sunt, quibus aut vitam, aut dignitatem debent: & dum opinionem clientium timent, grauiorem subeunt ingratorum.

C A P. XXIV.

Alij pessime loquuntur de optime meritis. Tutius est quosdam offendere, quam demeruisse. Argumentū nihil debentū, odio querunt. At qui nihil magis praestandum est, quam vt memoria nobis meritorum haereat, quae subinde refincenda est: qui nec referre potest gratiā, nisi qui meminit, & qui meminit, iam referit. Nec delicate accipīdum est, nec submissē & humiliat. Nā qui negligens est in accipiendo, cum omne beneficium recens placeat, quid faciet, cum prima eius voluntas refixerit? Alius accipit fatidiose, tanquam qui dicat: Non mihi opus est: sed quia tam valde vis, faciam tibi mei potestatem. Alius supine, vt dubiū praefuenti relinquat, an senserit. Alius vix labra diduxit, & ingratior, quam si tacuisset, fuit. Loquendum pro magnitudine rei impensus, & illa adiicienda. Plures quam putas, obligati. Nemo enim non gaudet beneficium suum latius patere. Nescis quid mihi praefueris: sed scire te oportet, quanto plus sit quam aestimas. Statim gratus est, qui se onerat. Nunquam tibi gratiam referre potero. Illud certe non desinam vbique confiteri, me referre non posse.

C A P. XXV.

Nullo magis Caesarem Augustum demeruit, & ad alia impetranda facilem sibi reddidit Furnius, quam quod cum patri Antonianas partes secuto, veniam impetrasset, dixit: Hāc vnam Caesar habeo iniuriam tuam, effecisti vt viuerem, & morerer ingratus. Quid est tam gratiā animi, quam nullo modo sibi satisfacere, nec ad spem quidem exaequandi vñquam beneficij accedere? His atque eiusmodi vocibus id agamus, vt voluntas non lateat, sed aperiatur, vt luceat. Verba clementia licet, si quemadmodū debemus affecti sumus, conscientia eminebit in vultu. Qui gratus futurus est, statim dum accepit, de reddendo cogitat. Chrysippus quidem dicit, illum velut in certamen cursus compositum, & carceribus inclusum, operiri debere suum tempus, ad quod velut dato signo profiliat. Et quidem magna illi celeritate opus est, magna contentione, vt consequatur antecedentem.

C A P. XXVI.

Videndū est nunc, quid maxime faciat ingratos. Aut nimius sui suspectus, & insitum mortalitati vitium, se suaque mirandi: aut auiditas, aut inuidia. Incipiamus a primo. Nemo non benignus est B. sui

sui iudex. Inde est, ut omnia meruisse se existimet, & in solutum accipiat, nec satis suo pretio se aestimatum putet. Hoc mihi dedit: sed quām sero, sed post quorū labores? Quanto conseqūti plura potuſsem, si illum aut illum, aut me colere maluſsem? Nō hoc speraueram. In turbam coniectus sum, tam, exīguo di-
gnūm me iudicauit, honestius praeteriti fuit.

C A P. XXVII.

CN. Lentulus augur, diuinitarum maximum exemplum, antequam illum libertini pauperem facerent (Hic quater milies ſeſtertium ſuum vidit, proprie dixi: nihil enim amplius quām vidit) ingenij fuit tam ſterilis, quām pufilli. Cum enim eſſet auariſimus, nummos citius emittebat, quām verba: tanta illi inopia erat sermonis. Hic cum omnia incrementa ſua D. Auguſto debereret, ad quem attulerat paupertatem, ſub honore nobilitatis laborantem, princeps iam ciuitatis, & pecunia, & gratia, ſub iude de Auguſto ſolebat queri, dicens a ſtudiis ſe abductum. Nihil tantum in ſe congeſtum eſſe, quantum perdiſileſt, relictā eloquentia. At illi inter alia, hoc quoque diuinus Auguſtus praefiterat, quōd illum deriuſ ac labore irrito liberauerat. Non patitur auditas quenquam eſſe gratum. Nunquam enīm improbae ſpe, quod datur, ſatis eſt. Eo maiora cupimus, quo maiora veneunt: multoque concitatior eſt avaritia, in magnarum opum congeſtu collocata, ut flāmae infinito acrior vi eſt, quo ex maiore incendio emicuit. Aequa ambiſio non patitur quenquam in ea mensura honorum conqūiſcere, quae quondam eius fuit impudens votum. Nemo agit de tribunatu gratias: ſed queritur, quōd non eſt ad praeturam vique perductus. Nec haec grata eſt, ſi deſt confuſalum. Ne hic quidem ſatis eſt, ſi vnuſ eſt. Ultra, ſe cupiditas porrigit, & felicitatem ſuum non intelligit: quia non vnde venevit, respicit, ſed quōd tendat. Omníbus hiſ vehe-
mentius & impotius malum eſt inuidia, quae nos inquietat, dum comparat. Hoc mihi praefit: ſed illi plus, ſed illi maturius: & deinde nullius cauſam agit, contra omnes ſibi fauet.

C A P. XXVIII.

Q Vanto eſt simplicius, quanto parius, beneficium accepitum augere: ſcire neminem tanti ab alio, quātā ſe ipſo aeftimari? Plus accipere debauſsem, ſed illi facile non fuit plus dare. In multos diuina-
denda liberalitas erat. Hoc initium eſt. Boni consulamus, & animū eius grāte excipiendo cuoce-
mus. Parum fecit, ſed ſaepius faciet. Illiū mihi praefuit, & me multis. Ille non eſt mihi par virtutibus, nec officijs, ſed habuit ſuam vene-
rem. Querendo non efficiam, ut maioribus dignus ſum, ſed ut datis in-
dignus. Plura illiſ hominibus turpissimi data ſunt. Quid ad rē? quām rato fortuna iudicat? Quod id e-
querimur, malos eſſe felices. Saepe quae agellos peſiſimi cuiusque tranſierat, optimorum virorum ſe-
gētem grande percuſſit. Fert ſoritem ſuam quāque, ut in ceteris rebus, ita in amicitijs. Nullum eſt tam ple-
num beneficium, quod non vellicare malignitās poſſit. Nullum tam angustum, quod non bonus inter-
pres extendat. Nunquam deerunt cauſae querendi ſi beneficia a deteriore parte ſpectaueris.

C A P. XXVIII.

V Ide quām iniqui ſint diuinorum munerum aeftimatores, etiam quidam profetiſ sapientiā. Que-
runtur, quōd non magnitudine corporis aequemus elephantes, velocitate ceruos, leuitate aues, im-
petu tauros: quōd ſolidior fit cutis beluis, decentior damis, dēnsior vrfis, mollior fibris: quōd ſagacita-
te nos narium canes vincant, quōd acie luminum aquilae, ſpatio aetatis corui, multa animalia nandi fa-
cilitate. Et cum quaedam ne coire quidem in idem natura patiatur, ut velocitatem corporum & vires
pareſ animalibus habeamus: ex diuerſis ac diſidentibus bonis hominem non eſſe compoſitum, iniuriā
vocant: & in negligentiis noſtri deos querimoniū iaciunt, quōd non bona valetudo, & vitijs inexpu-
gnabilis data ſit, quōd non futuri ſcientia, Vix ſibi temperant, quin eouſque impudentiae prouehantur,
ut naturam oderint, quōd inſtra Deos ſumus, quōd non in aequo illis ſtemus. Quanto fatius eſt ad con-
templationem tot, tantorumque beneficiorum reuerti, & agere gratias, quod nos in hoc fulcherimo
domiſilio voluerunt ſecundas ſortiri, quōd terrenis praefecerunt, Aliquid ea animalia cōparat nobis,
quorū potestas penes nos eſt? Quicquid nobis negatum eſt, dari non potuit. Proinde quicquid eſt in-
iquus aeftimator ſortis humanae, cogita quāta nobis tribuerit parens noſter, quanto valentiōra anima-
lia ſub iugum iuſerimus, quanto velociora conſequamur: quām nihil ſit mortale, non ſub iugū noſtro
poſitum. Tot virtutes accepimus, tot artes, animū denique, cui nihil non eodem qui intendit momē-
to periuim eſt, ſideribus velociorem, quorum poſt multa ſaecula futuros cursus antecedit. Tantum de-
nique frugum, tantum opum, tantum rerum aliarum ſuper alias aceruatarum. Circumeas licet cuncta:
& quia nihil totum inuenies, quod eſſe te malleſ, ex omnibus ſingula excerpas, quae tibi dari velles. Ita
bene aeftimata naturae indulgentia, conſitear neceſſe eſt, in delicijs te illi fuſſe. Ita eſt: cariſimos
nos habuerunt dij immortales, habentque. Et qui maximus tribui honos potuit, ab iſpīſ pŕoximos col-
locauerunt. Magna accepimus, maiora non cepimus.

C A P. XXX.

HAec, mi Liberalis, neceſſaria credidi, ut dicerem, & quia loquendū aliud de magnis beneficijſ
erat, cum de minutiſ loqueremur, & quia inde manat etiam inter cetera, huius detestabilis viti
audacia. Cui enim reſpondebit grāte, quod munus exiſtimabit magnum, aut reddendum, qui ſumma
beneficia ſpernit? Cui ſalutem, cui ſpiritum debebit, qui vitam accepitſe le à dijs negat, quām quotidie
ab illis perit? Quicunque ergo gratos eſſe doceſt, & hominum cauſam agit, & deorum: quibus nullius
rei indigētibus, poſtit extra diſiderium, referre nihilominus gratiam poſſimus. Non eſt, quōd quic-
quām

quam excuſationem mentis ingratia ab inſirmitate atque inopia, & dicat: Quid enim faciam, & quomo-
do? quando ſuperioribus, dominis que rerum omnium gratiam referam? Refere facile eſt, ſi auarus eſt,
ſine impedio: ſi iners, ſine opera. Eodem quidem momento, quo obligatus eſt, ſi vis, cū quelibet paria
fecisti: quoniam qui libenter beneficium accepit, reddidit.

C A P. XXXI.

HOCE paradoxis Stoicae ſectae minime mirabile, ut mea fert opinio, aut incredibile eſt, eū qui
libenter accepit beneficium, reddidit. Nam cum omnia ad animū referamus, fecit quique,
quantum voluit. Et cum pietas, fides, iuſtitia, omnis denique virtus intra ſe perfecta ſit, etiam ſi illi ma-
num exerere non licuit, gratus potest eſſe homo etiam voluntate. Quoqūd proponuit quis con-
ſequitur, capit operis ſuī fructum. Qui beneficium dat, quid proponit? Prodeſſe ei cui dat, & voluntati
ſibi eſſe. Si quod voluit, effectū, peruenitque ad me animū eius, ac tuuio gaudio afficit, tulit, quod pe-
tit. Non enim ſibi iniucem aliud redi voluit: aut non fuit beneficium, ſed negotiatio. Bene nauganit,
qui, quām destinauit portum, tenuit. Teli iactus certae manus peregit officium, ſi petita percuſſit. Bene-
ficium qui dat, vult excipi grāte. Habet quod voluit, ſi bene accepit ſe. Sed ſpernit emolumentū ali-
quod. Non fuit hoc beneficium, cuius proprium eſt nihil de redditu cogitare. Quod accipiebam, ſi eo
animū accepi quo dabatur, reddidi. Alioquin pefſima optimae rei condicio eſt. Vir gratus ſum, ad fortu-
nam mittor. Si illa iniuta respondere non poſsum, ſufficit animus animo. Quid ergo? Non quicquid po-
tero, & faciam, & reddam, temporum rerumque occaſionem ſequar, & eius implere ſinum cupiam, a
quo aliud accepi: ſed malo loco beneficium eſt, niſi & excuſis manibus eſſe grāto licet.

C A P. XXXII.

Q VI accepit, inquit, beneficium, licet animo benigniſimo acceperit, non consummavit officiū ſuum. Reſtar enim pars reddendi. Sicut in luſu eſt aliud, pilam ſcīte ac diligenter excipere, ſed
non dicitur buſtis luſor, niſi qui apte & expedite remiſit, quam exceperat. Exemplum hoc diſi-
mile eſt. Quare? quia huius rei laus in corporis motu eſt, & in agilitate, non in animo. Explicari itaque
totum decet, de quo oculis iudicatur. Nec tamen ideo non bonum luſorem dicam, qui pilam, ut oportet
bat, excepit, ſi per ipsum mora, quo minus remitteret, non fuit. Sed quām, inquit, arti ludentis nihil
defit, quia partem quidem fecit, ſed & partem quam non fecit, potest facere: ludus tamen ipſe imperfe-
ctus eſt: qui conſummat viciibus mitendi ac remittendi. Nolo diutius hoc refellere. exiſtymus ita
eſſe, defit aliud luſu, non luſori. Sic & in hoc de quo diſputamus, deſt aliud quod rei datae, cui par alia
debetur, non animo. Qui animū parem ſibi nauctus eſt, quantum in illo eſt, quod voluit, effectū.

C A P. XXXIII.

Beneficium mihi dedit, accepi non aliter, quām ipſe accepi voluit. Iam habet, quod petit: & quod
B unum petit, ego gratus ſum. Poſt haec vlus mei reſta, & aliud ex homine grāto commodū. Haec
non imperfeci officiū reliqua pars eſt, ſed perfecti accessio. Facit Phidias ſtatua. Alius eſt fructus artis,
alius artificij. Artis eſt, feciſe quod voluit: artificij, feciſe cum fructu. Perficit opus ſuum, etiam ſi non
vendidit. Triplex eſt illi fructus operis ſuī. Vnus conſcientiae: hunc abſoluto opere percepit. Alter fa-
mae. Tertius vilitatis: quem allatura eſt, aut gratia, aut venditio, aut aliqua commoditas. Sic beneficij
fructus primus ille eſt conſcientiae. Hunc percepit, qui quōd voluit, munus ſuum pertulit. Secundus eſt
famae. Tertius corum, quae praefari inuicem poſſunt. Itaq; cum benigne accepit ſum, eſt beneficium, is
qui dedit, gratiam quidem iam recepit, mercedem nondum. Debo itaque quod extra beneficium eſt, ip-
ſum quidem bene accepiendo perfolui.

C A P. XXXIV.

Q Vid ergo? Reſtilit gratiam, qui nihil fecit? Plurimum fecit, bono animo bonum reſtilit: & quod eſt
amicitiae, ex aequo. Poſt deinde aliter beneficium, aliter creditum ſoluitur. Non eſt quod expe-
ctes, ut ſolutionem tibi oſtentam, res inter animos geritur. Quod dico, non videbitur durum, quām
primo contra opinionem pugnet tuam, ſi te commodaueſis mihi, & cogitaueris res eſſe plures, quām
verba. Ingens copia eft terū ſine nomine, quas non propriis appellationibus notamus, ſed aliunde com-
modatis. Pedem & noſtrum dicimus, & lecti, & veli, & carminis. Canem, & venaticum, & marinum, &
fidus. Quia non ſufficiunt, ut ſingulis ſingula aliſignemus: quotiens opus eft, mutuamur. Fortitudo eft
virtus, pericula iuſta contemnens: aut ſcientia periculorum repellendorum, excipendorum, prouocan-
dorum. Dicimus tamen & gladiatorem, forte virum, & feruum nequam, quem in contemptum mortis temeritas impulit. Partimonia eft ſcientia vitandi ſumptus ſuperuacios: aut ars re familiari mode-
rate vrendi: parciflum tamen hominem vocamus pufilli animi & contrachii: cum infinitum interſit,
inter modum & angulfias. Haec alia ſunt natura: ſed effectū inopia sermonis, ut & hinc & illum parcum
voceſum, ut & ille forte dicatur cum ratione fortuita despiciens, & hic ſine ratione in pericula excur-
rens. Sic beneficium, & actio dicunt beneficij, & ipſum quod datur per illam actionem: ut pecunia do-
minus, practexta. Vnum vtrique nomen eft: viſ quidem ac poteftas longe alia.

C A P. XXXV.

ITaque attēde. Iam intelligis, nihil me, quod opinio tua refugiat, dicere. Illi beneficio quod actio per-
ficit, relata gratia eft, ſi illud beneole excipimus. Illud alterum quod re coſtinetur, nondum reddi-
dimus, & volumus reddere. Voluntati voluntate ſatisfecimus, rei rem debemus. Itaque quām reſtilit
B 2 ſeillum

seillum gratiam dicamus, qui beneficium libenter accepit, jubemus tamen aliquid simile ei, quod accipit reddere. A consuetudine quedam, quae dicimus, abhorrent. Deinde alia via ad consuetudinem repleant. Negamus iniuriam accipere sapientem: & tamen qui illum pugno perculserit, iniuriarum damna subitur. Negamus rem stulti esse: & tamen eum qui rem aliquam ita sùrripuerit, furti condemnabimus. Infante omnes stultos dicimas: nec tamen omnes curamus elleboros. His ipsi quos vocamus infanos, suffragium & iurisdictionem committimus. Sic dicimus eum, qui beneficium bono animo accipit, gratiam retulisse: nihilominus illum in aere alieno relinquimus, gratiam relaturum, etiam cum rediderit. Exhortatio est illa, non infinitatio beneficij. Ne timeamus, neve intolerabili sarcina depresso deficiamus animo. Bona mihil donata sunt, & summa defensa, detractae fides, spiritus, & libertas potior spiritu, & quomodo referre gratiam potero: quod ille veniet dies, quo illi animum meum ostendam? Hic ipse est, quo ille suum ostendit. Excipe beneficium, amplexare, gaude: non quod accipias, sed quod redidas, debitus. Non adibis tam magnae rei periculum, ut casus ingratu facere te possit. Nullas tibi propinam difficultates, ne defpondeas animum, ne laborum, ac longae seruitutis expectatione deficias. Non differo te de praesentibus fias. Nunquam eris gratus, nisi statim sis. Quid ergo facies? Non armis sumenda sunt: & fortasse erunt. Non maria emerienda. Fortasse etiam ventis minantibus solues. Vis reddere beneficium? Benigne accipe, retulisti gratiam: non vt soluisse te putas, sed vt securior debeat.

LIBRI SECUNDI FINIS.

M· ANTONII MVR ETI AD
SECUNDVM LIBRVM SENECAE
DE BENEFICIIS NOTAE.

PTIMVM est.] *Lego*; Primum est. atque ita legendum, ostendit id quod subiungitur:
Proximum sequi.
Oscurrat.] *Frustra quidam emendare conati, legendum putarunt, Corruat. Concurrit os, & confundi pro eodem dicitur. Concurrit igitur os ijs, quibus multo sanguine concurrente suffunditur, quasi natura ipsa obtidente velum quoddam pudoris.*
Potes ob id ingratis esse?] *Lego*; Potest, ut neget Seneca, posse quemquam ob tale beneficium, cuius longa expectatione torius est, ingratum videri, etiam si nullam pro eo gratiam referat. Quis enim, quod tortus sit, gratiam se debere ullam paret?
Aut gaudere beneficio suo tardius.] *Lege*. Qui aut diutius torqueri patitur, quem protinus potest liberare, aut gaudere tardius, beneficio suo manus afferit. Manus autem beneficio suo afferre eleganter dicitur is, qui ipse met beneficij sui gratiam extinguit.
Sed infinitum intereft.] *Male ante a legebatur. In infinitum.*
A nepote M. Allio.] *Nepotem vocat decoctorem, ut in illo Horatiano, ventres lamna candente nepotum diceret vrenders. Quod autem hic refertur, ad id videlicet tempus pertinet, quo Tiberius paucorum senatorum inopiam sublevauit. Quia de re ita Suetonius. Paucorum senatorum inopia sustentata, ne pluribus operem ferret, negavit se alij subueniatur, nisi senatus iustas necessitatibus causas probabat. Meminit & Tacitus libro secundo: quorum tamen neuter id quod hic de Allio dicitur, narrat.*
Arcesilaus.] *Apellem Chium fuisse, quem hoc modo Arcesilaus adiunxit, e Plutarcho didicimus, qui hanc ipsam historiolam exenuebat in commentario, quo docet quomodo quis adulatorem internoscere posuit ab amico.*
Quid ego illi.] *Alij. Quidni ego illi, quae tantula depravatio totam Senecae sententiam peruerterebat.*
Qui dedit beneficium, taceat: narret qui accepit.] *Hac de re festissimum extat epigramma Martialis.*
Quae mihi praestiteris, memini, semperque tenebo.
Cur igitur taceo Postume? tu loqueris.
Incipio quoties alicui tua dona referre.
Protinus exclamat: Dixerat ipse mihi.
Non belle quaedam faciunt duo, sufficit unus.
Huic operi. si vis, ut loquaris, ipse tace.

Crede

Crede mihi, quamvis ingentia Postume dones,
Auctoris pertunt garrulitate sui.
Nec tamen tuta sunt.] *Alij libri. Haec tamen irrita sunt.*
Caesar.] *Lege, C. Caesar, ita autem fere semper vocat Caligulam. Etiam Penno, legendum, non Poeno.*
Persica seruitute.] *Hoc enim honoris genus Persae regibus suis deferebant. Sic apud Xenophonem quidam
ταποιαση τῷ Κύρῳ τὸς χείρας τοῖς πόδεσ.*
Submissis honoribus.] *Inepte. Lege, vi in alijs, summis vsus honoribus.*
Pigros suis.] *Vide Turnebum cap. 30. lib. 9. aduersariorum.*

Ab Antigono.] *Aliquando hoc venustius extulit Plutarchus in apophlegmatis, si modo liber ille Plutarchi
est. Οργώντων τῷ Κυρρῷ δέχουσι αὐτὸν τὸν αὐτόν, εἰλέτος βασιλεὺς ἡπειρος, εἰλέτον τὸν αὐτόν
δέ μοι, εἰλέτον κυρρών, εἰον, τὸ ληπτόν.*

Ab ijs quibus dedisse videamur.] *Legendum puto. Ab ijs quibus dedisse vellemus.*

Monetique amicitia.] *Locus viliatus videtur.*
Tuber quidam tyranni.] *Cicero libro 3. de natura deorum. Nec enim Herculi Deianira nocere veluit,
cum ei tunica sanguine centauri timet dedit: nec prodeesse Phareo Iason, is qui gladio romicam eius aper-
ruit, quam medici sanare non poterant. Narrat & Valerius libro primo.*

Se gesisse.] *Inepte in alijs, se egisse.*
Non an feruissent, fer cui.] *Nec enim pugnabant pro libertate, cuius iam spes omnis praecisa erat. Sed quod
alij Pompeio, alijs Caesari feruere malent. Ita autem censui iam pridem emendandum hunc locum, cum in detere-
libro reperiresem: Non an feruissent feru. Alij postea eandem quidem sententiam effecerunt, sed nimium quin
tum a veteris scripturae refugis recesserunt.*

Propinationem.] *Affinis enim erat illi ritio, quod in Iterne quodam significat Martialis his versibus.*

Quod nulli calicem tutum propinas,

Humane facis Herme, non superbe.

Antequam illum libertini pauperem facerent.] *Amare dictum in Claudium, sub quo libertinorum im-
mensae opes fuerunt.*

Bona valerudo & virtus inexpugnabilis.] *Quam neque cibi ac potionis, neque rerum venerarum intempe-
rantia expugnare posit. Autem in pugna legebatur, Et virius inexpugnabilis.*

Maiora non cepimus.] *Id est maiorum capaces non fuimus. Verus simus sententiam deformarant, qui
scriperant, Maiora non debuimus.*

Si iners, sine opera.] *Hanc quoque corruerant, una voce detracit, hoc modo, si iners, opera.*

LIBER TERTIVS.

C A P. I.

NON referre beneficij gratiam, & est turpe, & apud omnes habetur, Ebaci Liberalis. Ideo de ingratis etiam ingrati queruntur: cum interim hoc omnis habeat, quod omnibus displaceat: adeoque in contrarium itur, ut quosdam habeamus infestissimos non post beneficia tantum, sed propter beneficia. Hoc prauitate naturae accidere quibusdam non negauerim: pluribus, quia memoriam terapis interpositum subduxit. Nam quae recentia apud illos viguerunt, ea interiecto spatio obsolescunt. De quibus fuisse mihi tecum disputatione scio, cu tu illos non ingratos vocares, sed oblitos: tanquam ea res ingratum excusat, quae facit. An quia hoc accidit alicui, non sit ingratus: cu hoc non accidit, nisi ingrato? Multa sunt genera ingratorum, ut futrum, homicidarum: quorum una culpa est, ceterum in partibus varietas magna. Ingratus est, qui beneficium accepisse se negat, quod accepit. Ingratus est, qui dissimulat. Ingratus, qui non reddit: ingratus omnium, qui oblitus est. Illi enim si non soluantur, tamen debent: & extat apud illos vestigium certe meritorum, intra malam conscientiam conclusorum. Et aliquando ad referendam gratiam conuertit ex aliqua causa possunt, si illos pudor admonuerit, si subita honestae rei cupiditas: qualis solet ad tempus, etiam in malis pectoribus exurgere, si inuitauerit facilis occasio. Hic nunquam fieri gratius potest, cui totum beneficium elapsum est. Et utrum tu peiorum vocas, apud quem gratia beneficij intercidit, an apud quem etiam memoria? Lusciosi oculi sunt, qui lucem reformati caeci, qui non vident. Et parentes suos non amare, impietas est: non agnoscere, insania. Quis tam ingratus est, quam qui quod in prima parte animi positum esse debuit, & semper occurtere, ita leposuit & abiecit, ut in ignoraniam verteretur? Apparet illum non saepe de reddendo cogitasse, cui obrepit oblitio.

B 3 C A P.

C A P. II.

Denique ad reddendam gratiam, & virtute opus est, & tempore, & facultate, & aspirante fortuna. Qui meminip, sine impedio gratus est. Hoc quod non operam exigit, non opes, non felicitatem: qui non praefat, nullum habet quo lateat patrocinium. Nunquam enim voluit gratus esse, qui beneficium tam longe proiecit, ut extra conspectum suum poneret. Quemadmodum quae in vnu sunt, & manum quotidie, ractumque patiuntur, nunquam periculum situs adeunt: illa quae ad oculos non reuocantur, sed extra conuersationem, vt superacua iacerunt, fordes ipsa colligunt veritate: ita quicquid frequens cogitatio exercet ac renouat, memoriae nunquam subducitur, quae nihil perdit, nisi ad quod non saepe res pexit.

C A P. III.

Praeter hanc causam aliae quoque sunt, quae nobis merita nonnunquam maxima velant. Prima omnium ac potissima, quod nouis semper cupiditatibus occupati, non quid habeamus, sed quid petamus, inspicimus: non in id quod est, sed in id quod appetimus, intenti. Quicquid enim domi est, vile est. Sequitur autem, vt vbi quod acceperis leue nouorum cupiditas fecit, auctor quoq. eorum non sit in pretio. Amauius aliquem & suspirimus, & fundatum ab illo statum nostrum professi sumus, quam diu nobis placebant ea quae consecuti sumus. Deinde irrumpit in animum aliorum admiratio, & ad ea imperius factus est, vt mortalibus mos est, ex magnis maiora cupiendi: protinus excidit, quicquid ante apud nos beneficium vocabatur. Nec ea intuemur, quae nos alijs praeposuere, sed ea sola quae fortuna praecedentium ostentat. Non potest autem quisquam & innidere, & gratias agere. Quia innidere, querentis & maestri est: gratias agere, gaudentis. Deinde quia nemo nostrum nouit, nisi id tempus quod cum maxime transit. Ad praeceps rati animum reponit. Sic fit, vt praeceps, eorumque beneficia intercidant, quia totam pueritiam relinquitur. Sic fit, vt in adolescentiam nostram collata pereant: quia ipsa nunquam retractatur. Nemo quod fuit tanquam in praeterito, sed tanquam in perduto ponit. Ideo que caduca memoria est futuro imminentium.

C A P. IV.

HOC loco reddendum est Epicuro testimoniū, qui assidue queritur, quod aduersus praeterita sumus ingrati, quod quacunque percepimus bona, non in memoriam reducamus, nec inter voluptates numeremus: cum certior nulla sit voluptas, quām quae iam eripi non potest. Praesentia bona nondum tota in solido sunt, potest illa casus aliquis incidere. Furura pendet, & incerta sunt. Quod praeterit, inter tutu sepositum est. Quomodo gratus quisquam esse aduersus beneficia potest, qui omnem vitam suam transilīt? Praesentium intuitus, ac praeteritorum memoria gratum facit. Memoriae minimum tribuit, quisquis spei plurimum.

C A P. V.

Quemadmodum, mi Liberalis, quaedam res semel perceptae haerent, quaedam vt scias, non est satis didicisse (intercidit enim eorum scientia, nisi cotinetur) Geometriam dico & sublimium cursum, & si qua alia propter subtilitatem lubrica sunt: ita beneficia quaedam magnitudo non patitur excidere, quaedam minora, sed numero plurima, & temporibus diuersa, effluunt. Quia (vt dixi) non subiade illa tractamus, nec libenter quid cuique debeamus, recognoscimus. Audi voces potentiū. Nemo non viciūrām semper in animo suo memoriam dixit, nemo non deditum se & deuotum professus est, & si quod aliud humilius verbum, quo se oppigneraret, inuenit. Post exiguum tempus ijdēm illi verba priora quasi sordida, & patrum libera cuitant: peruenient deinde eo, quō, vt ego existim, pessimum quisque, atque ingratisimūs peruenit, vt obliuiscantur. Adeo enim ingratus est, qui oblitus est, vt gratus sit, cui beneficium in mente venit.

C A P. VI.

HOC tam inuisum viuum, an imputum esse debet, queritur: & an haec lex, quae in scholis exercetur, etiam in ciuitate popenda sit, qua ingratia datur actio, quae videtur aequa omnibus. Quid ni; cum vrbes quoque vrbibus, quae praefitere exprobrent, & maioribus collata, a posteris exigant. Nostrī maiores, maximi illi viri, ab hostibus tantū res repetierunt, Beneficia magno animo dabat, magno perdebat. Excepta Medorū gente non est in vlla data aduersus ingratus actio. Magnumque hoc argumentū, dandā non fuisse: quia aduersus maleficū omne consensimus, & homicidij, beneficij, parricidij, violatarū religionū, alibi atq. alibi diuersa poena est, sed ybiq. aliqua. Hoc frequentissimum crimen nusquam punitur, vbiique improbatut. Neque absoluimus illud: sed cum difficilis esset incertae rei aestimatio, tantum odio damnauimus, & inter ea reliquimus, quae ad vindices deos mittimus.

C A P. VII.

Rationes autem multae mihi occurruunt, propter quas crimen hoc in legem caderet non debet. Primum omnium pars optima beneficij perire, si actio, sicut certae pecuniae, aut ex conducto, aut ex locato datur. Hoc enim speciosissimum est, quod dedimus vel perdituri, quod totum permisimus accipientium arbitrio. Si appello, si ad iudicem voco, incipit non beneficium esse, sed creditum: deinde cui res honestissima sit, referre gratiam, definit esse honesta, si necessaria est. Nō enim magis laudabit quisquam gratum hominem, quām eum, qui depositum reddidit, aut quod debebat, citra iudicium soluit. Ita duas res, quibus in vita humana nihil pulchrius est, corrumpimus, gratum animum, & beneficium. Quid

Quid enim aut in hoc magnificum est, si beneficium non dat, sed commodat: aut in illo qui reddit, non quia vult, sed quia necesse est: Non est gloriā res, gratum esse: nisi tutum est, ingratus fuisse. Adiice nunc quod huic vni legi omnia fora vix sufficient. Quis erit, qui non agat? quis, cum quo non agatur? Omnes sua extollunt, omnes etiam minima, quae in alios contulere, dilatant. Praeterea quaecunq. in cognitionem cadunt, comprehendendi possunt, & non dare infinitam licentiam iudicii. Ideo melior videtur condicio causae bonae, si ad arbitram mittitur: quia illum formula includit, & certos, quos nō excedat, terminos ponit: huius libera, & nullis astricta vineulis religio, & detrahente aliquid potest, & adiucere, & sententiam suam, non prout lex, aut iustitia suadet, sed prout humanitas aut misericordia impicit, regere. Ingrati actio non erat iudicem alligatura, sed regno libertimo positura. Quid sit enim beneficium, non constat; deinde quantumcumque sit, refert, quām benigne illud interpretetur iudex. Quid sit ingratus, nulla lex monstrat. Saepe & qui reddidit quod accepit, ingratus est: & qui non reddidit, gratus. De quibūdā etiam imperitus iudex dimittere tabellam potest. Vbi fecisse, aut non fecisse pronuntiandum est, ibi prolatis cautionibus, controversia tollitur. Vbi vero inter disputantes ratio ius dicit, ibi animi conjectura capienda est. Vbi id, de quo sola sapientia decernit, in controversiam incidit, non potest ad haec sumi iudex ex turba selectorum, quem census in album, & equestris hereditatis misit.

C A P. VIII.

ITaque non haec parum idonea res visa est, quae deduceretur ad iudicem, sed nemo huic rei satis idoneus inuenit: quod non admiraberis, si excusseris, quid habitus fuerit difficultatis, quisquis in eiusmodi reum exigit. Donauit aliquis magnam pecuniam: sed diues, sed non sensurus impendit. Donauit alijs: sed toto patrimonio cessurus. Summa eadem est: beneficium, idem non est. Etiam nunc adiice. Hic pecuniam pro addicto dependit: sed cum illam domo protulisset. Ille dedit eadem: sed mutuam sumpsit, aut roganit, & se obligari ingenti merito passus est. Eodem existimas loco esse illum, qui beneficium ex facili largitus est: & hunc, qui accepit, vt daret: Tempore quaedam magna sunt, non summa. Beneficium est donata possessio, cuius fertilitas laxare possit annonam. Beneficium est, vnu in fame panis. Beneficium est, donare regiones, per quas multa flumina & nauigabilia decurrant. Beneficium est, areñibus siti, & vix spissum per siccas fauces ducentibus monstrare fontem. Quis inter se ista comparabit? Quis expendet? Difficilis est sententia, quae non rem, sed vim rei quererit. Eadem licet sint, aliter data, non idem pendent. Dedit mihi hic beneficium: sed nō libenter, sed dedisse se questus est, sed superbius me quām solebat, aspergit: sed tam tāde dedit, vt plus praestiturus fuerit, si cito negasset. Horum quomodo iudex initit aestimationem, cum sermo & dubitatio, & vultus meriti gratia destruant?

C A P. IX.

QVid quod quaedam beneficia vocantur, quia nimis concupiscuntur: quaedam non sunt ex hac vulgari nota, sed maiora, etiam si minus apparent: Beneficium vocas, dedisse potentis populi ciuitatem, in quatuordecim gradus deduxisse, & defendisse capitū reūm: quid vtilia sua sis? quid retinuisse, ne in scelus rueret? quid gladiū excusisse morituro? quid efficacibus remedij refocillasse lugentes? & quos desiderabat volentes sequi, ad vitae consilium reduxisse? Quid assedisse aegro, & cu valentudo eius ac salus momentis constaret, exceptisse idonea cibo tempora, & cadentes venas vino refecisse, & medicum adduxisse morienti? Haec quis aetimabit? quis similibus beneficiis iubebit beneficium penari? Donauit tibi domum; sed ego tuam supra te ruere praedixi. Dedit tibi patrimonium: sed ego naufragio tabulam. Pugnauit pro te, & vulnera exceptit; at ego vitam sibi silentio dedi. Cum aliter beneficium detur, aliter reddatur, paria facere difficile est.

C A P. X.

Dies praeterea beneficio reddendo non dicitur, sicut pecuniae creditae. Itaque porest, qui nondum reddidit, reddere. Dic enim, intra quod tempus deprehendatur ingratus. Maxima beneficia probationem non habent. Saepe intra tacitam duorum conscientiam latent. An hoc inducimus, vt ne demus beneficia sine teste? Quam deinde poemam ingratū constituamus? Vnam omnibus, cum dispartia beneficia sint? Inaequalem & pro cuiusque beneficio maiorem, aut minorem? Age, intra pecuniam versabitur taxatio: quid quaedam beneficia vitae sunt, & maiora vita? His quae pronuntiabitur poena? Minor beneficio? Iniqua est. Par & capitalis? Quid inhumanius, quām cruentos esse beneficiorum exitus?

C A P. XI.

QVaedam, inquit, priuilegia parentibus data sunt, Quomodo horum extra ordinem habita ratio est, sic aliorum quoque beneficiorum haberi debet. Parentum condicōnē sacrauitus, quia expediebat liberos tolli. Sollicitandi ad hunc laborem erant incertam aditum fortunam. Non poterat illis dici, quod beneficia dantibus dicitur; Cui des, elige ipse tecum. Si deceperis es, quaere dignum, adiuua. In liberis tollendis nihil iudicio tollentium licet: tota res voti est. Itaque vi acquirere animo adirent aleam, danda illis aliqua potestas fuit. Deinde alia condicōnē est parentum, qui beneficia, quibus dererunt, dant nihilominus daturique sunt. Nec est periculum, ne dedisse se illis mentiantur. In ceteris quaeri debet, non tantum an reperint, sed an dederint. Horum in confessu merita sunt: & quia vtile est iumentū regi, imposuimus illi quasi domesticos magistratus, sub quorum custodia continetur. Deinde om-

de omnium parentum vnum erat beneficium. Itaque aestimari semel potuit. Alia diuersa sunt & diffimilia, infinitis inter se intervallis distantia. Itaque sub nullam regulam cadere potuerunt: cum aequius esset omnia relinqui, quam omnia aequari.

C A P. XII.

Q Vaedam magno dantibus constant: quaedam accipientibus magna sunt: sed gratuita tribuenti bus: quaedam amicis data, quaedam ignotis. Plus est, quamvis idem detur, si ei detur, quem nosse a tuo beneficio incipis. Hic auxilia tribuit, ille ornamenta, ille solatia. Inuenies, qui nihil putet esse iucundius, nihil maius, quam habere in quo calamitas acquiescat. Inuenies rursus, qui dignitatem suae, quam securitati, consuli malit: est qui plus ei debere se iudiceret, per quem tutior est, quam ei per quem honestior. Proinde ista maior aut minor erunt, prout fuerit iudex aut ad haec, aut ad illa inclinatus animo. Praeterea creditorem mihi ipse eligo. Beneficium saepe ab eo accipio, a quo nolo, & aliquando ignoras obligor. Quid facies ingratum vocabis eum, cui beneficium inscio, & si sciuistis, non accepturo, impo- situm est: non vocabis eum, qui vtcunque acceptum non reddidit?

C A P. XIII.

A Liquis dedit mihi beneficium, sed idem postea fecit iniuriam. Vtrum vno munere ad patientiam omnium iniuriarum astringor: an perinde erit ac si gratiam retulerim, quia beneficium suum ipse infrequentis iniuria rescidit? Quomodo deinde aestimabis, vtrum plus sit quod accepit, an id quo laetus est: Dies me deficit, omnes difficultates persequi tentantem. Tardiores, inquit, ad beneficia danda facimus, non vindicando data, nec initiatores eorum afficiendo poena. Sed illud quoque tibi econtra- rior occurrit. Multo tardiores futuros ad accipienda beneficia, si periculum causae dicendae adituri erunt, & innocentiam sollicitiore habituri loco. Deinde erimus per hoc ipsi quoque ad danda tardiores. Nemo enim libenter dat iniurias: sed quicunque ad beneficiandum bonitate inuitatus est, & ipsa pulchritudine rei, etiam libentius dabit, nihil debituris, nisi quod volent. Minuitur enim gloria eius officii, cui diligenter cautum est.

C A P. XIV.

D Einde pauciora erunt beneficia, sed veriora. Quid autem mali est, inhiberi beneficiorum temeritatem: Hoc enim ipsum fecuti sunt, qui nullam legem huic constituerunt, ut circumspetius dona- remus, circumspetius eligemus eos, in quos merita conferrentur. Eriam atque etiam cui des confidea- ra. Nulla actio erit, nulla repetitio. Erras, si existimas succursurum tibi iudicet. Nulla lex te in integrum restituet. Solam accipientis fidem specta. Hoc modo beneficia auctoritatem suam tenent, & magnifica sunt. Pollues illa, si materiam litium feceris. Aequissima vox est, & ins gentium praefereferens, Redde quod debes. Haec turpissima est in beneficio. Redde. Quid reddet? Vitam, inquam, debet, dignitatem, se- curitatem, sanitatem. Reddi maxima quaeque non possint. Aut pro his, inquit, aliquid quod tanti sit. Hoc est quod dicebam, interituram tantae rei dignitatem, si beneficium mercem facimus. Non est inci- tandus animus ad auaritiam, ad querelas, ad discordiam: sua sponte in ista fertur. Quantum possumus refi- stamus, & querendi occasiones amputemus.

C A P. XV.

V Tinam quidem persuadere possemus, vt pecunias, creditas tantum à volentibus acciperent. Vtinā nulla stipulatio emptorem venditori obligaret: nec paēta conuentaque impressis signis custodi- rentur: fides potius illa seruaret, & aequum colens animus. Sed necessaria optimis praetulerunt, & coge- re fidem quam speckare malunt. Adhibentur ab utraque parte testes. Ille per tabulas plurimum nomina interpositis pararijs facit. Ille non est interrogatione contentus, nisi rem manu sua tenuit. O turpem hu- mano generi fraudis ac nequitiae publicae confessionem. annulis nostris plus quam animis creditur. In quid iti viri ornati exhibiti sunt: in quid imprimunt signa? Nempe ne ille neget accepisse se, quod accep- sit. Hos incorruptos viros & vindices veritatis existimas? At his ipsis statim non aliter pecuniae com- mitentur. Ita non honestius erat à quibusdam fidem falli, quam ab omnibus perfidiā timeri? Hoc vnum deest auaritiae, vt beneficia sine sponsore non demus. Generosi animi & magnifici est, iuuare & prodeſſe. Qui dat beneficia, deos imitatur: qui repetit, feneratores. Quid illos, dum vindicamus, in tur- bam fōrdidissimam redigimus?

C A P. XVI.

P Lures, inquit, ingratii erunt, si nulla aduersus ingratum datur actio. Immo pauciores: quia maiore delectu dabuntur beneficia. Deinde non expedit notum omnibus fieri, quam multi ingratii sint. Pudorem enim rei toller multitudine peccantium, & desinet esse propri loco commune maledictum. Nunquid iam vila repudio erubescit, postquam illustres quaedam ac nobiles feminae, non consulum numer, sed maritorum annos suos computant, & exiunt matrimonij causa, nubunt repudiū? Tā diu illud timebatur, quam diu rarum erat. Quia vero nulla sine diuortio aēta sunt, quod saepe audiebant, facere didicerunt. Nunquid iam vills adulterij pudor est, postquam eo ventum est, vt nulla virum habeat, nisi vt adulterum irrītē? Argumentum est deformitatis pudicitia. Quam inuenies tam miseram, tam fōrdidam, vt illi fatis sit vnum adulterorum par? nisi singulis diuisit horas, & non sufficit dies omnibus? nisi ad alium gestata est, apud alium mansit? Infrunita & antiqua est, quae nescit matrimonij vocari vnius adulterium. Quemadmodum horum delictorum iam evanuit pudor, postquam res latius euagata est: ita ingratios plures efficies & audacieores, si numerare se coepirint.

C A P.

C A P. XVII.

Q Vid ergo, impunitus erit ingratus? Quid ergo, impunitus erit impius? Quid malignus? Quid au- rus? Quid impotens? Quid crudelis? Impunita tu credis esse, quae inuisa sunt? Aut vllum suppli- cium grauius existimas publico odio? Poena est, quod non audet ab vlo beneficium accipere, quod non audet vlli dare, quod omnium designatur oculis, aut designari se iudicat, quod intellectu opti- mae rei ac dulcissimae amisit. An tu infelicem vocas, qui caret acie oculorum, cuius aures morbus ob- struxit: non vocas miserum eum, qui sensum beneficiorum amisit? Testes ingratorum omnium deos metuit, vrit illum & angit intercepti beneficij conscientia: deniq. satis haec ipsa poena magna est, quod rei (vt dicebam) iucundissime fructum non percipit. At quem iuvat accepisse, aequali perpetuaque voluptate fruitur: & animum eius a quo accepit, non rem intuens gaudet. Gratium hominem semper be- neficium delectat, ingratum semel. Comparari autem potest virtusque vita: cum alter tristis sit & soli- citus, qualis esse initiator ac fraudulentus solet: apud quem non parentum, qui debet, honor est, non educatoris, non praceptorum: alter laetus, hilaris, occasionem referenda gratiae expectans, & ex hoc ipso affectu gaudiū grande percipiens, nec quaerens quomodo decoquat, sed quemadmodum plenius vberiusq. respondeat, non solum parentibus & amicis, sed humilioribus quoque personis. Nam etiam si a seruo suo beneficium accepit, aestimat non a quo, sed quid accepit.

C A P. XVIII.

Q Vanquam quaeritur a quibusdam, sicut ab Hecatone, an beneficium dare seruus domino possit. Sunt enim qui ita distinguant, Quaedam beneficia esse, quaedam officia, quaedam ministria. Be- neficium esse, quod alienus det. Alienus est, qui potuit sine reprehensione celare. Officium esse filij, vxoris, & earum personarum, quas necessitudo suscitat, & ferre open iubet. Ministerium esse serui, que condicio sua eo loco posuit, vt nihil eorum quae praefstat, impetr superiori. Propter ea seruos qui ne- get dare aliquando beneficium, ignarus est iuris humani. Refert enim cuius animi sit, qui praefstat, non cuius status. Nulli praeclosa virtus est, omnibus patet, omnes admittit, omnes inuitat, ingenuos, liberti- nos, seruos, reges, & exules. Non eligit domū, nec censum: nudo homine contenta est. Quid enim erat tuni aduersus repentina, quid animus magnus promitteret sibi, si certam virtutem fortuna mutaret? Si non dat beneficium seruus domino, nec regi quisquam suo, nec duci sui miles. Quid enim interest, quāli quisque teneatur imperio, si summo tenetur? Nam si seruo, quo minus in nōmen meriti perueniat, ne- cessitas obest, & patiendo vltima timor: idem istud obstat, & ei qui regem habet, & ei qui ducem: quo- niā quāquam sub dispari titulo, paria in illos licent. At qui dant regibus suis, dant imperatoribus be- neficia: ergo & dominis. Potest seruus iustus esse, potest fortis, potest magnanimus: ergo & beneficium dare potest. Nam & hoc virtutis est, adeoque dominis serui beneficia possunt dare, vi ipsos saepe benefi- cia sua ficerint. Non est dubium, quin seruus beneficium dare possit cuilibet: quare ergo non & domi- no suo possit?

C A P. XIX.

Q Via non potest, inquit, creditor domini sui fieri, si pecuniam illi dederit. Alioqui quotidie domi- num suum obligat. Peregrinantem sequitur, aegro minister, & labore summo colit. Omnia tamē ista quae alio praestante beneficia dicerentur, praestante seruo ministeria sunt. Beneficium enim id est, quod quis dedit, cum illi liceret & non dare. Seruus autem non habet negandi potestatem. Ita non praefstat, sed paret. Nec id se fecisse iactat, quod non facere non potuit. Etiam sub ista lege vincam, & eo perducam seruum, vt in multa liber sit. Interim dic mihi, si tibi ostendero aliquem seruum pro salute do- mini sui sine respectu sui dimicantem, & confossum vulneribus, reliquias tamen sanguinis ab ipsis vita- bus fundentem, & vt ille effugienti tempus habeat, moram sua morte quaerentem: hunc tu negabis be- neficium dedisse, quia seruus est? Si tibi ostendero aliquem, vt secreta domini prodat, nulla tyraanni polli- citatione corruptum, nullis territum minis, nullis cruciatus victrum, aueritate quantum potuit, suspi- ciones querentis, & impendisse spirillum fidei: hunc tu negabis beneficium domino dedisse, quia ser- uus est? Vide ne eo maius sit quo rarius est exemplum virtutis in seruis: eoque gratius, quod cum fere in- uisa imperia sint, & omnis necessitas gravis, commune seruitutis odium, in aliquo domini caritas vicit. Ita non ideo beneficium non est, quia a seruo profectum est: sed ideo maius, quia deterret ab illo nec seruitus quidem potuit.

C A P. XX.

E Rrat, si quis existimat seruitutem in totum hominem descendere. Pars melior eius excepta est. Cor- pora obnoxia sunt & adscripta dominis: mens quidem sui iuris, quae adeo libera & vaga est, vt ne ab hoc quidem carcere cui inclusa est, teneri queat, quo minus impetu suo vtatur, & ingentia agat, & in infinitum comes caelestibus exeat. Corpus itaq. est, quod domino fortuna tradidit. Hoc emitur, hoc vē- ditur. Interior illa pars mācipio dari non potest. Ab hac quicquid venit, liberum est. Non enim aut nos omnia iubere possimus, aut in omnia ferri parere coguntur. Contra rempublicam imperata non fa- cient, nulli sceleri manus commodabunt.

C A P. XXI.

Q Vaedam sunt quae leges nec iubent, nec vetant facere: in his seruus materiam beneficij habet. Quamdiu praestatur, quod a seruis exigī solet, ministerium est: vbi plus quam quod seruo necel- se est,

DE BENEFICIIS

se est beneficium. Vbi in affectum amici transit, deficit vocari ministerium. Est aliquid quod dominus praefatur seruo debeat, ut cibaria, vestiarium. Nemo hoc dixit beneficium. At indulxit, liberalius educavit, artes quibus erudiuntur: ingenii, tradidit, beneficium est. Idem econtrario fit in persona serui. Quicquid est quod seruili officij formulam excedit, quod non ex imperio, sed ex voluntate praefatur, beneficium est: si modo tantum est, ut hoc vocari potuerit, qualibet alio praefante.

C A P. XXII.

Seruus (ut placet Chrysippus) perpetuus mercenarius est. Quemadmodum ille beneficium dat, vbi plus praefat quād operis locauit: sic seruus vbi benevolentia erga dominum fortunae suae modum transtinet, & altius aliquid ausus, quod etiam feliciter nota decori est, & spem domini antecessit, beneficium est: terra domum inuenientem. An aequam tibi visetur, quibus, si minus debito facias, irascitur, non haberi gratiam, si plus debito solitoque fecerint? Vis scire, quando non sit beneficium? Vbi dici potest, Quid si nolle? Vbi vero id praefat, quod nolle licuit, voluisse laudandum est. Inter se contraria sunt, beneficium & iniuria. Potest dare beneficium domino, si a domino iniuriam potest accipere. At qui de iniurijs dominorum in seruos, qui audiat, positus est, qui & faciuit & libidinem, & in praebendis ad victimam necessariam auaritiam compescat. Quid ergo? Beneficium dominus a seruo accipit? Immo homo ab homine. Denique quod in illius potestate fuit, fecit. Beneficium domino dedit. Ne a seruo accepis, in tua potestate est. Quis autem tantus est, quem non fortuna indigere etiam infirmis cogat? Multiam beneficiorum exempla referam, & dissimilia, & quaedam inter se contraria. Dedit aliquis domino suo vitam, dedit mortem, seruauit peccatum, & hoc si parum est, pereundo seruauit. Alius mortem domini adiunxit, aliis decepit.

C A P. XXIII.

Claudius Quadrigerius in duo & vicefimo annalium tradidit, cum ob sideretur Adrumetum, & iam ad summam desperationem ventum esset, duos seruos ad hostem transfugisse, & opera premum fecisse. Deinde urbe capta, passim discurrente victore, illos per nota itinera ad domum in qua seruerant, praecurrisse, & dominam suam ante se egisse, & querentibus quae nam esset, dominam, & quidem crudelissimam ad supplicium ab ipsis duci, professos esse. Eductam deinde extra muros summa cura celasse, donec hostilis ira consideret. Deinde ut satiatus miles ad Romanos mores cito rediit, illos quoque ad suos redisse, & dominam sibi ipsos dedisse. Manumisit utrumque euestigio illa: nec indignata est ab his se vitam acceperisse, in quos vita necisque potestatem habuisset. Potuit sibi hoc vel magis gratulari. Alter enim seruata munus nota & vulgaris clementia habeisset: sic seruata, nobilis fabula, & exemplum dominarum fuit. In tanta confusione captae ciuitatis, cum sibi quisque consuleret, omnes ab illa praeter trans fugas fugerunt. At hi, ut ostenderent quā animo facta esset prior illa transito, a victoribus ad captiuam trans fugerunt, personam parricidarum ferentes: quod in illo beneficio maximum fuit, tanti iudicauerunt, ne domina occideretur, videri dominam occidisse. Non est, mihi crede, non est seruili animi, egregium factum fama sceleris emisse. C. Ventius praetor Marsorum ducebatur ad Romanum imperatorem. Seruus eius gladium militi ipsi, a quo trahebatur, eduxit, & primum dominum occidit. Deinde: Tempus est, inquit, me & milii colulere: iam dominum in manu us: atque ita se uno ictu transagit. Da mihi quenquam, qui magnificientius dominum seruauerit.

C A P. XXIV.

Orsinium Caesar obsidebat. Tenebatur inclusus Domitius. Imperauit medico, eidemq. seruo suo, ut sibi venenum daret. Cum tergiuersantem videret: Quid cunctaris, inquit, tanquam tua in potestate totum istud sit? mortem rogo armatus. Tum ille promisit, & medicamentum innoxium bibendum illi dedit: quo cum sopitus esset, accessit ad filium eius. Iube me, inquit, ad seruari, dum ex euentu intelligentis, an venenum patri tuo dederim. Vixit Domitius, & seruatus a Caesare est. Prior tamen illum seruauerat.

C A P. XXV.

Bello ciuili proscriptum dominum seruus abscondit: & cum annulos eius sibi aptasset, ac vestem indusset, speculatoribus occurrit: nihil se deprecari, quo minus imperata peragerent, dixit: & deinde ceruicem porrexit. Quantu viri est, pro domino eo tempore mori velle, quo erat rara fides, dominum mori nolle: in publica crudelitate mitem inueniri, in publica perfidia fidelem: cum praemia proditoris ingentia ostendantur, praemium fidei, mortem concupiscere?

C A P. XXVI.

Nostris saeculi exempla non praeteribo. Sub Tiberio Caesare fuit accusandi frequens, & paene publicaribus, quae omni ciuili bello grauius togaram ciuitatem conficit. Excipiebatur ebriorum sermo, simplicitas iocantium. Nihil erat tutum. Omnis saeuendi placebat occasio. Nec iam reorum expetabatur euentus, cum esset unus. Cenabat Paulus praetorius in conniuio quadam, imaginem Tiberij Caesari habens, ectypam, & eminenti gemma. Rem ineptissimam fecero, si nunc verba, quae siero, quemadmodum dicam illum matellam sum pisse. Quod factum simul & Maro ex notis illius temporis vestigatoribus notauit. At seruus eius cui necabantur infidiae, ei ebrio annulum extraxit. Et cum Maro coniuua testaretur, admotam esse imaginem obscoenam, & iam subscriptionem componeret, ostendit in manu sua seruus annulum. Si quis hunc seruum vocat, & illum coniuuam vocabit.

C A P.

LIBER TERTIUS.

C A P. XXVII.

SVB diu Augusto nondum hominibus verba sua periculosa erant, jam molesta. Rufus vir ordinis Senatorij inter cenam optauerat, ne Caelar talius rediret ex ea peregrinatione quā parabat: & adiecerat, idem omnes & tauros, & vitulos optare. Fuerunt qui illa diligenter audirent. Ut primum diluxit, seruus qui cenanti ad pedes steterat, narrat quae inter cenam ebris dixisset. Hoc taurum, ut Caesarem occupet, atque ipse se deferat. Vtus filio, descendenti Caesari occurrit. Et cum malam metem habuisset se se pridie iurasset, id ut in se & filios suos recideret, optauit, & Caesarem vt ignoscet sibi, rediretq. in gratiam secum, rogauit. Cum dixisset se Caesare facere: Nemo, inquit, crede te mecum in gratiam redire, nisi aliquid mihi donaueris: petitque non fastidientiam a proprio summam: & impetravit. Caeser, ait: Mea causa dabo operam, ne vnuquai tibi irascar. Honeste Caesare quād ignonit, quād liberalitatem clementiae adiecit. Quicunque hoc audiuerit exemplum, necesse est Caesarem laudet, sed cum seruum ante laudauerit. Non expectas, ut tibi narrem manum suum, qui hoc fecerat. Nec tamen gratis. Pecunia pro libertate eius Caesare numerauit.

C A P. XXVIII.

P Oft tot exempla non est dubium, quin beneficium aliquando a seruo dominus accipiat. Quare potius persona rem minuat, quam personam res ipsa cohonestet: Eadem omnibus principia, eademq. origo. Nemo altero nobilior, nisi cui rectius ingenium, & artibus bonis aptius. Qui imagines in atrio exponunt, & nomina familiae suae longo ordine ac multis stemmatum illigata flexuris in parte prima aedium collocant, noti magis quam nobiles sunt. Vnus omnium parens mundus est, siue per splendidos, siue per folidos gradus: ad hunc prima cuiusque origo perducitur. Non est, quād te isti decipient; cum maiores suos recensent. Vbicunque defecit nomen illud, illico deum singunt. Neminem despiceris, etiam si circa illum obsoleta sunt nomina, & parum indulgente adiuta fortuna: siue libertini ante nos habentur, siue serui, siue exterarum gentium homines. Erigit audacter animos: & quicquid in medio folidi iacet, trasilit. Exspectat vos in summo magna nobilitas. Quid superbia in tantam vanitatem attollitur, ut beneficia a seruis indigenem accipere, & forte eorum spectamus, oblii meritorū? Seruum tu quenquam vocas, libidinis & gulæ seruus, & adulterae, immo adulterarum commune mancipium. Seruuni vocas quenquam? Quo tandem ab ipsis gerulis raperis, cubile istud tuum circumferentibus? Quid te penulati isti in militum & quidem non vulgarem cultum subornati? Quid, inquam, te isti efferunt, ad ostium alicuius ostiarum, ad hortos alicuius, ne ordinarium quidem habentis officium. Et deinde negas tibi beneficium a seruo tuo possedari, cui oculum alieni serui beneficium est? Quae est tanta animi discordia? Eodem tempore seruos despicias & colis. Imperiosus intra limen atq. impotens, humili foris: & tam contemptus, quam contemnens. Neque enim vlli magis abijcent animos, quam qui improbe tollunt: nullique ad calcandos alias paratores, quam qui contumelias facere, accipiendo didicerunt.

C A P. XXIX.

D icenda haec fuerunt ad contundendam insolentiam hominum ex fortuna pendentium, vindicando liberi maiora beneficia dare parentibus suis possint, quam acceperint. Illud conceditur, multos filios maiores potentioresque extitisse, quam parentes suos. aequi illud meliores fuisse. Quid si constat, potest fieri, ut meliora tribuerint: cum & fortuna illis maior esset, & melior voluntas. Quicquid, inquit, est, quod dat patni filius, utique minus est: quia haec ipsam dandi facultatem patri debet. Ita nunquam beneficio vincitur, cuius beneficium est ipsum, quod vincitur. Primum quaedam initium ab alijs trahunt, & tamen initij suis maiora sunt. Nec ideo aliquid non est maius eo à quo ceperit: quia non potuisse in tantum procedere, nisi coepisset. Nulla non res principia sua magno gradu transit. Semina omnium rerum causa sunt: & tamen minimae partes sunt eorum, quae gignunt. A spice Rhenum, a spice Euphratem, omnes denique inclitos amnes, quid sunt, si illos illici vnde effluunt aetiimes? Quicquid est quo timentur, quo nominantur, in processu parauerunt. Tolle radicum, nemora non surgent; nec tanti montes vestientur. A spice trabs, siue proceritatem aetiimes, altissimas, siue crassitudinem spatiumque ramorum, latissime fulas, quantulum est his comparatum illud, quod radix tenui fibra complectitur? Innituntur fundamentis suis templa, & illa urbis moenia: tamen quae in firmamentum totius operis iacta sunt, latent. Idem in ceteris evenit. Principia sua semper sequens magnitudo obruit. Non potuisse quicquam consequi, nisi parentum beneficium antecessisset. Sed non ideo quicquid consecutus sum minus est eo, sine quo consecutus non essem. Nisi me nutrix alius sit infante, nihil eorum quae consilio ac manu gero, facere potuisse, nec in hanc emergere nominis claritatem, quam ciuili ac militari industria merui: nunquid tamen ideo maximis operibus praeferes nutricis officium? At quid interest, cum aequi fine nutricis beneficio, quam sine patris, non potuerim ad ulteriora procedere?

C A P. XXX.

Q uod si initio meo quicquid iam possum debeo, cogita non esse initium mei patrem, ne auum quidem. Semper enim erit ulterius aliquid, ex quo originis proximae origo descendat. Atqui nemo dicitur plus dekere ignoris, & ultra memoriam politis maioribus, quam patri. Plus autem debeo, si hoc ipsum quod genuit me pater meus, maioribus suis debet. Quicquid praestiti patri, etiam si magnum est infra

infra aestimationem paterni munieris est: quia non essem, si non genuisset. Isto modo etiam si quis patrem meum aegrum ac moriturum sanauerit, nihil praestare ei potero, quod non beneficio eius minus sit. Non enim genuisset me pater, ni sanatus esset. Sed vide, ne illud verius sit, a estimari, an id quod potui, & id quod feci, meum sit, meorum virium, meae voluntatis. Illud quod natus sum, per se intuere quale sit. Animaduertis exiguum & incertum, & boni malique communem materiam, sine dubio primum ad omnia gradum: sed non ideo maiorem omnibus, quia primum. Seruavi patrem, & ad summam prouexi dignitatem, & principem urbis suac feci: nec tantum rebus à me gestis nobilitauit, sed ipsi quoque gerendarum ingentem ac facilem, nec tutam minus, quam gloriosam dedi materiam. Honores, opes, qui cquid humanos ad se animos rapit, congeffit; & cum supra omnes stare, infra illum steti. Dic nunc, Hoc ipsum, quod ista potuisti, patris munus est. Respondebo tibi, Et prorsus, si ad ista facienda nasci satis est. Sed si ad bene viendum minima portio est viuere, & id tribuisti, quod cum feris mihi & animalibus quibusdam minimis, quibusdam etiā foedissimis commune est, noli tibi asserere, quod non ex tuis beneficijs, etiam si non sine tuis, oritur. Puta me vitam pro vita reddidisse. Sic quoque munus tuū vici, cum ego dederim sententi, sentiens me dare: cum vitam tibi non voluptatis meae causa, aut certe per voluptatem dederim: cum tanto maius sit retinere spiritum, quam accipere, quanto leuius mori ante mortis metum.

C A P. XXXI.

EGO vitam dedi statim illa «suro: tu nescituro, an viuerem. Ego vitam dedi, mortem timenti: tu vitam dedisti, vt mori possem. Ego vitam tibi dedi consummatam, perfectam: tu me expertem rationis genuisti, onus alienum. Vis scire quam non sit magnum beneficium, vitam sic dare? Si exposuisses, nempe iniuria erat genuisse, quo quidem colligo, minimum esse beneficium, patris matrisque concubatum: nisi accederint alia, quae prosequentur hoc initium munieris, & alijs officijs ratū facerent. Non est bonum viuere, sed bene viuere. At bene viuo. Sed potui & male. Ita hoc tantum est tuum, quod viuo. Si vitam imputas mihi per se, nudam, egentem consili, & id vt magnum bonum iactas, cogita te mihi imputare muscarum ac vermium bonum. Deinde, vt nihil aliud dicam, quam bonis artibus me studuisse vt cursum ad rectum iter vitae dirigerem, si bene viuo, ipso beneficio maius quam quod dederas, recipisti. Tu enim me mihi ruidem & imperitum dedit: ego tibi filium, quem genuisse gauderes.

C A P. XXXII.

Aluit me pater. si idem praesto, plus reddo: quia non tantum ali se, sed a filio ali gaudet, & maiore ex animo meo, quam ex ipsa re, percipit voluptatem. Illius alimenta ad corpus tantum meum pertulerunt. Quid si quis instantum processit, vt aut eloquentia per gentes enotesceret, aut iustitia, aut bellicis rebus, & patri quoque ingentem circumfunderet famam, tenebrasque natalium suorum clara luce discuteret: non inaestimabile in parentes suos beneficium contulit? An quisquam Aristonem & Gryllū, nisi propter Xenophontem ac Platonem filios nosset? Sophroniscum Socrates exprirare non patitur. Ceteros enumerare longum est, qui viuunt ob nullam caufam aliam, quam quod illos liberorum eximia virius tradidit posteris. Vtrum maius beneficium dedit M. Agrippa pater, ne post Agrippam quidem notus: an patri dedit Agrippa, nauali corona insignis, vnicum adeptus inter dona militaria decus, qui tot in vrbe maxima opera excitauit, quae & priorem magnificentiam vincerent, & nulla postea vincerentur? Vtrum Octavius maius vllum beneficium dedit filio, an patri diuus Augustus, quamvis illum vmbra adoptiu patris abscondit? Quantam cepisse voluntatem, si illum, post debellata arma ciuilia, vidisset securae paci praesidentem, non agnoscens bonum suum, nec satis credens, quoties respexit ad se, potuisse illum virum in domo sua nasci. Quid nunc ceteros persequear, quos iam consumpsisset oblitio, nisi illos filiorum gloria & tenebris eruferet, & adhuc in luce retineret? Deinde non quaerimus, num quis filius patri maiora beneficia reddiderit, quam a patre accepit: sed an possit aliquis maiora reddere. Etiāsi quae reruli exempla, nondum satificiunt, nec beneficia parentum suorum supermicant: capit tamen hoc natura, quod nondum vlla aetas tulit. Si singula paternorum meritorum magnitudine exuperare non possunt, plura in vnum congrega superabunt.

C A P. XXXIII.

Seuauit in bello patrem Scipio, & praetextatus in hostes equum concitauit: parum est, quod vt perueniret ad parrem, tot pericula, tot maximos duces cum maxime prementia contempnit, tot oppositas difficultates, quod ad primam pugnam exiturus tiro per veteranorum corpora cucurrit, quod annos suos transiliuit. Adiice, vt idem patrem reum defendat, & conspirationi inimicorum potentiu eripiat: vt alterum illi consulatum, ac tertium, aliosque honores etiam consularibus concupiscendos congerat, vt pauperi raptas belli iure opes tradat, & quod est militaribus viris speciosissimum, diuitem illum spolijs etiam hostilibus faciat. Si adhuc parum est, adiice vt prouincias, & extraordinaria imperia continuet: adiice vt dirutis maximis viribus, Romani imperij sine aemulo ad ortus occasusque venturi defensor & conditor, maiorem nobilitatem nobili viro adjicat. Dic Scipionis patrem: haud dubium est, quin generandi vulgare beneficium vicerit eximia pietas & virtus, ipsi vrbi nescio, vtrum maius praefidit afferens, an decus.

C A P. XXXIV.

Deinde, si hoc parum est, finge aliquem tormenta patris discussisse, finge in se translusisse. Licet tibi in quantum velis extendere beneficia filij, cum paternum munus & simplex sit, & facile, nec danti volunt-

voluntarium. Quid necesse est multis? Dedit etiam quibus dedisse se nescit. In quo confortem habet, in quo spectauit legem patriam, praemia patrum, domus ac familiae perpetuitatem, omnia potius quam eum cui dabat. Quid si quis sapientiam consecutus, hanc patri trahiderit, etiam nunc disputabimus, an maius aliquid dederit quam acceperat: cum vitam beatam patri reddiderit, acceperit tantum vitam? Sed patri, inquit, beneficium est, quicquid facis, quicquid praestare illi potes. Et praceptoris mei, quod institutis liberalibus profeci. Ipsos tamen qui trahiderunt illa, transcendimus, vtique eos, qui prima elementa docuerunt. Et quamvis sine illis nemo quicquam assequi posset, non tamē quantumcumq; quis assecutus est, infra illos est. Multum inter prima ac maxima interest. Nec ideo prima maximorum instar sunt, quia sine primis maxima esse non possunt. C A P. XXXV.

IAM tempus est quaedam ex nostra (vt ita dicam) moneta proferri. Qui id beneficium dedit, quo est aliquid melius, potest vinciri. Pater dedit filio vitam, est autem aliquid vita melius: ita pater vinciri potest, quia dedit beneficium, quo est aliquid melius. Etiamnam qui dedit aliquid vitam, si semel & iterum liberatus est mortis periculo, maius accepit beneficium, quam dedit. Pater autem vitam dedit. Potest ergo, si saepius periculo mortis liberatus a filio fuerit, maius beneficium accipere, quam dedit. Qui beneficium accipit, maius accipit, quo magis eo indiget. Magis autem indiget vita qui viuuit, quam qui natus non est, vt qui ne indigere quidem omnino possit. Maius ergo beneficium accipit pater, si vitam a filio accipit, quam filius a patre, quod natus est. Patri beneficia vinciri a filiis beneficij non possunt. Quare? quia vitam acceptip a patre: quam nisi accepisset, nulla dare beneficia potuisset. Hoc commune est patri cum omnibus, qui vitam dederunt alii. Non potuissent enim referre gratiam, nisi vitam accepissent. Ergo nec medico in maius gratia referri potest, solet enim & medicus vitam dare: nec nautae, si naufragium sustulit. Atqui & horum & aliorum, qui aliquo modo nobis vitam dederunt, beneficia vinciri possunt: ergo & patrum possunt. Si quis mihi beneficium dedit, quod multorum beneficij adiuuandū esset, ego autem beneficium illi dedi, quod nullius adiutorio egeret, maius dedi quam accepi. Pater filio vitam dedit peritum, nisi multa accessisset, quae illam tuerentur. Filius patri si dedit vitam, dedit eam, quae nullius desideraret auxilium, in hoc, vt permaneret. Ergo maius beneficium accepit a filio pater, qui vitam accepit, quam illi dederat. C A P. XXXVI.

HAE C non destruunt parentum venerationē, nec deteriores illis liberos faciunt, immo etiam meiores. Natura enim gloria est virtus, & anteire priores cupit. Alacrior erit pietas, si ad reddēda beneficia cum vincendi spē venerit. Id si patribus idem volentibus contigerit (quoniam plaeraque sunt, in quibus nostro bono vincimur) vnde certamen tam optabile, vnde tantam felicitatem parentibus, vt fastear seipso filiorum beneficij impares? Nisi hoc ita iudicamus, excusationem damus liberis: & illos segniores ad referendā gratiam facimus, quibus stimulos adiicere debemus, & dicere. Hoc agite optimi iuvenes, proposta est inter parentes ac liberos honesta contentio, dederint maiora, an receperint. Non ideo vicerunt, quia occupauerunt. Sumite modo animū, qualē decet, & deficere nolite. vt vincatis optate. Nec defunt tam pulchro certamini duces, qui ad similia vos cohorentur, ac per vestigia sua ire ad victoriā saepe iam partam ex parentibus, iubant. C A P. XXXVII.

Vicit Aeneas patrem. ipse eius in infancia leue tutumq; gestamen, grauem senio, per media hostium vagmina, & per cedantis circa se vrbi ruinas ferens, cum complexus sacra ac penates deos religiosus senex non simplici vadentem sarcina premeret: tulit illum per ignes, & quid non pietas potest? pertulit, colēdumq; inter conditores Romani imperij posuit. Vicere Siculi iuuenes, cum Aetna maiore vi peragittata, in vrbes, in agros, in magnā insulae partem effusisset incendium, vixerunt parentes suos. Dis fedis creditum est ignes, & vtrinq; flamma recedente limitem ad apertum, per quē transcurrente iuuenes dignissimi, qui magna tuto auderent. Vicit Antigonus: qui cum ingenti proelio superaserit hostē, praemium bellū ad patrem transfluit, & imperium illi Cypri tradidit. Hoc est regnum, nolle regnare, cū possis. Vicit patrē Imperiosum T. Manlius: qui cum ad tempus relegatus esset a patre, ob adolescentiam brutam ac hebetē, ad tribunum plebis, qui patri suo dixerat diem, venir: peritoq; tempore quod ille dererat, sperans fore proditorem parentis inuisi, & bene meruisse se de iuuenie, cuius exilium pro grauissimo crimen inter alia Manlio obiciebat: natus adolescentē secretum, stringit occulatum sinu ferrum, & Nisi iuras, inquit, te diem patri remissurum, hoc te gladio transfodiam. In tua potestate est, vtro modo pater meus accusatorem non habeat. Iurauit tribunus: nec feffellit, & causam accusationis remissae contentionis reddidit. Nulli alij licuit impune tribunum in ordinem redigere.

CA P. XXXVIII.

Alia ex alijs exempla subeunt eorū, qui parentes suos periculis eripuerūt, qui ex infimo ad summū protulerunt, & e plebe aceruoq; ignobilis nunquam tacendos faeculjs dederunt. Nulla vi verbōrū, nulla ingenij facultate exprimi potest, quantum opus sit, quam laudabile, quamq; nunquam a memoria hominum exiturum, possit hoc dicere: Parentibus meis parui, cessi: imperio eorum, siue aequum, siue iniustum fuit, obsequenter submissumque me praebui: ad hoc vnum contumax fui, ne beneficij vinceret. Certate obsecro vos, & fisi quoq; restituite aciem. Felices, qui vicerint: felices, qui vincētur. Quid eo adolescentē praeclarus, qui sibi ipsi dicere potuit, neque enim fas est alteri dicere: Patrem meum beneficij vici: Quid eo fortunatus sene, qui omnibus vbiq; praedicabit, a filio suo se beneficij vicitum? Quid autem est felicius, quam sibi cedere?

LIBRI TERTII FINIS.

C M. ANTO-

*Beneficia a filiis
in parentes collata*

M· ANTONII MVR ETI AD
TERTIVM LIBRVM SENECAE
DE BENEFICIIS NOTAE.



VITIOSI oculi sunt qui lucem reformidant, caeci qui non vident.] Vox oculi abest a libro veteri: ita scriptum est Vitiosi ut aliquid erasum esse appareat. Caecos quoque oculos nusquam alibi legi. Puto igitur totum hunc locum ita legendum esse. Lusciosi sunt qui lucem reformidant, caeci qui non vident.

Ab hostibus tantum res repeterunt.] Ineptissime legebant alij, Ab hostibus tantum aperierunt. Res repetitae per factiales, antequam cuicunque populo bellum indiceretur, morunt, quicunque pri moribus labris historiam Romanam attigerunt.

Excepta Medorum gente. Ita hunc locum emendandum esse docui capite tertio libri duodecimi variarum lectionum.

Gratum hominem.] Legendum puto, Gratum animum.

Praeterea quaecumque.] Huic loco quomodo medicina facienda sit alij fortassis acutiores videbunt. nihil quod satis placet, in mentem venit.

Ex turba selectorum.] Ita vocabantur decuriae quaedam iudicium: quos praeator ad res iudicandas selegerat. Horatius.

Vnum ex iudicibus selectis objiciebat.

Erant & aliae decuriae Non gentorum, & Tribunorum aerarii. Vide Plinium capite secundo libri 33.

Exiit.] Sorte ductus esset. Coniiebantur enim in vnam iudicium nomina deinde, qui exierant, iudicabant.

Pudorem enim rei.] Pertinet hoc dictum Platonis in Archibium, ἐπειδότεο εν τῷ πόλε, τῷ ἀμολογεῖν πόνησθαι.

Infrunita & antiqua est.] Infrunita est insulsa. Sic in libro de vita beata. Alterum infruniti animi est, alterum timidi & pusilli. Sic in sacris litteris. Animo irreuerenti & infrunito ne tradas me domine. Legitur haec vox & apud Macrobius. Antiquam quoque dicit Simplicem, minime malam, & vniuersalem.

Quanquam quaeritur.] Totam hanc disputationem de seruis, num dominis beneficia tribuere possint, partim ex hoc Senecae loco, partim ex epist. 47. partim ex Valerio consarcinatam Macrobius libro primo Saturniorum pro sua venditauit. Sed & ex Agellio & e Plutarchi Symposiacis tam multa, nullo pudore, in septuaginta librum Saturniorum suorum transiit, & appareat, eum factitasse eandem artem, quam placeuisse hoc saeculo facit, qui ita humani a se nihil alienum putant, vt alienis aequae vivantur ac suis.

Propterea seruos.] Ita legendum, non, vt in alijs, Praeterea.

Pars melior eius excepta est.] Libera est. Vocabulum sumptum a divisione agrorum in qua excepta & subscita dicebantur, que nemini attributa & adsignata erant: ideoque dominum non habebant.

Quam quod operis locauit.] Atqui dominus opus, mercenarius operis locat. Puto igitur legendum, Quā ad quod operis locauit.

Drumentum.] Macrobius, Grumentum. Male vterque. Lege, A drumentum. Nomen est vrbis in Africa.

Exemplum duarum vrbium fuit.] Quarum, quae so, duarum vrbium? Ansium est id querere, quod ineftigari non potest? Itaque qui hoc viderent nihil esse, fecerunt, Exemplum Grumentinae vrbis fuit. Sed negue hi locum correxerunt, & quod quidem in ipsis fuit, viam ceteris ad eum corrigendum obstruxerunt. Neque tamen quidquam emendatus facilis fuit, si paulo attentius considerassent. Vetus enim liber illud Vrbium non habuit: sed hoc tantum modo Exemplum duarum fuit: ex quo facile videri potest, scriptum fuisse visitato Compendio. Exemplum dñiarum fuit: id est, exemplum dominarum fuit. Potuit enim ceteras dominas exemplo suo admonere, ne faciliatam & crudelitatem in seruos exercerent.

Cluentius praetor marforum.] Hic a Macrobo in vulgatis libris ita vocatur: Sed in veteri Macrobo probi & eruditissimi Herculio Cisanius, Cluentius dicitur, quod & verum puto.

In publica crudelitate mitem.] Alij omnes, item, vnius litterulae detractione venustatem sententias corrumpentes.

Exculptam.] Liber vetus. Etupam; quo nihil rectius. & exponit.

Subscriptionem.] Ita plane legendum, non, Proscriptionem. Subscriptores qui dicerentur, e divinatione Ciceronis & ex Asconio notum est.

Seruos qui cenanti ad pedes steterat.] De hac consuetudine dixi quaedam capite sexto libri decimi sexii variarum lectionum.

Id vt in se & filios suos recideret.] De hac quoque dixi capite quarto libri duodecimi.

Vbicunque defecit.] Alij parum Fecit legebant, parum Fulcit. Vtrumque inepit. Sed talia multa piget, in censum deferre.

LIBER QVARTVS.

C A P . I.

SX omnibus quae tractauimus, Ebuci Liberalis, potest videri nihil tam necessarium, aut magis (vt ait Salustius) cū cura dicendā, quād quod in manibus est: An beneficū dare, & inuicem gratiam referre, per se res expertendae sint. Inueniuntur qui honesta in mercedem colant, quibusq. non placeat virtus gratuita: quae nihil habet in se magnificum, si quicquam habet venale. Quid enim est turpis, quād aliquem computare, quanti vir bonus sit: cum virtus nec lucro inuitetur nec absterreat damno, adeoque neminem spe ac pollicitatione corrum pat, vt cuncta in se impendere iubeat, ac saepius in vltro tributis sit? Calcatiis utilitatibus ad illam eundum est quoconque vocavit, quoconque milit, sine respectu rei familiaris, interdum etiam sine villa sanguinis sui pars monia vadēdum, nec vnguam imperium eius detrectandū. Quid consequar, inquit, si hoc fortiter, si hoc grate fecero? Quod feceris. Nihil tibi extra promittitur: si quid forte obuerit commodi, inter accessiones numerabis. Rerum honestarum pretium in ipsis est. Si honestum per se expertendum est, beneficū autem honestum est, non potest alia eius condicio esse, cum eadem natura sit. Per se autem expertendum esse honestum, saepē & abunde probatum est.

C A P . II.

IN Hac parte nobis pugna est cum Epicureōrum delicata, & vmbritica turba, in coniuio suo sophantium, apud quos virtus voluptatum ministra est. Illis paret, illis deseruit, illas supra se videt. Non est, inquit, voluptas sine virtute. Sed quare ante virtutem est? De ordine putas disputationem esse? de re tota, & de potestate eius ambiguit. Non est virtus, si sequi potest. Primae partes eius sunt. ducere debet, imperare, summo loco stare. Tu illam iubes signum petere? Quid, inquit, tua refert? Et ego sine virtute nego beatam vitam posse confitare. Ipsam voluptatem, quam sequor, cui me mancipavi, remota illa, improbo & damno. De hoc vno disputatione, vtrum virtus summi boni causa sit, an ipsa summum bonum. Ut hoc vnum quaeratur, ordinis tantum existimas mutationem? Ista vero confusio est, & manifesta caecitas, primis postrema praefere. Non indignor, quod post voluptatem ponitur virtus, sed quod omnino cum voluptate conferatur. Contemptrix eius & hostis est, & longissime ab illa resiliens, labore ac dolori familiarior, virilibus incommodis magis, quād isti effeminato bono inferenda.

C A P . III.

HAEC, mi Liberalis, dicenda fuerunt, quia beneficium (de quo nunc agitur) dare, virtutis est, & turpissimum id causa vlli alterius rei dare, quād vt datum sit. Nam si recipiendi spe tribuere mus, locupletissimo cuique, non dignissimo, daremus. Nunc vero diuiniti importuno pauperem preeferimus. Non est beneficium quod fortunam speat. Praeterea si vt prodeffemus, sola nos inuitaret utilitas, minime beneficia distribuere deberent, qui facilime possent, locupletes, & potentes, & reges, aliena ope non indigentes. Dij vero tot munera, quae sine intermissione diebus ac noctibus fundunt, non darent. In omnia enim illis natura sua sufficit, plenosque & tutos, & inuiolabiles praestat. Nulli ergo beneficium dabunt, si vna dandi causa est, se intueri ac commodum suum. Istud non est beneficium, sed foenus: circumspicere, non vbi optime ponas, sed vbi quaestuofissime habeas, vnde facillime tollas. Quod cū longe a diis remotum sit, sequitur vt liberales sint. Nam si vna beneficij dandi causa sit utilitas, nulla autem ex nobis utilitas deo speranda est, nulla deo dandi beneficij causa est.

C A P . IV.

Scio quid hoc loco respondeatur. Vtique non dat Deus beneficia, sed securus & negligens nostri, auerfus a mundo, aliud agit, aut (quae maxima Epicuro felicitas videtur) nihil agit, nec magis illum beneficia, quād iniuriae tangunt. Hoc qui dicit, non exaudit precantum voces, & vndique sublati in caelum manibus vota facientiū priuata ac publica. Quod profecto non fieret, nec in hunc furorem omnes mortales consenserint alloquendi surda numina, & inefficaces deos, nisi noslent illorum beneficia nunc vltro oblata, nunc oratiis data, magna, tēpestiū, ingentes minas interuentu suo soluentia. Quis est itaque tam miser, tam neglectus, quis tam duro fato, & in poenam genitus, vt non tantam deorū munificentiam senserit? Ipsos illos complorantes fortem suam, & querulos circumspice. Inuenies non ex toto beneficiorum caelestium expertes: neminem esse ad quem non aliquid ex illo benignissimo fonte manauerit. Parum autem id quod naſcentibus ex aequo distribuitur. Vt quae sequuntur inequali dīpēta mensura tranfeamus, parum dedit natura, cum ē dedit?

C A P . V.

NON dat Deus beneficia. Vnde ergo ista quae possides? quae das? quae negas? quae seruas? quae rapis? Vnde haec innumerabilia, oculos, aureis, & animū mulcentia? Vnde illa luxuriam quoq. instruens copia? Neque enim necessitatibus tantummodo nostris priussum est, vsq. in delicias amamus. Tot arbusta, non vno modo frugifera, tot herbae salares, tot varietates ciborum, per totum annum digestæ, vt inerti quoque fortuita terrae alimenta preeberent. Iam animalia omnis generis, alia in seco fidoque, alia in humido innascientia, alia per sublime dimissa, vt omnis rerum naturae pars tributum ali quod nobis conferret. Flumina haec amoenissimis flexibus campos cingentia, illa preebitura commer-

DE BENEFICIIS

cijs viam , vasto & nauigabili cursu vadentia : ex quibus quaedam statis diebus mirabile incrementum trahunt, vt anhela & feruenti subiecta coelo loca subita vis aestui torrentis irriget. Quid medicatorum torrentium venae? Quid in ipsis littoribus aquarum calentum exundatio?

--- Te Lari maxime, teque
Fluctibus, & fremitu assurgens Benace marino.

C A P. VI.

Si pauca quis tibi donasset iugera , accepisse te dices beneficium . immensa terrarum late patens spatia negas esse beneficium? Si pecuniam tibi aliquis donauerit, & arcum tuam (quoniam id tibi magnum videtur) impleuerit, beneficium vocabis. tot metalla defodit, tot flumina emisit in aera, super quae decurrent sola, aurum vehentia; argenti, aeris, ferri immane pondus omnibus locis obrutum, cuius inuestigandi tibi facultatem dedit, ac latentium diuiditarum in summa terra signa disposita, negas te accepisse beneficium? Si domus tibi donetur, in qua marmoris aliquid resplendeat, & tectu nitidius, auro, aut coloribus sparsum, num inediocre munus vocabis? Ingens tibi domicilium , sine vlo incendi, aut ruinae metu struxit, in quo vides non tenues crustas, & ipsa qua secantur lamina graciliores, sed integras lapidis pretiosissimi moles, sed totas, variae distinctaeq. materiae, cuius tu paruula frusta miraris, tectum vero aliter nocte, aliter interdiu fulgens, negas te vnum munus accepisse? Et cum ista quae habes magno aestimes, quod est ingrati hominis, nulli debere te iudicas? Vnde tibi istum quem trahis spiritum? Vnde istam, per quam actus vitae tuae disponis, atque ordinis, lucem? Vnde sanguinem, cuius cursu vitalis continetur calor? Vnde ista palatum tuum saporibus exquisitis ultra satietatem lacescit? Vnde haec irritamenta iam laetiae voluptatis? Vnde ista quies, in qua putrescis, ac marces? Nonne si gratus es, dices,

---Deus nobis haec otia fecit:
Namque erit ille mihi semper deus. illius aram
Saepe tener nostris ab oculibus imbuet agnus.
Ille meas errare boues et cernis, & ipsum
Ludere quae vellem, calamo permisi agresti.

Ille Deus est, non qui paucas boves, sed qui per totum orbem armenta dimisit, qui gregibus vbiique passim vagantibus pabulum praefstat, qui pascua hibernis aestiu substituit, qui non calamo tantum caret, & agreste atq. inconditum carmen ad aliquam tantu oblationem modulari docuit, sed tot artes, tot vocu varietates, tot sonos, a los spiritu nostro, alios externo catus edituros committit est. Neq. enim nostra ilia quae inuenimus dixeris, non magis, quam quod crescimus, quam quod ad constitutum tempus sua corpori officia respondent. Nunc puerilium dentium lapsus, nunc ad surgentem iam aetatem, & in robustiorem gradum transeuntem pubertas, & ultimus ille dies fugientis vitae terminu ponens. Infra sunt nobis omnium aetatu, omniumq. artiu semina, magisterq. ex occulto Deus producit ingenia.

C A P. VII.

Natura, inquit, haec mihi praefstat. Non intelligis te, cum hoc dicas, mutare nomine Deo. Quid enim aliud est natura, quam Deus, & diuina ratio, toti mundo & partibus eius inserta? Quoties voles, tibi licet aliter hunc auctorem rerum nostrarum compellare. & iouem illum optimum ac maximum rite dices, & tonantem & statotem: qui non (vt historici tradiderunt) ex eo quod post votum suscepimus, acies Romanorum fugientem sterit, sed quod stant beneficio eius omnia, stator, statilioque est: hunc eundemque & fatum si dixeris, non mentieris. Nam cum fatum nihil aliud sit, quam series implexa causarum, ille est prima omnium causa, ex qua ceteras pendent. Quaecunq. voles illi nomina proprie aptabis, vim aliquam effectumque caelestem continentia. Tot appellationes eius possunt esse, quot munera.

C A P. VIII.

HVnc & Liberum patrem, & Herculem, ac Mercurium nostri putant. Liberum patrem: quia omnium patens sit, quod ab eo primum inuenta seminis vis est, & cultura per voluptatem. Herculem: quia vis eius inuicta sit, quumque lassata fuerit operibus editis, in ignem recessura. Mercuriu: quia ratio penes illum est, numerisque & ordine, & scientia. Quocunque te flexeris, ibi illum videbis occurrentem tibi. Nihil ab illo vacat. Opus suum ipse implet. Ergo nihil agis ingratisse mortalium, qui te negas Deo debere, sed naturae. Quia nec natura sine Deo est, nec Deus sine natura: sed idem est virumque, nec distat. Officium si quod a Seneca accepisses, Annaeo te dices debere, vel Lucio, non creditorum matus, sed nomen. Quoniam siue praeponens eius, siue nomen dixisses, siue cognomen, idem tamen ille esset. Sic hunc naturam voca, fatum, fortunamque, omnia eiusdem Dei nomina sunt, varie videntis sua potestate. Et iustitia, probitas, prudentia, fortitudo, frugalitas, vniuersi animi bona sunt. Quicquid horum tibi placuit, animus placet.

C A P. VIII.

SED ne in aliam disputationem ex obliquo abea, plurima beneficia ac maxima in nos Deus confert sine spe recipiendi. Quoniam nec ille collato eget, nec nos ei quicquam conferre possumus. Ergo beneficium per se expectanda res est, vna speratur in eo accipientis vtilitas. Ad hanc accedamus, sepositis commodis nostris. Dicis, inquit, diligenter eligendos quibus beneficia demus. Quia ne agricolae quidem semina arenis committunt. Nostram vtilitatem in beneficijs dandis sequimur, quemadmodum in

arando serendoque. Neque enim serere per se res experienda est. Praeterea quaeritis cui dandum sit beneficium: quod non esset faciendum, si per se beneficiu dare, experienda res esset. quocunque loco, & quocunque modo daretur, beneficium erat. Honestum propter nullam aliam causam, quam propter vslum sequimur. Tamenetsi nihil aliud sequendum est, quaerimus quid faciamus & quando, & quemadmodum: per haec enim constat. Itaque cum eligo cui dem beneficium, id ago, vt beneficium sit. Quia si turpi datur, nec honestum esse potest, nec beneficium.

C A P. X.

D Epositu reddere, per se res experienda est: non tamen semper reddam. Nec quolibet loco, nec quolibet tempore. Aliquando nihil interest, utrum infiter, an palam reddam. Intuebor utilitate eius, cui redditus sum, & nocitum illi, depositum negabo. Idem in beneficio faciam. Videbo quido dem, cui dem, quemadmodum, quare. Nihil enim fine ratione faciendum est. Non est autem beneficium, nisi quod ratione datur: quoniam ratio, omnis honestus comes est. Quia saepe hominum, donationem suam inconsultam obiungant, hanc auditum vocem, Mallem perdidisse, quam illi dedisse. Turpissimum genus perdendi est inconsulta donatio: multoque grauius male dedisse beneficium, quam non recepisse. Alienam enim culpa est, quod non recepimus: quod cu darem, non elegimus, nostra. In electione nihil minus, quam hoc quod existimas, spectabo, a quo recepturus sim. Eligo enim eum qui gratius, non qui redditus sit. Saepe autem & non redditus gratius est, & ingratus, qui reddidit. Ad animu tendit aestimatio mea. Ideo locupletem, sed indignum praeteribo: pauperi viro bono dabo. Erit enim in summa inopia gratius: & cum omnia illi deerint, supererit animus. Non lucrum ex beneficio capto, non voluntatem, non gloriam. Vni placere contentus, in hoc dabo, vt quod oportet facia. Quod oportet autem, non est sine electione: quae qualis futura fit, interrogas?

C A P. XI.

E Ligam virum integrum, simplicem, memorem, gratum, alieni abstinentem, sui non auarum, non tenacem, benevolum. Hunc vero cum elegero, licet nihil illi fortuna tribuat, quo referre gratia possit, ex sententia res gesta erit. Si utilitas me & sordida cōputatio liberalem facit, si nulli profum, nisi ut inuicem ille mihi proficit, non dabo beneficium profiscienti in diuersas longinquaque regiones, non dabo abfutro semper, non dabo sic affecto, vt spes ei nulla sit conualefcendi, non dabo ipse deficiens. Non enim habebo tempus recipiendi. At qui vt fcas, rem per se expectendam esse, benefacere, adueni mo do in nostrum delatis portum, & statim abituri succurrimus. Ignoto naufragio nauem qua reuehatur, & damus & instruimus. Discedit ille, vix satis noto salutis auctore, & nunquam amplius in conspectum nostrum reuerfurus, debitores nobis deos delegat, precatur. vt illi pro se gratiam referant. Interim nos iuvat steriles beneficij conscientia. Quid cum in ipso vitae fine constituti sumus, cum testamentum ordinamus, non beneficia nobis nihil profutro diuidimus? Quantum temporis consumitur, quamdiu secreto agitur, quantum & quibus demus? Quid enim interest, quibus demus a nullo recepturi? At qui nunquam diligenter danus, nunquam magis iudicia nostra torquemus, quam vbi remotis vtilitatibus, solum ante oculos honestum stetit, tandem officiorum mali iudices, quamdiu illa depravat spes ac metus, ac incertissimum vitium, voluptas. Vbi mors interclusit omnia, & ad ferendam sententiam incorruptum iudicem misit, quaerimus dignissimos, quibus nostra tradamus. Nec quicquam cura sanctiore componimus, quam quod ad nos non pertinet.

C A P. XII.

ET mehercule tunc magna voluptas subit cogitante, Hunc ego locupletorem faciam: huius dignitati adiecit opibus aliquid splendoris affundam. Si non damus beneficia, nisi recepturi, intestatis moriendum sit. Dicis, inquit, beneficium, creditum insolubile esse. creditum autem non est res per se expectenda. Cum creditum dicimus, imagine & translatione utimur. Sic enim & legem dicimus iusti iniustiq. regulam esse: & regula non est res per se expectenda. Ad haec verba demonstrandae rei causa descendimus. Cum dico creditum, intelligitur tanquam creditum, Vis circare: adiacio insolubile, cum creditum nullum non solui aut possit, aut debeat. Adeo beneficium vtilitas causa dandum non est, vt saepe, quemadmodum dixi, cum damno ac periculo dandum sit. Sic latronibus circumuentum defendo, vt tu to transfire permittatur: reum graria laborantem tuor, & hominum potentium factionem in me conuerto, quas illi detraxero fordes, sub accusatoribus ijsdem fortasse sumpturus, cū abire in partem alterā possim, & securus spectare aliena certamina: spōdeo pro iudicato, & suspēsum amici bonis libellū dei, creditoribus eius me obligatur: vt possim seruare proscriptum, ipse proscriptionis periculū adeo. Nemo Tusculanum aut Tiburtinum emere paratus, salubritatis causa, & aestui fecessus, quanto anno empturus sit disputat: cum emerit, tuendum est. Eadem in beneficijs ratio est. Nam cum interrogaueris, quid reddit, respondebo, bonam conscientiam. Quid reddit beneficium? Dic tu mihi, quid reddat iustitia quid innocentia, quid magnitudo animi, quid pudicitia, quid temperantia, si quicquam praeter ipsas petis.

C A P. XIII.

M Vndus in quid incessum absolvit? in quid sol dñm extendit & contrahit? Omnia ista beneficia sunt: sunt enim nobis profutura. Quomodo mundi officium est, circumagere rerum ordinem, quomodo solis loca mutare, ex quibus oriatur, in quae cadat, & haec salutaria nobis facere sine p̄e-

C 3 mio

mio: ita viri officium est inter alia, & beneficium dare. Quare ergo dat? Ne non det, ne occasionem benefaciendi perdat. Vobis voluptas est, inerti otio assuefacere corpusculum, & securitatem soporis similiter appetere, & sub denla vmbra latiare, tenerimque cogitationibus, quas tranquillitatem vocatis, animi marcentis oblectare torporem, & cibis potionibusq. intra hortorum latebras, corpora ignavia pallentia saginare: nobis voluptas est, dare beneficia vel laboriosa, dum aliorum labores leuent: vel periculosa, dum alios a periculis extrahant: vel rationes nostras aggrauatura, dum aliorum necessitates & angustias laxent. Quid mea interest, an recipiam beneficia? Etiam cum recepero, danda sunt. Beneficium, eius commodum spectat cui praestatur, non nostrum: alioquin nobis, non illi, damus. Itaque multa quae summae utilitatem alijs afferunt, pretio gratiam perdunt. Mercator vrbibus prodest, medicus aegris, mango venalibus: sed omnes isti quia ad alienum commodum pro suo veniunt, non obligant eos, quibus profund.

C A P. XIII.

NON est beneficium quod in quaestum mittitur. Hoc dabo, hoc recipiam, auctio est. Non dicam pudicam, quae amorem vt incenderet repulit: quae aur legem, aut virū timuit, vt ait Quidius:

Quae quia non licuit non dedit, illa dedit.

Non immerito in numerum peccantium refertur, quae pudicitiam timori praestitit, non sibi. Eodem modo qui beneficium vt recipere dedit, non dedit. Ergo & nos beneficium damus animalibus, quae auctui, aut alimento futura nutrismus? beneficium damus arbustis quae colimus, ne siccitate, aut immoti & neglecti soli duritia laborent? Nemo ad agrum colendum ex aequo & bono venit, nec ad ullam rem, cuius extra ipsam fructus est. Ad beneficium dandum non adducit cogitatione aura, nec ferdida, sed humana, liberalis, cupiens dare etiam cum dederit, & augere mous ac recentibus vetera: & non habens propositum, quanto ei qui praestat bono futura sit: alioquin humile est, sine laude, sine gloria, prodest, quia expedit. Quid magnifici est, se amare, sibi parcere, sibi acquirere? Ab omnibus istis vera beneficij dandi cupido auocat. Ad detrimentum, iniecta manu, trahit, & vilitates relinquit, ipso benefaciendi opere laetissima.

C A P. XIV.

NUquid dubium est, quin contraria sit beneficio iniuria? Quomodo iniuriam facere, per se vitanda ac fugienda res est: sic beneficium dare, per se expetendum. Illic turpitud contra omnia praeponita in scelus hortantia valer: ad hoc iniuriae honesti per se efficax species. Non metiar, si dixerim, neminem non amare beneficia sua, neminem non ita compositum animo, vt non libentius eum videat, in quem multa congesit: cui non causa sit iterum clandi beneficij, semel dedisse. Quod non accideret, nisi nos ipsa delectarent beneficia. Quam saepe dicentem audias: Non sustineo illum deserere, cui dedi virā, quem & periculo eripui. Rogat me vt causam suam contra homines gratos agam. Nolo: sed quid faciā? Iam illi semel, iterumque affui. Non vides ineflē isti rei propriam quandam vim, quae nos beneficiā dare cogit? Primum quia oportet, deinde quia deditum. Cui initio ratio non fuisset praefandū, aliquid ei praefamus ob hoc, quia praeftimus. Adeoque nos ad beneficia non impellit vilitas, vt & inutilia tueri ac fouere perseueremus, sola beneficij caritate: cui etiam infeliciter dato, indulgere, tam naturale, quam liberis prauis.

C A P. XV.

Idem isti gratiam referre ipsos fatentur, non quia honestum est, sed quia vtile, quod non esse ita, minore opera probandum est. Quia quibus argumentis collegimus beneficium dare, per se rem expetendam esse, iisdem etiam hoc colligemus. Fixum est illud, a quo in cetera probationes nostrae exeunt, honestum ob nullam aliam causam, quam quia honestum sit, col. Quis ergo controuersiam facere audebit, an gratum esse, honestum sit? Quis non ingratum detestetur hominem, sibi ipsi inutilem? Quid autē cum tibi narratur de eo, qui aduersus summa beneficia amici sui ingratus est, quomodo id feres? vtrum tanquam rem turpem fecerit, an tanquam vtilem rem sibi & profuturam omiserit? Puto, nequam hominem existimas: cui poena, nō cui curatore opus sit. Quod non accideret, nisi gratum esse, per se expetendum, honestumque esset. Alia fortasse minus dignitatem suam praferunt, & an sint honesta, interpretegent: hoc expositum est, pulchriusque, quam vt splendor eius dubie ac parum luceat. Quid tam laudabile, quid tam aequaliter in omnium animos receptum, quam referre bene meritis gratiam?

C A P. XVI.

AD hoc dic mihi, quae causa nos perducit? Lucrum? quod qui non contemnit, ingratus est. Ambitione? Et que iactatio est soluisse, quod debebas? Metus? nullus ingrato. Huic enim vni rei non possimus legem, tanquam fatis natura cauisset, quomodo nulla lex amare paretes, indulgere liberis iubet. Supervacuum est, enim, quo natura imus impelli. Quemadmodum nemo in amorem sui cohortandus est, quem cum nascitur trahit: ita ne ad hoc quidem, vt honesta per se petat. Placet suapte natura: adeoque gratiosa virtus est, vt insitum sit etiam malis, probare meliora. Quis est, qui non beneficium videri velit? qui non inter scelera & iniurias opinionem bonitatis affectet? qui non ipsi quae impotentissime fecit, speciem aliquam induat recti? velit quoque ipsi videri beneficium dedisse, quos laesit? Gratias itaque agi sibi ab his quos afflixere patiuntur: bonosque se ac liberales fingunt, quia praestare non possunt. Quod non facet, nisi illos honesti & per se expetendi amor cogeret moribus suis opinionem contraria-

riam

riā quaerere, & nequitiam abdere, cuius fructus concupiscitur, ipsa vero odio, pudorique est: nec quisquam tantum a naturali lege descivit, & hominem exiit, vt animi causa malus sit. Dic ergo cuilibet ex istis qui rapto viuunt, an ad illa quae latrocinijs & furtis consequuntur, malintratione bona peruenire? Optabit ille, cui graffari, & transeuntes percutere quaestus est, potius illa inuenire, quam eripere. Neminem reperies, qui nō nequitiae praemis sine nequitia frui malit. Maximum hoc habemus naturae metitum, quod virtus in omnium animos lumen suum praemittit, etiam qui non sequuntur illam, vident.

C A P. XVIII.

VT scias, per se expetendam esse grati animi affectionem, per se fugienda res est ingratum esse: quoniam nihil aque concordiam humani generis dissipat, ac distractit, quam hoc virtum. Nam quo alio tui sumus, quam quod mutua inuamur officijs. Hoc vno in structior vita, contraq. incuriosus subitas munitor est beneficiorum commercio. Fac nos singulos: quid sumus? preda animalium & victimae, ac villissimus & facilimus sanguis. Quoniam ceteris animalibus in tutela sui sati virium est: quaecunque vaga nascentur, & actura vitam segregem, armata sunt. Hominem imbecillitas cingit: non vnguium vis, non dentium, terribilem ceteris fecit. Nudum & infirmum societas munit. Duas res dedit, quae illum obnoxium ceteris, validissimum facerent, rationem & societatem. Itaque qui par esse nulli posset, si diduceretur, rerū potitur. Societas illi dominium omnium animalium dedit. Societas terris genitum, in alienae naturae transmisit imperium, & dominari etiam in mari iussit. Haec in orborū impetus arcuit, senectuti adminicula propexit, foliata contra dolores dedit. Haec fortes nos facit, quod licet contra fortunam aduocare. Hanc tolle, & vnitatem generis humani, qua vita sustinetur, scindes. Tollerat autem, si efficies, vt ingratuus animus non per se vitandus sit, sed quia aliud illi timendum est. Quam multi sunt enim, quibus ingratuus esse tuto licet? Denique ingratum voco, quisquis metu gratus est.

C A P. XIX.

DEos nemo sanus timet. Furor est enim metuere salutaria. Nec quisquam amat quos timet. Tu deinde Epicure Deum inermem facis. Omnia illi tela, omnem detraxiſti potentiam, & ne cuiquam metuendus esset, proiecisti ipsum extra mundum. Hunc igitur septum ingenti quodam & inexplicabili muro, diuīsumque a contactu & a conspectu mortalium, non habes quare verear. nulla illi nec tribuedi, nec nocendi materia est. In medio interuallo huius & alterius caeli desertus, sine animali, sine homine, sine re, ruinas mundorum supra se circaq. se cadentia uitat, non exaudiens vota, nec nostri curiosus. Atqui hunc vis videri colere, non aliter quam parentem: grato, vt opinor, animo: aut si non vis videri gratus, quia nullum habes illius beneficium, sed te atomi, & istae inicæ tuae forte ac temere congregaverunt, cur colis? Propter maiestatem, inquis, eius eximiam, singulariæque naturam. Ut concedam tibi: nempe hoc facis nulla spe, nullo pretio inductus. Est aliquid per se expetendū, cuius te ipsa dignitas dicit. Id est honestum. Quid est autem honestius, quam gratum esse? Huius virtutis materia tam late patet, quam vita.

C A P. XX.

SED in est, inquit, huic bono etiam vtilitas aliqua, cui enim virtuti non inest: sed id propter se expetendū dicitur, quod quamvis habeat aliqua extra se commoda, depositis quoque illis ac remotis placet. Prodest gratum esse: ero tamen gratus, etiā si noceat. Qui gratus est, quid sequitur? Ut haec res illi alios amicos, alia beneficia conciliet? Quid ergo si quis fibi offensas concitatur est? Si quis intelligit, adeo per hoc se nihil consecuturum, vt multa etiam ex reposito acquisitoque perdenda sint, num libens in detrimenta descendat? Ingratus est, qui in referenda gratia secundum datum videt, qui sperat cum reddit. Ingratum voco, qui aegro assidet, quia testamentum facturus est, cui de hereditate, aut de legato vacat cogitare. Faciat licet omnia, quae facere bonus amicus & memor officij debet, si animo eius obuerfatur ipes, si captator est, & hamum iacit: vt aues quae laceratione corporum aluntur, lassa morbo pecora, & casura & proximo speculantur, ita hic imminent morti, & circa cadaner volat. Gratus animus ipsa virtute propositi sui capitur.

C A P. XXI.

VIS scire hoc ita esse, pecillum vtilitate corrupti? Duo sunt genera grati hominis. Dicitur gratius, qui aliquid pro eo quod acceperat, reddit. Hic fortasse ostentare se potest: habet quod, iactet, quod proferat. Dicitur gratus, qui bono animo accepit beneficium, bono debet. Hic in conscientiam occulus est. Quae illi contingere potest vtilitas ex affectu latentis? Atqui hic etiam si vltra facere nil potest, gratus est: amat, debet, referre gratiam cupit. Quicquid vltra desideras, non ipsi deest. Artifex est etiam, cui ad exercendam artem instrumenta non suppedit. Nec minus canendi peritus, cuius vocem exaudiri fremitus obstrepentium non finit. Volo referre gratiam, post hoc aliquid superest, non ut gratus, sed vt solitus sim. Saepem enim & qui gratiam retulit, ingratus est: & qui non retulit, gratus. Nam vt omnium aliarum virtutum, ita huius ad animum tota aestimatio redit. Hic si in officio est, quicquid deficit, fortuna peccat. Quomodo est disertus etiam qui tacet, fortis etiam qui compressis manibus, vel etiam alligatis: quomodo gubernator etiam qui in lucco est, quia consummatæ scientiae nihil deest, etiā si quid obstat quo minus se vtatur: ita gratus est, etiam qui vult tantum, nec habet huius voluntatis suæ vllum alium, quam se testem. Immo amplius adiciam. Est aliquando gratus, etiam qui ingratus videtur, quem mala interpres opinio in contrarium traducit. Hic quid aliud sequitur, quam ipsam conscientiam quae

quae etiam obruta delectat, quae contioni ac famae reclamat, & in se omnia reponit, & cum ingentem ex altera parte turbam contra sentientium apexit, non numerat suffragia, sed vna sententia vincit. Si vero bona fidem perfidiae supplicijs affici videt, non descendit e fastigio, sed supra poenam suam consitit.

C A P. XXII.

Habeo, inquit, quod volui, quod petui. Non paenitet nec paenitebit, nec illa iniuritate me eo fortuna perducet, ut hanc vocem audiā. Quid mihi volui? quid mihi nunc prodest bona voluntas? Prodest & in equuleo, prodest & in igne, qui si singulis membris admoneatur, & paulatim viuum corpus circumeat: licet ipsum corpus plenum bona conscientia stillet, placet illi ignis, per quem bona fides colleget. Nunc quoque illud argumentum, quamuis diū iam, reducatur. Quid est quare grati velimus esse, cum morimur? quare singulorum perpendamus officia? quare id agamus in omnem vitam nostram memoria decurrente, ne cuius officij videamus oblitii? Nihil iam supererit, quod spes porrigitur, in illo tam cardine positi, abire e rebus humanis quam gratissimi volumus. Est videlicet magna in ipso opere merces rei, & ad alliciendas mentes hominum ingens honesta potentia: cuius pulchritudo animos circundat, & delinitos admiratione luminis ac fulgoris sui rapit. At multa hinc commoda oriuntur. Et tunc est vita melioribus, & securior innocentia, quam grata mens prosequitur. Fuisse enim iniuriosa rerum natura, si hoc tantum bonum miserum, & ancaps, & sterile fecisset. Sed illud intuere, an ad istam virtutem, quae saepe tuto ac faciliter adiungit, etiam per faxa, & rupes, & feris ac serpentibus obfusum iter, fueris iturus.

C A P. XXIII.

NON ideo per se non est expetendum, cui aliquid extra quoque emolumenti adhuc ret. Fere enim pucherrima quaque multis & aduenticijs comitata sunt dotibus: sed illas trahunt, ipsa praecedunt. Num dubium est, quin hoc humani generis domicilium, circuitus solis ac lunae, vicibus suis temperet? quin alterius calore alantur corpora, terrae relaxantur, immodi humores comprimantur, alligantis omnia hiemis tristitia frangatur: alterius tempore efficaci & penetrabili rigetur maturitas frumentorum? quin ad huius cursum fecunditas humana respondeat, quin ille annum obseruabilem fecerit circumactu suo, haec mensem, minoribus se spatijs stetens? vt tamen detrahias ista, non erat ipse sol idoneum oculis spectaculum, dignusque adorari, si tantum praeteriret? Non erat digna suspectu luna, etiam si otiosum fidus transcurreret? Ipse mundus quoties per noctem ignes suos fudit, & tantum stellarum innumerabilium refusit, quem non intentum in se teneret? Quis sibi illa, cum miratur, prodebet cogitat? Aspice ista tacito superne caelo labentia, quemadmodum velocitatem suam sub specie stantis, atque immiti operis abscondant. Quantum ista nocte, quam tu in numerum ac discrimen demum obseruas, agitur? Quanta rerum turba sub hoc silentio evoluuntur? quantam fatorum seriem certus limes adducit? Ista quae tu non aliter, quam in decorum sparsa consideras, singula in opere sunt. Nec enim est, quod existimes septem sola discurrere, cetera haerere. Paucorum motus comprehendimus: innumerabiles vero, longiusque a conspectu nostro seducti dij, eunt, redeuntque. Et ex his qui oculos nostros patiuntur, plerique obsecro gradu pergunt, & per occultum aguntur. Quid ergo? non caperis tantae molis aspectu, etiam si te non regat, non custodiat, non foeteat, generetque, ac spiritu suo riget?

C A P. XXIV.

Quemadmodum haec cum primum usum habeant, & necessaria vitaliaque sint, maiestas tamen eorum totam mentem occupat: ita omnis virtus, & in primis illa gratia animi, multum quidem praeferat, sed non vult ob hoc diligi: amplius quiddam in se habet, nec satis ab eo intelligitur, a quo inter utilia numeratur. Gratus est, quia expedit: ergo & quantum expedit. Non recipit solidum virtus amatorem. Soluto ad illam fini venendum est. Ingratus hoc cogitat: Volebam gratiam referre, sed timo impensas, timeo periculum, vereor offendam: faciam potius, quod expedit. Non potest eadem ratio & gratum facere, & ingratum. Ut diuersa illorum opera, ita inter se diuersa proposita sunt. Ille ingratus est, quamvis non oporteat, quia expedit. Hic gratus est, quamvis non expediatur, quia oportet.

C A P. XXV.

Propositum est nobis secundum rerum naturam vivere, & deorum exempli vni sequi. Dij autem quodcunque faciunt, in eo nihil praeter ipsam faciendi rationem sequitur: nisi forte existimas illos fructum operum suorum ex fumo extorum, & turris odore percipere. Vide quanta quotidie moliantur, quanta distribuant, quantis terras fructibus implant, quam opportunis & in omnes horas ferentibus ventis maria permoueant, quantis imbris repente deiectis, solim moliant, venasque fontium arentes redingent, & infuso per occultu nutrimento renouent. Omnia ista sine mercede, sine ullo ad ipsos perueniente commodo faciunt. Haec quoque nostra ratio, si ab exemplari suo non aberrat, seruet, ne ad res honestas cōducta veniat. Pudeat vilum venale esse beneficium. Gratuitos habemus deos. Si deos, inquit, imitaris, da & ingratis beneficia. Nam & sceleraris sol oritur, & piratis patent maria.

C A P. XXVI.

HOC loco interrogant, an vir bonus daturus sit beneficium ingrato, sciens ingratum esse. Permitte mihi aliquid interloqui, ne interrogatio infidiosa captiamur. Quos ex constitutione Stoica accipe ingratos. Alter ingratus, quia stultus est. Stultus etiam malus est, quia malus est, nullo virtute caret. Ergo & ingratus est. Sic omnes malos dicimus, intemperantes, auaros, luxuriosos, malignos: non quia ista omnia

omnia singulis magna & nota virtus sint, sed quia esse possint: & sunt, etiam si latent. Alter est ingratius, qui a vulgo dicitur, in hoc virtutum natura propensus. Illi ingratus, qui sic hac culpa non caret, quomodo nulla caret, dabit beneficium vir bonus. Nulli enim dare poterit, si tales homines submouerit. Hunc integrato qui beneficiorum fraudator est, & in hanc partem procubuit animo, non magis dabit beneficium, quam captatori. Quis decoctori pecuniam credet, aut depositum committet ei, qui iam pluribus abnegauit? Timidus dicitur aliquis, quia stultus est: & hoc quidem malos sequitur, quos indiscreta & vniuersa vita circumstant. Dicitur timidus proprie natura, etiam ad inanes sonos pauidus. Stultus omnia virtus habet, sed non in omnia natura pronus est. Alius in auaritiam, alius in luxuriam, alius in petulantiam inclinat.

C A P. XXVII.

ITaque errant illi, qui interrogant Stoicos: Quid ergo? Achilles timidus est? Quid ergo? Aristides, cui iustitia nomen dedit, iniustus est? Quid ergo? Et Fabius, qui cunctando restituit rem, temerarius est? Quid ergo? Decius mortem timeret? Mucius proditor est? Camillus deforster? Non hoc dicimus, sic omnia virtus esse in omnibus, quomodo in quibusdam singula eminent: sed malum ac stultum nullo virtute vacare, nec audacem quidem timoris absoluimus: ne prodigum quidem auaritia liberamus. Quomodo homo omnes sensus habet, nec ideo tamen omnes homines aciem habent Lynceo similem: sic qui stultus est, non tam acris & concitata habet omnia, quam quidam quaedam. Omnia in omnibus virtus sunt: sed non omnia in singulis extant. Hunc natura ad auaritiam impellit: hic libidini, hic vino deditus est: aut si nondum deditus, ita formatus, ut in hoc illum mores sui ferant. Itaque ut ad propositum reuertar, nemio non ingratus est, qui malus est. Habet enim omnia nequitiae semina. Tamen proprie ingratus a ppel latetur, qui ad hoc virtutum vergit. Huic ergo beneficium non dabo. Quomodo male filiae consult, qui illa contumelioso & saepe repudiato collocauit: quomodo malus paterfamilias habebitur, qui negotiorum gestorum damnato, patrimonij sui curam mandauerit: quomodo dementissime testabitur, qui tutorem filio reliquerit, pupillorum spoliatorem: sic pessime beneficia dare dicetur, quicunque ingratos eligit, in quos peritura conferat.

C A P. XXVIII.

DII quoque, inquit, multa ingratis tribuunt. Sed illa bonis parauerant. Contingunt autem etiam malis, quia separari non possunt. Satis est autem, prodebet etiam malis propter bonos, quam bonis deesse propter malos. Ita, quae refers, diem, solem, hiemis aestatisque cursus, & media veris, autumniique tempora, imbre, & fontium haustus, ventorum statos flatus pro vniuersis inuenierunt: excerpere singulos non potuerunt. Rex honores dignis dat, congiarium & indignis. Frumentum publicum tam fur quam periurus & adulter accipiunt, & sine delectu morum, quisquis ciuis est, cum aliquid est, quod tanquam ciuii, non tanquam bono datur, ex aequo boni ac mali ferunt. Deus quoque quaedam in vniuersum humano generi dedit, a quibus excluditur nemo. Nec enim poterat fieri, ut ventus bonis viris secundus esset, contrarius malis. Commune autem bonum erat patere commercium maris, & regnum humani generis relaxari. Nec poterat lex castis imbris dici, ne in malorum improborumque rura defluerent. Quaedam in medio ponuntur. Tam bonis quam malis conduntur vrbes. Monumenta ingeniorum, & ad indignos peruentura publicauit editio. Medicina & sceleraris operi ministrat. Compositiones remediorum salutarium nemo suppressit: ne sanarentur indigni. In his exige censuram, & personarum aestimationem, quae separantur tanquam digno dantur, non in his quae promiscue turbam admittunt. Multum enim referit, virum aliquem non exclusas, an eligas. Ius fori omnibus dicitur: pace etiam homicidae fruuntur: sua repetunt, etiam qui aliena rapuerunt. Percussores & domi ferruni exercentes murus ab hoste defendit. Legum praesidio qui plurimum in illas peccauerunt, proteguntur. Quaedam non poterant certis contingere, nisi vniuersis darentur. Non est itaque quod de istis disputes, ad quae publice inuitati sumus. Illud quod iudicio meo ad aliquem peruenire debet, ei quem ingratu sciam, non dabo.

C A P. XXVIII.

Ergo, inquit, nec consilium deliberant dabis ingrato, nec aquam haurire permittes, tuc viam errantem montrabis? An haec quidem facies, sed nihil donabis? Distingui istud: certe tentabo distingue re. Beneficium est opera utilis: sed non omnis opera utilis beneficium est. Quaedam enim tam exigua sunt, ut beneficij nomen non occupent. Duae res coire debent, quae beneficium efficiant. Primum, rei magnitudo. Quaedam enim sunt infra huius nominis mensuram. Quis beneficium dixit, quadram panis, aut stipem aeris abiecti, aut ignis accendendi factam potestate? Et inferdū ista plus profundit, quam maxima. Sed tamen vilitas sua illis, etiam vbi tempore facta, sunt necessaria, detrahit premium. Deinde quod potissimum est, oportet accedit: ut eius causa faciat, ad quem volebam peruenire beneficium: dignumque eum iudicem: & libens id tribuam, percipiensque ex munere meo gaudium. Quorum nihil est in istis, de quibus loquebamur. Non enim tanquam dignis illa tribuimus, sed negligenter tanquam parua: & non homini damus, sed humanitati.

C A P. XXX.

Aliquando daturum me etiam indignis quaedam non negauerim, in honorem aliorum: sicut in petendis honoribus quosdam turpissimos nobilitas industrij, sed nouis praetulit. Non sine ratione facia est magnarum virtutum memoria: & esse plures bonos iuuat, si gratia bonorum non cum ipsis cadat.

sis cadat. Ciceronem filium quae res consulem fecit, nisi pater? Cinnam nuper quae res ad consularū re-cepit ex hostiis castris? Quae Sextum Pompeium, aliosque Pompeios, nisi viuis viri magnitudo? tanta quidem, vt satis alte omnes suos etiam ruina eius attolleret. Quid nuper Fabium Persicum, cuius osculum etiam impuri vitabant, faceret non in uno collegio fecit, nisi Verrucosi, & Allobrogici, & illi trecenti, qui hostiis incursum pro rep. vnam domum obiecerant? Haec debemus virtutibus, vt non praesentes solum illas, sed etiam ablatas e conspectu colamus. Quomodo illi ijdem egerunt, vt non in vnam aetatem prodeissent, sed beneficia sua etiam post ipsos relinquenterita & nos non vna aetate grati simus. Hic magnos viros genuit, dignus est beneficijs, qualisunque est, dignos dedit. Hic egregijs maioribus ortus est: qualisunque est, sub umbra suorum lateat. Vt loca sordida reperclusi solis illustrantur, ita inerter maiorum suorum luce resplendent.

C A P . XXXI.

Excusare hoc loco, mi Liberalis, deos volo. Interdum enim solemus dicere: Quid sibi voluit prouidentia, quae Aridaeum regno imposuit? Illi putas hoc datum? patri eius datum est, & fratri. Quare C. Caesarem orbi terrarum praefecit, hominem humani sanguinis auditi suum, quem non aliter fluere in conspectu suo inubebat, quam si ore excepturus esset? Quid ergo tu illi hoc datum existimas? patri eius Germanico datum, datum aeo, proauoque, & ante hos alijs non minus claris viris, etiam si priuati parresque alijs vitâ exegerunt. Quid tu cum Mamercum Scaurum Cos. faceres, ignorabas ancillarum suarum menstruum ore illum hiante exceptare? Nunquid enim ipse dissimulabat? Nunquid purus videri volebat? Referam dictum eius in se, quod circumferri memini, & ipso praesente laudari. Pollio Afino iacenti, obscoeno verbo vsus, dixerat le facturum id quod pati malebat. & cum Pollionis attractiorem vidisset frontem: Quicquid, inquit, mali dixi, mihi & capiti meo. Hoc dictum suum ipse narrabat. Hominem tam palam obscoenum, ad fasces, & ad tribunal admisisti? Nempe dum veterem illum Scaurum senatus principem cogitas, indigne fersobolem eius iacere.

C A P . XXXII.

DEO S. videre est, vt alios indulgentius tractent, propter parentes atque, alios propter futuram nepotum pronepotumque, ac longe sequentium posteriorum indolem. Nota est enim illis operis sui series, omnium illis rerum per manus suas iturarum scientia in aperto semper est: nobis ex abdito subbit. Et quae repentina putamus, illis protinus veniunt ac familiaria. Sint hi reges, quia maiores eorum non fuerunt, quia pro summo imperio habuerunt iustitiam, abstinentiam, quia non remp. sibi, sed se reip. dicauerunt, Regnent hi, quia vir bonus quidam proavus eorum fuit: qui animo supra fortunam gessit, qui in dissensione ciuium, quoniam ita expediebat reip. vinci quam vincere maluit. Referri illi gratia tam longo spatio non potuit. In illius respectum, iste populo praesidebat: non quia scit aut potest, sed quia alius pro eo meruit. Hic corpore deformis est, aspectu foedus, & ornamenta sua traducturus. Iam me homines accusabunt, caecum & temerarium dicent, nescientem quo loco, quae summis ac excellentissimis debentur, ponam. At ego scio, alij me istud dare, alij olim debitum soluere. Vnde isti norunt illum gloriae sequentis fugacissimum, eo vultu ad pericula euntem, quo alij ex periculo redeunt, numquam bonum suum à publico distinguenter? Vbi, inquis, iste, aut quis est? A pud me istae expensorum acceptorumque rationes dispunguntur. Ego quid cui debeam, scio. alij post longam diem repono, alij in antecessum: prout occasio, & reip. meae utilitas tulit.

C A P . XXXIII.

Ingrato ergo aliquando quaedam, sed non propter ipsum dabo. Quid si, inquit, nescis, vtrum gratis sit, an ingratus? Expectabis donec scias, an dandi beneficij tempus non amittes? Expectare longum est. Nam (vt Plato ait) difficilis humani animi conjectura est. Non expectare, temerarium est. Huic reip. debimus, nunquā expectare nos certissimam rerum cōprehensionem; quoniam in arduo est veri exploratio, sed ea ire, qua ducit veri similitudinem. Omne hac via procedit officium. Sic serimus, sic nauigamus, sic militamus, sic vxores ducimus, sic liberos tollimus: cum omnium incertus sit euentus. Ad ea accedimus, de quibus bene sperandum esse credimus. Quis enim pollicetur serenti prouentum, nauiganti portum, militanti viatoriam, marito pudicam vxorem, patri pios liberos? Sequimur qua ratio, non qua veritas trahit. Expecta, vt nisi bene cessura non facias, & nisi comperta veritate nihil moueris. reliquo omni actu vita consistit. Dum verisimilia me in hoc aut in illud impellant, non verebor beneficium dare ei, quem verisimile erit gratum esse.

C A P . XXXIV.

Multa, inquit, interuenient, per quae & malus pro bono surrepat, & bonus pro malo displiceat. Fallaces enim sunt rerū species, quibus credimus. Quis negat? Sed nihil aliud inuenio, per quod cogitationem regam. His veritas mihi vestigij sequenda est. Certiora non habeo. Haec vt quam diligenter estimebam, operam dabo, nec cito illis assentiar. Sic enim in proelio potest accidere, vt telum meū in commilitonem manus dirigat, aliquo errore decepta, & hosti, tanquam meo, parcam. Sed hoc & raro accidet, & non vitio meo: cui propositum est hostem ferire, ciuem defendere. Si sciam ingratum esse, nō dabo beneficium. At obrepit, at impofuit. Nulla hic culpa tribuentis est: quia tanquam grato dedi. Si promiseris, inquit, te daturum beneficium, & postea ingratum esse scieris, dabis, an non? Si facis sciens, peccas: das enim qui non debes. si negas, & hoc modo peccas: quia non das ei, cui promisi. Secta, veltra hoc loco titubat, & illud superbum promissum, nunquā sapientem facti sui paenitere, nec vñquā emendare

dare quod fecerit, nec mutare consilium. Non mutat sapiens consilium, omnibus his manentibus quae erant, cum sumeret. Ideo nunquam illum paenitentia subi: quia nihil melius illo tempore fieri potuit, quam quod factum est: nihil melius confitui, quam quod constitutum est. Ceterum ad omnia cum exceptione veniet, si nihil incidet quod impedit: ideo omnia illi succedere dicimus, & nihil contra opinionem accidere, quia praesumit animo, posse aliquid interuenire, quod destinata prohibeat. Imprudentium ista fiducia est, fortunam sibi spondere. Sapiens vtramque partem eius cogitat. Scit quantum licet errori, quam incerta sint humana, quam multa consilijs obstent. Anticipitem rerum ac lubitcam sortem suspensus sequitur, consilijs certis incertos euentus. Exceptio autem, sine qua nihil destinat, nihil aggreditur, & hic illum tuetur.

C A P . XXXV.

Promis beneficium, nisi si quid incidisset, quare non deberem dare. Quid enim si quod illi pollicatus sum, patria sibi me dare iussit? Si lex lata erit, ne id quisquam faciat, quod ego me amico meo facturum promiseram? Promisi tibi filiam in matrimonium, postea peregrinus apparuisti. Non est mihi cum extraneo connibium. Eadem lex me defendit, quae vetat. Tunc fidem fallam, tunc inconstantiae crimen audiam, si cum omnia eadem sint, quae erant promittente me, non praestitero promissum. Alioquin quicquid mutatur, libertatem facit de integro consulendi, & meam fidem liberat. Promisi adiunctionem: postea apparuit per illam causam praeiudicium in patrem meum quaeri. Promisi me peregre vna exiturum: sed iter infestari latrocinijs munitur. In rem praefentem venturus fui: sed aeger filius, sed puerpera vxor tener. Omnia esse debent eadem, quae fuissent cum promitterem, vt promittentis fidem tenebas. Quae autem maior fieri mutatio potest, quam si te malum virum & ingratum comperi? Quod tanquam digne dabam, indigno negabo, & irascendi quoque causam habebo deceptus.

C A P . XXXVI.

Inspiciam tamen, & quantum sit de quo agitur. Dabit mihi consilium promissæ rei modus. Si exiguum est, dabo: non quia dignus es, sed quia promisi. Nec tanquam munus dabo, sed verba redimam, & au rem mihi peruellam. Damno castigabo promittendam temeritatem. Ecce vt doleat, vt postea confidatius loquaris: quod dicere solemus, linguarium dabo. Si maius erit, non commutam (quemadmodum Maecenas ait) vt centies obiurgandus sum. Inter sece enim vtrunque comparabo. Est aliquid, in eo quod promiseris, perseverare: est ruris multum in eo, ne indigno beneficium des. Hoc tamen quantum sit, attendendum. Si leue, conniveamus. Si vero magno mihi aut detramento, aut rubori futurum, malo felicem excusare, quare negauerim, quam semper, quare dederim. Totum, inquam, in eo est, quanti promissi mei verba taxentur. Non tantum quod temere promisi, retinebo, sed quod non recte dedi, retinam. Demens est, qui perficit in errore.

C A P . XXXVII.

Philippus Macedonum rex habebat militem manu forte, cuius in multis expeditionibus vtile expertus operam, subinde ex preda aliquid illi virtutis causa donauerat, & hominem venalis animae crebris auctoramentis accendebat. Hic naufragis in possessione cuiusdam Macedonis expulsus est. Quod vt Macedoni illi nuntiatum est, accurrit, spiritum eius recollegit, in villam illum suam transtulit, lectulo suo cessit, affectum semianimumque recreavit, diebus triginta impensa sua curauit, refecit, viatico instruxit, subinde dicentem: Gratiam tibi referam, videre tantum mihi Imperatorem meum contingat. Narrauit Philippo naufragium suum, auxilium tacuit, & protinus petijt, vt sibi praedia cuiusdam donaret. Ille quidam erat hospes eius, is ipse, a quo receptus erat, a quo sanatus. Multa interim reges, in bello praefertim, operis oculis donant. Non sufficit homo iustus vnu tot armatis cupiditatibus. Non potest quisquam eodem tempore & bonum virum, & bonum ducem agere. Quomodo tot millia hominum insatiabilia satiabuntur? Quid habebunt, si suum quisque habuerit? Hoc Philippus sibi dixit, cum illum induci in bona quae petebat iussit. Expulsus bonis suis ille, non vt rusticus iniuriam tacitus tulit, contentus quod non & ipse donatus esset: sed Philippo epistolam strictam, ac liberam scripsit: quia accepta ita exarlit, vt statim Pausaniae mandaret, vt bona priori domino restitueret. Ceterum improbissimo militi, ingratisimo hospiti, audiissimo naufragio, stigmata inscriberet, ingratum hospitem testantia. Dignus quidem fuit, cui non inscriberent illae litterae, sed insculperent, qui hospitem suum, nudo & naufragio similem, in id in quo iacererat ipse littus expulerat. Sed videbimus, quis modus poenae seruandas fuerit. Auferendum utique fuit, quod summo scelere inuaserat. Quis autem poena eius moueretur, quid commiserat, propter quod nemo miserari miseros posset?

C A P . XXXVIII.

Dabit tibi Philippus quia promisit, etiam si non debet, etiam si iniuriam, etiam si scelus facturus est, etiam si vno facto praecclusurus est naufragis littora? Non est leuitas, a cognito & damnato erore difcedere: & ingenue fatendum est: Aliud putaui: deceptus sum. Haec vero superba stultitiae perseverantia est: Quod semel dixi, qualecumque est, fixum ratumque sit. Non est turpe, cum re mutare consilium. Age, si Philippus possit illum eorum littorum reliquisset, quae naufragio cepera, non ne omnibus miseris aqua & igni interdixerat? Potius est, inquit, intra fines regni mei, te litteras istas oculis inscribendas, durissima fronte circumferre. Ostende quam sacra res sit mensa hospitalis. Praebe in facie tua legendum istud decretum, quo cauetur, ne miseris tecto iuuare capitale sit. Magis ista constitutio sic erit rata, quam si illam in aës incidissem.

C A P .

Quare ergo inquit, Zeno vester, cum quingentos denarios mutuos cuidam promisisset, & illum pa-
rum idoneum compreserit, amicis fudentibus ne daret, perseuerauit credere, quia promiserat.
Primum alia condicio est in credito, alia in beneficio. Pecuniae etiam male creditae exactio est. Et
appellare debitorem ad diem possum, & si foro cesserit, portionem feram. beneficium & totum perit, &
statim. Praeterea hoc mali viri est, illud mali patris familliae. Deinde ne Zeno quidem, si maior fuisset
summa, credere perseuerasset. Quingenti denarij sunt. illud quod dici solet, in morbo consumat. fuit
tantum, non reuocare promissum suum. Ad cenam quia promisi, ibo, etiam si frigus erit: non quidem si ni-
ues cadent. Surgam ad sponsalia, quia promisi, quamvis non concixerim: sed non si febricitauero.
Sponsum descendam, quia promisi: sed non si spondere in incertum iubebis, si fisco obligabis. Subest,
inquam, tacita exceptio, si potero, si debebo. Si haec ita erunt, effice, ut idem status sit, cum exigitur, qui
fuit cum promitterem. Dilectione lenitas non erit, si aliquid interuenient noui. Quid miraris, cum condi-
cio promittens mutata sit, mutatum esse consilium? Eadem mihi omnia praesta: & idem sum. Vad-
monium promittimus, tamen deseritur. Non in omnes datur actio. Deserentem vis maior excusat.

Idem etiam illa in quaestione responsum existima, an omnimodo referenda sit gratia, & an bene-
ficium utique reddendum sit. Animum praestare gratum debo: ceterum aliquando me referre gra-
tiam non patitur mei infelicitas, aliquando felicitas eius cui debo. Quid enim regi, quid pauper di-
uiti reddam? Utique cum quidam recipere beneficium, iniuriam iudicent, & beneficia subinde alijs be-
neficii onerent. Quid amplius in horum personam possum, quam velle? Nec enim ideo beneficium no-
num reiijcere debo, quia nondum prius reddidi. Accipiam tam libenter, quam dabitur: & praebeo me
amicō meo exercitae bonitatis suae capacem materiam. Qui noua accipere non vult, acceptis offendit-
tur. Non refero gratiam. Quid ad rem? non est per me mora, si aut occasio mihi deest, aut facultas. Ille
praeficit mihi, nempe cum occasionem haberet, cum facultatem. Vtrum bonus vir est, an malus? Apud
bonum virum, bonam causam habeo: apud malum non ago. Ne illud quidem existimo faciendum, vt re-
ferre gratiam, etiam inuitis his quibus refertur, properemus, & insternemus cedentibus. Non est referre
gratiam, quod volens acceperis, nolenti reddere. Quidam, cum aliquod illis missum est munusculum,
subinde aliud intempestive remittunt, & nihil se debere testantur. Reji ciendi genus est, protinus aliud
inuicē mitrere, & munus munere expungere. Aliquando & non reddam beneficium cum possim, quan-
do plus mihi deraetur ero, quam illi collaturus: si ille non erit sensurus villam accessionem recepto
eo, quo redditio, mihi multum abcellerum erit. Qui festinat utique reddere, non habet animum grati-
hominis, sed debitoris. Et vt breuiter dicam, qui nimis cito cupit soluere, inuitus debet: qui inuitus de-
bet, ingratus est.

LIBRI QVARTI FINIS.

M· A N T O N I I M V R E T I A D
Q V A R T U M L I B R U M S E N E C A E
D E B E N E F I C I I S N O T A E.

Non vltro tributis sit.] Fateor me non satis intelligere, quae sint vltro tributa. Neque mihi vlla.
modo satisfacit quae de eis scripti Turnebus capite vicefino non libri primi aduersiorum.
Amamur.] Nemo non videt, quanto hoc melius, sit, quam quod ante a legebatur, armamur.
Quibus beneficia Demus.] Male alijs. Debeamus.
Praeterea quaeritis beneficium.] Locus deprauatus. Fortassis legendum: Praeterea
quaeritis quomodo detis beneficium.
Propter ipsum.] Inepte emendarant, Propter vsum.
Turpissimum genus damni.] Sic liber vetus. Insulse ante, Turpissimum genus dandi.
Sic enim & legem dicimus.] Alij, Scimus. Vtrum melius sit, dubitatur neminem arbitror.
Suspensus amici bonis libellū deiicio.] Hoc faciebant, qui a se amicum absentem defendi profitebantur.
Cicero pro Quintio. Libellos Sex. Alenus procurator P. Quinti, familiaris & propinquus Sex. Naeus, deic.
Iniecta manu.] Verbum iuris, quo significatur prebenatio & vindicatio pro domino.
Vt libertius eum videat.] Corrumpebant sententiam huius loci, qui interuebant negationem.
Superuacuum est enim in quod natura imus impelli.] Foede in alijs libris deprauatus erat hic locus: cu-
ita le-

itu legeretur. Superuacuum est, inquit, in naturae ius impelli. Hacc non libens ad numero: sed interdum ta-
men id facere cogor, ne quis malevolus pauca me praestitisse dicat.

Viliissimus & facilissimus languis.] In vetere erat. Biliissimus. Unde isti belli emendatores fecerant, Bel-
liissimus.

Proiecisti ipsum extra mundum.] Inepte in alijs, Extra metum. In intermundis deorum sedem esse di-
cebat Epicurus.

Et tunc est vita.] Comprehensionem hanc iam ante deprauatam ab alijs, magis etiam deprauavit Erasmus
qui vitam a Seneca abstinuisse manus. Minore negotio placa que restituueruntur.

Ciceronem filium.] Ciceronem filium cum Augusto consulē fuisse auctor est Plutarchus. επει μέν τα
πάσα περιττάς αὐτούς, επειδή οὐτός, επει πρώτη γένεται τὸ Κυρέποντος γένος.

Aridaceum.] Male in alijs Arribaceum, frater fuit Alexandri magni, sed ignobilis matre ortus.

Mamercum, Scaurum.] Insignis & abominanda hominis turpitudo. Merito igitur Tacitus tum opprobrium
miorum vocat.

Vnde vos scitis.] Vetus liber, Vnde isti nos. Delenda omnia. Librarius per errore redierat ad id quod paulo
antecepsit. Vnde isti norunt. Deinde animadverso errore, non delenit tamen ea quae frustra geminauerat.

Conscientia nostra.] Legendū, Scientia vestra. Inducit autē suo more, quandā aduerfus Stoicos loquentē.

Eadem lex.] Sic melius, quam vlt ante, Eadem res.

Aurem mihi perueliam.] Ipse me admovebo, vt postea cautor sim, minusque facilis ad promittendum. Vir-
gilius, Cyntius aurē Vellit & admovit. Hic ipse libro sequenti Sine tu, loquar mecum. Ego mihi aurē peruellā.
Linguarium dabo.] Non probavi mibi quod Turnebus de hac voce sensit, simulque quomodo eam intelli-
gendarum putavi, scripsi capite quinto libri xij variarum Lectionum.

Demens est qui fidem praefat errori.] Vox. Fidem. abest a veteribus libris. Legendū videtur, De-
mens est, qui perit in errore.

Nprioribus libris videbar consummisse propositum, cum tractassem, quemadmodum
dandum esset beneficium, & quemadmodum accipendum. Hi enim sunt huius officij
fines. Quicquid ultra moror, non seruo materiae, sed indulgeo: quae quod ducit, se-
quendum est, non quo inuitus. Subinde enim nasceretur, quod lacebat aliqua dulcedine,
animum, magis non necessarium, quam superuacuum. Verum quia ita vis, persevere-
mus, peractis quae rem continebant, scrutari etiam ea, quae sunt his connexa, verū non
cohaerentia: quae quisquis diligenter inspicit, nec facit opera pretium, nec tamen perdit operam. Tibi
autem homini natura optimo, & ad beneficia propenso. Liberalis Ebuci, nulla eorum laudatio satissimat.
Neminem vnguvi tam benignum, etiam leuissimorum officiorum aestimatorem. Iam bonitas tua
èd vñque prolapſa est vt tibi dari putes beneficium quod vlli datur. Paratus es, ne quem beneficij paeni-
teat pro ingratis dependere. Ipse vñque èd ab omni iactatione, vñq; eo statim exonerare cupis quos
obligas, vt quicquid in aliquem confers, velis videri non praestare, sed reddere. Ideoque plenis ad te sic
data revertuntur. Nam ferè sequuntur beneficia non reposcentem: & vt gloria fugientes magis ac magis
sequitur, ita fructus beneficiorū gratius responderet illis, per quos etiā esse ingratias licet. Per te vero non
est mora, quo minus beneficia qui acepserunt, vñtro repeatant: nec recensabis conferre alia, & suppressis
diffimulatisque plura ac maiora adjicere. Propositum optimi viri, & ingentis animi est, tam diu ferre
ingratum, donec feceris gratum. Nec te ista ratio decipiet. Succumbunt virtus virtutibus, si illa non cito
odisse properaueris.

Illud utique vñce tibi placet, velut magnifice dictum: Turpe est beneficij vinci. quod an sit verum,
non immerito, quaeri solet: longeque aliud est, quam mente concipis. Nunquam enim in rerum ho-
nestarum certamine superari turpe est, dummodo arma non projectas, & vietus quoque velis vincere.
Non omnes ad bonum propositum easdem afferunt vires, easdem facultates, eandē fortunā: quae opti-
morum quoque consiliorum duntaxat exitus temperat. Voluntas ipsa rectum perens, laudanda est, etiā
si illam alius gradu velociori antecepsit: non vt in certaminibus ad spectaculum editis meliorem palma
declarat: quanquam in illis quoque saepe deteriori praetulit casus. Vbi de officio agitur, quod vñq;
à sua parte esse quam plenissimum cupit, si alter plus potuit, & ad manū habuit materiam sufficiētem
animo suo, si illi, quantum conatus est, fortuna permisit, alter autem voluntate pat est, etiam si minor
quam accepit reddidit, aut omnino non reddidit, sed vult reddere, & toto in hoc intentus est animo: hic
non magis vietus est, quam qui in armis moritur: quem occidere facilis hostis potuit, quam auertere.
Quod turpe existimas, id accidere viro bono non potest, vt vincatur. Nunquam enim succumber, nun-
quam renuntiabit, ad ultimum usque diem vitae stabit, paratus, & in hac statione morietur, magna se
acepisse prae se ferens, paria voluisse.

LAcedaemonij vetant suos pancratio aut cestu decernere, vbi inferiorem ostendit vieti confessio. Cursor metam prior contingit, velocitate alium, non animo, antecessit. Luctator ter abiectus perdit palmam, non tradidit. Cum iniuctos esse Lacedaemonij ciues suos magno aestimarent, ab his certaminibus remouerunt, in quibus vietoreum facit non iudex, non per se ipse exitus, sed vox cedentis, & trahere iubentis. Hoc quod illi in ciuibus suis custodiunt, virtus ac bona voluntas omnibus praefat, ne vniquam vincantur: quoniam quidem etiam inter superantia animus iniuctus est. Ideo nemo C CC. Fabios viatos dicit, sed occisos. Et Regulus captus est à Poenis, non vietus: & quisquis alias saeuentis fortunae ac pondere oppressus, non submittit animum. In beneficiis idem est. Plura aliquis accepit, maiora, frequentiora: non tamen vietus est. Beneficia fortasse beneficijs vieta sunt, si inter se data & accepta computes. Si dantem & accipienteum comparaueris, quorum animi & per se aestimandi sunt, penes neutrum erit palma. Solet enim fieri, vt etiam cum alter multis vulneribus confosus est, alter leuiter quidem saucijs, pares exisse dicantur, quamvis alter videatur inferior.

ERGO nemo vinci potest beneficijs: si scit debere, si vult referre, si quod rebus non potest, animo aequaliter. Hic, quām diu in hoc permanet, quām diu tenet voluntatem, gratum animum signis approbat: quid interest, ab vtra parte munuscula plura numerentur? Tu multa dare potes: at ego tantum accipere possum. Tecum stat fortuna: mecum bona voluntas. Tamen tam par tibi sum, quām multis armatis nudi, aut leuiter armati. Nemo itaque beneficijs vincitur: quia tam gratus est quisque, quām voluit. Nam si turpe est beneficijs vinci, non oportet à praepotentibus viris accipere beneficium, quibus gratia referre non possit. A principibus dico, à regibus: quos eo loco fortuna posuit, ex quo largiri multa possent, pauca admodum & impuria datis accepturi. Reges & principes dixi, quibus tamen potest opera nauari, & quorum illa excellens potentia per animorum consensum ministeriumque constat. Sunt quidam extra omnem subduicti cupiditatem, qui vix ullis humanis desiderijs continguntur: quibus nihil potest praestare ipsa fortuna. Necesse est à Socrate beneficio vinci. Necesse est à Diogene, qui per mediis Macedonum gazas nudus incellit, calcatis regijs opibus. Nonne ille tunc merito & sibi & ceteris, quibus ad dispiciendam veritatem non erat offusa caligo, supra eum eminere visus est, infra quem omnia iacebant? Multo potentior, multo locupletior fuit, omnia tunc possidente Alexandro. Plus enim erat, quod hic nollet accipere, quām quod ille posset dare.

NON est turpe, ab his vinci. Neque enim minus fortis sum, si cum invulnerabili me hoste committis: nec ideo ignis minus vrere potest, si in materiam incidit inviolabilem flammis: nec ideo ferrum secandi vim perdidit, si non recipiens iustum lapis solidus, invicta que adversus dure naturae dividendum est. Ideo tibi de homine grato respondeo. Non turpiter vincitur beneficijs, si ab his obligatus est, ad quos aut fortunae magnitudo, aut eximia virtus adictum redditus ad se beneficijs claudit. A parentibus fere vincimus. Nam tam diu illos odio habemus, quām diu graues iudicamus, & quām diu beneficia illorum non intelligimus. Cum iam aetas aliquid prudentiae collegit, & apparere coepit, propter illa ipsa eos amari à nobis debere, propter quae non amabantur, admonitiones, feueritatem, & inconsultae adolescentiae diligentem custodiā, rapiuntur nobis. Paucos usque ad verum fructum à liberis percipiendum perduxit aetas. Ceteri liberos onere senserunt. Non est tamen turpe, vinci beneficijs à parente. Quid ni non sit turpe, cum à nullo turpe sit? Quibusdā enim & pates & impares sumus. Pares animo, quem solū illi exigunt, quem nos solū promittimus: impares fortuna, quae si cui obstitut quo minus referret gratiam, non ideo illi tanquam viēto erubescendum est. Non est turpe, non assequi, dummodo sequaris. Saepe necesse est ante alia beneficia petamus, quām priora reddidimus. Nec ideo non peritus, aut turpiter peritus, quia non reddituri debebimus. Quia non per nos erit mora, quo minus gratissimi sumus: sed interueniet aliquid extrinsecus, quod prohibeat. Nos tamen nec vincemur animo, nec turpiter his rebus superabimur, quae non sunt in nostra potestate.

ALEXANDER Macedonum rex gloriari solebat, à nullo se beneficijs vietum. Non est quod nimius a-nimi Macedonas, & Graecos, & Caras, & Persas, & nationes distictas sine exercitu suspiciat, ne hoc sibi praestitisse regnum, à Thraciae angulo porrectum usque ad litus incogniti marij, judicet. Eadē re gloriari Socrates potuit, eadem Diogenes, a quo vietus est. Quid ni vietus sit illo die, quo homo supra mensuram humanae superbiae tumens, vidit aliquem, cui nec dare quicquam posset, nec eripere? Archelaus rex Socratem rogauit, vt ad se veniret, dixile Socrates traditur. Nolle se ad eum venire, a quo acciperet beneficia, cum reddere illi paria non posset. Primum in ipsius potestate erat, non accipere. Deinde ipse dare beneficium prior incipiebat. Veniebat enim rogatus, & id dabat, quod utique ille non erat Socrati redditus. Etiamnum Archelaus datus erat aurū & argentum, recepturus contemptum auri & argenti. Non poterat ergo Archelaos referre Socrates gratiam? Et quid tantū erat accepturus, quantum dabat, si ostendisset hominem vitae ac mortis peritum, utriusque fines tenentem? Si regem in luce media errantem ad rerum naturam admisisset, utque eo eius ignarum, vt quo die solis defectio fuit, regiam cluderet, & filium (quod in luctu ac rebus aduersis moris est) teneret? Quantum fuisse beneficium,

neficium, si timenter elatebris suis extraxisset, & bonum animum habere iussisset, dicens: Non est ista solis defectio, sed duorum siderum coitus, cum luna humiliore currens via, infra ipsum solem, orbem suum posuit, & illum obiecta sui abscondit: quae modo partes eius exiguae, si in transcurſu strinxit, obducit: modo plus tegit, si maiorem partem sui obiecit: modo excludit totius aspectū, si recto libramento inter solem terraque media succedit. Sed iam ista sidera, huc & illo diducet velocitas sua. iam recipient diem terrae, & hic ibit ordo per secula, quae dispositos ac praedictos dies habent, quibus sol in transcurſu lunae veterat omnes radios effundere. Paulum expecta, iam emerget, iam istam velut nubem relinet, iam exolutus impedimentis, lucem suam libere mittet. Socrates parem gratiam Archelao referre non posset, si illum docuisset regnare: parum scilicet magnum beneficium à Socrate accipiebat, si villū dare potuisset Socrati. Quare ergo hoc Socrates dixit? Ut facetus, & cuius per figuram sermo procedere solitus erat, derisor omnium, maxime potentium, maluit illi vatre negare, quam contumaciter ac superbe. Dixit se nolle beneficia ab eo accipere, cui non posset paria reddere. Timuit fortasse, ne cogeretur accipere quae nollet. Timuit, ne quid indignum Socrate acciperet. Dicer aliquis: Negaret, si nollet. Sed instigasset in se regem insolentem, & omnia sua magno aestimari volentem. Nihil ad rem pertinet, utrum dare aliquid regi nolis, an accipere à rege. In aequo utranchque ponit repulsa. Et superbo fastidiri acerbius est, quam non timeri. Vis facere, quid vere noluerit? Noluit ire ad voluntariam feruntur, cuius libertatem citius libera ferre non potuit.

SATIS (vt existimo¹) hanc partem tractauimus, an turpe esset beneficijs vinci: quod qui quaerit, scit. Non solere homines sibi ipsi beneficium dare, manifestum enim fuisset, non esse turpe à seipso vinci. Atqui apud Stoicos quosdam & de hoc ambigitur, an possit aliquis sibi beneficium dare, an debeat referre sibi gratiam, quod vt videretur quaerendum, illa fecerunt. Solemus dicere, Gratias mihi ago, &, De nullo queri possum alio quam de me: Ego mihi irascor, & Ego à me pœnas exigam. &, Odi me, multa praeterea huiusmodi, per quae vnuisque de se tanquam de altero loquitur. Si nocete, inquit, mihi possum: quare non & beneficia mihi dare possum? Praeterea quae si in aliud contulisset, beneficia vocarentur: quare si in me contuli, non sint? Quod si ab altero accepisset, deberem: quare si mihi ipse dedi, non debeam? Quare sim aduersus me ingratius, quod non minus turpe est, quam in se folidū esse, & in se durum ac saevum, & sui negligētē? Tam alieni corporis leno male audit, quam sui. Nempe reprehendit affrontator, & aliena subsequens verba, paratus ad falsa laudator: non minus placens sibi, & se suspiciens, & vtira dicam, affrontator suus. Vitia non tantum cum foris peccant, inuita sunt, sed cum in se retorquentur. Quem magis admiraberis, quam qui imperat sibi, quam qui se habet in potestate? Gentes facilius est barbaras, impatientesque alieni arbitrij, regere, quam animum suum contine, & tradere sibi. Plato, inquit, agit Socrati gratias, quod ab illo didicit: quare Socrates non agat, quod ipse se docuit? M. Cato ait: Quid tibi deest, à te ipso mutare. Quare donare mihi non possum, si comodare possum: Ita numerabilis sunt, in quibus consuetudo nos diuidit. Dicere solemus: Sine tu, loquar mecum: & Ego mihi aurem peruellam. Quae si vera sunt, quemadmodum aliquis sibi irasci debet, sic & gratias agere: quomodo obiurgare se, sic & laudare: quomodo damnō sibi esse, sic & lucro potest. Injuria & beneficium contraria sunt. Si de aliquo dicimus, iniuriam sibi fecit: poterimus dicere, Beneficium sibi dedit. Natura prius est, vt quis debeat, deinde vt gratiam referat. Debitor non est sine creditore, non magis quam maritus sine uxore, aut sine filio pater.

ALiquis dare debet, vt aliquis accipiat. Non est dare, nec recipere, in dexteram manum de sinistra transferre. Quomodo nemo se portat, quamus corpus suum moueat & transferat. quomodo nemio, quomuis pro se dixerit, affuisse sibi dicitur, nec statuam sibi tanquam patrono ponit; quomodo si aeger cum cura sua conualuit, mercedem à se non exigit: sic in omni negotio, etiam cum aliquis probe fecerit, non tamen debebit referre gratiam sibi, quia non habebit, cui referat. Ut concedam aliquem dare sibi beneficium: dum dat, & recipit. Ut concedam aliquem à se accipere beneficium, dum accipit, reddit. Domi (quod aiunt) versura fit, & velut lusorium nomen statim transit. Neque enim aliis dat quam qui accipit, sed vnu atque idem. Hoc verbum Debere, non haberis inter duos locum. Quomodo ergo in uno consilis, qui se obligando liberat: Ut in orbe ac pilâ nihil est imuin, nihil summum, nihil extreum, nihil primum, quia motu ordo mutatur, & quae sequentur praecedunt, & quae occidebant oriuntur, omnia quomodo cunque ierint, in idem reuertuntur: ita in homine existima fieri, cum illum in multa mutaueris, vnu est. Caecidit se: iniuriatum cum quo agat non habet. Alligavit & clausit: de vi non tenetur. Beneficium sibi dedit: protinus danti reddidit. Rerum natura nihil dicitur perdere, quia quicquid illi auellitur, ad illam reddit: nec perire quicquam potest, quod quo excedat non habet, sed eodem reuoluit, unde discedit. Quid simile, inquit, habet hoc exemplum propositae questionis? Dicā. Puta te ingratum esse, non peribit beneficium. habet illud, qui dedit. Puta te recipere nolle, apud te est, antequam redditur. Non potes quicquam amittere. Quia quod detrahitur, nihilominus tibi acquiritur. Intra te ipsum orbis agitur, accipiendo das, dando accipis.

Beneficium, inquit, sibi dare oportet; ergo & referre gratiam oportet. Primum illud falsum est, ex quo

ex quo pendent sequentia. Nemo enim sibi beneficium dat, sed naturae suae parer, à qua ad caritatem sui compositus est: unde illi summa cura est nocitura virandi, profutura appetendi. Itaque nec liberalis est, qui sibi donat: nec clemens, qui sibi ignoscit: nec misericors, qui malis iūis tangitur. Quod alij praestare liberalitas est, clementia, misericordia: sibi praestare, natura est. Beneficium res voluntaria est: at prodesse sibi, necessarium est. Quo quis plura beneficia dedit, beneficentior est. Quis vñquam laudatus est, quod sibi p̄s̄ auxilio? quod se eripuit et latronibus? Nemo sibi beneficium dat, non magis quam hospitium. Nemo sibi donat, non magis quam credit. Si dat sibi quicque beneficium, semper dat, sine intermissione dat. Inire beneficiorum iūorum non potest numerum. Quomodo ergo gratiam referet, cum per hoc ipsum, quo gratiam referret, beneficium det? Quomodo enim discernere poterit, vñrum det sibi beneficium, an reddat, cum intra eundem hominem res geratur? Liberati me pericolo, beneficium mihi dedi. Iterum me pericolo libero, do beneficium, an reddo? Deinde ut primum illud concedam, dare nos beneficium nobis: quod sequitur, non concedam. Nam etiā si damus, nō debemus. Quare? quia statim recipimus. Accipere beneficium nos oportet, deinde debere, deinde referre. Debendī locus non est, quia sine villa mora recipimus. Dat nemo, nisi alteri. Debet nemo, nisi alteri. Reddit nemo, nisi alteri. Id intra vnum non potest fieri, quod toties duos exigit.

C A P. X.

Beneficium est, praestitisse aliquid vñliter. Verbum autem, Praestitisse, ad alios spectat. Nunquid non demens videbitur, qui aliquid vendidisse sibi se dicet? Quia venditio alienatio est, & rei suae, iurisque sui in aliū translatio. At qui quemadmodum vendere, sic dare aliquid, à se dimittere est, & id quod tenueris, habendum alteri tradere. Quod si est, beneficium nemo sibi dedit: quia nemo dat sibi aliquid. Duo contraria in vnum coeunt, ut idem sit dare, & accipere. Sed etiamnum multum interest, inter dare, & accipere. Quidni? cum ex diuerso ista verba posita sunt. Atqui si quis sibi beneficium dat, nihil interest inire dare & accipere. Paulo ante dicebam, quaedam ad alios pertinere, & sic esse formata, ut tota significatio illorum discedat à nobis. Frater sum, sed alterius. Nemo est enim suus frater. Parsum, sed alii. Qui est enim par sibi? Quod comparatur, sine altero non intelligitur: quod iungitur sine altero non est. Si & quod datur, sine altero non est: & beneficium sine altero non est. Idem ipso vocabulo appareat, in quo hoc continetur, beneficisse. Nemo autem sibi benefacit, non magis quam sibi faciet, quam suarum partium est. Diutius hoc & pluribus exemplis licet prosequi. Quid ni? cum inter ea sit habendum beneficium, quae secundam personam desiderant. Quaedam cum sint honesta, pulcherrima, summae virtutis, nisi cum altero non habent locum. Laudatur, & inter maxima humani generis bona fides colitur. Num quis ergo dicitur sibi fidem praestitisse?

C A P. XI.

VEnio nunc ad ultimam partem. Qui gratiam referit, aliquid debet impendere, sicut qui soluit pecuniam. Nihil autem impedit, qui gratiam sibi referit, non magis quam consequitur, qui beneficium à se acceptit. Beneficium & gratiae relatio, vñro citroque ire debent. Intra vnum hominem nō est viceversa. Qui ergo gratiam referit, in iūem prodest ei, à quo consecutus est aliquid. Qui sibi gratiam referit, cui prodest? sibi. Et quis non alio loco relationem gratiae, alio beneficium cogitat? Qui gratiam sibi referit, sibi prodest. Et quis vñquam ingratus hoc noluit facere? immo quis non ingratus fuit, ut hoc facerer? Si gratias, inquit, nobis agere debemus, & gratiam referre debemus. Dicimus autē, Ago gratias mihi, quod illam vxorem nolui ducere, & cum illo non contraxi societatem. Cum hoc dicimus, laudamus nos: & vt factum nostrum comprobemus, gratias agentium verbis abutimur. Beneficium est quod potest, & cum datum est, non reddi. Qui sibi beneficium dat, non potest non recipere, quod dedit. Ergo non est beneficium. Alio tempore beneficium accipitur, alio redditur. In beneficio hoc est probabile, & suspiciendum, quod alteri ut alii prodesse, utilitatis interim suae oblitus est: quod alteri dedit ablaturus sibi. Hoc non facit, qui beneficium sibi dat. Beneficium dare, socialis res est, aliquem conciliat, alii quem obligat: sibi dare, non est socialis res, neminem conciliat, neminem obligat, neminem in spē inducit, ut dicat: Hic homo colendus est, illi beneficium dedi, dabit & mihi. Beneficium est, quod quis non sua causa dat, sed eius cui dat. Is qui sibi beneficium dat, sua causa dat. Non est ergo beneficium.

C A P. XII.

VIdeor tibi iam illud quod in principio dixeram, mentitus? Dicis me abesse ab eo, qui operae pretium facit, immo totam operam bona fide perdere. Exspecta, etiam hoc verius dices, simul ac te ad has latebras perduxero: à quibus cum euaseris, nihil amplius affectus eris, quam ut eas difficultates effugias, in quas licuit non descendere. Quid enim boni est, nodos operose soluere, quos ipse ut solutes, feceris? Sed quemadmodum quaedam in oblectamentum ac iocum sic alligantur, ut eorum solutio imperito difficilis sit: quae ille, qui implicuit, sine ullo negotio separat: quia commissuras eorum & mores nouit: & nihilominus illa habent aliquam voluptatem: tentant enim acumen animorum & intentionem excitant: ita haec quae videntur callida & insidiosa, securitatem, torporē ac segnitatem ingenij auferunt, quibus modo campus in quo vagentur, sternendus est, modo scabri aliquid & confragoli obiciendū, per quod eripat, & folcite vestigium faciant. Dicitur nemo ingratus esse. Id sic colligitur. Beneficium est quod prodest: prodesse autē nemo homini malo potest, ut dicitis Stoici: ergo beneficium nō accipit malus: itaq. nec ingratus est. Etiamnū beneficium honesta & probabilis res est. Apud malū nulli honestae

nestae rei aut probabili locus est: ergo nec beneficium: quod si accipere non potest, nec reddere quidem debet. Et ideo non fit ingratus. Etiamnum, ut dicitis: Bonus vir omnia recte facit. Si omnia recte facit, ingratus esse non potest. Bonus beneficium reddit; malus non accipit. Quod si est, nec bonus quisquam ingratus est, nec malus. Ita ingratus in rerum natura est nomen, & hoc inane. Vnum est apud nos bonū, honestum. Id peruenire ad malum non potest. Definit enim malus esse, si ad illum virtus intrauerit. Quamdiu autem malus est, nemo illi dare beneficium potest: quia bona malaq. dissentient, nec in vnu sunt. Ideo nemo illi prodest: quia quicquid ad illum peruenit, id prato viu corrumpit. Quemadmodum stomachus morbo vitius, & colligens bilem, quoscunque accepit cibos mutat, & omne alimentum in causam doloris trahit: ita animus caecus, qui quicquid illi commiserit, id onus suum, & perniciem, & occasionem miseriae facit. Felicissimis itaque opulentissimisque plurimum auctus subest, minusque se inueniunt, quo in maiorem materiam inciderunt, qua fluctuantur. Ergo nihil potest ad malos pervenire, quod profit: immo nihil quod non noceat. Quaecunque enim illis contigerunt, in natum suā vertunt, extra speciosa, profuturaque si meliori darentur, illis pestifera sunt. Ideo nec beneficium dare possunt: quoniam nemo potest, quod non habet, dare: hic beneficii voluntate carerit.

C A P. XIII.

Sed quamvis haec ita sint, accipere tamen malus potest, quae beneficij similia sint: quibus non redditis, ingratus erit. Sunt animi bona, sunt corporis, sunt fortunae. Illa à stulto ac malo submouentur. Ad haec admittitur, quae & accipere potest, & debet reddere: & si non reddit, ingratus est. Nec hoc ex nostra constitutione tantum. Peripateticī quoque, qui felicitatis humanae longe lateque terminos ponunt, aiunt, minuta peruenire beneficia ad malos. Haec qui non reddit, ingratus est. Nobis itaque beneficia esse non placet, quae non sunt animum factura meliorem: commoda tamen illa esse, & experienda, non negamus. Haec & vita bono dare malus potest, & accipere bono: ut pecuniam, vestem, honores, & vitam. Quae si non reddit, in ingrati nomen incidet. At quomodo ingratus vocas, eo non reddit, quod negas esse beneficium? Quaedam etiam si vera non sint, propter similitudinem eodem vocabulo comprehensa sunt. Sic pyxidem & argenteam & auream dicimus. Sic illitteratum non ex toto rudem, sed ad litteras altiores non perducentum. Sic qui male vestitum & pannosum vident, nudum se vident. Beneficia ista non sunt: habent tamen beneficij speciem. Quomodo ista sunt tanquam beneficia, sic & ille tanquam ingratus est, non ingratus. Falsum est, quia illa beneficia, & qui dar appellat, & qui accipit. Ita & qui veri beneficij specie se fefellerit, tam ingratus est, quam veneficus, qui saporem cum venenum crederet, miscuit.

C A P. XIV.

CLeanthes vehementius agit. Licet, inquit, beneficium non sit quod accipit, ipse tamen ingratus est: quia non fuit redditurus, etiam si accipisset. Sic latro est, etiam antequam manus inquiet: quia ad occidendum iam armatus est, & habet spoliandi atque interficiendi voluntatem. Exercetur & aperiatur opere nequit, non incipit. Ipsum quod accipit, beneficium non erat, sed vocabatur. Sacilegi dant poenas, quamvis nemo vñque ad deos manus porrigit. Quomodo, inquit, aduersus malum ingratus est quisquam, cum malo dari beneficium non possit? Ea scilicet, ratione, quia accipit ab illo aliquid ex his, quae apud imperitos bona sunt: cui tamen esti malus est, ipse quoque in simili materia gratus esse debet: & illa qualiacunque sunt, cum pro bonis acceperit, pro bonis reddere. Aes alienum habere dicitur, & qui aureos debet, & qui corium forma publica percussum: quale apud Lacedaemonios fuit, quod viuum numeratae pecuniae praestat. Quo genere obligatus es, hoc fidem exolute.

C A P. XV.

Quid sint beneficia, an & in hanc sordidam humilemque materiam deduci magnitudo nominis clari debeat: ad vos non pertinet: ad alios spectat verum. Vos ad speciem veri componite animū: & dum honestum dicitis, quicquid est id, quod nomine honesti iactatur, id colite. Quomodo inquit, nemo per vos ingratus est, sic rursus omnes ingrati sunt. Nam (ut dicitis) omnes stulti mali sunt. Qui autem haber virtutem vnum, habet omnia. Omnes autem stulti & mali sunt. Omnes ergo ingrati sunt. Quid ergo? non vndique humano generi conuicium sit: non publica querela est, beneficia perisse, & paucissimos esse, qui de benemerentibus non inuicem pessime mereantur? Nec est quod hanc tantum nostram murmurationem putemus, pro pessimo prauoque numerantium, quicquid citra recti formulam cecidit. Ecce nescio quae, non ex philosophorum domo clam, sed ex medio contentu, populos gentes que damnatura vox mittitur.

Non hostes ab hospite tutus,

Non sacer a genero fratrum quoque gratia rara est:

Imminet exitio vir coniugis, illa mariti.

Hoc iam amplius est. Beneficia in scelus versa sunt: & sanguini eorum non parcitur, pro quibus sanguis fundendus est. Gladio ac venenis beneficia sequimur. Ipsi patriae manus afferre, & fascibus suis illam premere, potentia ac dignitas est. Humili se ac depresso loco putat stare, qui quis non supra rempublicā stetit. Accepti ab illa exercitus in ipsam cōuertuntur, & imperatoria contio est. Pugnatē cōtra coniuges, pugnare contra liberos. Aras, focos, penates, armis incessite. Qui ne triumphaturi quidem intra vñrum iūssu senatus debet, quibusq. exercitum victorem reducentibus curia extra muros praebetur,

D 3 retur,

retus, nunc ciuibus cæsis, perfusi cruento cognato, vrbem subreftis intrate vexillis. Obmutescat inter militaria signa libertas, & ille victor, pacatorque gentium populus, remotis procul bellis, omni terrore compresso, intra muros obseßus, aquilas suas horreat.

C A P . XVI.

Ingratus est Coriolanus: sero & post sceleris paenitentiam plus posuit arma, sed in medio parricidio posuit. Ingratus Catilina, parum est illi capere patriam, nisi euerterit, nisi Allobrogum in illam cohortes immiscerit, & trans alpes accitus hostis, vetera & ingenita odia satiauerit, ac diu debitas infestias Gallicis busfis duces Romani persoluerint. Ingratus. C. Marius, ad consultatum à caliga perductus: qui nisi Cimbricus caedibus Romana funera aequauerit, nisi ciuilis exitij, & trucidationis non tantum dederit signum, sed ipse signum fuerit, parum mutatam, ac repositam in priorem locum fortunam suam sentiet. Ingratus L. Sylla: qui patriam durioribus remedij quām pericula erant, sanauit. Qui cū à Praenestina arce vlg. ad Collinam portam per sanguinem humanum incessisset, alia edidit in vrbe proelia, alias caedes: legiones duas, quod crudele est, post victoriā, quod nefas, post fidem, in angulum congregatas contradicidauit, & proscriptum commentus est: Dij magni, vt qui ciuem Romanum occidisset, impunitatem, & pecuniam, tantum non ciuicam acciperet. Ingratus Cn. Pompeius: qui pro tribus consularibus, pro triumphis tribus, pro tot honoribus, quos ex maxima parte immaturus inuaserat, hanc gratiam reipublicae reddidit, vt in possessionem eius alios quoque induceret, quasi potentiae suae destracturus inuidiam, si quod nulli licere debebat, pluribus licuisse: dum extraordinaria concupiscit imperia, dum prouincias vt eligat, distribuit, dum ita trium viris R. P. diuidit, vt tamen in sua domo duae partes essent, eo rededit populū R. vt saluus esse non posset, nisi beneficio seruitutis. Ingratus ipse Pompej hostis ac viator, qui a Gallia Germaniaque bellum in vrbe circumegit, & ille plebicolor, ille populi, castra in circa Flaminio posuit, proprius quām Porfenna fuerat. Tēperauit quidē ius crudelitatisq. victoriae. Quod dicere solebat, praeflitit: neminem occidit nisi armatum. Quid ergo est? Ceteri arma cruentius exercuerunt, satiati tamen aliquando abiecerunt. Hic gladium cito condidit, nunquam posuit. Ingratus Antonius in dictatorem suum, quem iure caesum pronuntiavit, interfectorisque eius, in prouincias & imperia dimisit: patriam vero proscriptionibus, incursionibus, bellis lacerataam, post tot mala destinavit, ne Romanis quidem regibus: vt quae Achaeis, Rhodijs, & plerisque vrbibus claris ius integrum, libertatemque cum immunitate reddiderat, ipsa tributum spadonibus penderet.

C A P . XVII.

Deficit dies enumerastem ingratos vsque in ultima patriae exitia. Aequemmensum erit, si percurrere coepero, ipsa respublica quām ingrata in optimos ac deuotissimos sibi fuerit, quāmque non minus saepe peccauerit, quām in ipsam peccatum est. Camillum in exilium misit: Scipionem dimisit, exulauit post Catilinā Cicero, diruti eius penates, bona directa, factū quicquid viator Catilina fecisset. Rutilius innocentiae pretium tulit in Asia latere. Catoni populus Rōmanus praeturam negauit, consultatum perneigauit. Ingrati publice sumus. Se quisque interroget. Nemo non aliquem queritur ingratum. At qui non potest fieri, vt omnes querantur, nisi querendum est de omnibus. Omnes ergo ingrati sunt. Tantum: Et cupidi omnes, & maligni omnes, & timidi omnes, illi in primis qui videnturaudaces. Adiace, & ambitiosi omnes sunt, & impij omnes. Sed nō est quod irascari. Ignofce illis. omnes insaniunt. Nolo te ad incerta reuocare, vt dicam, Quām ingrata sit iuuentus vide. Quis non patri suo supremum diem, vt innocens sit, optat: vt moderatus, expectat: vt pius, cogitat: Quotus quisque vxoris optinae mortem timerit, vt non cōputet: Cui rogo litigatori defenso, tā magni beneficij ylra res proximas memoria durauit. Illud in confessio est. Quis sine querela moritur? Quis extremo die dicere audet: Vixi, & quem dederat cursus fortuna, peregi?

Quis non recusans, quis non gemens exit? Atqui hoc ingratii est, non esse contentū praefato tempore. Semper pauci dies erunt, si illos numeraueris. Cogita, non esse summum bonū in tempore. Quantumcunque est, boni confule. Ut prorogetur tibi dies mortis, nihil proficit ad felicitatem: quoniam mors non fit beatior vita, sed longior. Quanto satius est, gratum aduersus perceptas voluptates, non aliorum annos computare, sed suos benigne aestimare, & in lucro ponere. Hoc me dignum iudicauit Deus. Hoc fatis est. Potuit plus, sed hoc quoque beneficiū est. Grati sumus aduersus deos, grati aduersus homines, grati aduersus eos, qui nobis aliquid praestiterunt: grati etiam aduersus eos, qui nostris praestiterunt.

C A P . XVIII.

In infinitū, inquis, me obligas, cum dicis, & nostris. Itaque pone aliquem finem. Qui filio beneficium dat, vt dicas, & patri eius dat. Primum vnde quo, quaero. Deinde illud vtique mihi determinari volo, si & patri beneficium datur, nunquid & fratri: nunquid & patruo: nunquid auo: nunquid vxori, & socero? Dic mihi, vbi debeat definire: quoque personarum seriem sequar. Si agrum tuū coluero, tibi beneficium dederō: si domum tuam ardenter restinxero, aut ne cadat exceperō, tibi beneficium non dabo? Si seruum tuum seruauerō, tibi imputabo. Si filium tuum seruauerō, non habebis beneficium meū?

C A P . XIX.

Dissimilia ponis exempla: quia qui agrum meum colit, agro beneficium non dat, sed mihi: & qui domum meam quo minus ruat fulcit, praefat mihi. Ipsa enim domus sine sensu est. Debitorē me habet, quia nullum habet. Et qui agrum meum colit, non illum, sed me demererit. Quid. Idē de seruo dicā,

mei

mei mancipiū res est, mihi seruat. Ideo ego pro illo debo. Filius ipse beneficij capax est. Itaque ille accipit: ego beneficium laetor. Contingit, non obligor. Velim tamen, tu qui debere non putas, respondeas mihi: Filij bona valetudo, felicitas, patrimonium, pertinet ad patrem? Felicior futurus es, si saluum habuerit filium: infelicior, si amiserit? Quid ergo? Qui & felicior fit à me, & infelicitatis maximae periculo liberatur, non accipit beneficium? Non, inquit. Quaedam enim in alios conferuntur, sed ad nos vsque permanant. Ab eo autem exigī quicque debet, in quem confertur: sicut pecunia ab eo petitur, cui credita est, quamvis ad me illa aliquo modo venerit. Nullum beneficium est, cuius commodum non & proximos tangat, nonnunquam etiam longius positos. Non quaeritur, quād beneficium ab eo cui datum est, transferatur, sed vbi primo collocetur. A reo tibi ipso & à capite repetitio est. Quid ergo? oro te: non dicas, filium mihi donasti, & si hic perisset, vietur non fuī? Pro eius vita beneficium non debes, cuius vitam tuae praefers? Etiamnum cum filium tuum seruauit, ad genua procumbis, dijs vota soluis, tanquam ipse seruat. Illae voces exēt tibi: Nihil interest, mea an me seruaueris, duos seruasti: immo me magis. Quare ista dicas, si non accipis beneficium? Quia & si filius meus pecuniam mutuam sumptet, creditōri numerabo, nō tamē ego debuero. Quia etiā filius meus in adulterio deprehensus erit, erubescam, non ideo ego ero adulter. Dico me tibi obligatum pro filio: non quia sum, sed quia volo me offerre tibi debitorē voluntarium. At peruenit ad me summa ex incolumente eius voluptas, summa utilitas, & orbitatis grauiissimum vulnus effugi. Non quaeritur nūc, an profuteris mihi, sed an beneficium dederis. Prodēst enim & animal, & lapis, & herba: nec tamen beneficium dant, quod nunquam datur, nisi à volente. Tu autem non vis patri, sed filio dare: & interim, ne nosti quidem patrem. Itaque cum dixeris, Patri ergo beneficium non dedi, filium eius seruando: contra oppone, Patri ergo beneficium dedi, quem nō noui, quem non cogitai? Et quid, quod aliquando evenit, vt patrem oderis, filium serues: beneficium ei videberis dedisse; cui tunc inimicissimus eras, cum dares? Sed vt dialogorum altercatione seposita, tanquam iurisconsultus respondeam, mens spectanda est dantis, beneficium ei dedit, cui datum voluit. Sicut si in patris honorem fecit, pater accepit beneficium: sic pater beneficium in filium collato non obligatur, etiā si fructus. Si tamen occasionem habuerit, volet & ipse praestare aliquid: non tanquam soluendi necessitatem habeat, sed tanquam incipiendi causam. Repeti à patre beneficium non debet. Si quid pro hoc benignē facit, iustus, non gratis est. Nam illud finiri non potest: si patri do beneficium, & matrī, & auro, & auunculo, & liberis, & affiibis, & amicis, & seruis, & patriae. Vbi ergo beneficium incipit stare? Sorites enim ille inexplebilis subit: cui difficile est modum imponere, quia paulatim surrepit, & non desinit serpere. Illud soler quareti. Fratres duo dissident, si alterum seruo, an dem beneficium ei, qui fratrem inuitum non perisse moleste latus est. Non est dubium, quin beneficium sit, etiam inuitu prodesse: si cut non dedit bene sicut, qui inuitus profuit.

C A P . XX.

Beneficium, inquit, vocas, quo ille offendit, quo torquet? Multa beneficia tristem frontem & asperam habent, quemadmodum fecare & vrere vs fanes, & vinculis coercere. Non est spectandū an doleat quis beneficium accepto: sed an gaudere debeat. Non est malus nummus, quē barbarus & ignarus formae publicae reiecit. Beneficium & odit & accepit, si modo id prodest, si is qui dabat, vt prodesse dedit. nihil refert an bonam rem malo animo quis accipiat. Agedum, hoc in contrarium verte. Odit fratreū suum, quem illi expedit habere. Hunc occidi, non est beneficium, quamvis ille dicat esse, & gaudeat. Infidio si līme nocet, cui gratiae aguntur pro iniuria. Video. Prodest aliqua res, & ideo beneficium est: nocet, & ideo nō est beneficium. Ecce, quod nec profit, nec noceat, dabo: & tamen beneficium est. Patrem alicuius in soliditate examinem inueni, corpus eius sepeliū, nec illi profui (quid enim illius intererat, quo genere dilaberetur?) nec filio. quid enim per hoc commodi accessit illi? Diccam quid consecutus sit officio sollemini & necessario per me functus est. Praestiti patri eius, quod ipse praestare voluisse, nec non & debuisse. Hoc tamen ita beneficium est, si non misericordiae & humanitati dedi, vt quodlibet cadaver abscondere: sed si corpus agnoui, si filio tunc hoc praestare me cogitauit. At si terram ignoto mortuo inieci, nullum habeo huius officij debitorem, in publicum humanus. Dicet aliquis, Quid tanto pere queris, cui dederis beneficium, tamquam repetituras aliquando? Sunt qui nunquam iudicant esse repetendum, & has causas afferunt. Indignus etiam repetenti non reddet, dignus etiā per se referet. Praeterea si bono viro dedit, expecta: ne iniuriam illi facias appellando, tanqua non fuissit sua sponte redditurus. Si malo viro dedit, fer. Beneficium verbo ne coruperis, creditum faciendo. Praeterea lex quod non iussit repeti, vetuit. Vera sunt ista, quām diu me nihil vrget, quām diu fortuna nihil cogit, petam potius beneficium quām repetam: sed si de salute liberorum agitur, si in periculum vxor deducitur, si patriae salus ac libertas mittit me etiam quo ire nolle, imperabo pudori meo, & testabor omnia mea, ne opus est mihi auxilio hominis ingrati. Nouissime recipiendi beneficij necessitas, repetendi ve recundiam vincet. Deinde cum bono viro beneficium do, sic do, tanquam nunquam repetituras, nūlū cessē fuerit. Sed lex, inquit, non permittendo exigere, vetuit.

C A P . XXI.

Multa legem non habent, nec actionem: ad quae consuetudo vitae humanae, lege omni valentior, dat aditum. Nulla lex iubet amicorum secreta non eloqui, nulla lex fidem etiam inimico praestare. Quae lex ad id praestandum nos quod alicui promisimus, alligat? Querar tamen cum eo, qui arcā fermō-

sermonem non continuerit, & fidem datam, nec seruatam, indignabor. Sed ex beneficio, inquit, creditū facis. Minime. Non enim exigo, sed repeto: & ne repeto quidem, sed admoneo. Ne vltima quidem necessitas in hoc ager, vt ad eum veniam, cum quo diu mihi luctandum sit. Qui tam ingratus est, vt illi non sit satis admoneri, eum transibo, nec dignum iudicabo, qui gratus esse cogatur. Quomodo faenerator quosdam debitores nō appellat, quos scit decoxisse, & in quorum pudorem nihil supereft, quod pereat: sic ego quosdam ingratos palam ac pertinaciter praeteribo, nec ab illo beneficium repetam, nisi à quo non ablaturus ero, sed recepturus.

C A P. XXII.

Multi sunt, qui nec negare sciant, quod acceperunt, nec referre: qui nec tam boni sunt quam grati, nec tam mali quām ingrati, segnes & tardi, lenta nomina, non mala. Hos ego non appellabo, sed commonefaciam, & ad officium aliud agentes educam, qui statim mihi sic respondebunt: Ignosce, non mehercule sciui hoc te desiderare, alioquin vltro obtulissim. Rogo ne me ingratum existimes. memini quid mihi praefteris. Hos ego quare dubitem, & sibi meliores & mihi facere? Quenq; potuero pecare prohibeo, multo magis amicum, & ne peccet, & ne in me potissimum peccet. Alterum illi beneficiū do, si illum ingratum esse non patior; nec dure illi exprobrabo quae praestiti, sed quām potero mollissime, vt potestate referenda gratiae faciam, renouabo memoriam eius, & petam beneficium: ipse me repetere intelliget. Aliquando utrū verbis durioribus, si emendari illum sperauero posse. Nam deploratum propter hoc quoque non exagitabo, ne ex ingrato inimicum faciam. Quod si admonitionis quoq; suggestiōnem ingratis remittimus, seguuntur ad reddēda beneficia faciemus. Quosdam vero fanabiles & qui fieri boni possint, si quid illos remorderet, perire patiemur admonitione sublata, qua & pater filium aliquando correxit, & vxor maritum aberrantem ad se reduxit, & amicus languentem amici fidem erexit.

C A P. XXIII.

Quidam ut expurgiscantur non ferendi, sed commouendi sunt. Eodem modo quorundam ad referendam gratiam fides non cessat, sed languet. Hanc peruellamus. Noli munus tuum in iniuriam vertere. Iniuria est enim, si in hoc non repetis, vt ingratus sim. Quid si ignoror, quid desideres? Quid si occupationibus distictus, & in alia vocatus, occasionem non obseruauit. Ostēde mihi quid possum, quid velis. Quare desperas, antequam tentas? Quare properas & beneficium & amicum perdere? Vnde scis nolim, an ignorem, an animus, an facultas defit mihi? Expirare. Admonēbo ergo, nō amare, non palam: fine conuicio: sic, ut se redisse in memoriam, non reduci putet.

C A P. XXIII.

Causam dicebat apud diuum Iulium ex veteranis quidam paulo violentior aduersus vicinos suos, & causa premebatur. Meministi, inquit, Imperator, in Hispania talum te torfisse circa Sucronem? cū Caelar meminisse sed dixisset: Meministi quoque, inquit, sub quadam arbore minimum umbrae spargente, cum velles residere feruentissimo sole, & esset asperius locus, in quo ex rupibus acutis, vina illa arbor eruperat, quandam ex commilitonibus penulam suam substrauisse. Cum dixisset Caelar: Quid ni meminerim? & quidem siti confessus, quia im peditus ire ad fontem proximum non poterā, teperē manibus volebam, nisi commilito, homo fortis ac strenuus, aquam mihi in galea sua attulisset. Potes ergo inquit, Imperator, agnoscere illum hominem, aut illum galeam? Caelar ait, se non posse galeam agnoscere, hominem pulchre posse: & adiecit, puto ob hoc iratus, quod se à cognitione media ad veterem fabulam abduceret. Tu vtique ille non es. Merito, inquit, Caelar me non agnoscis, nam cūm hoc factum est, integer eram. postea ad Mūdiam in acie oculus mihi effossus est, & in capite lecta ossa. Nec galeam il lam si videres agnosceres. Machaera enim Hispana diuisa est. Vetus illi exhibeti negotium Caelar: & agellos, in quibus vicinalis via, causa rixa ac litium fuerat, militi suo dona uit.

C A P. XXV.

Quid ergo non repeteret beneficium ab Imperatore, cuius memoriam multitudo rerum confidet? quem fortuna ingens, exercitus disponentē, non patiebatur singulis militibus occurrere? Non est hoc repeteret beneficium, sed resumere bono loco positum & paratum. Ad quod tamen ut sumatur, manus porrighenda est. Repetam itaque quia hoc aut necessitate facturus ero, aut illius causa, à quo repeatam. Tiberius Caelar inter initia dicenti ciudam, Meministi, antequam plures notas familiaritatis veteris preferret: Non memini, inquit, quid fuerim. Ab hoc nedum esset repetendum beneficium, optanda etat obliuio. Auerfabatur omnium amicorum & aequalium notitiam, & illam solam praesentem fortunam suam aspici, illam solam cogitari ac narrari volebat: inquisitorem habebat veterem amicum. Magis tempus repetendum est beneficium, quām petendum. Adhibenda verborum moderatio, vt nec ingratus possit dissimulare. Tacendum & expectandum, si inter sapientias viueremus: & tamen sapientibus quoque indicare melius fuisset, quid rerum nostrarum status posceret. Deos, quorum notitiam nulla res effugit, rogamus: & illos vota non exorant, sed admonet. Dijus quoque, inquam, Homericus ille facerdos allegat officia, & aras religiose cultas, quo obsequentes faciat. & parent. Moneri velle ac posse, secunda virtus est. Huc illuc fraenis leniter motis flectēdus est animus, paucis sui rector optimus. proximi sunt, qui admoniti in viam redeunt. His non est dux detrahendus. Opertis oculis ineft acies, sed fine vſu, quam lumen à dijs immisum ad ministeria sua euocat. Instrumenta cessant, nisi illa in opus suum

suum artifex mouerit. Inest interim animis voluntas bona: sed torpet, modo delicijs ac situ, modo officijs inscitia. Hanc vtilem facere debemus: nec irati relinquere in vitio, sed vt magistri puerorum discituum patienter ferre offensiones memoriae labentis. Quae, quemadmodum subiecto uno aut altero verbo, ad contextum reddenda orationis adducta est, sic ad referendā gratiā admonitione renocāda est.

LIBRI QVINTI FINIS.

M· ANTONII MV RETI AD
QVINTVM LIBRVM SENECAE
DE BENEFICIIS NOTAE.

N superioribus libris.] Opinor legendum. Quattuor superioribus libris. Sed illud, Quatuor ita scriptum suis IV. inde datam errori causam.

Dependere.] Soluere. Inde Actio de bene depenso.

Si illa concito propoterueris.] Nihil velim temere affirmare. Sed pro Concito, legendum putem, Non cito.

Aut omnino non redditur.] Alij, aut omnia. Sed haec veterum librorum scriptura est, & quidem perspicue melior.

Si scit debere.] Particulam, Si alij omnes omiserant, & locum male distinxerant.

Alexander macedonum Rex.] Eadem gloria Scipionis.

Cui nemo cui neque hostis.

Quiuit pro factis reddere opraepedium.

Id ex ipso vocabulo apparet.] Male alij, Idem, pro Id ex.

Quidni? cum inter ea.] In alij, Quid? cum inter ea, quomodo deprauatur sententia.

Illa a stulto ac malo submoventur.] Voces duas ab alij interiectas, deleni, vt redundantes.

Commoda & expertenda.] εὐχεῖσα τῇ σερνημένα. Voces Stoicorum proprie.

Cui tamenetsi malus est.] De hac voce scripti capite xvij, libri xi. Var. lect.

Ad alios spectat verum.] In alij omnibus editionibus ita deformatus erat hic locus, vt non intelligeretur.

Non ex philosophorum domo clamat.] Cum in veteri libro scriptum viderem, Clamat, ausus sum vñā litteram addere, & edendum curauit, Clamat, let: neque dum me illius mutationis piget.

Romana funera.] Ita melius iudicauit, quām, vt vulgo editum erat, Omnia funera. Paulō post etiam, vbi legebatur Exili, malui. Exitij.

Durioribus remedij quam pericula erant.] Videtur respexisse ad illum apud Graecos nobilem versum.

Τὸ οὐρανὸν οὐ τὰ ρόον μέτον τοῦτο.

Vltra res proximas.] Ita dicit res, vt cum dicimus res prolatas, aut ad res redire.

Praefato tempore.] φεγγάρινον, ab eadem enim origine est fatum.

At si terram ignoto mortuo inieci.] Hoc inter praecipua humanitatis officia numerabant. Virgilius, aut tu mibi terram Inicje. Horatius. Licebit, Iniecio ter puluere curras.

Si malo viro dedisti fierem.] Sunt qui legant, Si malo viro dedisti fierem, quo nihil Stultius. Quando enim cuiquam auctor esset Seneca, vt fieret? Ego, extrīus tribus litteris, lego, Si malo viro dedisti, fer.

Ne esset mihi opus auxilio hominis ingrat.] Alij omnes omiserant vocem. Opus.

Ne vltima quidem necessitas.] Male alij, Ngl̄m vltima quoque.

LIBER SEXTVS.

C A P. I.

Vaedam, Liberalis virorum optime, exercendi tantum ingenij causa quaeruntur, & semper extra viam iacent: quaedam & dum quaeruntur, oblectamento sunt, & quae sita vſu. Omnium tibi copiam faciam. Tu illa, vt cunque tibi visum erit, aut peragi iubeto, aut ad explicandum ludorum ordinem induci. His quoque si abire protinus iusteris, non nihil actum erit. Nam etiam quod discere superuacuum est, prodeat cognoscere. Ex vultu igitur tuo pendebo, prout ille suaferit mihi: alia detinebo diutius, alia expellam.

C A P.

C A P. II.

AN beneficiū eripi possit, quae sitū est. Quidam negant posse. Non enim res est, sed actio: quomodo aliud est munus, aliud ipsa donatione; aliud qui nauigat, aliud ipsa nauigatio. Et quāuis aeger non sit sine morbo, non tamen idem est aeger & morbus. Ita aliud est beneficium ipsum, aliud quod ad unum quenque nostrum beneficio peruenit. Illud incorporeale est, irritum non sit: materia illius huc & illuc factatur, & dominū mutat. Itaq. tu tuum eripi, ipsa rerum natura reuocare quod dedit non potest. Beneficia sua interrumpit, non rescindit. Qui moritur, tamen vixit: qui amisit oculos, tamen videt. Quae ad nos peruenient, ne sunt, effici potest: ne fuerint, non potest. Pars autem beneficij & quidem certissima est, quae fuit. Non nunquam viu beneficij longiore prohibemur, beneficium quidem ipsum non eradicatur. Liceat omnes in hoc vires suas natura acuocet, retro illi agere se non licet. Potest eripi dominus, & pecunia, & mancipiū, & quicquid est, in quo haec beneficij nomen. Ipsum vero stabile & immotum est. Nulla vis efficiet, ne hic dederi, ne ille accepere.

C A P. III.

EGregie mihi videtur M. Antonius apud Rabirium poeta, cum fortunam suam transeuntem alio videat, & sibi nihil relictum, praeter ius mortis, id quoque, si cito occupauerit, exclamare: Hoc habeo quodcumque dedi. O quantum habere potuit, si voluisse. Hae sunt diuitiae certae, in quacunque sortis humanae leuitate, uno loco permanens; quae quo maiores fuerint, hoc minorem habebunt inuidiam. Quid tanquam tuo parcis? Procurator es. Omnia ita quae vos tumidos, & supra humana elatos, obliuisci cogunt vestrae fragilitatis, quae ferre claustris custoditis armati, quae ex alieno sanguine rapti vestro defenditis, propter quā classes cruentaturas maria deducitis, propter quae quassatis urbes, ignari, quantum telorum in aduersis fortuna comparat, propter quae rupis toties affinitatis, amicitiae, collegij, & aeribus, inter contendentes duos terrarum orbis elius est, non sunt vestrae depositi causa sunt, iam iamque ad alium dominum spectantia, aut hostis illa, aut hostilis animi successor invaderet. Quaeris quomodo illa tua facias? dono dandō. Consule ergo rebus tuis, & certam tibi earum atque inexpugnabilem possessionem para, honestiores illas non solum, sed tutiores facturus, illud quod sufficis, quo te diuitem ac potentem putas, quādū possides, sub nomine sordido iaceat. Domus est, ferens est, numimi sunt, cum donasti, beneficium est.

C A P. IV.

Fateris, inquit, nos aliquando beneficium non debere ei, à quo accepimus: ergo erexitur est. Multa sunt, propter quae beneficium debere desinimus: non quia ablatum, sed quia corruptum est. Aliquis reum me defendit, sed vxorem meam per vim stupro violauit. Non abstulit beneficium, sed opponeando illi parem iniuriam, solvit me debito: & si plus laesit, quam ante profuerat, non tantum gratia extinguitur, sed vlciscendi querendique libertas sit, vbi in comparatione beneficij praeponderante iniuria. Ita non auferatur beneficium, sed vincitur. Quid? non tam duri quidam, & tam scelerati patres sunt, ut illos auferari & eiurare ius fasque sit? Nunquid ego illi abstulerunt, quae dederant? Minime sed impetas sequentium temporum commendationem omnis prioris officij sustulit. Non beneficium tollitur, sed beneficij gratia: & efficitur, non, ne habeam, sed ne debeam. Pecuniam aliquis mihi creditit: sed domum meam incidunt, pensatum est creditum damnō. nec reddidi illi, nec tamen debeat. Eodem modo & hic: quia aliquid benigne aduersus me fecit, aliquid liberaliter, sed postea multa superbe, contumeliose, crudeliter, eo loco me posuit, ut perinde liber aduersus eum sim, quā non accipīsem. Vim beneficij suis attulit. Colonus suum non tenet, quamvis tabellis manentibus, qui segetem eius procuravit, qui succidit arbusta: non quia recipit, quod pepigerat, sed quia ne reciperet, efficit. Sic debitori suo creditor saepe damnatur, vbi plus ex alia causa abstulit, quam ex credito petit. Non tantum inter creditorem & debitorem iudex sedet qui dicat. Pecuniam credidisti. Quid ergo? pecus a begasti, serum eius occidisti, agellum quem non emeras possides; aestimatione facta, debitor discede, qui creditor veneras. Saepe etiam beneficium manet, nec debetur, si fecuta est dantem paenitētā, si miseram se dixit, quod dedit, si cum daret suspicatur, vultum obduxit, perdere se creditur, non donareret, sua causa, aut certe non mea dedit: si non defit insultare, gloriari, & vbique iactare, & acerbū munus suum facere. Manet itaque beneficium, quamvis non debeat: sicuti quaedam pecuniae, de quibus ius creditorū non dicitur, debentur, sed non exiguntur.

C A P. V.

Intra beneficia quoque & iniurias ratio confertur. Dediti beneficium, iniuriant postea fecisti. Et beneficio gratia debetur, & iniuriae vltio. Nec ego illi gratiam debo, nec ille mihi poenam. Alter ab altero absolvitur. Cum dicimus, Beneficium illi reddidi: non hoc dicimus, illud nos quod accepemus. reddidisse, sed aliud pro illo. Reddere enim est, rem pro re dare. Quid ni? cum omnis solutio non idem reddat, sed tantundem. Nam & pecuniam dicimus reddidisse, quamvis numerūimis pro argenteis aureos, quamvis non interuenient nummi, sed delegatione & verbis perfecta, solutio sit. Videris mihi dicere: Perdis operam. Quosrum enim pertinet scire me, an maneat quod non debetur? Jurisconsultorū istae acutae ineptiae sunt, qui hereditatem negant vsuapi posse, sed ea quae in hereditate sunt: tanquam quicquam aliud, sit hereditas quā ea, quae in hereditate sunt. illud mihi potius distingue, quod potest ad rem pertinere, cum idem homo beneficium mihi dedit, & postea fecit iniuriam, vtrum & beneficium

cium illi reddere debeam, & me ab illo nihilominus vindicare, ac veluti duobus nominibus separatim respondere: an alterum alteri contribuere, & nihil negotij habere, vt beneficium iniuria tollatur, beneficio iniuria. Illud enim video in foro fieri, quid in vestra schola iuris sit vos sciatis. Separatur actiones, & de eo quod agimus, de eodem nobiscum agitur. Confunditur formula, si qui apud me pecuniam deposituerit, idem mihi postea furtum fecerit, & ego cum illo furti agam, & ille mecum depositi.

C A P. VI.

QVae proposuisti, mi Liberalis, exempla, certis legibus continentur, quas necesse est sequi: lex legi non miscetur. Vtraq. sua via it: depositum habet suam actionem propriam, tam mehercule quam furtum. Beneficium nulli legi subiectum est: me arbitrio vritur: licet me comparare inter se quātum pro fuerit mihi quisque, aut quantum nocuerit: tum pronuntiare, vtrum plus debeatur mihi, an debeam. In illis nihil est nostrae potestatis: eundem est, quā ducimur. In beneficio tota potestas mea est: ego itaque iudico illa, non separo, nec dico, sed iniurias ac beneficia ad eundem iudicem mittit. Alioquin iubes me eodem tempore amare & odire, quieti & gratias agere: quod natura non recipit. Potius comparatio ne facta inter se beneficij & iniuriae, videbo an etiam vitro mihi debeatur. Quomodo si quis scriptis nostis, alias superne imprimat versus, priores litteras non tollit, sed abscondit: sic beneficium superueniens iniuriam apparere non patitur.

C A P. VII.

Virtus tuus, cui regendum me tradidi, colligit rugas, & attrahit frontem, quasi longius exam. Vide ris mihi dicere:

Quo tantum mihi dexter ubi? buc dirige cursum.

Littus am.

Non possum magis. Itaque si huic satisfactum existimas, illo transeamus, an ei debeatur aliquid qui nobis iniuitus profuit. Hoc apertius potui dicere, nisi propositio deberet esse confusior, vt distinctio statim subsecuta offendet vtrumque quāeri, an ei deberemus, qui nobis, dum non vult, profuit: & an ei, qui dum nescit. Nam si quis coactus aliquid boni fecit, quin nos nō obligemus, manifestius est, quā vlla in hoc verba impendenda sint. Et haec quāeas facile expeditur, & si qua similis huic moueri potest, si totiens illo cogitationem nostram conuerterimus. Beneficium nullum est, nisi quod ad nos primum aliqua cogitatio defert, deinde amica & benigna. Itaque nec fluminibus gratias agimus quamvis aut magna nauigia patientur, & ad subiectandas copias largo ac perenni alueo currant, aut pīcola & amoena pinguibus aruis interfluant: nec quisquam Nilo beneficium déberē se iudicat, non magis quā odium, si immodicus superfluxit, tardeque recessit: nec ventus beneficium dat, licet lenis & secundus aspiret: nec vtilis & salubris cibus. Nam qui beneficium mihi daturus est, debet non tantum prodesse, sed velle. Ideo nec mutis animalibus quicquam debetur. Et quā multis & periculo velocitas equi rapuit? nec arboribus. Et quā multis aēstū laborantes, ramorum opacitas texit? Quid autem interest, vtrum mihi qui nescit, profuerit, an qui scire non potuit? cum vtrique velle defuerit? Quid autem interest, vtrum me iubeas nauis, aut vehiculo, aut lancea debere beneficium: an ei qui aequē quā ista propositum benefi ciendi nullum habuit, sed profuit casu?

C A P. VIII.

Beneficium aliquis nesciens accipit, nemo à nesciente. Quomodo multis fortuita sanant, nec ideo remedium sunt, & in flumen alicui cedidisse frigore magno, causa sanitatis fuit: quomodo quorundam, flagellis quartana discussa est, & metus repentinus animum in aliam curam auertendo suspectas horas fecellit: nec ideo quicquam horum eriam si salutis fuit, salutare est: sic quidam nobis profunt, dum nolunt: immo quia nolunt, non tamen ideo illis beneficium debemus. Quid si perniciose illorum confilia fortuna deflexit in melius, an existimas me debere ei quicquam, cuius manus cum me peteret, percussit hostem meum, qui nōcūset, nisi errasset? Saepe tēfis dum aperte peierat, etiam veris tēfibus abrogavit fidem, & reum velut factione circumventum miserabilem reddidit. Quosdam ipsa quae premebat, potentia eripuit: & iudices quem damnatur erant causa, damnare gratia noluerunt. Non tamen hi beneficium dederunt, quamvis profuerint. Quia telum quo missum sit, non quo peruererit, queritur. Et beneficium ab iniuria distinguunt, non eventus, sed animus. Aduersarius meus dum contraria dicit, & iudicem superbia offendit, & vnum testem temere dimittit, causam mīcā erexit. Non quero an pro me erauerit, quia contra me voluit.

C A P. IX.

NEmpe ut gratus sim, velle debeo idem facere quod ille. Ut beneficium dare, velle debuit. Nā quid est iniquus homine, qui eum odit, à quo in turba calcatus, aut resperitus, aut quo nollet, impulsus est? At quid est aliud, quod illum querelae eximat, cum in re sit iniuria, quā nōcūset quid faceret? Eadem res efficit, ne hic beneficium dederit, ne ille iniuriam fecerit. Et amicum & inimicum voluntas facit. Quā multis militiae morbus eripuit? quosdam ne ad ruinam domus suae occurserent, iniurias vadimonio tenuit: ne in piratarum manus peruenirent, quidam naufragio consecuti sunt. Nec his ratē beneficium debemus: quoniam extra sensum officij causus est, nec inimico cuius nos lis exercit, dum vēxat ac detinet. Non est beneficium, nisi quod à bona voluntate proficitur, nisi illud agnoscat, qui dedit. Profuit aliquis mihi dum nescit, nihil illi debo. Profuit cum velleret nocere. Imitabor ipsum.

C A P.

C A P . X .

Ad primum illum reuertamur, ut gratiam referam, aliquid facere me vis; ipse ut beneficium iniki dare, nihil fecit. Ut ad alterum transeamus, vis me huic gratiam referre, ut quod a nolente accepit, volens reddam. Nam quid de tertio loquar, qui ab iniuria in beneficium delapsus est? Ut beneficium ubi debeam, parum est voluisse te dare; ut non debeam, satis est, non nullum. Beneficium enim voluntas nulla non efficit; sed quod beneficium non efficit, si optimae ac plenissimae voluntati fortuna desset, id aequum beneficium non est, nisi fortunam voluntas antecessit. Non enim profuisse te mihi oportet, ut ob hoc si bi obliger, sed ex destinato profuisse.

C A P . XI .

Cleanthes exemplo eiusmodi viritur: Ad quaerendum, inquit, & accersendum ex academia Platonem duos pueros milii. Alter totam porticum perscrutatus est, alia quoque loca in quibus illum inueniri posse sperabat, percurrit, & domum non minus laetus quam iritus redit. Alter apud proximum circulatorum refedit, & dum vagus atque erro, verna culis congregatur & ludit, transiuntem Platonem, quem non quaesierat, innuit illum, inquit, laudabilius puerum, qui quantum in se erat, quod inslus est fecit: hunc feliciter inertem castigabimus. Voluntas est, quae aptud nos ponit officium: cuius videlicet conditio sit, ut me debito obstringat. Parum est illi velle, nisi profuit: parum est profaisti, nisi vellet, mutata enim aliquem donare voluisse, nec donasse, animum quidem eius habeo, sed beneficium non habeo: quod consummat & res, & animus. Quemadmodum ei qui voluit mihi pecuniam credere, sed non credit, nihil debeo: ita ei qui voluit milii beneficium dare, sed non potuit, amicus quidem ero, sed non obligatus. Et volam illi aliquid praestare, nam & ille voluit mihi. Ceterum si benignior fortuna vobis praestitero, beneficium dedero, non gratiam retulero. Ille mihi gratiam debet referre: huic ieratum a me fieri numerandi.

C A P . XII .

In telligo iam quid velis querere. Non opus est te dicere, vultus tuus loquitur: Si quis sua causa nobis profuit, einc, inquis, debetur aliquid? Hoc enim saepe te conquerentem audio, quod quaedam homines sibi praestant, alijs imputant. Dicam, mihi liberalis, sed prius hanc quaestuolum diuidam, & rem aequam ab iniqua separabo. Multum enim interest, vtrum aliquis beneficium nobis det sua causa, an nostra: an sua & nostra. Ille qui torus ad se spectat, & nobis prodest, quia aliter sibi prodest non potest: eo loco quo qui captiuos suos vt commodius vacante, pascit, & opimos boues saginat ac defricat, quo lanista, qui familiam suam summa cura exercet atque ornat. Multum (vtrum Cleanthes) a beneficio distat negotiatio.

C A P . XIII .

Rerius non sum tam iniquus, ut nihil ei debeam, qui cum mihi vtilis esset, fuit & sibi. Non enim ergo, ut sine respectu sui mihi consular: immo etiam opto, ut beneficium mihi datum, vel magis dāti profuerit: dummodo id qui dabat duos intuens dederit, & inter me sequi diffiserit. Licer id ipse ex maiore parte possideat, si modo me in confortium admisit, si duos cogitauit, ingratus sum, non solum iniustus, nisi gaudeo hoc illi profuisse, quod proderat mihi. Summae malignitatis est, nō vocare beneficium nisi quod dantem aliquo incommode affectit. Alter illi qui beneficium dat sua causa, respondebo. Quare potius te mihi profuisse dices, quam me tibi? Puta, inquit, alteri fieri non posse me magistratu, quam si decem captios cives ex magno captiuorum numero redemerit, nihil debebit mihi, cum te seruitute ac vinculis liberauero. At qui mea id causa faciam. Aduersus hoc respondeo. Aliquid istuc tua causa facis, aliquid mea. Tua, quod redimis: mea, quod eligis: tibi enim ad vilitatem tuam fatis est, quoslibet redemisse. Itaque debedo, non quod redimis me, sed quod eligis. poteras enim & alterius redemptione idem consequi quod mea. Vilitatem rei partiris tecum, & me in beneficium recipis, duobus profundum. Praefers me alijs: hoc totum mea causa facis. Itaque si praetorem te factura es et decem captiuorum redemptio, decem autem soli captiuos effemus, nemo quicquam tibi deberet ex nobis, quia nihil haberes quod cuiquam imputares, à tua vilitate seductum. Non sum iniquus beneficij interpres: nec desidero illud mihi tantum dari, sed & tibi.

C A P . XIV .

Quid ergo, inquit, si in sortem nomina vestra coniisci iussissem, & tuum nomen inter redimendos existet, nihil deberes mihi: immo deberem, sed exiguum. Quid sit hoc dicam. Aliquid mea causa facis, quid me ad fortunam redemptionis admittis. quod nomen meum exiit, sorti debedo: quod exire potuit, tibi. Aditum mihi ad beneficium tuum dedisti: curia maioren partem fortunae debedo: sed hoc ipsum tibi, quod fortunae debere potui. Illos ex toto praeteribo, quorū mercenariū beneficium est: quod qui dat, non computat cui, sed quanti daturus sit, quod vndeque in se conuersum est. Vendit mihi aliquis frumentum, vivere non possum nisi emero: sed non debedo vitam, quia emi. Nec quam necessarium fuerit, aeflito, sine quo vietur non sit: sed quam gratuitum, quod non habuissim, nisi emissem: in quo inuehendo mercator non cogitauit, quantum auxiliū allaturus esset mihi, sed quanrum lucri sibi. Quod emi non debedo.

C A P . XV .

Isto modo, inquit, ne medico quidem debere te, nisi mercedulam dices: nec praceptor, quia aliquid numer-

numeraueris. Atqui omnium horum apud nos magna caritas, magna reuerentia est. Aduersus hoc respōdetur, quaedam pluris esse, quam emuntur. Emis a medico rem inaestimabilem, vitam ac valetudinem bonam: a bonarum artium praceptorē studia liberalia, & animi cultum. Itaque his non rei pretiū, sed operae soluitur, quod deseruunt, quod à rebus suis auocati nobis vacant. Mercedem non meriti, sed occupationis suae ferunt. Aliud tamen dici potest verius, quod statim ponam, si prius quomodo istud refelli possit, ostendero. Quaedam, inquit, pluris sunt quam vaenierunt, & ob hoc aliquid mihi extra pro illis, quamvis empta sint, debes. Primum quod inter est quanti fin, cum de pretio inter ementem & vendentem conuenerit? Deinde nō vaenij illud suo pretio, sed tuo. Pluris est, inquit quam vaenijt. Sed pluris vaenire non potuit. Primum autem cuiusque rei pro tempore est. Cum bene ista laudaueris: tāti sunt quanto pluris vaenire non possunt. Praeterea nihil venditori debet, qui bene emit. Deinde etiam si pluris ista sunt, non tamen vllum istuc tuum munus est, ut non ex vnu effectu, sed ex consuetudine & annona aestimetur. Quod tu premium ponis traiacenti maria, & per medios fluctus, cū & terrae conspicu recessit, certane secanti via, & proficiunt futuras tempestates, & securis omnibus iubenti subito vela strungi, armamenta demitti, paratos ad incursum procellae, & repentina impetum stare? Huic tamen tantae rei praemium vectura persolut. Quantus aestimas in solitudine hospitium, in imbre tectum, in friore balneum, aut ignem? Scio tamen quanti ista consecuturus diuersorum subeam. Quantum nobis praestat, qui labentem domum fulcit, & agentem ex imo rīmas, insulam incredibili arte suspenit? Cer to tamen & leui pretio fulta conductitur. Murus nos ab hostibus tutos, & à subitis latronum incursiōibus praestat. Notum est tamen, illas turres pro securitate publica propugnacula habituras, excitaturus faber quid in diem mēcat.

C A P . XVI .

Inflatum erit, si latius exempla conqueriram, quibus appareat, parvo magna constare. Quid ergo? quia ex medico & praceptorē plus quiddam debedo, nec aduersus illos mercede defungor? Quia ex medico ac praceptorē in amicum transeat, & nos non arte quam venduat, obligant, sed benigna & familiaris voluntate. Itaque medico qui nihil amplius quam manum tangit, & me inter eos, quos perambulat, ponit, sine vlo affectu facienda vitanda praeciōns, nihil amplius debedo: quia me non tanquam amicū vidi, sed tanquam imperatorem. Ne praecipitum quidem habeo cur veneri, si me in grege discipulorum habuit, si non putauit dignum propria & peculiari cura, si nunquam in me direxit animum, & cum in medium effunderet, quae cibebat, non didici, sed excepti. Quid ergo est, quare istis debeatur multum? non quia pluris est quod vendiderunt quam emimus, sed quia nobis ipsi aliquid praestiterunt. Ille plus impedit, quam medico necesse est. Pro me, nō pro fama artis, extimuit. Non fuit contentus remedia mōstrare, sed admouit. Interea solicitus assedit, ad suspecta tempora occurrit. Nullum ministerium oneri illi, nullum fastidio fuit. Gemitus meos non securus exceptit. In turba multorum inuocantium, ego illi pouissima cura fui. Tantum alijs vacauit, quantum mea valetudo permiserat. Huic ego non tanquam medico, sed tamquam amico obligatus sum. Alter ruris in docendo & labore & taedium tulit, praeter illa que praecipientibus in commune dicuntur, aliqui instillavit ac tradidit, hortando bonam indolem erexit, & modo laudibus fecit animum, modo admonitionibus discussit desidiam. Tum ingenium latens & pigrum, iniecta (vtrita dicam) manu, extraxit, nec quae sciebat, maligne dispensauit, quo diutius esset necessarius, sed cupi: si posset vniuersa transfundere. Ingratus sum, nisi illum inter gratissimas necessitudines diligo.

C A P . XVII .

Sordissimorum quoque artificiorum institutoribus supra constitutum aliquid adjicimus, si nobis opera illorum enixior visa est: & gubernatori, & opifici vilissimae mercis, & in diem se locanti corollarium asperimus. In optimis vero artibus quae vitam aut conseruant, aut excolunt, qui nihil se plus existimat debere quam pepigit, ingratus est. Adjice, quod talium studiorum traditio miscet animos. hoc cum factum est, tam medico quam praecceptorē premium operae soluitur, animi debetur.

C A P . XVIII .

Platō cum flumen naue transisset, nec ab illo quicquam portitor exegisset, honori hoc suo datum credens, dixit positum illi esse apud Platonem officium. Deinde paulo post, cum alium atque alium gratis eadem transiueret fedulitate, negavit illi iam apud Platonem positum officium. Nam ut tibi debeam aliquid, pro eo quod praeftas, debes non tantum mihi praestare, sed tanquam mihi. Nō potes ob id quenquam appellare, quod spargis in populū. Quid ergo? Nihil debetur pro hoc? Nihil tanquam ab uno, cum omnibus soluam, quod tibi cum omnibus debedo.

C A P . XIX .

Negas, inquit, vllum dare beneficium eum, qui me gratuita naue per flumen Padum tulit? Nego. Aliquid boni facit, beneficium non dat. Facit enim sua causa, aut vtique non mea. Ad summam, ne ipse quidem se mihi beneficium iudicat dare: sed aut reip, aut vicinia, aut ambitioni sua praestat: & pro hoc aliud quoddam commodum expectat, quam quod à singulis recepturus est. Quid ergo, inquit, si princeps ciuitatem dederit omnibus Gallis, si immunitatē Hispanis, nihil hoc nomine singuli debent? Quid ni debeat? Debebunt autem non tanquam proprium beneficium, sed tanquam publici partem. Nullam, inquit, habuit cogitationem mei. Ilo tempore, quo vniuersis proderat, noluit mihi

E proprio

proprie ciuitatem dare, nec in me direxit animum. Ita quare ei debeat qui me sibi non substituit, cum facturus esset, quod fecit? Primum cum cogitauit Gallis omnibus prodeesse, & mihi cogitauit prodeesse. Erat enim Gallus: & me, etiam si non mea, publica tamen nota comprehendit. Deinde ego quoque illi non tanquam proprium debebo, sed commune. Vnus e populo, non tanquam pro me soluam, sed tanquam pro patria conferam.

C A P. XX.

Si quis patriae meae pecuniam credit, non dicam me illius debitorem, nec hoc aes alienum profitebor, aut candidatus, aut reus: ad exoluendum tamen hoc, portionem meam dabo. Sic ipsis munieris quod vniuersis datur, debitorem me nego: quia mihi dedit quidem, sed non propter me. & mihi quidem, sed nesciens an mihi daret: nihilominus aliquid mihi dependendum sciam, quia ad me quoque eius cuius longe peruenit. Propter me factum debet esse quod me obliget. Isto, inquit, modo nec Luna, nec Soli quicquam debes. Non enim propter te mouentur. Sed cum in hoc moueantur, ut vniuersa conseruent, & pro me mouentur. Vniuersorum enim pars sum. Adijce nunc, quod nostra & horum condicio dissimilis est. Nam qui mihi prodest, ut per me profit & sibi, non dedit beneficium: quia me instrumentum utilitatis suae fecit. Sol autem & Luna etiam si nobis prosum, non in hoc tamen prosum, ut per nos prosum sibi. Quid enim nos illis conferre possumus?

C A P. XXI.

Sciam, inquit, Solem ac Lunam nobis velle prodeesse, si nolle potuerint. illis autem non licet non moueri. Ad summam, consistant, & opus suum intermittent. Hoc vide quot modis refellatur. Non ideo minus vult, qui non potest nolle. Immo magnum argumentum est firmae voluntatis, ne mutare quidem posse. Vir bonus non potest non facere, quod facit: non enim erit bonus, nisi fecerit. Ergo nec bonus vir beneficium dat, quia facit quod debet. non potest autem non facere quod debet. Praeterea multum interest, vtrum dicas. Non potest hoc non facere, quia cogitur: an. Non potest nolle. Nam si necesse est illi facere, non debebo ipsi beneficium, sed cogenti. Si necesse est illi velle ob hoc: quia nihil habet melius quod velit, ipse se cogit. Ita quod tanquam coacto non deberem, tanquam cogenti debebo. Defizant inquit velle. Hoc loco tibi occurrat, Quis tam demens est, ut eam neget voluntatem effecui, non est periculum desinendi, vertendique se in contrarium: cum ex diuerso nemo aequa videri debeat velle, quam cuius voluntas usque eo certa est, ut aeterna sit? An si quoque vult, qui potest statim nolle, is non videbitur velle, in cuius naturam non cadit nolle?

C A P. XXII.

A Gedum, inquit, si possunt, resistant. Hoc dicas. Omnia ista ingentibus interuallis diducta, & in custodiā vniuersi disposita, stationes suas deserunt, subita confusione rerum sidera sideribus incurrant, & rupta rerum concordia in ruinam diuinam labantur, contextusque velocitatis citatissimae, in tota saecula promissa vices in medio itinere destitutus, & quae nunc etiā alternis redeunque opportunitatis libramentis, mundum ex aequo temperantia, repentina concremēntur incendio, & ex tanta varietate solvantur, atque eant in unum omnia. Ignis cuncta possideat, quem deinde pigna nox occupet, & profunda vorago tot deos sorbeat. Est tanti, ut tu coarguis. Ista tibi prosum etiam inuitu, euntque ista tua causa: etiam si maior illis alia, ac prior causa est.

C A P. XXIII.

Adijce nunc, quod non externa cogunt deos. sed sua illis in legem aeterna voluntas est. statuerunt finire non possunt, perseverare voluerunt. Nec vñquam primi consilij deos paeniter. Sine dubio illis defiscere in contrarium non licet. Sed non ideo, quia vis sua illos in proposito tenet, ex imbecillitate permanent: sed non licet ab optimis aberrare, & sic ire decretum est. In prima autem illa constitutione, cum vniuersa disposerent, etiam nostra viderunt, ratione que hominis habeuerunt. Itaque non possunt videri sua tantum causa decurrere, & explicare opus suum: quia pars operis sumus & nos. Debemus ergo & Soli, & Lunae, & caeteris caelestibus beneficium: quia etiam si portiora illis sunt, in quae orientur, nos tamen in maiora ituri iuvant. Adijce, quod destinato iuvant. Ideoque obligati sumus, qui non in beneficium ignorantium incidimus, sed haec quae accipimus, accepturos scierunt: & quanquam maius illis propositum sit, maior. actus sui fructus, quam seruare mortalia: tamen in nostris quoque vtilitates à principio rerum praemissa mens est, & is ordo mundo datum, ut appareat curam nostri non inter ultima habitam. Debemus parentibus nostris pietatem, & multi non ut gignerent coierunt. Dij non possunt videri nescisse, quid effecturi essent, cum omnibus alimenta protinus, & alia vtilia prouiderint. nec eos per negligentiam genuere, quibus tam multa generant. Cogitauit enim nos ante natura, quam fecit. Nec tam leue opus sumus, ut illi potuerimus excidere. Vide quantum nobis permiserit, quam non intra homines, humani imperij condicio sit. Vide inquantum corporibus vagari liceat, quae non coercuit fine terrarum, sed omnem in partem sui misit. Vide, animi quantum audeant, quemadmodum soli aut nouerint deos, aut querant, & mente in altum data diuina comitentur. Scias, non esse hominem tumultuarium & incogitatum opus. Inter maxima rerum suarum natura nihil habet quo magis glorieatur aut certe cui glorietur. Quantus iste furor est, controuersiam dijs muneras sui facere? Quomodo aduersus eos hic erit gratus, quibus gratia referri sine impendo non potest, qui negat ab his accepisse se, à quibus

quibus cummaxime accipit, qui & semper daturi sunt, & nunquam recepturi: Quanta autem perueritas, ob hoc alicui non debere, quia etiam infianti benignus est: & continuationem ipsam, seriemque beneficij, argumentum vocare necessario dantis? Nolo. sibi habeat. Quis illum rogat? & omnes alias impudentis animi voces his astue. Non ideo de te minus meretur is, cuius liberalitas ad te etiam dum negas peruenit, cuiusque beneficiorum, vel hoc maximum, quod etiam querenti daturus est.

C A P. XXIII.

Non vides, quemadmodum teneram liberorum infantiam, parentes ad salubrium rerum patientia cogant? Flentum corpora, ac repugnantium, diligenti cura fouent: & ne membra libertas immatura detorqueat, in rectum exitura constringunt, & mox liberalia studia inculcant, adlibito timore noctibus. Ad ultimum audacem iuuentam frugalitati, pudori, moribus bonis, si parum sequitur, coactam applicant. Adolescentibus quoque, ac iam potentibus sui, si remedia, metu aut intemperantia rejiciunt, vis adhibetur, ac feruntur. Itaque beneficiorum maxima sunt, quae à parentibus accipimus, dum aut ne scimus, aut nolumus.

C A P. XXV.

His ingratis, & repudiantibus beneficia, non quia nolunt, sed ne debeant, similes sunt ex diuerso: namis grati, qui aliquid incommodi precari solent his quibus obligati sunt, aliquid aduersi, in quo affectum memorem accepti beneficij approbent. An hoc recte faciant, & pia voluntate, queruntur: quorum animus similis est prauo amore flagrantibus, qui amicæ suæ optant exilium, vt desertari fugientemque comitentur: optant inopiam, vt magis desideranti donent: optant morbum, vt affideant: & quicquid inimicus optaret, amantes videntur. Fere idem itaque exitus est odij & amoris infanti. Tale quiddam & his accidit, qui amicis incommoda optant, quae detrahant, & ad beneficium iniurias videntur: cum sanctius sit vel celare, quam per scelus officio locum quaerere. Quid si gubernator à Dijs tempestates in festissimas, & procellas petat, ut gratiar ars sua periculo fiat? Quid si imperator deos oret, ut magna vis hostium circumfusa castris, fossis subito impetu compleat, & vallam trepidante exercitu conuellerat, & in ipsis portis, infesta signa constituant, quo maiore cum gloria rebus lapsis, profligatisque succurrat? Omnes isti beneficia sua detectabili via ducunt, qui deos contra eum aduocant, cui ipli affuturi sunt, & ante illos sterni, quam erigi volunt. In humana ista, & peruerse grati animi natura est, cōtra eū optare, cui honeste deesse non possit.

C A P. XXVI.

Non nocet illi votum meum, inquit, quia simul opto & periculum & remedium. Hoc dicas, non nihil te peccare, sed minus quam si sine remedio periculū optares. Nequita est: vt extra vias, merecere, euertere, vt suscites: vt emitas, includere. Non est beneficium, iniuriae finis: nec vñquam id detrahitse meritum est, quod ipse qui detrahit, intulerat. Non vulneres me malo, quam sanes. Potes inire gratiam, si quia vulneratus sum, sanas: non, si vulneras, vt sanandus sim. Nunquam cicatrix, nisi collata vulneri placuit: quod ita coisse gaudemus, vt non fuisse mallemus. Si hoc ei optares, cuins nullum beneficium haberes, inhumanum erat votum: quanto inhumanius ei optas, cui beneficium debes?

C A P. XXVII.

Simul, inquit, ut possim ferre illi opem, precor. Primum, vt te in media parte voti tui occupem, iam singratus es. Nondum audio quid illi velsi praestare. Scio quid illum velis pati. Sollicitudinem illi & metum, & maius aliquod imprecari malum, vt ope indigeat. Hoc contra illū est. Optas vt tua indigeat ope. Hoc pro te est: non succurrere vis illi fed soluere. Qui sic properat, ipse solui vult, non soluere. Ita quod vñnum in voto tuo honestum videri poterat, turpe & ingratum est, nolle debere. Optas enim, non vt tu facultatem habeas referenda gratiae, sed vt ille necessitatem implorandae. Superiore te facis, & quod nefas est, bene meritum ad pedes tuos mittis. Quanto satius est, honesta voluntate debere, quam per malam rationem soluere? Si infirmiteris quod acceperas, minus peccares: nihil enim nisi quod dederas, tamitteret. Nunc vis illum subiici tibi iactura rerum suarum, & status mutatione in id deuocari, vt infra beneficia sua iaceat. Gratiam te reputabo: coram eo, cui prodesse vis, opta. Votum tu istud vocas, quod inter gratum & inimicum potest diuidi: quod non dubites aduersariū & hostem fecisse, si extrema faceantur? Hostes quoque optauerunt capere quasdam vrbes, vt seruarent: & vincere quosdā vt ignoraserint. Nec ideo non hostilia vota: in quibus quod mitissimum est, potest crudelitatem venit. Deniq. quia lia esse iudicas vota, quae nemo tibi minus volet, quam is pro quo sunt, succedere? Peccare cum eo agis, cui vis à dijs noceri, à te succurri: inique cum ipsis dijs. Illis enim durissimas partes imponis, vbi humanas. Vt tu profis, dij nocebunt. Si accusatorem submitteres, quem deinde remoueres, si aliqua illū lite implicares, quam subinde discuteres, nemo de tuo sceleri dubitet. Quid interest, vtrum istud fraude tentetur, an voto? Nisi quod potenter illi aduersarios quaeris. Non est quod dicas: Quam enim illi in iuriam facio? Votum tuum aut superiacuum est, aut in iuriosum: immo in iuriosum, etiam si irritū. Quicquid non efficis, dei munus est: iniuria vero, quicquid optas. Sat est. Tibi non aliter debemus irasci, quam si feceris.

C A P. XXVIII.

Si vota, inquit, valuerint, & in hoc valuerint, vt tutus es. Primum certum mihi optas periculum. Sub in certo auxilio. Deinde vtrumque certum puta: quod nocet, prius est. Praeterea tu condicionem voti tui nosti. me tempestas occupauit, portus ac praefidij dubium. Quantum existimas tormentum;

DE BENEFICIIS

etiam si accepero, equissem; etiam si seruatus fuero, trepidasse; etiam si absolitus fuero, causam dixisse? Nullius metus tam gratus est finis, ut non gravior sit solida & inconcussa securitas. Opta ut reddere mihi beneficium possis, cum opus erit, non ut opus sit. Si esset in tua potestate quod oportas, ipse fecisset.

C A P. XXXIX.

Quanto hoc honestius votum est? Opto in eo statu sit, quo semper beneficia distribuat, nunquam desideret. Sequitur illum materia, qua tam benigne vtatur largiendo iuuandoque, ut nunquam illi sit dandorum beneficiorum inopia, clatorum paenitentia. Naturam per se pronam ad humilitatem, ad misericordiam & clementiam irritet ac prouocet turba gratorum: quos illi & habere contingat, nec experiri necesse sit. Ipse nulli implacabilis sit, ipsi nemo placandus. Tam aequali in eum fortuna indulgentia perseueret, ut nemo in illum posset esse, nisi conscientia, gratus. Quanto haec iustiora vota sunt, quae te in nullam occasionem differunt, sed gratum statim faciunt? Quid enim prohibet referre gratiam prosperis rebus? Quam multa sunt, per quae quidquid debemus, reddere etiam felicibus possumus? Fidele consilium, astuta conuersatio, sermo comis, & sine adulazione incundus, aures, si de liberare velit, diligentes, rutea, secretae, coniunctus familiaritas. Neminem tam alte secunda posuerunt, ut non illi eo magis amicus desit, quia nihil absit.

C A P. XXX.

Intra tristis, & omni voto submouenda occasio, ac procul repellenda. Ut gratis esse possis, iratis dijs oportet? Nec ex hoc quidem peccare te intelligis, quod melius cum eo agitur, cui ingrauius es. Propone in animo tuo carcerem, vincula, fordes, seruitutem, bellum, egestatem. Haec sunt occasionses tui voti. si quis tecum contraxit, per ista dimittitur. Quin potius eum potenter esse vis, cui plurimum debes, & beatum? Quid enim (vt dixi) vetat te referre, etiam summa felicitate praeditis gratiam? cuius plena tibi occurret & varia materia. Quid tu nescis debitum etiam locupletibus solui? Ne te inuitu distingam: Omnia sane excluderit opulenta felicitas: monstrabo tibi, cuius rei inopia laborent magna fastigia, quid omnia possidentibus defit. Scilicet ille, qui verum dicat, & hominem inter mentientes itupentem, ipsaque consuetudine pro rectis blanda audiendi, ad ignorantiam veri perducentem, vindice a consensu concentuque falsorum. Non vides quemadmodum illos in praecipis agat extincta libertas, & fides in obsequium seruile submissa, dum nemo ex animi sui sententia suadet, dissuaderet, sed adulandi certamen est, & unum amicorum omnium officium, una contentio, quis blandissime fallat? Ignorauero vires suas, & dum se tam magnos quam auditint, credunt, attraxere superuacua, & in discrimen rerum omnium peruenientia bella, vtile & necessaria rupere concordiam: secuti iram, quam nemo reuocabat, multorum sanguinem haeserunt, fusuri nouissime suum, dum vindicant inexplorata pro certis, fletique non minus existimant turpe quam vinci, & perpetua credunt, quae in summum perducent maxime nutant. Ingentia super se casura regna fregerunt, nec intellexerunt in illa scaena & vanis & cito diffluentibus bonis resplendente, ex eo tempore ipsos nihil non aduersi expectare debuisse, ex quo nihil veri audire potuerunt.

C A P. XXXI.

Cum bellum Graeciae indiceret Xerxes, animu[m] tumentem, oblitumque quam caducis consideret, nemo non impulit. Alius aiebat, non laturos nuntium bellum, & ad primam aduentus famam, terga versuros. Alius, nihil esse dubij, quin illa mole non vinci sol[er]t Graecia, sed obrui posset: magis verecundum, ne vacuas deferratque vrbes inuenirent, & profugis hostibus vastae solitudines relinquenter, non habituris, ubi tantas vires exercere possent. Alius, illi vix rerum naturam sufficere, angusta esse clasibus maria, militi castra, explicandis equestribus copijs camppestria, vix patere caelum satis ad emitendam omnium manu tela. Cum in hunc modum multa vnde iactarentur, quae hominem nimia aestimatione sui furentem concitarent, Demaratus Lacedaemonius solus dixit, ipsam illam qua sibi placeret multitudinem indigetam & grauem, metuendam esse ducenti: non enim vires, sed pondus habere: immo diea nunquam regi posse: nec diu durare, quicquid regi non potest. In primo, inquit, statim monte Lacones obiecti, dabunt tibi sui experimentum. Tot ista gentium milia trecenti morabuntur, haerebunt in vestigo fixi, & commissas sibi angustias tuebuntur, & corporibus obstruent. Tota illos Asia non mouebit loco. Tantas minas belli, & paenae totius generis humani ruentis impetus, paucissimi sustinebunt. Cum te mutatis legibus suis natura transmisserit, in semita haeribus, & estimabis futura dama, cum computaueris quat. Thermopylarum angusta confiterint. Scies te fugari posse, cum scieris posse retineri. Cedent quidem tibi pluribus locis velut torrentis more ablati, cuius cum magno terrore, prima via defluit: deinde hinc atque illinc coortentur, & tuis te viribus prement. Verum est quod dicitur, maiores bellum apparatus esse, quam qui recipi ab his regionibus possit, quas oppugnare coniuvit. Sed haec res contra nos est. Ob hoc ipsum te Graecia vincet, quia non capit. Vti toto te non potes. Praeterea, quae, yna rebus salus est, occurrere ad primos rerum impetus, & inclinati opem ferre non poteris, nec fulcire ac firmare labantia. Multo ante vinceris, quam vietum esse te sentias. Ceterum non est, quod exercitum tuum ob hoc sustineri putes non posse, quia numerus eius duci quoque ignotus est. Nihil tam magnum est, quod perire non possit: cui nascitur in perniciem, ut alia quietant, ex ipsa magnitudine sua causa. Acciderunt quae Demaratus praedixerat. Diuina atque humana impellentem, & mutantem quicquid obliterat, trecenti stare iusserunt; stratusque per totam passim Graeciam Xerxes intelle-

intellexit, quantum ab exercitu turba distaret. Itaque Xerxes pudore quam damno miseror, Demarato gratias egit, quod solus sibi verum dixisset, & permisit petere quod veller. petit ille, ut Sardis maximam Asie ciuitatem curru vectus intraret, rectam capite tiaram gerens. id solis datum regibus. Dignus fuerat praemio antequam peteret: sed quam miserabilis gens, in qua nemo fuit, qui verum diceret regi, nisi qui non dicebat sibi.

C A P. XXXII.

Diuus Augustus filiam intra pudicitiae maledictum impudicam relegavit, & flagitia principalis do uitatem, forum ipsum ac rostra, ex quibus pater legem de adulterijs tulerat, filiae in stupra placuisse, quotidianum ad Mariyam concursum: cum ex adultera in quaestuariam versa, ius omnis licentiae sub ignoto adultero peteret. Haec non tam vindicanda principi quam tacenda (quia quarundam rerum turpitudine etiam ad vindicantem reddit) parum potens irae publicauerat. Deinde cum, interposito tempore, in locum irae subflet verecundia, gemens, quod non illa silentio preffisset, quae tamdiu nescierat, donec loqui turpe esset, saepe exclamauit: Horum mihi nihil accidisset, si aut Agrippa, aut Maecenas vixisset. Adeo tot habeti millia hominum, duos reparare difficile est. Caesae sunt legiones, & protinus scriptae. Fracta classis, & intra paucos dies natauit noua. Sacrum est in opera publica ignibus: surrexerunt meliora consumptis. Tota vita, Agrippae & Maecenatis vacauit locus. Quid putem? defuisse similes qui asfumerentur, an ipsius virtutu fuisse, qui maluit queri, quam quererere? Non est quod existimemus, Agrippam & Maecenatem solitos illi vera dicere: qui si vixissent, inter dissimulantes fuisse. Regalis ingenios est, in praesentium contumeliam, amissa laudare, & his virtutem dare vera dicendi, a quibus iam audiendi periculum non est.

C A P. XXXIII.

Sed ut me ad propositum reducam, vides quam facile sit, gratiam referre felicibus, & in summo humanae opum positis: dic illis non quod volunt audire, sed quod audisse semper volent. Plenas aures adulacionibus, aliquando vera vox intret. Da consilium vtile. Quaeris quid felici praestare possis? Effice, ne felicitati suae credat, ut sciat illam multis & fidis manibus continendam. Parum in illa contuleris, si illi femei stultam fiduciam permanfur, semper potestae excusaris, docueris que mobilia esse quae dedit casus, & maiore cursu fugere quam venient: nec his portionibus, quibus ad summa pertinet, retro iri: saepe inter fortunam maximam & ultimam nihil interesset? Nescis quantum sit premium amicitiae, si non intelligis quantum te ei daturum, cui dederis amicum, rem non dominibus tantum sed saeculis rara, quae non aliubi magis deest, quam vbi creditur abundare. Quid istos tu libros, quos vix nomenclatorum complectitur aut memoria, aut manus, amicorum existimas esse? Non sunt isti amici, qui agmine magno lanuam pulsant, qui in primas & secundas admissiones digeruntur. Conscuetudo ista veteris est regibus, regesque simulantibus, populum amicorum describere. Est proprium superbiae, magno aestimare introitum, actatum sui liminis, pro honore dare, ut ostio suo proprius assideas, ut gradum prior intra domum ponas, in qua deinceps multa sunt ostia, quae receptos quoque excludunt.

C A P. XXXIV.

A pud nos primi omnium Gracchus, & mox Liuius Drusus instituerunt segregare turbam suam, & alios in secreta recipere, alios cum pluribus, alios cum vniuersis. Habuerunt itaque isti amicos primos, habuerunt & secundos, neutros veros. Amicos vocas, cuius disponit salutatio, aut potest humili tibi patere fides, qui per fores maligne apertas non intrat, fed illabitur? Huic peruenire vlt que ad distingendam libertatem licet, cuius vulgare & publicum verbum & promiscuum ignoris. Ave, non nisi suo ordine emititur? Ad quemcumque itaque istorum veneris, quorum salutatio vibem coquunt, scito, etiam si animaduerteris obsecros ingenti frequentia vicos, & commieantium in vtranq. partem cateruis itinera compressa, tamen venire te in locum hominibus plenum, amicis vacuum. In pectori amicus, non in atrio quaeritur. Illo recipiendum est, illic retinendum, & in sensibus recondendum. Hoc doce, gratius es. Male de te existimas, si inutilis es, nisi afflito, si rebus tuis superuacua. Quemadmodum te & in dubijs, & in aduersis, & in laetis sapienter geris, ut dubia prudenter tractes, aduersa fortiter, laeta moderata sita in omnia vtile te amico exhibere potes. Aduersa eius si nec deserueris, nec optaueris, multa nihilominus, ut non optes, in tanta varietate, quae tibi materiam exercendae fidei praebant, incident. Quemadmodum qui optat diuinas alicui in hoc, ut illarum partem ipse ferat, quamvis pro illo videatur optare, sibi prospicit: sic qui optat amico aliquam necessitatem, quam adiutorio suo fideque discutiat: quod est ingratis, se illi praefert, & tanti aestimat illum miserum esse, ut ipse gratis sit, & ob hoc ipsum ingratu est. Exonerare enim se vult, & graui sarcina liberare. Multum interef, utrum properes referre gratiam, ut reddas beneficium, an ut ne debebas. Qui reddere vult, illius se commodo aptabit, & idoneum illi venire tempos volet. Qui nihil aliud quam ipse liberari vult, quacunque ad hoc cupiet peruenire: quod est pessimae voluntatis.

C A P. XXXV.

Ista nimia festinatio ingrati est, id apertius exprimere non possum, quam si repetuero quod dixi. Non vis reddere acceptum beneficium, sed effugere. Hoc dicere videris, Quando isto carebo?

E 3 Quo.

Quocunque modo mihi laborandum est, ne isti obligatus sim. Si optares ut illi solueres de suo, multū a-
belle videreris à grato, hoc quod optas, iniarius est. Exectaris enim illum, & caput sanctum tibi, dira im-
precatione defigis. Nemo vt existimo, de immunitate animi tui dubitaret, si aperte illi paupertatem, si
captiuitatem, si famem, ac metum imprecareris. At quid interest, vitrum vox ista tua sit an votum? Sanus
aliquid horum opta. I nunc, & hoc esse grati puta, quod ne ingratus quidem ficeret, qui modo non vñ-
que in odium, sed tantum ad initiationem beneficij perueniret.

C A P. XXXVI.

Q Vis pium dicet Aenean, si patriam capi voluerit, vt captiuitate patrem eripiat? Quis Siculos iuue-
nes, vt bona liberis exempla monstraret, si optauerunt vt Aetna immensa ignium vi sapra solitu-
ardens, daret ipsi occasionem exhibendae pietatis, ex medio parentibus incendio rapti? Nihil debet
Scipioni Roma, si Punicum bellum vt finiret, perseverare maluit. Nihil Decijs, quod morte patriam fer-
uauerunt, si prius optauerant, vt deuotioni fortissimae locum ultima terum necessitas ficeret. Grauissi-
ma infamia est medici, opus quaerere. Multi quos auxerant morbos, & irritauerant, vt maiore gloria fa-
narent, non potuerunt discutere, aut cum magna miseratione vexatione vicerunt.

C A P. XXXVII.

C Allistratum aiunt, ita certe Hecaton auktor est, cum in exilium iret, in quod multos simul cum illo
seditionis ciuitas, & impemperanter libera expulerat, optante quodam, vt Atheniensibus necessitas
restituendi exiles esset, abominatum talen reditum. Rutilius noster animosius. Cum enim quidam il-
lum consolareetur, & diceret instare arma ciuilia: breui futurum, vt omnes exiles reuenterentur: Quid
tibi, inquit, mali feci, vt mihi peiorum reditum, quam exitum optares? Malo, vt patria exilio meo erube-
scat, quam reditur maereat. Non est istud exilium, cuius neminem non magis quam damnatum pudet.
Quemadmodum illi seruauerunt bonorum ciuium officium, qui reddi sibi penates suos noluerunt clau-
de communii, quia satius erat duos vno malo affici, quam omnes publico: ita non seruat grati hominis
affectionem, qui bene de se merentem difficultatibus vult opprimi, quas ipse submoueat: qui etiam si bene
cogitat, male precatur. Ne in patrocinium quidem, nedum in gloriam est, incendium extinxisse quod fe-
ceris. In quibusdam ciuitatibus impium votum sceleris vicem tenuit.

C A P. XXXVIII.

D Emades certe Athenis eum qui necessaria funerib. venditabat, damnauit, cum probasset magnum
lucrum optasse: quod contingere illi sine multorum morte non poterat. Quigeri tamen solet, an
merito damnatus sit. Fortasse optauit, non vt multis venderet, sed vt care: vt paruō sibi constarent quae
venditurus esset. Cum constet negotiatio exempto & vendito, quare votum eius in viam partem trahis,
cum lucrum ex vitaque sit? Praeterea omnes licet, qui in ista negotiatione sunt damni: omnes enim idē
volunt, idem intra se optant. Magnam hominum partem damnabis. Cui enim non ex alieno incommodo
lucrum? Miles bellum optat. Agricolam annona caritas erigit. Eloquens captat pretium ex licium
numero. Medicis grauis annus in quaestu est. Institores delicatarum mercium, iuuentus corrupta locu-
pletat. Nulla tempestate, nulloigne laedantur testa: iacebit opera fabrili. Vnus votū deprehensum est,
omnium simile est. An tu Arruntium, & Aterium, & ceteros qui captandorum testamentorum arte pro-
fessi sunt, non putas eadem habere quae designatores & libitarii vota? Illi tamen quorum mortes ope-
tept, nesciunt: hi familiarissimum quemque, ex quo propter amicitiam spei plurimum est, mori cupiū
Illorum damno nemo viuit: hos quisquis differt, exhaustus. Optant ergo non tantum vt accipient; quod
turpi seruitute meruerunt, fed etiam vt tributo graui liberentur. Non est itaque dubium, quin hi magis
quod damnatum est in uno, optent: quibus quisquis morte profuturus est, vita nocet. Omnia tamen istorū
tam nota sunt vota, quam impunita. Denique se quisque consulat, & in secretum pectoris sui recedat, &
inspicat quid tacitus optauerit. Quam multa sunt vota, quae etiam sibi fateri pudet: quam pauca, quae
facere coram teste possimus.

C A P. XXXIX.

S Ed non quicquid reprehendendum, etiam damnandum est: sicut hoc votum amici, quod in mani-
bus est, male videntis bona voluntate, & in id incidentis, quod evitatur. Nam dum gratum animum fe-
stinas ostendere, ingratus est. Hic, ait, in potestatem meam recidat, gratiam meam desiderer, sine me salu-
us, honestus, tutus esse non posse. Tam mihi sit, vt illi beneficij loco sit quicquid redditur. Circumue-
niant illum domesticae insidia, quas ego possum solus opprimere. Instet potens inimicus, & grauis, in
festa turba, nec inermis, & creditor urget & accusator.

C A P. XXX.

V Ide quam sis aequus. horum optares nihil, si tibi beneficium non dedisset. Ut alia taceam, quae gra-
uiora committis, pessima pro optimis referendo, hoc certe delinquis, quod non expectas tuum cu-
iusque rei tempus, quod aequo peccat, qui non sequitur, quam qui antecedit. Quomodo non semper be-
neficium recipiendum est, sic non utique reddendum. Si mihi non desideranti redderes, ingratus es: es:
quanto ingrati es, qui desiderare me cogis? Expecta. Quare subsidere apud te munus meum non vis?
Quare obligatus moleste fers? Quare quasi cum acerbo feneratore signare rationem parem properas?
Quid mihi negotium quaeris? Quid in me deos immittis? Quomodo exigeres, qui sic reddis?

C A P.

C A P. XL.

A Nte omnia ergo, Liberalis, hoc discamus, beneficia securae debere, & occasiones reddendorum ob-
seruare, non manu facere. Hanc ipsam cupiditatem primo quoq. tempore liberandi se, memineri
mus ingratii esse. Nemo enim libenter reddit, quod inuitus debet: & quod apud se non vult esse, onus iu-
dicat esse, non munus. Quanto melius ac iustius, in promptu habere merita amicorum: & offerre, non
ingerere, nec obaeratum se iudicare? Quoniam beneficium commune vinculum est, & inter se duos al-
ligat. Dic, Nihil moror, quo minus tuum reuertatur: opto hilaris accipias, si necessitas alterutri nostrum
imminet, fatoque quadam datum est, vt aut tu cogaris beneficium recipere, aut ego accipere, det potius
qui solet. Ego paratus sum. Nulla mora in Turno ostendam hunc animum, cum primum tempus adue-
nit. Interim dij testes sunt.

C A P. XLII.

S Oleo, mi Liberalis, notare hunc in te affectum, & quasi manu prendere, verentis & aestuantis, ne in
svlo officio sis tardior. Non decet gratum animum solicitude, sed contra, summa fiducia sui: & ex
conscientia veri amoris, dimissa omnis anxietas. Tam cum virtus est recipere quod non debes, quam, no-
dere quod debes. Hoc beneficij primum dati sit ius, vt recipiendi tempus eligat qui dedit. At vereor, ne
homines de me sequi loquantur. Male agit, qui famae, non conscientiae gratius est. Duos ictus rei iudi-
ces habes: te, quem non potes fallere, & illum, quem potes. Quid ergo si nulla interuenierit occasio? sem
per debebo: debebis: sed palam debebis, sed libenter debebis, sed cum magna voluptate apud te depositum
intueberis. Paenitet accepti beneficij, quem nondum redditi piget. Quare qui tibi dignus visus est,
à quo acciperes, indignus videatur, cui debeat.

C A P. XLIII.

In magnis erroribus sunt, qui ingentis animi credunt, proferre, donare, plurium sinum ad domum
replere: cum ista interdum non magnus animus faciat, sed magna fortuna. Nesciunt, quanto maius
ac difficultius interdum sit capere, quam fundere. Nam vt nihil alteri detrahama, quoniam vtrumque vbi
virtute fit, par est, non minoris est animi beneficium debere, quam dare. Eo quidē operosius hoc quam
illud, quo maiore diligentia custodiuntur accepta, quam dantur. Ideo non est trepidandum, quam cito
reponamus, nec properandum intempestive; quia aequo delinquit, qui ad referendam gratiam prope-
rat tempore alieno, quam qui suo cessat. Positum est illi apud me, nec illius nomine, nec meo timeo. Be-
ne illi cautum est. Non potest hoc beneficium perdere, nisi mecum: immo ne mecum quidem. Egi illi
gratias, id est, retuli. Qui nimis de beneficio reddendo cogitat, nimis cogitat alterum de recipiendo
putat. Praefstat esse in vtrumque facilem: si vult recipere beneficium, referamus, reddamusq. laeti. illud
apud nos custodiri mauult. quid thesaurum eius eruimus? quid custodiā, recusamus? Dignus est, cui
vtrum volet, licet. Opinionem quidem & famam eo loco habeamus, tamquam quae non ducere, sed
sequi debeat.

LIBRI SEXTI FINIS.



M· ANTONII MVR ETI AD SEXTVUM LIBRVM SENECAE

DE BENEFICIIS NOTAE.

Xtra viam.] Ita vetus liber, non, vt vulgo, Extra vitam.
Ne fuerint non potest.] M̄b̄v̄ x̄p̄ ān̄x̄ d̄ēs̄ x̄p̄ōn̄ēr̄ū. Ait Agatho.
Agatho mōn̄, d̄ōs̄ ān̄ x̄p̄ēḡȳūv̄a. Ait Agatho.
Hoc habeo quodcumque dedi.] Egregia vox: ad quam illustrandam valde pertinent
ea, qua Cyrus & fecisse & dixisse narratur libro octavo tristis, vi Croesum docret, optime
pecunias apud amicos deponit, neque vlos eis tutores ac fideliores esse thesauros. sed & Ale-
xandri Magni quiddam simile memoratur: & Alfonso Siciliae Rex interrogatus, quid seruaret sibi, qui tam
multis tam inulta donaret. Ea inquit, ip'a quz dono, cetera enim in meorum numero non habeo. Existat & sci-
cum in primis & elegans in eandem sententiam Martialis Epigramma.

Callidus effracta nummos sur auferat arca.
Prosternet patrios impia flamma lares.
Debitor vñram pariter fortē negabit.
Non reddet sterilis semina tacta seges.
Dispensatorem fallax spoliabit amica.
Mercibus extructas obruet vnda rates.

Extra fortunam est, quicquid donatur amicis.

Quas dederis, solas semper habebis opes.

Qui creditor veneras.] Post hac verba in alijs omnibus editionibus sequebantur haec, Inter beneficia quoque & iniurias ratio confert, quae leviter emendata, & mota loco non suo, paulo inferius in suum sedem restitui. Dici autem non potest, quād multa in optimis quibusque scriptoribus huius generis peccata sunt.

Reddere enim est rem pro dare.] Subfrigida vocabuli notatio: quales frequentissimae sunt apud Stoicos, & Stoicorum bac in re imitatores veteres Romanos iurisconsultos. Talis est & illa Ciceronis, fidem ex eo dictam, quia fuit quod dictum est illuc iurisconsultorum, testamentum, quod sit testatio mentis: & mutuum, quod fuit ex meo iuum: & similes.

Delegatione.] Delegare dicitur, qui pro se alium debitorem volenii creditor substituit. Verbis autem per factam solutionem vocare videtur accepti lationem.

Acutae ineptiae.] Inepte acutus hoc loco videri Seneca ipse posset, si haec ex persona sua diceret. Nec enim ignotum esse cuiquam qui ius civile primoribus labris attigerit, potest, aliud esse hereditatem, aliud res hereditarias: camque non ineptam, sed veram & viarem esse distinctionem. Neque sane eius est, qui beneficem a re tribuitur, tam acute distinguat, non eodem acumine videre, a rebus hereditariis differre ac distinguere hereditatem. Sed Libralem loquenter inducit, quād homo neque in iure civili, neque in philosophia valde exercitatus, & hanc & illam distinctionem ut nimis subtiliter excoxitatam, & in verbis tantum, ut ipse quidem putabat, possum, reiijcibat.

Contribuere.] Haec sunt, quae compensationes dicuntur. Modestinus. Compensatio est debiti & crediti inter se contributio. l. i. De compens.

Vultus tuus.] Eruditus aliquis hoc loco notam apposuerat ex Quintiliano his verbis. Notat hoc Quintilius, quod ex consuetudine scholae declamatoriae fingimus interdum manifesto falsa, facit hoc & alias frequenter Seneca. Quam notam cum valde probarem, praetermittendam non esse ratus sum. Locus Quintilius est capite primo libri VI.

Vnum testem temere dimittit.] id est, vnius testis sponte gratiam facit, causae suae nimium fidens. Pincianus locum hunc corrupserat.

Quaedam homines sibi praestant, alijs imputant.] Hoc est, quod vere negat Pamphilus Terentianus ingenii hominis esse: id se facere nolle profitetur.

Ego, Charine, neutquam esse id officium ingenui puto,
Cum is nil promerat, postulare id gratiae apponi sibi.

Quos perambulat.] Proprie locutus est, nam & inde aed & rū dicuntur medici, qui perambulant urbem, aegrotorum curandi gratia. Alij sunt quos circumforaneos Cicero vocat.

Sed tanquam imperatorem.] Putat olim legendum, Non tanquam amicus, sed tanquam imperator. Nam iubere & imperare verba sunt medicis usitata. Terentius.

Quod iussi ei dare bibere & quantum imperauit.
Date, & paulo post...

Non imperabat coram, quid facto opus esset puerperae.

Vbi autem aegroti medicis quorum vtuntur opera, imperare dicantur, non sane facile reperias. Vt nus, quod sciam, locus est Alseni, de operis libertorum, ubi ita legitur. Medicus, quod putaret, si liberti sui medicinam non facerent, multo plures imperantes sibi habiturum, postulabat, vt sequerentur se, neque opus facerent. Quo ex uno loco quod Franciscus Duarenus colligi inualuisse banc consuetudinem apud auctores Latinos, & medicis mei ego imperator dicar, crederem, si testes in eam rem aliquos produceret. Nunc illo tantum Alseni loco mititur, & hoc Senecae: quem et si homo eruditus Pincianus affirmat in omnibus vetustis libris eodem modo ut editus est legi: ego tamen vnum habeo, quo me donauit vir probus & eruditus, mibique insigniter carus Antonius Constantinus, in quo sine villa liturae suspicione ita legitur. Quia me non tanquam amicū, sed tanquam quilibet alium vidiit. Quae scriptura non sane reijsienda est. Quemlibet enim alium dicit, τὸν πόντον, οὐ τὸν πόντον.

Non securus exceptit.] Ita idem ille liber melius, quād vt in alijs, Audiebat.

Et alia vtilia.] Ab alijs libris vobis similitudo ultimam extriuerat.

Quorum animus similius est prauo amore flagrantibus.] Tales esse & eos qui flagitioso pueroru amore flagrant, ostendit & Socrates apud Platonem in Phaedro: cupere enim, eos quos amant, & animo esse remisso ac diffidenti, atque auerso ab omni honestate: & corpore languido atque effeminato: & bonis externis parum commode instructos, vt eos sibi obnoxios habeant. Itaque concludit pueros non secus amari ab eis, smodi impuris hominibus, quām agnos a lupis. οὐ κύνοι αὐταὶ φίλοισι, ἀς μῆδαι φίλοισι εἴπεσθε.

Ipsa solui.] Male antea in alijs, ipsum solui.

Cum bellū Graeciae indiceret Xerxes.] Hanc historiam elegantissime exponit Herodotus libro septimo. Rectam capite tiaram gerens.] Quod hic dicitur, id solis regibus licuisse, testatur & Xenophon libro secundo anabaseos.

Nisi qui non dicebat sibi.] Fateor me non perspicere, quid sit, quod Demaratus negatur sibi verū dixisse. Nam quod quidam exponit Sibi, id est, commodo suo, nugas agunt. In libro Constantiniano totus hic locus ita legitur: Quam miserabilis gens, in qua vix unus inuenitus est, qui verum regi diceret. Quae scriptura plane perspicua est: fortassis etiam vera.

Quoti-

Quotidianū ad Marsyā conculum.] Marsyae statuam in foro fuisse notum est, & band procul ab ea agi solitas causas. Eam interdum coronabant, qui dicendo placuerant, & diserti visi, popularem plausum uicerant. At Iulia eam coronari iubebat ab ijs, quos in illa nocturna palaestra valentissimos colluctatores experia esset. Eam filiae turpitudinem, aliasque eiusdem generis Augustus epistola complexus, eam epistolam per quae florrem in senatu recitari absente se voluit. Ea de re Plini verba sunt libri xxi. capite tertio. Apud nos exemplum licentiae huius non est aliud, quād filia Dñi Augusti, cuius luxuria noctibus coronatum Marsyam, litterae illius dei gemunt. Quem Plini locū emendatione egere arbitratus est Laenius Torrentinus libro secundo com mentarium in Suetonium, legendumque hoc modo. Litterae illius describunt. Ego autem, quod bona venia viri optimi & eruditissimi, mibique amicissimi dictum sit, vulgaratam scripturam retinendam arbitror, multorum ipsam quoque veterum codicum testimonio fulgam. Deum enim vocat Augustum ipsum, οὐ τὸν Σωτέρα. Sic de eodem libri septimi capite xlvi. In summa Deus ille, caelumque nescio adeptus magis an meritus, herede boſis sui filio excessit. Eius litteras dicit gemere, quod ita dolentes scriptae erant, vt ingemiscere quodammodo videbantur.

Primi omnium C. Gracchus.] In alijs omnissim praeomeni historiam dubiam relinquebat.

Aue.] Liber vetus, Habe. & constat ex Quintiliano, eam illorum temporum & scribendi & pronuntiandi consuetudinem fuisse.

Eloquentiae exceptat pretium litium numerus.] Locus manifesto corruptus. liber vetus sic habet. Eloquens exceptat pretium litium numeros. Ut fortasse legendum sit. Eloquens captat pretium ex litium numero.

Ex quo propter amicitiam rei plurimum est.] Pintianus. Cum quo propter rem amicitiae plurimum est. Ego pro Rei, lego Spei, cetera retineo.

Quoniam virtusq. vbi ex virtute fit, par est.] Stoici, vt omnia peccata, sic omnia recte facta paria esse dicabant: neque maiorem esse fortitudinem in vulneribus pro patria excipiendis, quam in mortu pulicis fortiter ferendo: neque maiorem temperantiam, si quis a virgine formosa, & in ipso aetatis flore constituta, quam si ab informi & capulari vetula abstineret: dum virtusque ex virtute fieret. Auctor Plutarchus.

LIBER SEPTIMVS.

C A P . I.

Onum, mi Liberalis, habeas animum:

In manibus terrae. Non hic te carmine longo,

Atque per ambages & longa exorsa tenebo.

B Reliquias hic liber cogit. Exhausta materia, circumspicio, non quid dicam, sed quid non dixerim. Boni tamen consules quicquid supereft, cum tibi superfuerit. Si voluisse lenocinari mihi, debuit paulatim opus crescere, & ea pars in finem referuari, quam quilibet etiam satiatis appeteret. Sed quicquid maxime necessarium erat, in primum statim concessi: nunc si quid effugit, recolligo. Nec mehercule, si me interrogas, nimis ad rem existimo pertinere, vbi dicta sint quae regunt mores, persequi cetera, non in remedium animi, sed in exercitationem ingenii inuenta. Egregie enim hoc dicere Demetrius Cynicus, vir meo iudicio magnus, etiam si maximis comparatur, solet, plus prodeſſe, si pauca praecepta sapientiae teneas, sed illa in promptu tibi & in vslu sint, quam si multa quidem didiceris, sed illa non habeas ad manum. Quemadmodum, inquit, magnus luctator est, non qui omnes numeros nexusque perdidicis, quorum vslus sub aduersario rarus est, sed qui in uno, aut altero bene, & diligenter exercuit, & eorum occasiones intentus spectat: nec enim refert, quād multa sciāt, si scit quantum victoriae satis est: sic in hoc studio multa delectant, paucia vincunt. Licet neſciāt, quae ratio Oceanum effundat ac reuocet: quare septimus quisque annus aetati signum imprimat: quare latitudo porticus ex remoto spectantibus, non seruer proportionem suam, sed ultima in angustias coeant, & columnarum nouissima interualla iungantur: quid sit, quod geminorum conceptum separat, partum iungat, vtrum vnu concubitus spargatur in duos, an toties concepti sint: cur pariter natis fata diuerfa sint, maximisque rerum spatij diftent, quorum inter ortus minimum interfert, non multum tibi nocebit transisse, quae nec licet i cire, nec prodeſſe. Inuoluta veritas in alto later. Nec de malitiae naturae queri possumus: quia nullius rei difficultis inuentio est, nisi cuius hic vnu inuentae fructus est, inuenire. Quicquid nos meliores beatosque facturum est, aut in aperto, aut in proximo posuit. Si animus fortuita contempſit, si se supra metum sustulit, nec auida spe infinita complectitur, sed didicit à se petere diuitias: si deorum hominumq. formidinem eiecit, & scit non multum esse ab homine timendum, à Deo nihil: si contemptor omnium, quibus torquetur vita, dum ornatur, eo perductus est, vt illi liqueat, mortem nullius mali esse materiam, multorum finem: si animum virtuti confecravit, & quacunque vocat illa, planum putat: si sociale animal est, & in commune genitus, mundum vt vnam domum

domum spectat, & conscientiam suam dijs aperit, semperque tanquam in publico viuit: si se magis veritus quam alios, subductus illis tempestatisbus, in solido ac sereno stetit, consummavit scientiam utilem atque necessariam. Reliqua obiectamenta otij sunt. Licet enim iam in tutum retracto animo, ad haec quoque excurrere, cultum non robur ingenij afferentia.

C A P. II.

HAEC Demetrius noster vtraque manu tenere proficitem iubet, nec vsquam dimittere, immo affigere, & partem sui facere, eoque quotidiana meditatione perducit, ut sua sponte occurrant salutaria, & vbique ac statim desiderata praefeo sint, & sine mora vlla veniat illa turpis honestique distin^ctio, sciatque nec malum esse vllum nisi turpe, nec bonum nisi honestum. Hac regula vitae opera distribuat ad hanc legem & agat cuncta, & exigit: miserrimo que mortalium iudicet, in quantisunque opibus refugebunt, ventri ac libidini deditos, quorum animus inertis otio torpet. Dicat ipse sibi: Voluptas fragilis est & brevis: fastidit obiecta: quo audiens hausta est, citius in contrarium recidens, cuius subiunctio deinceps est aut paeniteat, aut pudeat. In qua nihil est aut magnificum, aut quod naturam hominis dijs proximi deceat. Res humili, membrorum turpium ac vilium ministerio veniens, exitu foeda. Illa est voluptas & homine & viro digna, non implere corpus, nec saginare, nec cupiditates irritare, quarum tatis sima est quies: sed perturbatione carere, & ea quae hominum inter se rixantium ambitus concutit, & ea quae intolerabilis ex alto venit, vbi de dijs famae creditum est, vitisque illos nostris aestimauimus. Hanc voluptatem aequaliter, intrepidam, nunquam sensuram sui taedium percipit hic quem deformamus cum maxime, qui, vt ita dicam, dinini iuris atque humani peritus, praesentibus gaudet, ex futuro non peindet. Nihil enim firmi habet, qui in certa propensu est. Magnis itaque curis exemptus, & distorquentibus mentem, nihil sperat, aut cupit, nec se mitit in dubium, suo contentus. Nec illum existimis paruo esse contentum, omnia illius sunt. Non sic, quemadmodum Alexandri fuerunt: cui, quanquam in littore maris rubri steterat, plus deerat quam quae venerat. Illius ne ea quidem erat, quae tenebat, aut vicerat, cu in Oceano Oneifricus praefectus classibus praemissus explorator erraret, & bella in ignoto mari quaereret. Non sat is appareret incepit esse, qui extra naturae terminos arma proferret: qui se in profundum, inexploratum & immensum, quiditate caeca profrus immitteret? Quid interest, quot eriperit regna, quot dederit, quantum terrarum tributo premat? Tantum illi deest, quantum cupit.

C A P. II.

NEC hoc Alexandri tantum vitium fuit, quem per Liberi Herculisque vestigia felix temeritas egit, sed omnium quos fortuna irritauit in implendo. Cyrum & Cambysen, & totum regni Persici stemma percense. Quem in ueris, cui modum imperij fatetas fecerit? qui non vitam in aliqua ulterius procedendi cogitatione finierit? Nec id miru est. Quicquid cupiditatis contigit, penitus hauritur & conditur. Nec interest, quantum in id quod inexpibile est, congeras. Vnus est sapiens, cuius omnia sunt, nec ex difficulti uenda. Non habet mittendos trans maria legatos, nec metanda in ripis hostilib. castra, non opportunis castellis disponenda praefidia, non opus est legione, nec equestribus turmis. Quemadmodum dij immortalales regnum inermes regunt, & illis rerum suarum ex edito tranquilloque tutela est: ita hic officia sua, quamuis latissime pateant, sine tumultu obit. & omne humana genus, potentissimum eius optimusque infra se videt. Derideas licet: ingentis spiritus res est, cum Orientem Occidentemque lustrauerit animo, quo etiam remota, & solitudinib. interclusi penetrantur, cum tot animalia, tantam copiam rerum, quas natura beatissime fundit, aperixerit, emittere hanc Dei vocem: Hacc omnia mea sunt. Sic fit, vt nihil cupiat: quia nihil est extra omnia.

C A P. III.

HOC ipsam, inquis, volui. teneo te: volo videre, quomodo ex his laqueis, in quos tua sponte decidiisti, expliceris. Dic mihi, quemadmodum potest aliquis donare sapienti, si omnia sapientis sunt? Nam id quoque illi donat, ipsius est. Itaque non potest dari beneficium sapienti: cui quicquid datur, de suo datur. Atqui dicitis, sapienti posse donari. Idem autem me scito & de amicis interrogare. Omnia dicitis illis esse communia: ergo nemo quicquam amico donare potest: donat enim illi communia. Nihil prohibet aliquid & sapientis esse, & eius qui possidet, cui datum & assignatum est. Sic omnia sapientis esse dico, vt nihilominus proprium quisque in rem suam dominium habeat. Iure ciuii omnia regis sunt. Et tamen illa quorum ad regem pertinet vniuersa possessio, in singulos dominos scripta sunt & viaque res habet possessorem suum. Itaque dare regi & domum, & mancipium, & pecuniam possumus: nec donare illi de suo dicimus. Ad reges enim potestas omnium pertinet, ad singulos proprietas. Fines Atheniensium aut Campanorum vocamus, quos deinde inter se vicini priuata terminatione distinguunt, & totus ager huius aut illius reipublicae est: pars deinde suo domino quaque censetur. Ideoque donare agros nostros reip. possumus, quamuis illius esse dicantur. Quia aliter illius sunt, aliter mei. Nunquid dubium est, quin seruus cum peculio, domini sit? Dat tamen domino suo munus. Non enim ideo nihil habet seruus, quia non est habiturus, si dominus illum habere noluerit. Nec ideo non est munus, cum volens dedit, quia potuit eripi, etiam si noluerit. Quemadmodum probemus omnia (nunc enim omnia sapientis esse, inter nos conuenit) illud quod quaeritur colligendum est, quomodo liberalitatis materia aduersus eum superfit, cuius vniuersa esse contendimus. Omnia patris sunt, quae in liberorum manu sunt. Quis tamen nescit, donare aliquid & filium patri? Omnia deorum sunt: tamen dijs po-

dijs posuimus donum, & stipem iecimus. Non ideo quod habeo, meum non est, si tuum est. Potest enim idem esse meum & tuum. Is, inquis, cuius prostitutae sunt, leno est. Omnia autem sapientis sunt, inter omnia autem & prostitutae sunt: ergo & prostitutae sapientis sunt. Leno autem est, cuius prostitutae sunt: ergo sapiens est leno. Sic illum vetant emere. dicunt enim: Nemo rem suam emit: omnia autem sapientis sunt: ergo sapiens nihil emit. Sic vetant & mutuum sumere, quia nemo visuram pro pecunia sua pendit. Innumerabilia sunt, per quae cauillantur, cum pulcherrime quid a nobis dicatur intelligent.

C A P. V.

ENIMERO sic omnia sapientis esse dico, vt nihilominus proprium quisque in rebus suis dominium habeat. Quemadmodum sub optimo rege, omnia rex imperio possidet: singuli dominio. Tempus istius probandae rei veniet. Interim hoc huic quaestioni sat est, id quod aliter sapientis, aliter mei est, me posse donare sapienti. Nec mirum est, aliquid ei, cuius est totum, posse donari. Conduxo domum a te. In hac aliquid tuum, aliquid meum. Res tua est: vlus rei tuae, meus est. Itaque nec fructus tanges, colonio tuo prohibente, quamvis tua in possessione nascantur: & si annona carior fuerit, aut famae,

Heu frusta magna alterius spectabis acerum,

In tuo natum, in tuo positum, in horrea iturum tua. Nec conductum meum, quanquam sis dominus, intrabis: nec seruum tuum, mercenarium meum abduces: & abs te rhedam si conduxero, beneficium accipies, si tibi in vehiculo tuo sedere permisero. Vides ergo posse fieri, vt aliquis accipiendo quod suum est, munus accipiat.

C A P. VI.

IN omnibus istis quae modo retuli, vterque eiusdem rei dominus est. Quomodo? quia alter rei dominus est, alter vhus. Libros dicimus esse Ciceronis. Eosdem Dorus librarius suos vocat: & vtrunque verum est. Alter illos tanquam auctor sibi, alter tanquam emptor asserit: ac recte vtriusque dicuntur es. Vriliusq. enim sunt, sed non eodem modo. Sic potest T. Luivs a Doro accipere, aut emere libros suos. Possunt donare sapienti, quod viritum meum est, licet illius sint omnia. Nam cum regio more cuncta possideat, singularum autem rerum in vnumque proprietas sit sparsa: & accipere munus, & debere, & emere, & conducere potest. Caesar omnia haber, hisc us eius priuata tantum, ac sua: & vniuersa in imperio eius sunt, in patrimonio propria. Quid eius sit, quid non sit, sine diminutione imperij quaeritur. Nam id quoque quod tanquam alienum abiudicatur, aliter illius est. Sic sapiens vniuersa animo possidet, iure ac dominio sua.

C A P. VII.

BONI modo omnes sacrilegos argumentis esse colligit, modo neminem. Cum omnes de saxo deiecerintur, dicit: Quisquis id quod deorum est, sustulit & consumpsit, atque in vsum suum vertit, sacrilegus est. Omnia autem deorum sunt. Quod quisque ergo tollit, deorum tollit, quorum omnia sunt. Ergo quisquis tollit aliquid, sacrilegus est. Deinde cum effringi tempora, & expilari impune capitolium iubet: dicit, nullum sacrilegium esse. Quia quicquid sublatum est ex eo loco qui deorum erat, in eum transfertur locum, qui deorum est. Hic respondet: Omnia quidem deorum esse, sed non omnia dijs dicata. In his obseruari sacrilegium, que religio numini adscripta. Sic & torum mundum deorum esse immortalium templum, solum quidem amplitudine illorum ac magnificentia dignum: & tamen a sacris profana discerni, & non omnia licere in angulo, cui nomen fanum inpositum est, quae sub caelo & cōspectu siderum licent. In iuriari sacrilegus deo quidem non potest facere, quem extra iuriatum sua diuinatas posuit: sed tamen punitur, quia tanquam deo fecit. Opinio illum nostra ac sua obligat poenae. Quomodo ergo sacrilegus videatur, qui aliquid auferit sacri, & li quocunq. transstulit, quod surripuerat, intra terminos est mundi: sic & sapienti furtum potest fieri. Auferitur enim illi non ex his, quae vniuersa habet, sed ex his quibus dominus inscriptus est, quae vici illi ei seruunt. Illam alteram possessionem agnoscat, hanc nolet habere, & si poterit: emittetque illam vocem, quam Romanus imperator emisit, cum illi ob virtutem & bene gestam Rempub. tantum agri decerneretur, quantum arando uno die circuire potuisset: Non est, inquit, vobis eo opus cuqe, cui plus opus sit, quam vni ciuii. Quanto maioris viri putas, respuisse hoc munus, quam meruisse? Multi enim imperatores, fines alijs abstulerunt, sibi nemo constituit.

C A P. VIII.

ERGO cum animum sapientis intuemur potentem omnium, & per vniuersa dimissum, omnia illius esse dicimus: quum ad hoc ius quotidianum, si ita res tulerit, capite censembitur. Multam interest, possessio eius animi magnitudine aestimetur, an censu. Haec vniuersa habere, de quibus loqueris, ab omnibus habetur. Non referam tibi Socratem, Chrysippum, Zenonem, & ceteros magnos quidem viros, maiores tamen, quia in laudem veteris inuidia non obstat. Paulo ante Demetrium retuli: quem mihi videntur rerum natura, nostris tulisse temporibus, vt ostenderet nec illum a nobis corrumphi, nec nos ab illo corripi posse: virum exactae (licet nego ipse) sapientiae, firmaeque in his quae proposuit constantiae. Eloquentiae vero eius, quae res fortissimas deceat, non concinnatae, nec in verba sollicitae, sed ingentis animo, prout imperus tulit, res suas prosequentis. Huic non dubito, quin prouidentia & talem vitam, & talem dicendi facultatem dederit, ne aut exemplum, facculo nostro, aut conuicium deesset.

C A P.

DE BENEFICIIS

C A P. IX.

Demerito si res nostras aliquis deorum possidendas velit tradere sub lege certa, ne liceat donare, affirmauerim repudiaturum, dicturumque: Ego vero me ad istud inextricabile pondus non alligo, nec in illâ faecem rerum hunc expeditum hominem demitto. Quid ad me defers populorum omnium mala? quae nec datus quidem acciperem: quoniam multa video, quae me donare non deceat. Volo sub conspectu meo ponere, quae gentium oculos, regumque perstringunt. Volo intueri pretia sanguinis, animarumque vestiarum. Prima mihi luxuriae spolia propone: siue illa vis per ordinem expâdere, siue (vt est melius) in vnum aceruum dare. Video elaboratam scrupulosa distinctione testudinē, & fœdissimorum pigrerimorumque animalium testas, ingentibus pretijs emptas, in quibus ipsa illa, quae placet varietas, subditis medicamentis, in similitudinem veri coloratur. Video istic mensas, & aestimatum lignum senatoris censū, eo pretiosius, quo illud in plures nodos, arboris infelicitas torcit. Video istic cry stallina, quorum accedit fragilis pretium. Omnia enim rerum voluptras apud imperitos, ipso quo fugare debet periculo, crescit. Video murrhina pocula, parum scilicet luxuria magno fuerat, nisi quod vomant, capacibus gemmis inter se propinarēt. Video vñiones, non singulos singulis auribus comparato: iam enim exercitatae aures oneri ferendo sunt. Iunguntur inter se, & insuper alij binis superponuntur. Non satis multib[us] in famâ vitos subtererat, nisi bina ac terna patrimonia, auribus singulis peperissent. Video sericas veste, si vestes vocandae sunt, in quibus nihil est quo defendi aut corpus, aut denique pudor possit. Quibus sumptis, mulier parum liquido nudam se non esse iurabit. Haec ingenti summa ab ignotis etiam ad commercium gentibus accersuntur, vt matronae nostræ, ne adulteris quidem, plus sui in cubiculo quam in publico ostendant.

C A P. X.

Quid agis auaritia? quot rerum caritate aurum tuum vatum est? Omnia ista quae retuli, in maiore honore pretio que sunt. Nec volo tuas opes recognoscere, laininas vtriusque materiae, ad quas cupiditas nostra caligat. At mehercule terra quae quicquid vtile futurum nobis erat protulit, ista defodit, & meruit, & ut noxijs rebus ac malo gentium in medium proditur, toto pondere incubuit. Video ferrum ex iisdem tenebris esse prolatum, quibus aurum & argentum: ne aut instrumentum in caedes mutuas decet, aut pretium. Et adhuc ista aliquam materiam habent: est in quo errorem oculorum animus subsequi possit. Video istic diplomata, & syngraphas, & cautiones, vacua habendi simulacra, umbras quasdam auaritiae laborantis, per quas discipiant animum, inanum opinione gaudentem. Quid enim ista sunt? Quid fenus, & kalendarij, & vñura, nisi humanae cupiditatis extra naturam quæsita nomina? Possum de rerum natura queri, quod autum arguentumque, non interius absconderit, quod non illis maius quam quod detrahi posset pondus iniecerit. Quid sunt istae tabulae, quid computationes, & venale tēpus, & sanguinolentæ centimæ? Voluntaria mala ex constitutione nostra p[ro]dientia, in quibus nihil est, quod subiici oculis, quod teneri manu possit, inanis auaritiae somnia. O miserum si quem delectat sui patrimonij liber magnus, & vasta spacia terrarum colenda per vias & immensi greges pecorum per prouincias ac regna pascendi, & familia belicosis nationibus maior, & aedificia priuata laxitatem urbium magnarum vincentia. Cum bene ista, per quae diuilias suas disposita ac fudit circumspexit, superbumque se fecerit, si quicquid habet, ei quod cupit comparet, pauper est. Dimitte me, & illis dinitijs meis redde. Ego regnum sapientiae noui magnum, securum. Ego sic omnia habeo, vt omnium sint.

C A P. XI.

ITaque cum C. Caesar illi ducenta donaret, ridens reiecit, ne dignam quidem summam iudicas, quia non accepta gloriaretur. Dij dea equæ, quam pauxillo ilum animum aut honorare voluit, aut corrumpere. Redendum egregio viro testimonium est: Ingentem rem ab illo dici audiui, cum miraretur dementiam eius, quod se putasset tanti posse mutari. Si tentare, inquit, me constituerat, toto illi fui experindus imperio.

C A P. XII.

Sapienti ergo donari aliquid potest, etiam si sapientis omnia sunt. Aequo nihil prohibet, cum omnia amicis dicamus esse communia, aliquid amico donari. Non enim mihi sic cum amico communia omnia sunt, quomođo cum socio, vt pars mea sit, pars illius: sed quomođo patri matrique communies liberi sunt: quibus cum duo sint, non singuli singulos habent, sed singuli binos. Primum omnium iam efficiam, vt quisquis est iste, qui me in societatem vocat; sciat se nihil mecum habere commune. Quareiquia hoc consortium solum inter sapientes est, inter quos amicitia est. Ceteri non magis amici sunt, quam socii. Deinde pluribus modis communia sunt. Equefria omnium equitum Romanorū sunt, in illis tamen locus meus fit proprius, quem occupavi. Hoc si cui cessi, quamvis illi communire cesserim, tamen aliquid dedisse videor. Quaedam quorundam sub certa condicione sunt. Habeo in equestribus locum, non ut vendam, non ut locem, non ut habitem, in hoc tantum ut spectem. Propterea non mentiar, si dicam me habere in equestribus locum: sed cum in theatrum veni, si plena sunt equefria, & iure habeo locum illuc, quia sedere est mihi liberum: & non habeo, quia ab his, cum quibus ius mihi loci commune est, occupatus est. Idem inter amicos puta fieri. Quicquid habet amicus, commune est nobis: sed illius proprium est, qui tenet. Vt illo nolente non possum. Derides me, inquis. Si quod amici est, meum est,

est, licet mihi vendere. Non licet. Nam nec equestria, & tamen communia tibi cum ceteris equitibus sunt. Non est argumentum, ideo aliquid tuum non esse, quia vendere non potes, quia consumere, quia mutare in deterioris aut melius non potes. Tuum enim est, etiam quod sub lege certa tuum est. Accepisti, sed certe non minus habes.

C A P. XIII.

Ne te traham longius, Beneficium maius esse non potest. ea per quae beneficium datur, possunt esse: se majora & plura, in quae se benevolentia effundat, & sic sibi indulget, quemadmodum amantes solent: quorum plura oscula, & complexus archiores non augent amorem, sed exercent. Haec quoque quae venit quaestio profigata est in prioribus. Itaque breuiter perstringetur. Possunt enim in hanc quae data sunt alijs argumenta transferri. Quaeritur, an qui omnia fecit, ut beneficium redderet, reddiderit. Ut scias, inquit, illum non reddidisse, omnia fecit, ut redderet. Apparet ergo, non esse id factum, cuius facienda occasionem non habuit. Ut creditori suo pecuniam non soluit, is, qui ut solueret, ubique quaeſuit, nec inuenit. Quaedam eius conditionis sunt, ut effectum praestare debeant: quibusdam pro effectu est, omnia attentalle, ut efficerent. Si omnia fecit ut sanaret, peregit medicus partes suas. Etiam damnatio reo, oratori constat eloquentiae officium, si omni arte v[er]sus est. Laus imperatori etiam victo, & duci redditur, si & prudentia, & industria, & fortitudo munieribus suis functa est. Omnia fecit, ut beneficium redderet, oblitus illi felicitas tua. Nihil incidit durius, quod veram amicitiam experiretur. Locupleti donare non potuit, sano assidere, felici succurrere. Gratiam retulit, etiam si tu beneficium non recepisti. Praeterea huic intentus semper, & huius rei tempus operiens, qui in hoc multum curae, multum sedulitatis impedit, plus laborauit, quam cui cito referre gratiam contigit.

C A P. XIV.

Debitoris exemplum dissimile est: cui parum est pecuniam quæſisse, nisi soluit. Illic enim stat acerbus super caput creditor, qui nullum diem gratis occidere patiatur: hic benignissimus, qui te cum cursantem & sollicitum atque anxiun viderit, dicat: Mitte hanc de pectora curam. Define tibi molestus instare. Omnia à te habeo. In iuriam mihi facis, si me quicquam amplius desiderare iudicas. Plenissime ad me peruenit animus tuus. Dic, inquit, mihi reddidisse beneficium dices illum, qui sic gratiam retulit. Eodem ergo loco est, qui reddidit, & qui non reddidit. Contra nunc illud pone, si oblitus esset accepti beneficij, si ne tentasset quidem gratias esse, negares illum gratiam retulisse? At hic diebus noctibusque se lassauit, & omnibus alijs renuntiauit officijs, huic vni imminens, & opperens, ne qua se fugeret occasio. Eodem ergo loco erunt, ille qui curam referendae gratiae abfecit, & hic qui nunquam ab illa recessit. Iniquus es, si rem à me exigis, cum videas animum non desuisse. Ad summam, puta, cum captus es, me pecuniam mutuatū, rebus meis in securitatem creditoris oppositis, nauigasse hieme tam fœua, per infesta latrocinijs littora, emenfum quicquid periculi afferre potest etiam pacatum mare: per gratus omnibus solitudinibus, cum quos nemo non fugiebat ego quaererem, tandem ad piratas perniciem. & iam te alias redemerat. negabis me gratiam retulisse? etiam si in illa navigatione pecuniam, quā saluti tuae contraxeram, naufragus perdidisti, etiam vbi in vincula quae detrahere tibi volui, ipse incidi: negabis me retulisse gratiam? At mehercule Athenies, Harmodium & Aristogitonem tyrannicidas vocant: & Mucij manus in hostili aera relicta, in star occisi Porlenae fuit. Et semper contra fortunam lucta, ta virtus, etiam citra effectum propositi operis enuit. Plus praefecit, qui fugientes occasiones fecerit est, & alia atque alia captavit, per quae referre gratiam posset, quam is quem sine vlo sudore gratum prima fecit occasio.

C A P. XV.

Dvas, inquit, res ille tibi praefecit, voluntatem & rem. Tu quoque illi duas debes. Merito istud dice res ei, qui tibi reddidit voluntatem otiosam. Huic, vero, qui & vult, & contatur, & nihil intentat relinquit, non potes dicere. Vrunque enim praefecit, quantum in se est. Deinde non semper numero numerus aequalis est. Aliquando vna res pro duabus valet. Itaque in locum rei succedit tam propensa voluntas, & cupida reddendi. Quod si animus sine te ad referendam gratiam non valet, nemo aduersus deos gratias est, in quos voluntas sola confertur. Dij, inquit, nihil aliud praestate possumus. Sed si huic quoq[ue] cui referre gratiam debeo, nil aliud praestare possum, quid est quare non eo aduersus hominem gratias sim, quo nihil amplius in deos confero?

C A P. XVI.

Si tamen quid sentiam quaeris, & vis signare responsum: Hic beneficium recepisse se iudicet: ille se sciatis non reddidisse. Hic illum dimittat: ille se teneat. Hic dicat, Habeo ille respondeat, Debeo. In omni quæstione propositum sit nobis bonū publicum. Praeccludendae sunt excusationes ingratis, ad quas refugere possint, & sub quibus initiationem suam tegere. Omnia feci. Fac etiam nunc. Quid tu tam imprudentes iudicas maiores nostros fuiss[emus], vt non intelligerent iniurissimum esse, eodem loco haberet eū qui pecuniam, quam à creditore acceperat, libidine aut alea absumpit, & eum qui incendio, aut latrocino, aut aliquo casu tristore, aliena cum suis perdidit? Nullam excusationem receperunt, vt homines scirent fidem vtique praestandam. Satiis enim erat à paucis etiam iustam excusationem non accipi, quam ob omnibus aliquam tentari. Omnia fecisti ut redderes. Hoc illi satis sit: tibi parum. Nam quemadmodum ille, si eniam & sedulam operam transire pro irrita patitur, cui gratia referatur indignus est;

F ita tu

ita tu ingratus es, nisi ei, qui voluntatem bonam in solutum accepit, eo libentius debes, quia dimitteris. Non rapias hoc, nec testeris: occasiones reddedi nihilominus quaeras. Redde illi, quia repetit: huic, quia remittit. illi, quia malus: huic, quia non malus. Ideoque non est quod ad te hanc quaestione iudices pertinere; an quod beneficium quis a sapiente acceperit, reddere debeat, si ille desinit esse sapientem, & in malum versus est. Redderes enim & depositum, quod a sapiente accepisses, & etiam malo redderes creditum. quid est, cur non & beneficium? Quia mutatus est ille, te mutat? Quid? si quid a fano accepisses, aegro non redderes: cum plus semper imbecillo amico debeamus? Et hic aeger est animo, adiuetur, fertur. Stultitia morbus est animi. Distinguendum hoc, quo magis intelligatur, existimo.

C A P. XVII.

Duo sunt beneficia. Vnum, quod dare nisi sapiens sapientem non potest: hoc est absolutum & verum beneficium. Alterum vulgarē, plebeium, cuius inter nos imperitos commercium est. De hoc non est dubium, quin illi qualiscumque est debeam reddere, siue homicida, siue fur, siue adulter euasit. Habet scelera leges suas. Melius ictos iudex, quam ingratius, emendat. Nemo te malum, quia est, faciat. Malo beneficium proieciam, bono reddam. Huic, quia debo: illi, ne debeam.

C A P. XVIII.

De altero beneficij genere dubitatur, quod si accipere non potui nisi sapiens, nec reddere quidem nisi sapienti possum. Puta enim me reddere, ille non potest recipere. Non est iam huius rei capax. Scientiam videnti perdidit. Quid si me remittere manco pilā iubeas? Stultum est dare alicui, quod accipere non possit. Ut respondere ab ultimo incipiam: Non dabo illi, quod accipere non poterit: reddam, etiam si accipere non poterit. Obligare enim non possum, nisi accipientem: liberari tantum, si reddo, possum. Ille ut illo non poterit, viderit penes illum erit culpa, non penes me.

C A P. XIX.

Reddere, est, inquit, accepturo tradidisse. Quid enim si cui vinum debeas, & hoc ille infundere reticulo iubeat, aut cribro, reddidisse te dicies, aut reddere voles, quod dum redditur, inter duos perit? Reddere, est id quod debeas, ei cuius est, volenti dare. Hoc vnum mihi praestandum est. Ut quidem habeat, quod a me accepit, iam vterioris est curiae. Non tutelam illi, sed fidem debo: multoque satius est, illum non habere, quam me non reddere. Et creditori statim in macellum latro, quod accepit, reddam. Etiam si mihi adulteram cui numeram, delegauerit, soluam: & si nummos quos accipiet, in sinum suum discinctum funder, dabo. Reddendum enim mihi est: non seruandum, cum reddidero, aut tuerendum. Beneficij accepti, non redditu custodiā debo. Dum apud me est, saluum sit. Ceterum licet accipientis manibus effluat, dandum est te pōscēti. Reddam bono, cum expediet: malo, cum petet. Tale, inquit, beneficium, quale accepisti, non illi potes reddere. Accepi si a sapiente: stulto reddis. Immo reddo illi quale nunc potest accipere: nec per me fit deterius, sed per illum. Id quod accepi, reddam. Cui si ad sapientiam redierit, reddam quale accepi: dum malus est, reddam quale ab illo potest accipi. Quid, inquit, si non tantum malus factus est, sed ferus, sed immanis, qualis Apollodorus, aut Phalaris: & huic beneficium quod acceperas, reddes? Mutationem sapientis tantam natura non patitur. Nam in pessima ab optimis lapsus, necesse est etiam in malo vestigia boni teneat. Nunquam in tantum virtus extinguitur, vt non certiores animo notas imprimat, quam ut illas eradat vlla mutatio. Ferae inter nos educatae cum in filias eruperunt, aliquid mansuetudinis pristinae retinent: tantumque a placidissimis absunt, quantum a veris feris & nunquam humanam manum passis. Nemo in summam nequitiam inicit, qui vñquam haesit sapientiae. Altius infectus est, quam ut ex toto elui, & transire in colorem alium possit. Deinde interrogo, virum iste ferus sit animo tantum, an & in perniciem publicam excurrat. Proposuisti enim mihi Apollodorum & Phalarin tyrannum, quorum si naturam habet intra se malus, quid ni ego isti beneficium suum reddam, ne quid mihi cum eo sit iuris amplius? Si vero sanguine humano non tantum gaudet & paſcitur, sed & supplicijs omnium aetatum crudelitatem inflatiabilem exercet, nec ira, sed auiditate quadam faeniendi furit, si in ore parentum filios ingulat, si non contentus simplici morte, distorquet, nec vrit solum perituros, sed excoquit, si arā eius cruento semper recenti madet: patum est huic beneficium non reddere. Quidquid erat, quo mihi cohaereret, intercisa iuris humani societas abscidit. Si praefitisset quidem mihi aliquid, sed arma patriae in eae inferret: quicquid meruerat perdidisset, & referre illi gratiam scelus haberetur, si non patriam meam impugnat, sed fua grauis est, & sepositus a mea gente, suam exagit, abscondit nihilominus illum tanta prauitas animi: etiam si non inimicum, inuisum mihi efficit: priorque mihi ac potior eius officij ratio est, quod humano generi, quam quod vni homini debo.

C A P. XX.

Sed quamvis hoc ita sit, & ex eo tempore omnia mihi in illum sint libera, ex quo, corrumpendo fas omne, ut nihil in eum nefas esset, effecerit: illum mihi seruandum modum credam, vt si beneficium illi in eum: neque vires maiores daturum est in exitium commune, nec confirmaturum quas habet, id autem erit, quod illi reddi sine pernicie publica possit, reddam. Seruabo filium eius infantem. Quid hoc beneficium obest cuiquam eorum quos crudelitas eius lacerat? Pecuniam quae satellitem stipendio teneat, nō subministrabo. Si marmora & vestes desiderabit, nihil oberit cuiquā id, quo luxuria eius instruitur: militē & arma nō suggerā. Si pro magno petet munere artifices scaenae, & scorta, & quae feritatem eius

eius emolliant, libens offeram. Cui tritemes & cerasas non mitterem, lusorias & cubiculatas, & alia ludibria regum in mari lascivientium mittam. Et si ex toto eius sanitas desperata fuerit, eadem manu beneficium omnibus dabo, illi reddam: quando ingenij talibus, vitae exitus remedium est: optimumq. est obire ei, qui ad se nunquam redditurus est. Sed haec rara nequitia est, & semper portentis loco habita fuit, ut hiatus terrae, & de caverne maris ignium eruptio. Itaq. ab illa recedamus. De his loquamur, quae detestantur sine horrore. Huic homini malo, quem inuenire in quolibet foro possum, quem singuli timent, reddam beneficium, quod accepi. Non oportet mihi nequitiam eius prodesse, quod in me non est, reddeat domum bonus an malus. Quād diligentē istud excuterem, si non redderem, sed darem? Hic locus fabulan poscit.

C A P. XXI.

Pythagoricus quidam emerat à furore phaescasia, rem magnam, non praesentibus nummis. Post aliquot dies venit ad tabernam redditurus: & cum clausam diu pulsaret, fuit qui diceret: Quid perdis operam tuam? futor ille quem quaeris, clatus combustus est. Quod nobis fortasse molestem est, qui in aeternum nostros amittimus: tibi minime, qui scis futurum, ut renascatur. iocatus in Pythagoricum. At philosophus noster treis aut quatuor denarios (non inuita manu) domum retulit, subinde concutiens. Deinde cum reprehendislet hanc suam non reddendi tacitam voluptatem, intelligens arrisisti sibi illud lucellum, reddit ad eandem tabernam, & ait: Ille tibi viuit, tu redde, quod debes. Deinde per clostrum quae se commissura laxauerat, quatuor denarios in tabernam inseruit, ac misit, pœnas à te exigens improbae cupiditatis, ne alieno affueret.

C A P. XXII.

Q uod debes, quaere cui reddas. Et si nemo posset, ipse te appella. Malus an bonus sit, ad te nō pertinet. Redde & accusa, non oblitus, quemadmodum inter vos officia diuina sunt. Illi obliuio imperata est, tibi meminisse mandauimus. Errat tamen, si quis existimat, cum dicimus eum qui beneficium dedit, obliuisci oportere, excutere nos illi memoriam rei praesertim honestissimae. Quaedam praecipimus ultra modum, ut ad verum & suum redeant. Cum dicimus, Meminisse non debet: hoc volumus intelligi, praedicare non debet, nec iactare, nec grauis esse. Quidam enim beneficium quod dederunt, omnibus circulis narrant. Hoc sobrii loquuntur, hoc ebrij non continent: hoc ignoris ingerunt, hoc amicis committunt. Ut haec nimia & exprobatrix memoria subsideret, obliuisci eum qui dedit, iussimus, & plus imperando quam praestari poterat, silentium suauissimum.

C A P. XXIII.

Q uod debes, parum fiduciae est in his, quibz. amplius est exigendū quam satis est, ut praestetur quantū satis est. In hoc omnis hyperbole excedit, ut ad verū mendacio veniat. Itaq. ille cum dixit.

*Quis candore nubes anteirent, cursibus auraz:**quod non poterat fieri, dixit: ut crederetur quantum plurimum posset. Et qui dixit,**His immobilio scopalis, violentior amne:*

ne hoc quidem se persuasum putauit, aliquem tam immobilem esse, quam scopulum. Nunquam tantum sperat hyperbola, quantum audet: fed incredibilia affirmat, ut ad credibilita perueniat. Cum dicimus, Qui beneficium dedit, obliuiscatur: hoc dicimus, similis sit oblio. Memoria eius non appareat, nec incurrat. Cum dicimus, beneficium repeti non oportere, non ex toto repetitionem tollimus: saepe enim opus est malis exactore, etiam bonis admonitore. Quid ergo? occasionem ignorantis non ostendam: necessitates illi meas non detegam, quare necesse est aut mentiantur, aut doleat. Interueniat aliquando admonitio, sed vere cunda, quae non poscat, nec in ius vocet.

C A P. XXIV.

Socrates amicis audientibus: Emissem, inquit, pallium, si nummos haberem. Neminē poposcit, omnes admiscentur, à quo acciperet, ambitus fuit. Quid ni esset? Quantulum enim erat, quod Socrates accipiebat? At multum erat, suis, à quo Socrates acciperet. Non illos castigare mollius potuit. Emissem, inquit, pallium, si nummos haberem. Post haec quisquis properauerit, sero dat. Iam Socrati defuit. Propter acerbos exactores repete prohibemus: non ut nunquam fiat, sed ut parce.

C A P. XXV.

Aristippus aliquando delectatus vnguentis: Male, inquit, istis effeminatis eueniat, qui rem tam belam infamauerunt. Idem dicendum est: Male istis improbis, & importunitis beneficiorum suorum quadruplicatoribus eueniat, qui tam bellam admonitionem inter amicos sustulerunt. Ego tamē vtar hoc iure amicitiae, & beneficium ab eo repetam, à quo petissem, qui alterius beneficij loco accepturus est, potuisse reddere. Nunquam, ne querens quidem, dicam:

*Ecclum littore egente**Excepi, & regni demens in parte locauit.*

Non est ista admonitio, non conuicium est. Hoc est in odium beneficia perducere. Hoc est effice, vt ingratis esse, aut liceat, aut iuuet. Satis, abundeque est, submissis & familiaribus verbis, memoriam reuocare:

*Si bene quid de te merui, fuit aut tibi quicquam**Dulce meum.**Ille inuicem dicat: Quid ni merueris?* ecclum littore egente exceptisti.

F C A P.

C A P. XXVI

Sed nihil, inquit, profecimus: dissimulat, oblitus est. Quid facere debeam? Quaeris rem maxime necessariam, & in qua hanc materiam consummari decet, quemadmodum ingratii ferendi fint. Placido animo, mansueto, magno. Nunquam te tam inhumanus, & immemor, & ingratus offendat, vt non tamen dedisse delectet. Nunquam in has voces iniuria impellat: Velle non fecisse. Beneficij tui etiam infelicitas placeat. Semper illum paenitebit, si te ne nunc quidem paenitet. Non est, quod indignoris tanquam aliquid noui acciderit: magis mirari deberes, si non accidisset. Alium labor, aliud impensa deterget: aliud periculum, aliud turpis verecundia, ne dum reddit, fateatus accepisse: aliud ignorantia officij, aliud pigritia, aliud occupatio. Aspice quemadmodum immensa hominum cupiditates hient semper & poscant. Non miraberis ibi neminem reddere, vbi nemo satis accipit. **Quis est** istorum tam famae voluntatis ac solidae, vt tuto apud eum beneficia deponas? Alius libidine insanit, alius abdomini seruit, alius lucri totus est, cuius summanum non vinces. alius inuidia laborat, aliis caeca ambitione, & in gladios ruente. Adiace torporem mentis ac senium, & huic contrariam inquieti pectoris agitationem, tumultusque perpetuos. Adiace aestimationem sui nimiam & tumorem, ob quae contemnendus est, insolentem. **Quid** contumaciam in peruersa nitentium, quid levitatem semper alio transilientem loquar? Huc accedit temeritas praeceps, & nunquam fidele consilium daturus timor, & mille errores, quib. voluimus; audacia timidissimorum, discordia familiarissimorum, & publicum malum, incertissimis fidere, fastidire possessa, quae consequi posse spes non fuit.

C A P . XXVII

Inter affectus inquietissimos, rem quietissimam, fidem quaeris? Si tibi vitae nostrae vera imago succurret, videberis tibi videre captae cum maxime ciuitatis faciem, in qua, omiso pudoris, rectique respectu, vires in consilio sunt, velut signo ad permiscenda omnia dato. Non igni, non ferro abstinetur. Soluta legib. scelerata sunt. Nec religio quidem, quae inter arma hostilia supplices texit, ullum impedimentum est ruentium in praedam. Hic ex priuato, hic ex publico, hic ex profano, hic sacra rapit, hic effringit, hic transilit, hic non contentus angusto itinere, ipsa quibus arctetur, euerit, & in lucrum ruina venit. Hic sine caede populatur, hic spolia cruenta manu portat. Nemo non fert aliquid ex altero. In hac cruditate generis humani, ne tu nimis fortunae communis oblitus es, qui quaeris inter rapientes referentem. Si indignaris ingratos esse, indignare luxuriosos, indignare auaros, indignare impudicos, indignare aegros deformes, teneas pallidos. Est istud graue vitium, est intolerabile, & quod dissipet: Sed usque eo vulgare est, ut illud nec qui queritur quidem effugerit.

C A P . XXVII

Cogita tecum, an quibuscunque debuisti, gratiam retuleris, an nullum vñquam apud te perierit beneficium, an omnium te beneficiorum memoria comitetur. Videbis quae puer data sunt, ante adolescentiam elapsa; quae in iuuenem collata sunt, non perdurasse in senectutem. Quaedam perdidimus, quaedam prosecutus, quaedam e conspectu nostro paulatim exierunt: à quibusdam oculos auertimus. Vt excusem tibi imbecillitatem tuam, in primis fragilis est memoria, & rerum turbae non sufficit. Necesse est quantum recipit, emittat, & antiquissima recentissimis obruat. Sic factum est, vt minima apud te nutricis esset auctoritas, quia beneficium eius longius aetas sequens posuit. Sic factum est, vt praceptoris tibi non esset vlla veneratio, Sic euenit, vt circa consularia occupato coimitia, aut sacerdotiorum candidato, quaesturæ suffragator excideret. Fortasse vitium, de quo quereris, si te diligenter excusseris, in sinu inuenies. Inique publico irasceris criminis, stulte tuo. Vt absoluaris, ignosce. Meliorem illum facies ferendo, vtique peiorem exprobando. Non est, quod frontem eius indutes, fine, si quid est pudoris residui, seruet. Saepe dubiam verecundiam vox conuiciantis clarior rupit. Nemo id esse quod etiam videatur, timet. Deprehensus pudor amittitur.

C. A. P. XXIX.

Perdidi beneficium. **N**unquid quae consecravimus, perdidisse nos dicimus? Inter consecrata beneficium est, etiam si male respondit, bene collocatū. Non est ille, quem sperauimus. Simus quales fuimus nos, ei dissimiles. **D**amnum tunc factum, nunc apparuit. **I**ngratus non sine nostro pudore protrahitur; quoniam quidem querela amissi beneficij, non bene dati signum est. **Q**uantum possūmus, causā eius apud nos agamus: fortasse non potuit, fortasse ignoravit: fortasse facturus est. **Q**uedam nomina bona, lentes ac sapiens creditor fecit, qui sustinuit, ac mora fouit. **I**dem nobis faciendum. Nutriamus fidem languidam.

C A P. XXX.

Perdidi beneficium. Stulte, non nos si detrimenti tui tempora perdidisti, sed cum dares. Nunc palam factum est. Etiam in his quae videntur in perduto, moderatio plurimum profuit. Ut corporum ita animorum molliter via tractanda sunt. Saepe quod explicauit mora, pertinacia trahentis abruptū est. Quid opus est maledictis? quid querelis? quid infectatione? quare illum liberas? quare dimittis? Si ingratus est, iam nihil debet. Quae ratio est exacerbare eum, in quem magna contuleris, ut ex amico dubio fiat non dubius inimicus, & patrocinium sibi nostra infamia quaerat? Nec desit qui dicat: Nescio quid est, quod eum, cui tantum debuit, ferre non potuit. Subest aliquid. Nemo non superioris dignitatē querendo,

querendo, etiam si non inquinatuit, aspersit. Nec quisquam fingere contentus est leuia, cum magnitudine mendacijs fidem quaerat.

C A P. XXXI

Q Vanto illa melior via, qua seruatur illa species amicitiae, & si reuerti ad sanitatem velit, etiam
amicitia? Vincit malos pertinax bonitas: nec quisquam tam duri, infestique aduersus diligenda a-
mi est, vt etiam vi tractus bonos non amet: quibus hoc quoque coepit debere, quod impune non solu-
Ad illa itaque cogitationes tuas flece. Non est mihi relata gratia. Quid faciam? Quod dij omnium i-
rum optimi auctores, qui beneficia ignorantib. dare incipiunt, ingratiss perfeuerant. Alius illis obij-
negligentiam nostri, aliis iniquitatem: aliis illos extra mundum suum projicit, & ignatos, hebetesq-
fine luce, sine vlo opere destituit. Alius solem cui debemus. quod inter laborem quietemque temp-
diu simus, quod non tenebris immersi confusione aeternae noctis effugimus, quod annum cursu s-
temperat, & corpora alit, sata euocat, percoquit fructus, laxum aliquod, aut fortuitorum ignium glob-
& quiduis potius quam deum appellat. Nihilominus tamen more optimorum parentum, qui male-
ctis suorum infantium arrident, non cessant dij beneficia congerere, de beneficiorum auctore dubita-
tibus: sed aequali tenore bona sua per gentes, populosque distribuunt, vnam potentiam sortiti, prodi-
se. Spargunt opportunis imbribus terras: maria flatu mouent, siderum cursu notant tempora, hiem-
aestatesque interuentu lenioris spiritus molliunt, errorem labentium animarum placidi ac propitijs
runt. Imitemur illos. Demus, etiam si multa in frumentum data sint. Demus nihilominus alijs, demus ipsi
apud quos iactura facta est. Neminem ab excitanda domo ruina deterruit: & cum penates ignis absur-
psit, fundamenta tepente adhuc area ponimus, & vrbes haustas saepius eodem solo condimus. Adeo
bonas spes pertinax animus est. Terra marisque humana opera cessarent, nisi male cadentia iterum te-
tare libuisset.

C A P. XXXI

Ingratus est. non mihi fecit iniuriam, sed sibi. Ego beneficio meo, cum dare, vslus sum. Nec ideo per grius dabo, sed diligentius. Quod in hoc perdidi, ab alijs recipiam. Sed huic ipsi beneficium dabo in omnibus, & tanquam bonus agricola, cuta cultuque sterilitatem soli vincam. Perijt mihi beneficium: in omnibus. Non est magni animi, dare & perdere: hoc est magni animi, perdere & dare.

LIBRI VLTIMI FINIS



M· ANTONII MVRETIA
SEPTIMVM LIBRVM SENECAE
DE BENEFICIS NOTAE.

Non seruet portionem suam.] *Fortassis legendum, proportionem.*
Proficiente.] τὸν ἀρχικὸν ὄντα propria vox Stoicae disciplinae.
Quem deformamus.] *Deformare est iōnūnōsu, Vtitur hoc verbo & Cicero eodē sensu.*
Inter nos conuenit.] alij inepte, Inter duos conuenit.
Romanus Imperator.] *Vide quæ scripsi capite XVII. libri XIX. Variarum Lectionum.*
Equestria.] Ita vocat quatuordecim illos gradus, in quibus, spectandi causa sedere non
equitibus Romanis, lege Roscia non licebat,

Ne te traham longius.] Perspicuum est multa hoc loco deesse: in quibus hoc disputabatur, posset neficium aliud alio maius esse. Concludit autem Seneca conuenienter disciplinae Stoicorum, beneficia quida ipsa neque maiora, neque minora esse posse: paria enim sunt omnia ~~et~~ et ^{ad} materia sed materiam beneficij posse aut maiorem aut minorem.

Athenienses Harmodium & Aristogitonem tyrannicidas vocant.] quanquam non tyrrannum ipsum, tantum fratrem illius interfecerunt. Vide Thucydidem libro sexto.

Immo reddo illi.] Locum hunc, ut alios sanequam multos, depraauerat Erasmus.
Apollodorus aut Phalaris.] Hos coniungit etiam libro secundo de ira. Et Phalaris quidem vulgo nō est: Apollodorus non item. Meminit illius Plutarchus in commentario quo docet, Philosophum vel maximum principibus verbis disputare debere, his verbis. τοὺς δὲ φαλαρίδας, τοὺς πυράνους, καὶ φαλαρίδας, καὶ διονυσίας, καὶ σωκράτης ἀπεπυράνους, ἐπέβλους, καὶ ἐπενίφατας. Meminit et Suidas ubi de Hieronymo tyranno dicit: que sit neque Phalaris neque Apollodorum, neque alium fuisse ullum tyrannum saeuiorēm.

Serit, quo ait neque Phalarin, neque Apollodorum, ueque alium fuisse regnum tyrannum aetiorum.
Si ara eius est crux & semper recenti madet.] Non dubito quin legendum sit, Si ara eius crux recenti madet. Sed tamen anima conjectura tantum freatus ita iudico, aliorum iudicium facere malui.

Cui triremes & cerafas.] Ita plane legendum, non, ut antea, Ceratas, Multis nauibus de nominibus a malis

malium imponabant nomina, ceras, priates, tigres, centauros, cercuros, alia eiusmodi.

Cubiculatas.] Ita expressit thalamagos. Suetonius Graecam appellationem retinere maluit.

Eadem manu beneficium omnibus dabo, illi reddam.] Hoc dicit: eum interficiam. Conceleratis enim hominibus duo tantum bona euemire posse docet Plato: ut aut corriganter, aut moriantur. Illo fit, ut boni esse incipiat hoc, ut peccare definant.

Phaeacia.] genu calceamenti rustici. Hesychius.

Per clostrum.] per seram. Clostrum seu claustrum, a claudendo, ut bastrum ab hauriendo. Plautus.

Bene vale anime mi: nam sonitus & crepitum claustrorum audio.

Virgilius. Illi indignantes magno cum murmure montis

Circum claustra tremunt.

Hoc enim dicit, eos fremere circa ipsos obices portarum, si qua exitus detur, erumpere cupientes.

Non est ista admonitio, noui conuicium est.] Sic Cicero. Non sunt haec ab indulgentia nostra, non habent radices suas. Alij inepte scriperunt, Immo.

Vt etiam virtutus.] Corrupta vox, quam quomodo emendem, non habeo.

Saxum aliquod.] Anaxagorae ea stultitia fuit, qui dicebat solem esse μύσην θάνατον.

Fortitorum ignium globum.] Epicuri deliramentum, conuenire ignes, & ardoris scima, Quae faciunt solis noua semper lumina gigni. Lucretius libro quinto.

L ANN AE I SENECAE

AD LVCILIVM

EPISTOLAE.



Epistola I.

Ta fac, mi Lucili: vindica te tibi, & tempus quod adhuc aut auferebatur, aut surripiebatur, aut excidebat, collige & serua. Perfidae tibi hoc sic esse vt scribo, quaedam tempora eripiuntur nobis, quaedam subducuntur, quaedam effluunt. Turpissima tamen est iactura, quae per negligentiam sit: & si volueris attendere, magna vitae pars elabitur male agentibus, maxima nihil agentibus, tota aliud ageribus. Quem mihi dabis, qui aliquod premium temporis ponat? qui diem aestimet? qui intelligat se quotidie mori? In hoc enim fallimur, quod mortem prospicimus, magna pars eius iam praeteriit. quicquid actatis retro est, mors tenet. Fac ergo mi Lucili, quod facere te scribis, omnes horas complectere: sic fieri, vt minus ex crastino pendas, si hodier no manum inieceris. Dum differtur vita, transcurrit. Omnia, mi Lucili, aliena sunt: tempus tantum nostrum est. In huius rei vnius fugacis ac lubricae possessionem natura nos misit, ex qua nos expellit quicunque vult. sed tanta stultitia mortalium est, vt quae minima & vilissima sunt, certe reparabilia, impunitari sibi, cum impetravere patientur: nemo se iudicet quicquam debere, qui tempus accepit: cu interum hoc vnum est, quod ne gratis quidem potest reddere. Interrogabis fortasse, quid ego faciam, qui tibi ista praecepio. Fatebor ingenue: quod apud luxuriosum, sed diligentem, euenit. Ratio mihi constat impesae. Non possum dicere, me nihil perdere: sed quid perdam, & quare, & quemadmodum, dicam: canfas paupertatis meae reddam. Sic euenit mihi, quod plaeisque non suo vitio ad inopiam redactis, omnes ignorant, nemo succurrit. Quid ergo est? Non puto pauperem, cui quantumcumque superest, sat est. Tu tamen malo serues tua, & bono tempore incipias. Nam, vt visum est maioribus nostris: Sera parsimonia in fundo est. Non enim tantum minimum in imo, sed pessimum remanet.

Epistola II.

Ex his quae mihi scribis, ex his quae audio, bonam spem de te concipio. non discutitis, nec locorum mutationibus inquietaris. Aegri animi ista tactatio est. Primum argumentum compositae mentis existimo, posse consistere, & secum morari. Illud vide, ne ista lectio multorum auctorum & omnis generis voluminum, habeat aliquid vagum & instabile. Certis ingenij immorari & innutri oportet, si velis aliquid trahere, quod in animo fidelier fedeat. Nusquam est, qui vbiique est. In peregrinatione vitam agentibus hoc euenit, vt multa hospitalia habeant, nullas amicitias. Idem accidat necesse est ijs, qui nullius se ingenio familiariter applicant, sed omnia cursim & properantes transmittunt. Non prodest cibus, nec corpori accedit, qui statim sumptus emititur. Nihil aequa sanitatem impedit, quam rem ediorum crebra mutatio. Non venit vulnus ad cicatricem, in quo medicamenta tentantur. Non coalescit planta, quae saepe transfertur. nihil tam vtile est, quod in transitu prospicit. Distrahit animum librorum multudo. Itaque cum legere non possis quantum habueris, sat est habere quantu legas. Sed modo inquis, hunc librum euoluere volo, modo illun. Fastidientis stomachi est, multa degustare: quae vbi varia sunt & diversa, inquinant, non alunt. Probatos itaque semper lege: & si quādo ad alios diuertere libuerit, ad priores redi. Aliiquid quotidie aduersus paupertatem, aliquid aduersus mortem auxili compara, nec minus aduersus ceteras peches. Et cu multa percurseris, vnu exerce, quod illo die concoquas. Hoc ipse quoque facio: ex pluribus quae lego, aliquid apprehendo. Hodiernum hoc est, quod apud Epicurū nactus sum. Soleo enim & in aliena castra transire, nō tanquam tranfuga, sed tanquam explorator. Honesta, inquit, res est, laeta paupertas. Illa vero non est paupertas, si laeta est. Cui enim cum paupertate bene conuenit, diues est, nō qui parū habet, sed qui plus cupit, pauper est. Quid enim refert, quantum illi in arca, quantum in horre laceat, quantum pacat, aut feneret, si alieno imminet, si non acquisita, sed acquirenda computat? Quis sit dicitarum modus, quaeris? Primus habere quod necesse est, proximus, quod sat est.

Epistola III.

Epistolas ad me preferendas tradidi, vt scribis, amico tuo. Deinde admones me, ne omnia cum eo ad te peritentia communicem, qui non soleas nec ipse quidem hoc facere. Ita eadem epistola illum & dixisti amicum, & negasti. Itaque sic priore illo verbo quasi publico vñus es, & sic illum amicum vocasti, quomodo omnes candidatos, bonos viros dicimus, quomodo obuios, si nomen non succurrat, dominos salutamus. Hoc abierit. Sed si aliquem amicum existimas, cui non tantumdem credis quantum tibi,

tibi, vehementer erras, & non satis nosti vim verae amicitiae. Nullum habet maius malum occupatus homo & bonis suis obseissus, quam quod amicos sibi putat, quibus ipse non est. Tu vero omnia cum amico delibera, sed de ipso prius. Post amicitiam credendum est, ante amicitiam iudicandum. Ipsi vero praepostere officia permiscent, qui contra praecepta Theophrasti, cum amauerint iudicant, & non amant cum iudicauerint. Diu cogita, an tibi in amicitiam aliquis recipiendus sit, cum placuerit fieri, toto illum pectoro admite: tam audacter cum illo loquere quam tecum. Tu quidem ita viue, ut nihil committas, nisi quod committere etiam inimico possis. sed quia interuenient quaedam, quae consuetudo fecit arcana, cum amico omnes curas, omnes cogitationes tuas misce. Fidelem si putaueris, facies. Nam multi fallere docerunt, dum timent falli: & alijs ius peccandi suspicando fecerunt. Quid est ergo, quare verba coram amico retrahant? Quid est, quare me coram illo non purem solum? Quidam quae tantum amicis committenda sunt, obuijs narrant, & in quaslibet aures, quicquid illos viri, exonerant: quidam rursus etiam carissimorum conscientiam reformat, & si possent, ne sibi quidem credituri, interius premunt omne secretum. Neutrum faciendum est. Vtrumque enim vitium est, & omnibus credere, & nulli: sed alterum honestius dixerint vitium, alterum tutius. Sic viroisque reprehendas, & eos qui semper inquieti sunt, & eos qui semper quiescent. Nam illa tumultu gaudens, non est industria, sed dissolutio & languor. Itaque hoc quod apud Pomponium legi, animo tuo mandabitur. Quidam adeo in latebras refugerunt, ut putent in turbido esse quicquid in luce est. Inter se ita miscenda sunt, & quiescenti agendum, & agenti quiescendum est. Cum rerum natura delibera, illa dicet tibi, se & diem fecisse & noctem.

Epistola IIII.

Perseuerat ut coepisti, & quantum potes proponas: quo diutius frui emendato animo & composito pos sis. Frueris quidem etiam dum componis, etiam dum emendas; alia tamen illa voluptas est, quae precipitur ex contemplatione mentis ab omni labore purae & splendidae. Tenes tamen memoria, quantum senseris gaudium, cum praetexta posita, sumpsisti virilem togam, & in forum deducetus es. Maius experientia, cum puerilem animum depofueris, & te in viros philosophia transcriperit. Adhuc enim non pueritia in nobis, sed, quod est grauius, pueritas remanet: & hoc quidem peius est, quod auctoritatem habemus tenui, virtus puerorum: nec puerorum tantum, sed infantium. Illi leui, hi falsa formidant: nos vtra que. Profice modo, & intelliges, quaedam ideo minus timenda, quia multum metus auferunt. Nullum magnum malum, quod extrellum est. Mors ad te venit, timenda erat, si tecum esse posset. Necesse est, aut non perueniat, aut pertranseat. Difficile est, inquis, animum perdudere ad contemptum animae. Non vides, quam ex fruolis causis contemnatur? Alius ante amicae fortes laquoceppependit, alius se-principit aut te, ne dominum stomacharem diutius audiiret: alius ne reduceretur e fuga, ferrum adagit in viscera. Non putas virtutem hoc effecturam, quod efficit nimis formido? Nulli potest secura vita contingere, qui de producenda nimis cogitat: qui inter magna bona multis confusis numerat. Hoc quotidie meditare, ut possis aequo animo vitam relinqueret: quam multi sic complectuntur & tenent, quomodo qui a torrente rapiuntur, spinas & aspera. Plaerique inter mortis metum, & vitae tormenta miserit fluctuant: & vivere nolunt, & mori nesciunt. Fac itaque tibi iucundam vitam, omnem pro illa sollicitudinem deponendo. Nullum bonum iuuat habentem, nisi ad cuius amissionem praeparatus est animus. Nullius autem rei facilior amissio est, quam quae desiderari amissa non potest. Ergo aduersus omnia quae accidere possunt etiam potissimum, adhortare te & industra. De Pompeij capite pupillus & spado talere sentient. De Crasso crudelis & insolens Parthus. Caius Caesar iussit Lepidum Decimo tribuno praebere ceruicem: ipse Chereae praefecit. Neminem eo fortuna prouexit, vt non tantum illi minaretur, quantum permerferat. Noli huic tranquillitati cōfiderere, momento mare vertitur. eodem die ubi lūserunt nauigia forbētur. Cogita posse & latronem & hostem admouere iugulo tuo gladium. Ut potestas maior absit, nemo non seruus habet in te vitae necisque arbitrium. Ita dico, quisquis vitam suam contēpsit, tuus dominus est. Recognoce exemplum eorum, qui domesticis insidijs perierūt, aut aperta vi, aut dolo: & intelliges, non pauciores servorum ira cecidisse, quam regum. Quid ad te iraque, quam potes sit quem times, cum id propter quod times, nemo non possit? At si forte in manū hostium incideris, visor te duci iubebit, eo nempe quo duceris. Quid te ipse decipis, & hoc nunc primum, quod olim patiebaris, intelligis? Ita dico, ex quo natus es, duceris. Haec & huiusmodi veranda in animo sunt, si volumus illam ultimam horam placidi expectare, cuius metus omnes alias inquietas facit. Sed ut epistolae finem imponam, accipe quod hodierno die mihi placuit, & hoc quoque ex alienis hortulis sumptum est. Magnae diuitiae sunt, legē naturae composta paupertas. Lex autem illa naturae, scis quos nobis terminos statuit? Non esurire, non sitiare, non algere. Vi famem sitimque depellas, non est necesse superbis aside-re liminib. nec supercilium graue, & contumeliosam etiam humanitatem pati. Non est necesse maria tentare, nec sequi castra. Parabile est quod natura desiderat, & expositum. Ad superuacua sudatur. Illa sunt quae togam conterunt, quae nos senescere sub tentorio cogunt, quae in aliena littora impingunt. Ad manum est, quod sat est.

Epistola V.

Quod pertinaciter studes, & omnibus omisis, hoc unum agis, ut te quotidie meliorē facias, & profabo & gaudeo: nec tantum hortor, ut perseueres, sed etiam rogo. Illud autem te admoneo, ne eorum more

more qui non proficeret, sed conspicere cupiunt, facias aliqua, quae in habitu tuo, aut genere vitae notabilia sint. Asperum cultum, & intonsum caput, & negligentiore barbam, & indistinctum argento odium & cubile humi positum, & quicquid aliud ambitionem peruersa via sequitur, deuita. Satis ipsum nomine philosophiae, etiam si modeste tractetur, inuidiosum est. Quid si nos hominum consuetudini cooperimus excerpere? Intus omnia dissimilia sint: frons nostra populo conueniat. Non splendeat togæ: ne fordeat quidem. Non habeamus argumentum, in quod solidi auri celatura descenderit: sed non putemus frugalitatis indicium auro argentoque caruiss. Id agamus, ut meliorem vitam sequamur quam vulgus, no ut contrarium. Alioqui quos emendari volumus, fugamus, & à nobis auertimus, illud quoq. efficiimus, ut nihil imitari velint nostrum, dum timent ne imitanda sint omnia. Hoc primum philosophia promittit, sensum communem, humanitatem & congregationem, à qua professionis dissimilitudo separabit. Videamus ne ista per quae admirationem parare volumus, ridicula & odiofa fiant. Nempe propositum nostrum est, secundum naturam vivere. Hoc contra naturam est, torquere corpus suum, & faciles odifice munditias, & squalorem appetere, & cibis non tantum vilibus vti, sed taeris & horridis. Quemadmodum delicata res desiderare, luxuria est: ita visitatas & non magno parabiles fugere, dementiae est. Frugalitatem exigit philosophia, non poenam. Potest autem esse no incompeta frugalitas. Hic mihi modus placet. Temperetur vita inter bonos mores & publicos. Suspiciant omnes vitam nostrâ, sed & agnoscant. Quid ergo? Eadem faciemus, quae ceteri? Nihil inter nos & illos intererit? Plurimum. Dissimiles esse nos vulgo, sciat, qui inspexerit proprius, qui domum intrauerit, nos potius miretur quam supelle. & item nostrum. Magnus ille est, qui fidibus sic vritur quemadmodum argento. nec ille minor est, qui sic argento vritur, quemadmodum fidibus. Infirmi animi est, pati non posse diutias. Sed ut huius quo que diei lucellum tecum communicem, apud Hecatonem nostrum inueni, cupiditatum finem, etiam ad timoris remedia proficeret. Dices, quomodo ista tam diuera pariter sunt? Ita est, mi Lucili: cum videantur disidere, coniuncta sunt. Quemadmodum eadem carera & custodiā & militem copulat, sic ista quae tam dissimilia sunt, pariter incedunt. Spem metus sequitur. Nec miror ista sic ire. Vtrunque pendens animi est, vtrumq. futuri expectatione solliciti. Maxima autem virilisque causa est, quod non ad praefentia aptamur, sed cogitationes in longinquâ praenitimus. Itaque prouidentia, maximum bonum condicione humanæ, in malum versa est. Ferae pericula quae vident, fugiunt: cum effugere, securae sunt. Nos & vtrero torquemur, & praeterito. Multa bona nostra nobis nocent. Timoris enim tormentum memoria reducit, prouidentia anticipat. Nemo tantum praefentibus miser est.

Epistola VI.

In me superesse, quod mutandum sit. Quid ni multa habeam quae debeant corrigi, quae extenuari, quae attolliri? Et hoc ipsum argumentum est in melius translati animi, quod vitia sua, quae adhuc ignorabat, videt. Quibusdam aegris gratulatio fit, cum seipso aegros esse senserunt. Cuperem itaque tecum communicare tam subitam mei mutationem: tunc amicitiae nostrae certiorem fiduciam habere coepi sem, illius vere, quam non spes, non timor, non utilitas suae cura diuellit, illius, cum qua homines moriuntur, pro qua moriuntur. Multos tibi dabo, qui non amico, sed amicitia caruerunt. Hoc non potest accidere, cum animos in societatem honesta cupiendi par voluntas trahit. Quid ni non possit? Sciuī enim ipsos omnia habere communia, & quidem magis aduersa. Concipere animo non potes, quantum momenti afferte mihi singulos dies videam. Mitte, inquis, & nobis ista, quae tam efficacia expertus es. Ego vero cupio in te omnia transfundere, & in hoc gaudeo aliquid discere, vt doceam: nec me vlla res delectabat, licet eximia sit & salutaris, quam mihi vni sciturum sum. Si cum hac exceptione detur sapientia, vt illam inclusam teneam, nec enuntiem, reticam. Nullius boni sine socio iucunda possesso est. Mit tam itaque ipsos tibi libos: & ne multum operae impendas, dum passim profutura sectaris, imponam notas, vt ad ea ipsa protinus quae probo & miror, accedes. Plus tamen tibi viua vox & conuidus, quam oratio, proderit. In rem praefentem venias oportet. Primum quia homines amplius oculis quam auribus credunt: deinde quia longum iter est per praecpta, breue & efficax per exempla. Zenonem Cleanthes non expressisset, si eum tantummodo audisset. Vitae eius interfuit, secerat perspicxit, obseruauit illum, an ex formula sua viueret. Plato & Aristoteles, & omnis in diuersum itura sapientium turba, plus ex moribus quam ex verbis Socratis traxit. Metrodorum, & Hermachum, & Polyaenum, magnos viros non schola Epicuri, sed contubernium fecerunt. Nec in hoc te accerso tantum, ut proficias, sed ut proficias. Plurimum enim alter alteri conferemus. Interim quia diuinam tibi mercedulam debo, quid me hodie apud Hecatonem delectauerit, dicam. Quaeris, inquit, quid profecerim? Amicus esse mihi coepi. Multum profecit. Nunquam erit solus. Qui sibi amicus est, scito hunc amicum omnibus esse.

Epistola VII.

Quid tibi vitandum præcipue existimet, quaeris? Turbam. Nondum illi te tuto commiseras. Ego certe confiteor imbecillitatem meam. Nunquam mores quos extuli, refero. Aliiquid ex eo quod composui, turbatur: aliiquid ex his quae fugaui, reddit. Quod aegris euenerit, quos longa imbecillitas vsq. adeo affectit, ut nunquam sine offensa proferantur, hoc accidit nobis, quorum animi ex longo morbo reficiuntur. Inimica est multorum conuersatio. Nemo non aliquod nobis vitium aut commendat, aut imprimit

imprimis, aut nescientibus allinit. Vtique quo maior est populus cui commiscemur, hoc periculi plus est. Nihil vero est tam damnum bonis moribus, quam in aliquo spectaculo desidere. Tunc enim per voluptatem facilis vitia surrepunt. Quid me existimas dicere? Avarior redeo, ambitior, luxuriosior; immo vero crudelior & inhumanius, quia inter homines fui. Casu in meridianum spectaculum incidi, Iusus expectans, & sales, & aliquid laxamenti, quo hominum oculi ab humano cruento acquiescant. Contra est, quicquid ante pugnatum est, misericordia fuit. Nunc omisssis nugis, mera homicidia sunt, nihil habent que tegantur, ad ictum totis corporibus expoliti, nunquam frustra manum mittunt. Hoc plerique ordinatis paribus & postulatis praferunt. Quid ni praferant? non galea, non scuto repellitur ferrum. Quod munimenta? Quo artes? Omnia ista mortis morae sunt. Mane leonibus & vris homines, meridie spectatoribus suis obiciuntur. Interfectores inter se iubentur obici, & victorem in aliam detinent caudem. exitus pugnantium mors est: ferro & igne res geritur. Haec sunt, dum vacat arena. Sed latrocinium fecit aliquis: quid ergo meruit? vt suspendatur. Occidit hominem, quia occidit ille, meruit, vt hoc patretur: tu quid meruisti miser, vt hoc spectes? Occide, vre, verbera. Quare tam timide incurrit in ferrum? quare parum audacter occidit? quare parum libenter moritur? Plagis aguntur in vulnera, & multos ictus nudis & obuijs pectoribus excipiunt. Intermittens est spectaculum: interim iugulantur homines, ne nihil agatur. Age ne hoc quidem intelligis, mala exempla in eos redundare qui faciunt? Agite dijus immortalibus gratias, quod eum docetis esse crudelis, qui non potest dicere. Subducendus populo est tener animus, & parum tenax recti. Facile transitur ad plures. Socrati, Catoni, & Laelio excutere mentem suam dissimilis multitudo potuisse: adeo nemo nostrum, qui cum maxime concinnamus ingenium, ferre impetum vitiorum tam magno comitatu venientium potest. Vnum exemplum aut luxuriae, aut avaritiae multum malum facit. Conuicitor delicius paulatim eneruatur & emollit. Vicus dives cupiditatem irritat: malignus comes, quamvis candido & simplici, rubiginem suam afficitur. Quid tu accidere his credis, in quos publice factus est imperius? Necesse est aut imitteris, aut oderis. Vtrunque autem deuictum est: ne vel similis malis fias, quia multi sunt: neve inimicus multis, quia dissimiles sunt. Recedet in te ipsum quantum potes: cum his versare, qui te mellorem facturi sunt. Illos admittit, quos tu potes facere meliores. Mutuo ista sunt: & homines dum docent, discunt. Non est ergo quod te gloria publicandi ingenij producat in medium, vt recitare iis velis, aut disputare: quod facere te velle, si haberes isti populo idoneam menem. Nemo est qui intelligere te possit. Aliquis fortasse vnuus aut alter incidet: & hic ipse formandus tibi erit, instituendusque ad intellectum tui. Cui ergo, inquis, ista dici? non est quod timeas, ne operam perdidis: tibi didicisti. Sed ne mihi soli hodiū diciderim, communicabo tecum quae occurserunt mihi egregie dicta circa euādem fere sensum tria: ex quibus vnum haec epistola in debitum soluet: duo in antecellum accipe. Democritus ait: Vnus mihi pro populo est, & populus pro vno. Bene & ille quisquis fuit (ambiguitur enim de auctore) cum quaereretur ab illo, quo tanta diligentia artis spectaret ad paucissimos peruenturas: Satis sunt, inquit mihi pauci, satis est vnuus, satis est nullus. Egregie hoc tertium. Epicurus cum vni ex consortibus studiorum suorum scriberet: Haec inquit, ego non multis, sed tibi: satis enim magnum alter alteris theatrum sumus. Ista mihi Lucili, condenda in animum sunt, vt contemnas voluptatem, ex plurimum affensione venientem. Multi te laudant. Ecquid habes cur placeas tibi, si es quem multi intelligunt? introrsus bona tua spectent.

Epistola VIII.

TV me, inquis, vitare turbam iubes, sedecere, & conscientia esse contentum? vbi illa praecepta vestra, quae imperat in actu mori? Quid ego tibi video? interim sedere? in hoc me recōdidi, & foras clausi, vt prodesse pluribus possem. Nullus mihi per otium dies exit: partem noctiū studijs vindico: non vaco somno, sed succumbo, & oculos vigilia fatigatos, cadentesq; in opere detineo. Secessi non tantū ab hominibus, sed etiam à rebus, & primū à meis. Posteriorū negotiū ago: illis aliqua quae possint prodīste, conscribo: salutares admonitiones, velut medicamentorum vtiliū cōpositiones, līteris mandō: esse illas efficas in meis vleribus expertis: quae etiā si petsanata non sunt, tempore defierunt. Rectū iter quod sero cognoui, & laetus errando, alijs monstro. Clamo, Vitare quaecunq; vulgo placent, quae casus attribuit: ad omne fortuitum bonum, suppetiosi pauidique subsistit. Et fera, & pīscis spe aliqua oblectante decipitur. Munera ista fortunae putatis: inuidiae sunt. Quisquis nostrum turram agere vitam volet, quantum plurimum potest, ista viscerata beneficia detinet: in quibus hoc quoque miserrimi fallimur, quod habere nos putamus. habemūr: In pīaepitīa cursus iste deducit. Huius eminentis vitae: exitus cadere est. Deinde ne resistere quidem licet, cum coepit transuersos agere felicitas. Aut rectus ista, aut semel fuge. Qui hoc faciunt, non euerit fortuna, sed cervular & allidit. Hanc ergo sanam & salubrem formam vitae tenet, & corpori tantum indulges, quantum bonaе valetudini satis est. Dūrius tractandum est, ne animo male pareat: cibus famem sedet, potius sitim extinguit, vestis arceat frigus, domus rupimentum sit aduersus infesta corpori. Hanc virtutē cespes exerexit, an varius lapis gentis alienae, nihil interest. Scito hominem tam bene culmo quām auro regi. Contemne omnia, quae superiuersus labor veltū ornamentiū ac decus ponit. Cogita in te præter animū nihil esse mirabile, cui magnō nihil magnū est. Si hoc mecum, si hoc cum posteris loquer, non video tibi plus prodesse, quam cum ad vadimonium aduocatus descendem, aut tabulis testamenti annulum imprimere, aut in senatu candidato vocem & mahum commodarem? Mihi crede: qui nihil agere videntur, maiora agunt, humana diuinaq; simili-

tra-

tractant, sed iam finis faciendus est, & aliquid, vt institui, pro hac epistola dependendum, id de meo non fiet. adhuc Epicurum compilamus, cuius hanc vocem hodierno die legi. Philosophiae seruas oportet, vt tibi contingat vera libertas. Non differtur in diem, qui se illi subiecit & tradidit. statim circumagit. hoc enim ipsum philosophiae seruire, libertas est. Potest fieri, vt me interroges, quare ab Epicuro tam multa bene dicta referam potius quam nostrorum. quid est tamen, quare tu istas Epicuri voces putes esse non publicas? Quām multa poetæ dicunt, quae à philosophis aut dicenda, aut dicta sunt? Non attinam tragicos aut togatas nostras. Habent enim haec quoq; aliquid severitatis, & sunt inter comoedias & tragœdias mediae. Quantum disertissimorum versuum inter mimos iacet? quam multa Publij, non exalceatis, sed cothurnatis dicenda sunt? Vnum eius versum qui ad philosophiā pertinet, & ad hāc partem quae modo fuit in manibus, referam, quo negat fortuita in nostris habenda.

Alienum est omne quicquid optando venit.

Hunc versum à te dici non paulo melius, & astrichtius, memini:

Non est tuum, fortuna quod fecit tuum.

Illud etiamnum melius dictum à te non praeteribo:

Dari bonum quod potuit, auferri potest.

Hoc non imputo in solutum, de tuo tibi.

Epistola IX.

Atum, & propter hoc amico non indigere, desideras scire. Hoc obiectum Stilponi ab Epicuro, & his quibus summum bonum vīsum est animus impatiens. In ambiguitatem incidentum est, si exprimere emētār vno verbo scire voluerimus, & impatiētiā dicere. Poterit enim contrarium ei quod significare volumus, intelligi. Nos enim eum volumus dicere, qui respuat omnis mali sensum. accipietur is qui nullum possit ferre malum. Vide ergo, num satius sit, aut inuulnerabilem animum dicere, aut animum extra omnem patientiam positum. Hoc inter nos & illos interest. Noster sapiens vincit quidem incommodum omne, sed sentit: illorum ne sentit quidem. Illud nobis cum illis commune est, sapientem seipso esse contentum: sed tamen & amicū habere vult, & vicinum, & contubernalem, quamvis sibi ipse sufficiat. Vide quām sit se contentus. aliquando sui parte contentus est, si illi manum aut morbus, aut hostis inciderit. Si quis oculum casus excusserit, reliquiae illi sua satisfacent: & erit imminuto corpore & amputato tam laetus, quām integrō fuit. Quae sibi defunt non desiderat: sed non deesse maullit. Ita sapiens se contentus est, nō vt velit esse sine amico, sed vt possit: & hoc quod dico possit, tale est. amissum aequo animo fert: sine amico quidem nunquam erit. in sua potestate habet, quām cito reparet. Quomodo si perdiderit Phidas statuam, protinus alteram faciet: sic & hic faciendarum amicitiarum artifex, substituet alium in locum amissi. Quaeris quomodo amicum cito facturus sit? dicā si illud mihi tecum conuenierit, vt statim tibi soluam quod debeo, & quantum ad hanc epistolam, paria faciamus. Hecatom ait: Ego tibi monstrabo amatōrium, sine medicamento, sine herba, sine ullius veneficē carmine. Si vis amari, ama. Habet autem non tantum amicitiae vīsus veteris & certae magnam voluptatem, sed etiam initium & comparatio nouae. Quod interest inter metentem agricolam, & ferentē: hoc inter eum qui parauit amicum, & qui parat. Attalus philosophus dicere solebat, Iucundius esse amicum facere quam habere: quomodo artifici iucundius est pingere, quām pinxit. Illa in opere suo occupata sollicitudo, ingens oblectamentum habet in ipsa occupatione. Non aequē delectatur qui ab operē perfecto remouit manū. Iam fructū artis sua fructū: ipfa fructū arte cum pinget. Fructus sior est adolescentia liberorum, sed infans dulcior. Nunc ad propositum reuertar. Sapiens etiam si contentus est se, tamen habere amicum vult: si ob nihil aliud, vt exerceat amicitiam, ne tam magna virtus iaceat: non ob hoc quod Epicurus dicebat in hac ipfa epistola, vt habeat qui sibi aegro affideat, succurrat in vincula coniecto vel inopī: sed vt habeat aliquem, cui ipse aegro affideat, quem ipsum circumuentum hostili custodia liberet. Qui se spectat, & propter hoc ad amicitiam venit, male cogitat: quemadmodum coepit, sic definet. Parauit amicum aduersus vincula laturum opem: cum primū creperit catena discedet. Hae sunt amicitiae, quas temporarias populus appellat. Qui causa vilitatis assumptus est, tamdiu placebit, quamdiu vilitis fuerit. Hac re florentes amicorum turba circumset: circa eversos ingens solitudo est: & inde amici fugiunt, vbi probantur: hac re ista tot nefaria exempla sunt aliorum meru relinquentium, aliorum meru prudentium. Necesse est initia in se, & exitus congruāt. Qui amicus esse coepit, quia expedit, placebit ei aliquod pretium contra amicitiam: si vllum in illa placet pretium praeter ipsam. In quid igitur amicum paro? Vt habeam pro quo mori possim, vt habeam quem in exilium sequar, cuius me morti opponam & impendam. Ista quam tu describis, negotiatio est, non amicitia, quae ad communum accedit, quae quid consecutura sit, pīcīat. Non dubie habet aliquid simile amicitiae, affectus amantium. Possit dicere illam esse insanam amicitiam. Nunquid ergo quisquam amat lucri causā? nunquid ambitionis aut gloria? Ipse per se amor omnium aliarum rerum negligens, animos in cupiditatem formae, non sine ipse mutuae caritatis accedit. Quid ergo ex honestiōi causa coit turpis affectus? Non agitur, inquis, nūc hoc, an amicitia propter se, an propter aliud sit expetenda. nam si propter seipsum expetenda est, potest ad illam accedere, qui seipso contentus est. Quomodo ergo ad illam accedit? Quomodo ad rem pulcherrimam: non lucro captus, uer varietae fortunae per

Perterritus. Detrahit amicitiae maiestatem suam, qui illam parat ad casus. Se contentus est sapiens. Hoc mi Lucili, perperam plaeq. interpretantur. Sapientem vndeque submouent, & intra cutem suam con-
gunt. Distinguendum est autem, quid & quatenus vox ista promittat. Se contentus est sapiens ad beatem viuendum, non ad viuendum. Ad hoc enim multis illi rebus opus est, ad illud tantum animo fano, & erecto, & despiciente fortunam. Volo tibi Chrysippi quoque distinctionem indicare. Ait sapientem nulla re indigere, & tamen multis illi rebus opus est. Contra, Stulto nulla te opus est, nulla enim te scit vti, sed omnibus eger. Sapienti & manibus, & oculis, & multis ad quotidianum vnum necessarijs opus est, sed eger nulla re: egere enim necessitatibus est. Nihil autem necesse sapienti est. Ergo quamvis seipso contentus sit, amicis illi opus est, hos cupit habere quam plurimos: non vt beate viuat: viuer enim etiam sine amicis beate. Summum bonum extrinsecus instrumenta non querit: domi colitur: ex se totum est. incipit fortunae esse subiectum, si quam partem sui foris querit. Qualis tamen futura est vita sapientis si sine amicis relinqutur in custodiam coniectus, vel in aliqua gente aliena destitutus, vel in nauigatione longa retentus, aut in desertum litus electus? qualis est Louis cum resolute mundo, & dijs in vnum confusis, paulisper cessante natura, acquiescit sibi, cogitationibus suis traditus. tale quiddam sapiens facit. In se reconditur, secum est: quamdiu quidem illi, licet suo arbitrio res suas ordinare, se contentus est: & ducit vxorem, se contentus: & liberos tollit, se contentus: & tamen non viuet, si fuerit sine homine viatur. Ad amicitia fert illum nulla vtilitas sua, sed naturalis irritatio. Nam vt aliarum nobis reru innata dulcedo est, sic amicitiae. Quomodo solitudo in odio est, sic in dulcedine appetito societas. Quidam hominem homini natura conciliat, sic inest huic quoque rei stimulus, qui nos amicitiarum appetentes faciat. Nihilominus cum sit amicorum amantissimus, cum illos sibi comparet, sepa praeferrat, omne intra se bonum terminabit, & dicet quod Stilpon ille dixit, Stilpon quem Epicuri epistola inequitur. Hic enim capta patria, amissa liberis, amissa vxore, cum ex incendio publico solus, & tamen beatus exire, interroganti Demetrio, cui cognomen ab exitio virium Poliorcetes fuit, nunquid perdiderit. Omnia, inquit, bona mea mecum sunt. Ecce vir fortis ac strenuus. ipsam hostis sui victoriam vicit. Nihil, inquit, perdidit. dubitare illum coegerit, an vicisset. Omnia mea mecum sunt. Iustitia, virtus, temperantia, prudentia, hoc ipsum, nihil bonum putare quod eripi possit. Miramur animalia quedam, quae per medios ignes, sine noxa corporum transeunt; quanto hic mirabilior vir, qui per ferrum & ruinas & ignes, illaeus & indemnis eualeat? Vides quanto facilius sit totam gentem, quam vnum virum vincere. Haec vox illi est communis cum Stoico. aequa & hic intacta bona per concrematas vrbes fert. Se enim ipso contentus est, hoc felicitatem suam sine designat. Ne existimes nos solos generosa verba iactare, & ipse Stilponis obiurgator Epicurus, similem illi vocem emisit, quam tu boni consule: etiam si hunc die iam expunxi. Si cui, inquit, sua non videtur amplissima, licet totius mundi dominus sit, tamen miser est. Vel si hoc modo tibi melius enuntiari viderit: id enim agendum, vt non verbis seruamus, sed sensibus: Miser est, qui se non beatissimum iudicat, licet imperet mundo. Ut scias autem hos sensus communes es, natura scilicet dictante, apud poetam comicum inuenies:

Non est beatus, esse se qui non putat.

Quid enim refert qualis status tuus sit, si tibi videtur malus? Quid ergo, inquis, si beatum se dixerit ille turpiter diues, & ille multorum dominus, sed plurium seruus, beatus sua sententia fieri? Non quid dicat: sed quid sentiat, refert: nec quid uno die sentiat, sed quid assidue. Non est autem quod verear, ne ad indignum res tanta perueniat. Nisi sapienti sua non placent, omnis stultitia laborat fastidio sui.

Epistola X.

Sic est. non muto sententiam, fuge multitudinem, fuge paucitatem, fuge etiam vnum. Non habeo, cū quo te communicatum velim, & vide quo iudicium meum abeat. Audeo te tibi credere. Crates, vt aiunt, huius ipsius Stilponis auditor, cuius mentionem priori epistola feci, cum vidisset adolescentulum secreto ambulante, interrogauit, quid illi solus faceret. Mecum, inquit, loquor, cui Crates: Caeue, inquit, rogo, & diligenter attende, ne cum homine malo loquaris. Lugentem timentemque custodiore sole mus, ne solitudine male vtar. Nemo est ex imprudentib, qui reliqui sibi debeat. Tunc mala consilia agitant: tunc aut alijs, aut ipso futura pericula struunt. Tunc cupiditates improbas ordinant: tunc quicquid aut metu, aut pudore animus caelabat, expromit: tunc audaciam acut, libidinem irritat, iracundiam instigat. Denique, quod vnum solitudo habet commodum, nihil vlli committere, non timere indicem, perit itulo, Ipse se prodit. Vide itaque quid te sperem, immo quid spondeam mihi. spes enim incertu boni nomen est. Non inuenio cum quo te malum esse, quam tecum. Repeto memoria, quam magno animo quaedam verba proieceris, quam roboris plena. Gratulatus sum protinus mihi, & dixi: nō sum mis labris ista venerunt, habent haec voces fundamentum. iste homo non est vnius e populo. ad salutem spectat. Sic loquere, sic viue. Vide ne te vlla res deprimat. Votorum tuorum veteru licet dijs gratias facias, alia de integro suscipe: roga bonam mentem, bonam valetudinem animi, deinde corporis. Quid nisi tua vota saepe facias? Audacter deum roga, nil illum de alieno rogaturus. Sed vt more meo cum aliquo munusculo epistolam mittam, verum est, quod apud Athenodorum inueni: Tunc scito esse te omnibus cupiditatibus solutum, cum eo peruerteris, vt nihil Deum roges, nisi quod rogare possis palam. Nunc enim quanta dementia est hominum? Turpissima vota dijs insuffranc: si quis admouerit aurum, conticent, & quod scire hominem nolunt, Deo narrant. Vide ergo ne hoc præcipi salubriter posit: Sic

vive

viue cum hominibus, tanquam Deus videat: sic loquere cum Deo, tanquam homines audiant.

Epistola XI.

Licum iam etiam proœctus, sermo primus ostendit. Dedit enim nobis gustum ad quem respondebit: non enim ex praeparato locutus est, sed subito deprehensus. Vbi se collegit, verecundiam, bonum in adolescenti signum, vix potuit excutre: adeo illi ex alto suffusus est rubor. Hic illum, quantum suspicor, etiam cum se confirmauerit, & omnibus vitis exuerit, sapientem quoque sequetur. Nulla enim sapientia, naturalia corporis aut animi virtus ponuntur: quicquid in fixum & ingentum est, lenitut arte, non vincitur. Quibusdam etiam constantissimis in conpectu populi sudor erumpit, non aliter quam fatigatis & aestuantibus solet: quibusdam tremunt genua dicturis: quorundam dentes colliduntur, lingua titubat, labra concurrunt. Haec nec disciplina, nec uis vnguam excutit: sed natura vim suam exercet, & illos vitij sui etiam robustissimos admonet. Inter haec & ruborem esse scio, qui grauissimis quoque viris, subitus offunditur. Magis quidem in iuuenibus apparet, quibus & plus caloris est, & tenera frons: nihilominus veteranos & senes tangit. Quidam nunquam magis quam cum erubuerint, timendi sunt, quasi omnem verecundiam effuderint. Sylla tunc erat violentissimus, cum faciem eius sanguis inuaderat. Nihil erat mollius ore Pompej, nunquam non coram pluribus erubuit. utique & in contionibus. Fabianum cum in senatum testis esset inductus, erubuisse memini: & hic mire illum pudor deruit. Non accidit hoc ab infirmitate mentis, sed à nouitate rei: quae in exercitatos esti non concutit, mo uet naturali in hoc facilitate corporis pronos. Nam vt quidam boni sanguinis sunt, ita quidam incitati & mobilis, & cito in os prodeuntis. Haec, vt dixi, nulla sapientia abigit: alioquin haberet rerum natura sub imperio, si omnia eraderet virtus. Quae cunque attribuit condicio nascendi, & corporis temperatura, cum multum se diuque animus compoaserit, haerebunt. Nihil horum virtutis potest, non magis quam accersi. Arrifices scaenici, qui imitantur affectus, qui metum & trepidationem exprimunt, qui tristitiam representant, hoc indicio imitantur verecundiam: dei ciunt vultum, verba submittunt, figunt in terram oculos & deprimit, ruborem sibi exprimere non possunt. nec prohibetur hic, nec adducitur. Nihil aduersus haec sapientia promittit, nihil proficit: sui iuris sunt, iniussa veniunt, iniussa discedunt. Iam clausulam epistola poscit. Accipe, & quidem vitem & salutarem, quam te affigere animo volo. Aliquis vir bonus nobis eligendus est, ac semper ante oculos habendus, vt sic tanquam illo spectante viuamus, & omnia tanquam illo vidente faciamus. Hoc, mi Lucili, Epicurus praecepit: custodem nobis & paedagogum dedit: nec immerito. Magna pars peccatorum tollitur, si peccaturis testis assistat. A liuem habeat animus, quem vereat, cuius auctoritate etiam secretum suum sanctius faciat. Q felicem illum, qui non aspectus tantum, sed etiam cogitatus emendat. O felicem, qui si aliquem vereri potest, vt ad memoriam quoque eius se componat, atque ordinet. Qui si caliquem vereri potest, cito erit verendum. Elige itaque Catonem, si hic videtur tibi nimis rigidus, elige remissioris animi virum Laelium, elige eū cuius tibi placut & vita, & oratio, & ipsius animum ante te ferens & vultus, illū semper tibi ostende, vel custodem, vel exemplum. Opus est, inquam, aliquo, ad quem mores nostri se ipsi exigant. Nisi ad regulam, prava non corriges.

Epistola XII.

Q uocunque me verto, argumenta senectutis meae video. Veneram in suburbanum meum, & que rebar de impensis aedifici dilabentis. Ait villicus, non esse negligentiae suee virtutem: omnia se facere, sed villam veterem esse. Haec villa inter manus meas crevit. Quid mihi futurum est, si iam putria sunt aetatis maece faxa? Iurat illi, proximam occasionem stomachandi atripio. Apparet, inquam, has platano negli. nullas habent frondes, quam nodos sunt, & retrorsi rami? quam tristes & squallidi trunci? Hoc non accideret, si quis has circumfoderet, si irrigaret. Iurat per genium meum, se omnia facere, in nulla re cessare curā suā: sed illas vetus esse. Quod inter nos dictum sit, ego illas posuerā, ego illarum primum videram folium. Conuersus ad ianuā: Quis est, inquam, iste decrepirus, & merito ad ostium admotus? foras enim spectat. Vnde istū nauctus es? quid te delectauit, alienū mortuū tollere? At ille: Non cognoscis me? inquit. Ego sum Felicio, cui solebas sigillaria afferre: ego sum Philostri villici filius, deliciolum tuum. Profecto, inquam, iste delirat. Pupulus, etiam deliciolum meum factus est. Profus potest fieri, dentes illi cū maxime cadunt. Debo hoc suburbano meo, quod mihi senectus mea, quo cunque aduerteram, apparuit. Complectamur illam, & amemus. Plena est voluptatis, si illa scias vti, gratiissima sunt poma, cum fugiunt. Pueritiae maximus in exitu decor est, deditos vino potatio extrema delectat: illa quae mergit, quae ebrietati summam manum imponit. Quod in se iucundissimum hominis voluptas habet, in finem sui differt. iucundissima est actas deuexa iam, non tam en præceps: & illā quoque in extrema tegula stantem, iudice habere suas voluptates: aut hoc ipsum succedit in locum voluntatum, nullis egere. Quād dulce est, cupiditates fugasse ac reliquise. Molestem est, inquis, morte ante oculos habere. Primum ista tam iuueni ante oculos debet esse, quam seni. Non enim citamur ex cenu. Deinde nemo tam senex est, vt improbe vnam diem speret. Vnus autem dies gradus est vitae, tota actas partibus constat, & orbis habet circumductos maiores minoribus. Est aliquis, qui omnes complectatur & cingat, hic pertinet à natali ad diem extremum. Est alter, qui annos adolescentiae excludit. Est qui totam pueritiam ambitu suo astringit. Est deinde ipse annus, in se omnia continens tempora, quoque

G rum

rum multiplicatione vita componitur. Mensis arctiore praecingitur cingulo. angustissimum habet dies gyrum; sed & hic ab initio ad exitum venit, ab ortu ad occasum. Ideo Heracletus, cui cognomen Scotus non fecit orationis obscuritas; Vnus inquit, dies par omni est. Hoc alius aliter accepit: dixit enim parem esse horis; nec metitur. Nam si dies tempus est vigintiquattuor horarum, necesse est omnes inter se dies pares esse: quia nox habet quod dies perdidit. Alius ait, parem esse unum diem omnibus similitudine: nihil enim habet longissimi temporis spatium, quod non in uno die inuenias, lucem & noctem, & alternas mundi vires. Pianiora facit ista nox alias contractior, alias productior. Itaque sic ordinandus est dies omnis, tanquam cogat agmen, & consummet atque expleat vitam. Pacuvius qui Syriam vnu suam fecit, cum vino & illis funereis epulis se sepelisset: quasi sibi parentaret, sic in cubiculum ferebatur a cena, vt inter plausus exoletorum hoc ad lymphoniam caneretur; Bebiare, Bebiare. nullo non se die extulit. Hoc quod ille ex mala conscientia faciebat, nos ex bona faciamus, & in somnum ituri, laeti, hilarique dicamus.

Vixi, & quem dederat cursum fortuna peregi.

Craftinum si adiecerit Deus, laeti recipiamus. Ille beatissimus est, & securus sui possessor, qui craftinum sine sollicitudine expectat. Quisquis dixit, Vixi, quotidie ad lucrum surgit. Sed iam debo epistolā cludere. Sic, inquis, sine vlo ad me peculio veniet? Noli timere: aliquid secum feret. quare aliquid dixi? multum. Quid enim hac voce praeclarius, quam illi trado ad te perferendam? Malum est in necessitate viuere, sed in necessitate viuere, necessitas nulla est. Quid ni nulla sit? patent vndique ad libertatem viae multae breues, faciles. Agamus Deo gratias, quod nemo in vita teneri potest. Calcare ipsas necessitates icet. Epicurus, inquis, dixit: quid tibi cum alieno? Quod verum est, meum est, persuerabo Epicurum tibi ingerere: vt isti qui in verba iurant, nec quid dicatur aestimant, sed a quo, sciant, quae optima sunt esse communia.

Epistola XIII.

Multum tibi esse animi scio. nam etiam antequam iastruerem te praeceptis salutarib. & dura vin-
centibus, satis aduersus fortunam placebas tibi, & multo magis, postquam cum illa conseruisti
manum, viresque expertus es tuas : quae nunquam certam dare fiduciam sui possunt, nisi cum multae
difficultates hinc & illinc apparerint, aliquando vero & proprius accesserint. Sic verus ille animus, &
in alienum non venturus arbitrium probatur. Haec eius obrussa est. Non potest athleta magnos spiri-
tus ad certamen adferre, qui nunquam suggillatus est. Ille qui fudit sanguinem suum, cuius dentes
crepuerunt sub pugno, ille qui supplantatus aduersarium toto tulit corpore, nec proiecit animum
proiectus, qui quoties cecidit contumacior resurrexit, cum magna spe descendit ad pugnam. Ergo, vt
similitudinem istam prosequar, saepe iam fortuna supra te fuit: nec tamen tradidisti te, sed subsilisti,
& acrior constitisti. Multum enim adjicit sibi virtus lacefita. Tamen si tibi videtur, accipe a me au-
xilia, quibus munire te possis. Plura sunt, Lucili, quae nos terrent, quam quae premunt: & saepius o-
pinione quam re laboramus. Non loquor tecum Stoicalingua, sed hac submissiore. Nos enim dicimus
omnia ista quae gemitus mugitusq. exprimunt, leuia esse & contemnda. Omitamus haec magna ver-
ba, sed, dij boni, vera. Illud tibi praecipio, ne sis miser ante tempus: cu illa quae velut imminentia expa-
uisti, fortasse nunquam ventura sint, certe nondum venerint. Quaedam enim nos magis torquent quam
debeant: quaedam ante torquent quam debeant: quaedam torquent cum omnino non debeat.
Aut augemus dolorem, aut fingimus, aut praecipimus. Primum illud, quia res in controuersia est, & liceat
contestationem habemus, in praefentia differatur. Quod ego leue dixero, tu grauissimum esse contendas,
Scio alios inter flagella ridere, alios gemere sub colapho. Postea videbimus, utrum ista suis viribus va-
leant an imbecillitate nostra. Illud praesta mihi, vt quoties circumsteterint, qui tibi te miserum esse
persuadeant, non quid audias, sed quid sentias cogites, & cum patientia tua deliberes, ac te ipse interro-
ges, qui tua optime nosti: Quid est quare isti me coplorent? quid est quod trepidant, quod contagiu quo-
que mei timeant, quasi tranlire calamitas possit? Est aliquid istic mali: an res ista magis infamis est quam
mala? Ipse te interroga: Nunquid sine causa crucior, & maereo, & quod non est malum facio? Quomo-
do inquis, intelligam, vana sint, an vera, quibus angor? Accipe huius rei regulam, Aut praesentibus tor-
quemur, aut futuris, aut utrisque. De praesentibus facile est iudicium. si corpus tuum liberum est, sanu-
s est, nec ullus ex iniuria dolor est: videbimus quid futurū sit, hodie nihil negotij habet. Atenim futurum
est. Primum dispice, an certa argumenta sint venturi mali. Plaeruque enim suspicionibus laboramus,
& illudit nobis illa quae conficerē bellum solet fama: multo autem magis singulos confici. Ita est, mi-
Lucili, cito accedimus opinioni: no coarguimus illa, quae nos in metum adducunt: nec excutimus, sed
trepidamus: & sic vertimus terga, quemadmodum illi, quos puluis motus fuga pecorum, exiit castris,
aut quos aliqua fabula sine auctore sparsa conteruit. Nescio quomodo magis vana perturbant. vera e-
nem modum suum habent. quicquid ex incerto venit, conjectuae & licentiae paudentis animi traditur.
Nulli itaq. tam perniciosi, tam irrevocabiles, quam lymphatici metus sunt. Ceteri enim sine ratione, hi
sine mente sunt. Inquiramus itaque rem diligenter. Verisimile est, aliquid futurum mali. Non statim ve-
rum est. Quam multa non expectata venerunt, quam multa expectata nulquam comparuerunt?
Etiam si futurum est, quid iuuat dolori suo occurrere? Satis cito dolebit cu venerit: interim tibi meliora
promitte. Quid facies lucri? tempus. Multa interuenient, quibus vicinum periculum vel prope admotū,

aut sub sistat, aut desinat, aut in alienum caput transeat. Incendium ad fugam patuit: quosdam molliter
ruina depositus: aliquando gladius ab ipsa ceruice reuocatus est: aliquis carnifici suo superstes fuit. Ha-
ber etiam mala fortuna leuitatem. fortasse erit, fortasse non erit: interim dum non est, meliora propone. Non-
nunquam nullis apparentibus signis, quae mali aliquid pronuntiant, animus sibi falsas imagines fingit;
aut verbum aliquod dubiae significationis detorquet in peius, aut maiorem sibi offensam proponit ali-
cuius quam est, & cogitat non quantum iratus ille sit, sed quantum liceat irato. Nulla autem causa vi-
tae est, nullus miseriarum modus, si timetur quantum potest. Hic prudentia prospicit, hic robore animi eui
dentem quoque metum respue. Si minus, vitio vitium repelle, spe metum tempera. Nihil tam certum
est ex his, quae timentur, ut non certius sit, & formidata subsidere, & sperata decipere. Ergo & spem ac
metum examina: & quoties incerta erunt omnia, tibi faue, crede quod mauis: si plures habebit senten-
tias metus, nihilominus in hanc partem potius inclina, & perturbare tedefine. Ac subinde hoc in ani-
mo volue, maiorem partem mortalium cum illi nec sit quicquam mali, nec pro certo futurum sit, aestua-
re ac discurrere. Nemo enim resistit sibi cum cooperit impelli, nec timore suum redigit ad verum. Ne-
mo dicit, Vanus auctor est: aut finxit, aut credidit. Damus nos referentibus, expauescimus dubia pro
certis, non seruamus modum rerum, statim in timorem venit scrupulus. Pudet me sic tecum loqui, &
tam leibus te remedijs resocillate. Alius dicat, Fortasse hoc non veniet: tu dic, Quid porro si veniet?
Videbimus utrum veniet: fortasse pro me veniet: & mors vitam honestabit. Cicutam magnum Socratem
fecit. Catoni gladium assertorem libertatis extorque, magnam partem detraxeris gloriae. Nimium diu-
te cohortor, cum tibi admonitione magis quam exhortatione opus sit. Non in diuersum te a natura tua
ducimus. natus es ad ista, quae dicimus. Eo magis bonum tuum auge & exorna. Sed iam finem epistolae
faciam, si illi signum suum impressero: id est, aliquam magnificam vocem perferendam ad te mandaue-
ro. Inter cetera mala, hoc quoque habet stultitia, semper incipit viuere. Considera quid vox ista signifi-
cat, Lucili virorum optime: & intelliges quam foeda sit hominum leuitas, quotidie noua vitae fundame-
ta ponentium, nouas spes etiam in exitu inchoantium. Circunspsice tecum singulos, occurrit tibi se-
nes, qui se cummaxime ad ambitionem, ad peregrinationes, ad negotiandum parent. Quid est autem
turpius, quam senex viuere incipiens? Non adiicerem auctorem huic voci, nisi esset secretior, nec inter
vulgata Epicuri dicta, quae mihi & laudare, & adoptare permisi.

Epistola XIII.

Fateor nos huius gerere tutelam : nec nego indulgendum illi: seruendum nego. Multis enim seruiet, qui corpori seruit, qui pro illo nimium timet, qui ad illud omnia refert. Sic gerere nos debemus, non tanquam propter corpus viuere debeamus, sed tanquam non possumus sine corpore . Huius nos nimius amor timoribus inquietat , sollicitudinibus onerat, contumelijs obijcit. Honestum ei vile est, cui corpus nimis carum est . Agatur eius diligentissime cura: ita tamen , vt cum exiget ratio , cum dignitas , cum fides, mittendum in ignem sit. Nihilominus, quantum possumus, eitemus incommoda quoque, non tantum pericula : & in tutum nos reducamus, excogitantes subinde, quibus possint timenda depelli: quorum tria, ni fallor , genera sunt. Timetur inopia, timentur morbi, timentur quae per vim potentioris eueniunt . Ex his omnibus nihil magis nos concutit, quam quod ex aliena potentia impendet. Magno enim strepitu & tumultu venit. Naturalia mala quae retuli inopiae atque morbi , silentio subeunt , nec oculis nec auribus quicquam terroris inquiunt. Ingens alterius mali pompa est, ferrum circa se & ignes habet, & catenas & turbam ferarum, quam in viscera immittat humana. Cogita hoc loco carcerem, & cruces, & eculeos, & vincum , & adamatum per medium hominem, qui per os emergat, stipitem, & distracta in diuersum actis curribus membra, illam tunicam, alimentis ignium & illitam & intextam , quicquid aliud, praeter haec, commenta saeuitia est. Non est itaque mirum, si maximus huius rei timor est, cuius & varietas magna, & apparatus terribilis est. Nam quemadmodum plus agit tortor, quo plura instrumenta doloris exposuit (specie enim vincuntur, qui patientia restitissent:) ita ex his, quae animos nostros subigunt & dominant, plus proficiunt, quae habent quod ostendant. Illae pestes non minus graues sunt, famem dico & sitim, & praecordiorum suppurationes, & febrem viscera ipsa torrentem; sed latent. Nihil habent quod intentent, quod preferant. Haec, vt magna bella, aspectu paratique vicerunt. Deimus itaque operam , abstineamus offensis. Interdum populus est, quem timere debeamus interdum, si ea ciuitatis disciplina est, vt plurima per senatum transfigantur, gratiosi timeantur in eo viri: interdum singuli, quibus potestas populi & in populum data est. Hos omnes amicos habere, operosum est; satis est inimicos non habere. Itaque sapiens nunquam potentium iras prouocabit: immo declinabit, non aliter quam in nauigando: procellam. Cum peteres Siciliam , traecisti fretum, temerarius gubernator contemnit austri minas. Ille est enim, qui Siculum pelagus exasperet, & in vertices cogat. Non sinistrum petit litus, sed id, quo proprius Charybdis maria conuoluit. At ille cautior, peritos locorum rogat, qui aestus sit, quae signa de nubes, & longe ab illa regione verticibus infami cursum tenet. Idem facit sapiens: nocturnam potentiam vitat, hoc primum cauens, ne vitare videatur. Pars enim securitatis & in hoc est, non ex professio eam fugere: quia quae quis fugit, damnat. Circumspiciendum nobis est ergo, quomodo à vulgo tuti esse possumus . Primum nihil inde concupiscamus , unde rixa est inter competitores : deinde nihil habeamus, quod cum magno emolumento insidiantis exipi possit . Quam

G 3 min

minimum sit in corpore tuo spoliorum. Nemo ad humanum sanguinem propter ipsum uenit, aut admodum pauci plures computant quām oderunt. Nudum latro transmittit: etiam in obessa uia pauperi pax est. Tria deinde ex praecocepto ueteri praestanda sunt, ut uentur: Odium, inuidia, contemptus. Quo modo hoc fiat, sapientia sola monstrabit. Difficile enim temperamentum est, uerendumque, ne in contemptum nos inuidiae timor transferat: ne dum calcari nolumus, videamur posse calcari. Multis timēdi atruit causas, timeri possē. Undique nos reducamus, non minus contemni quām suspici nocet. Ad philosophian ergo cōfugiendū est. Hae litterae nō dico apud bonos, sed apud mediocriter malos, insularū loco sunt. Nam forensis eloquentia, & quaecunque alia populum inuent, aduersarium habent: haec quieta, & sui negoti, contemni non potest, cui ab omnibus artibus, etiam apud pessimos honor est. Nunquā in tantum conualescet nequitia, nunquam sic contra virtutes coniurabitur, vt non philosophiae non men venerabile & sacrum maneat. Ceterū philosophia ipsa tranquille modesteque tractanda est. Quid ergo, inquis? Videtur tibi M. Cato modeste philosophari, qui bellum ciuile sententia sua reprimit, qui furenum principum armis mediis interuenit, qui alijs Pompeium offendentibus, alijs Caesare, simul laecessit duos? Potest aliquis disputatione, an illo tempore capessenda fuerit sapienti respublica. Quid tibi vis M. Cato? iam non agitur de libertate: olim pessundata est: Quaeritur vtrum Caesar, an Pompeius possidat rem publican. Quid tibi cum ista contentione? Nullae partes tuae sunt: dominus eligitur. Quid tua, vter vincat? melior vincere non potest. potest esse peior qui vietus fuerit, non potest melior, qui vicerit. Ultimas partes attigi Catonis: sed ne priores quidem anni fuerunt, qui sapientem in illam ruinam reipublicae admitterent. Quid aliud quam vociferatus est Cato, & misit irritas voces, cum modo per populi leuitatis manus, & obrutus sputis, extra forum traheretur, modo e senatu in carcere duceretur? Sed postea uidebimus, an sapienti opera perdenda sit. Interim ad hos te uoco, qui à republica exclusi, secesserunt ad coledam uitam, & humano generi iura cordenda, sine illa posterioris offensa. Non conturbabit sapiens publicos mores: nec populum in se vitae nouitatem conquereret. Quid ergo? Vtique erit turus, qui hoc propositum sequetur? Promittere tibi hoc non magis possum, quām homini temperanti bonam valetudinem: & tamen facit temperantia bonam valetudinem. Perit aliqua nauis in portu: sed tu quid accidere in medio mari credis? Quanto huic periculum paratus foret, multa agenti, molientique, cui ne otium quidem tuum est? Pereunt aliquando innocentes: quis negat? Nocentes tamen saepius. Ars ei confat, qui per ornamenti percussus est. Denique initium omnium rerum sapiens, non exitum spectat. Initia in potestate nostra sunt: de enēti fortuna iudicat, cui de me sententiam non do. At aliquid vexationis afferit, aliquid aduersi, non damnatur latro, cum occidit. Nunc ad quotidianam stipem manū porrigit, aurea te si pte implebo. Et quia facta est auri mentio, accipe quemadmodum vius fructusque eius tibi esse gravior posfit. Is maxime diuitijs fruitur, qui minime diuitijs indiget. Ede, inquis, auctorem. Ut scias quam benignissimus, propositum est aliena laudare. Epicuri est, aut Metrodori, aut alicuius ex illa officina. Et quid interest, quis dixerit? Omnibus dixit. Qui eget diuitijs, timet pro illis. Nemo autem solito bono fruatur. Adiicere illis aliquid studet, dum de incremento cogitat: oblitus est vius rationes accipit, forum cōserit, kāendarium verſat, fit ex domino procurator.

Epistola XV.

Mos antiquis fuit, vtque ad meam seruatissimam primis epistolæ verbis adjicere: Si vales, bene est. Recte & nos dicimus: Si philosopharis, bene est. Valere enim hoc demum est. Sine hoc, aeger est animus. Corpus quoque etiam si magnas habet vires, non aliter quām furiosi aut phrenitici validum est. Ergo hanc valetudinem praecipiū cura, deinde & illam secundam: quae non magno tibi constabit, si volueris bene valere. Stulta est enim, mi Lucili, & minime conueniens litterato viro, occupatio exercendi lacertos, & dilatandi ceruicem, ac latera firmandi. Cum tibi feliciter sagina cesserit, & tori creuerint, nec vires vñquam opimi bouis, nec pondus aquabis. Adiice nunc, quod maiore corporis sarcina animus eliditur, & minus agilis est. Itaque quantum potes circumscribe corpus tuum, & animo locum laxa. Multa sequuntur incommoda huic deditos curae. Primum exercitationes, quarum labor spiritum exhaustit, & inhabilem intētioni ac studijs acrioribus reddit. Deinde copia ciborum, subtilitas animi impeditur. Accedunt pessimae notae mancipia in magisterium recepta, homines inter oleū & vitrum occupati, quibus ad votum dies est actus, si bene desiderauerint, si in locum eius quod effluxit, multum potionis alterius, ieiuno gutture ingesserunt. Bibere & sudare, vita cardiaci est. Sunt exercitationes & faciles & breues, que corpus & snt̄ mora laxent, & temporis parcant: cuius praecipua ratio habenda est. Cursus, & cum aliquo pondere manus motae, & saltus, vel ille qui corpus in altum leuat, vel ille qui in longum mittit, vel ille (vt ita dicam) saliaris, aut (vt contumeliosus dicam) fullonius. Quodlibet ex his elige, vnu fit facile. Quicquid facies, cito redi à corpore ad animum: illum diebus ac noctibus exerce. Labore modico alitur ille. Hanc exercitationem non frigus, non aestus impediet, ne feneſtus quidem. Id bonum cura, quod vetustate fit melius. Neque ego te iubeo semper imminere libro aut pugillaribus. Dandum & aliquod interuallum animo: ita tamen vt non reloluatur, sed vt remittatur. Gestatio & corpus concutit, & studio non officit: possis legere, possis dictare, possis loqui, possis audire: quorum nihil nec ambulatio quidem vetat fieri. Nec tu intentionem vocis contempseris: quam uero te per gradus & certos modos attollere, deinde deprimere. Quod si velis deinde

deinde quemadmodum ambules discere, admittes istos, quos noua artificia docuit famēs: erit qui gradus tuos temperet, & buccas edentis obseruet, & intantum procedet, inquantum eius audaciam patientiae lenitatem produceris. Quid ergo? à clamore protinus & à summa contentione vox tua incipiet? Vtq. adeo naturale est, paulatim incitari, vt litigantes quoque à sermone incipient, ad vociferationem tranſeant. Nemo statim Quiritū fidem implorat. Ergo vt cuncte tibi impetus animi statuerit, modo vehementius fuc virtus conuicium, modo lentius, prout vox quoque te hortabitur & latus. Modesta, cum receperis illam, reuocarisque, descendat, non decidat: moderatoris sui temperamentum habeat, nec indocto & rustico more defaeniat. Non enim id agitur, vt exerceatur vox, sed vt exerceat. Detraxi tibi non pusillum negotium mercedula, & munus gratum, ad haec beneficia accederet. Ecce insigne praeceptum. Stulti vita ingrata est, trepidata est, tota in futurum fertur. Quis haec, inquis, dicit? Idem qui supra. Quam tu nunc vitam dici existimas stultam? Babae & Ixionis? Non ita est, nostra dicitur: quos caeca cupiditas in noctitura, certe nunquam satiatura praecipitat: quibus si quid satis esse posset, fuisset: qui non cogitamus quām iucundum sit nihil poscere, quām magnificum sit plenum esse, nec ex fortuna pendere. Subinde itaque Lucili, quām multis suis confuscatus, recordare. Cum a puxeris quot te antecedant, cogita quot sequantur. Si vis gratius esse aduersus deos, & aduersus vitam tuam, cogita quām multos antecels feris. Quid tibi cum ceteris? Te ipse antecessisti: finem constitue, quem trahi ne possis quidem, si veſiles, difcedent aliquando ista infidiofa bona, & sperantibus meliora quām asscutis. Si quid in illis esſet foliſi, aliquando & implerent. Nunc hauiuentium sitim concitant, & inuitant speciosi apparatus. Quod futuri temporis incerta fors voluit, quare potius à fortuna impetum, vt det, quām à me ne petam? Quare autem petam, oblitus fragilitatis humanae? Congeram? in quid? laborem? Ecce hic ultimus dies, vt nō fit, prope ab ultimo est.

Epistola XVI.

LIquere tibi hoc scio, Lucili, neminem posse beatē vivere, ne tolerabiliter quidem, sine sapientiae studio: & beatam vitam perfecta sapientia effici, tolerabilem, etiam inchoata. Sed hoc quod liquet, firmandum, & altius quotidiana meditatione figendum est. Plus operis est in eo, vt proposita custodias, quām vt honesta proponas. Perseuerandum est, & assiduo studio robur addendum, donet bona mens sit, quod bona voluntas est. Itaque tibi apud me pluribus verbis opus non est, aut affirmatis, aut tam longis. Intelligo enim te multum proficisse. Quae scribis, vnde veniant scio: non sunt ficta, nec colorata. Dicam tamen quid sentiam. iam de te spem habeo, nondum fiduciam. Tu quoque idem facias volo. Non est quod tibi cito & facile credas. Excute te, & varie scrutare, & obserua. Illud ante omnia vide, vtrum in philosophia, an in ipa vita profeceris. Non est philosophia populare artificium, nec ostentationi paratum. Non in verbis, sed in rebus est. Nec in hoc adhibetur, vt aliqua oblectatione consumatur dies, vt dematur otio nauſea. Animus format & fabricat, vita m disponit, actiones regit, agenda & omittenda demonstrat, sedet ad gubernaculum, & per ancipititia fluctuantum dirigit cursum. sine hac nemo securus est. Innumerabilia accident singulis horis, quae consilium exigunt, quod ab hac perendū est. Dicet aliquis: Quid mihi prodest philosophia, si fatuus est? quid prodest, si Deus rector est? quid prodest, si casus imperat? Nam & mutari certa non possunt, & nihil praeparari potest aduersis incertis, si aut consilium meum Deus occupauit, decreuitque quid faceret, aut consilio meo nil fortuna permittit. Quicquid est ex his, Lucili, vel si omnia haec sunt, philosophandum est: siue nos inexorabili lege fata constringunt, siue arbitrius Deus vniuersi cuncta disponit, siue casus res humanas sine ordine impellit & iactat, philosophia nos tueri debet. Haec adhortabitur, vt Deo libenter pareamus, vt fortunam contumaciter resistamus: haec docebit vt Deum sequaris, feras casum. Sed non est nunc in hanc disputationem tranſendum, quid sit iuris nostri, si prouidentia in imperio est, aut si fatorum series illigatos trahit, aut si repentina, aut subita dominantur. Illo nunc reuerter, vt te moneam & exhorter, ne patiaris animi tui impetum delabi & refrigerescere. Constitue illum, & confine, vt habitus fiat quod est impetus. Iam ab initio, si bene te noui, circumspicis ecquid haec epistola munusculi attulerit. excute illam, & inuenies. Non est quod mireris animum meum. adhuc de alieno liberalis sum. Quare autem alienum dixi? quicquid bene dictum est ab illo, meum est. Sic quoque quod ab Epicuro dictum est: Si ad naturam viues, nunquam eris pauper: si ad opinionem, nunquam clives. Exiguum natura desiderat, opinio immensus. Congeratur in te, quicquid multi locupletes possederunt. ultra priuatum pecuniae modum fortuna te prouehat, auro tegat, purpura vestiat, & eo deliciarum opumque perducat, vt terram marmoribus abscondas, & non tantum habere tibi liceat, sed calcare diuitias. Accendant statuae & pietrae, & quicquid ars villa luxuriae laborauit. maiora cupere ab his disces. Naturalia desideria finita sunt ex falsa opinione nascentia, vbi desinunt, non habent. nullus enim terminus falso est. Via eunti ali quid extremum est: error immensus est. Retrahe te à vanis: & cum voles scire, quod petis vrum naturalem habeat, an caecam cupiditatem, considera an possit alicubi confistere. Si longe progreſſo, semper aliquid longius restat, scito id naturale non esse.

Epistola XVII.

Proijce omnia ista, si sapis: immo vt sapias: & ab bona mentem magno cursu ac totis viribus tenede. Si quid est quo teneris, aut expedi, aut incide, Moratur inquis, me res familiaris. sic illam disponere volo, vt sufficere nihil agēti possit, ne aut paupertas mihi oneri sit, aut ego alicui. Cū haec dicis, nō

videris vitæ ac potentiam eius de quo cogitas boni nosse: & summam quidem rei peruides, quantum philosophia proferit, partes autem nondum satis subtiliter dispisces: nec dum scis quantum ubique nos adiuuet: quemadmodum & in maximis (vt Ciceronis vtar verbis) opituletur, & in minima descendat. Mihi crede, aduoca illam in consilium: suadebit tibi, ne ad calculos sedeads. Nempe hoc quaeris, & hoc ista dilatione vis consequi, ne tibi paupertas timenda sit. Quid si appetenda est? Multis ad philosophian dum obstitere diuitiae: paupertas expedita est, secura est. Cum classicum cecinit, scit non se peti: cum aliqua conclamatio est, quomodo exeat, non quid effera, quaerit. Si nauigandum est, non perstrepunt portus, nec vnius comitatu inquieta sunt littora, non circumstat illam turba seruorum, ad quos paucenos transmarinarum regionum est oportanda fertilitas facile est pascere paucos ventres, & bene institutos, & nihil aliud desiderantes, quam impleri. Paruo famæ constat, magno fastidium. Paupertas contenta est, desiderijs instantibus satisfacere. Quid est ergo, quare tu hanc recules contubernalem, cuius mores sanus dines imitatur? Si vis vacare animo, aut pauper sis oportet, aut pauperi similis. Non potest studium salutare fieri sine frugalitatis cura: frugalitas autem paupertas voluntaria est. Tolle itaque istas excusationes: Quantum sat est, nondum habeo: si ad illam summam peruenero, tunc me totum philosophiae dabo. At qui nihil prius quam hoc parandum est, quod tu differs, & post certa paras. Ab hoc incipendum est. Parare, inquis, vnde viuam, volo. Simil & parare difce. Si quid te vetat bene vivere, bene mori non vetat. Non est quod paupertas nos à philosophia reuocet, ne egestas quidem: toleranda est enim ad hoc properantibus vel fames, quam tolerauere quidam in obsidionibus. Et quod aliud erat illius patientiae praemium, quam in arbitrium non cadere viatoris? quanto hoc maius est, quo promittitur perpetua libertas, nullius nec hominis, nec dei timor? Et quidem vel esurienti ad ista veniendum est. Perpetui sunt exercitus inopiam omnium rerum, vixerunt herbarum radicibus, & dictu foedam tulerunt famem. Haec omnia passi sunt pro regno (quo magis mireris) alieno. Dubitat alius ferre paupertatem, vt animum furoribus liberet? Non est ergo prius acquirendum. Licit ad philosophiam etiam sine viatico peruenire. Ita est, cum omnia habueris, tunc & sapientiam habere volles. Haec erit ultimum vitae instrumentum, & (vt ita dicam) additamentum. Tu vero, siue aliquid habes, iam philosophare, vnde enim scis, an iam nimis habeas? siue nihil, hoc prius quaere, quam quicquam. At necessaria deerunt. Primum deesse non poterunt, quia natura minimum petit. Naturae autem se sapiens accommodat. Sed si necessitates ultimae inciderint, iamdudum exiliat e vita, & molestus sibi esse desinet. Si vero exiguum fuerit & angustum, quo possit vita produci, id boni consulat, nec ultra necessaria sollicitus aut anxius, ventri & scapulis suum redlet, & occupationes diuitum, concursationes que ad diuitias euntium, & curus laetusque ridebit, ac dicet: Quid in longum ipse te differs? expectabis ne fenoris quaestum, aut ex merce compendium, aut tabulas beati senis, cum fieri possis statim diues? Repraesentat opes sapientia: quas cuicunque fecit supereruas, dedit. Haec ad alios pertinent: tu locupletibus propiores. Sacculum muta, nimis habes. In est omni sacculo, quod sat est. Poteram hoc loco epistolam claudere, nisi te male in situarem. Reges Parthos non potest quisquam salutare sine munere, tibi valedicere non licet gratis. Quid istuc ab Epicuro mutuum sumam. Multis paralleliis, non finis miseriarum fuit, sed mutatio. Non hoc miror. Non est enim in rebus vitium, sed in ipso animo. Illud quod paupertatem grauen fecerat, & diuitias graves fecit. Quemadmodum nihil differt, vitrum aegru in ligneo lecto, an in aureo colloces: quocunque illum transtuleris, morbum suum secum transfert: sic nihil refert, vtrum animus aeger in diuitiis, an in paupertate ponatur. malum suum, illum sequitur.

Epistola XVIII.

December est mensis, quo maxime ciuitas desudat. Ius luxuriaæ publice datum est: ingenti apparatu sonant omnia: tanquam inter Saturnalia nunc intersit, & dies rerum agendarum. Adeo nihil interest, vt nō videatur mihi errasse, qui dixit, olim in ensem Decembrem fuisse, nunc annū. Si te hic haberem, libenter tecum conferrem, quid existimares esse faciendum, vtrum nihil ex quotidiana consuetudine mouendum, an, ne dissidere videtur, cum publicis moribus, & hilarius coenandū & exuendam togam. Nam quod fieri nisi in tumultu & tristi tempore ciuitatis non solebat, voluptatis causa ac festorum dierum vestem mutamus. Si te bene noui, arbitri partibus functus, nec per omnia nos similes esse pullatae turbæ volviles, nec per omnia dissimiles: nisi forte his maxime diebus animo imperandum est, vt tunc voluntatibus solus abstineat, cum in illas omnis turba procubuit. Certissimum argumentum firmatissima sua capit, si ad blanda & in luxuriâ trahentia nec it, nec abducitur. Hoc multo fortius est, ebrio ac vomitante populo, siccum ac sobrium esse. Illud temperantius, non exacerbere se, nec insigniri, nec miseri omibus: & eadem, sed non eodem modo, facere. Licit enim sine luxuria ageare festum diem. Ceterum adeo mihi placet tentare animi tui firmatatem, vt ex praecepto magnorum virorum tibi quoque praecipiam: interponas aliquot dies, quibus contentus minimo ac vilissimo cibo dura atque horrida veste, dicas tibi: Hoc est quod timebatur? In ipsa securitate animus ad difficultia se præparet, & contra iniurias fortunæ, inter beneficia firmetur. Miles in media pace decurrat sine vlo hoste, vallum iacit, & supereruaco labore lassatur, vt sufficere necessario possit. Quem in ipsa re trepidare nolueris, ante rem exercere. Hoc securi sunt, qui omnibus mensibus paupertatem imitati, prope ad inopiam accesserunt, ne vnuquam expauscerent, quod saepe didicissent. Non est nūc quod existimes me ducere te ad modicas coenas & pauperum cellas, & quicquid aliud est, per quod luxuria diuitiarum.

taedio

taedio ludit. Grabatus ille verus sit, & sagū, & panis durus ac sordidus. Hoc triduo & quadriduo fer, inter dū pluribus diebus: vt nō lufus sit, sed experimentū. Tunc mihi crede, Lucili, exultabis, dupondio satur, & intelliges ad saturitatē non opus esse fortuna: hoc enim quod necessitatī sat est, debet etiā irata. Nō est tamen quare tu multum tibi facere videaris: facies enim quod multa milia seruorum, multa milia pauperum faciunt. Illō nomine te suspicere, quod facies nō coactus. Tam facile erit tibi illud pati semper, quam aliquando experiri. Exerceamur ad palum: & ne imparatos fortuna deprehendat, fiat nobis paupertas familiaris. Securius diuines erimus, si scierimus quam non sit gravis pauperes esse. Certos habebat dies ille magister voluptatis Epicurus, quibus maligne famem extingueret, visurus an aliquid defecet ex plena & consummata voluptate, vel quantum decaret, & an dignum, quod quis magno labore penfarer. hoc certe in his epistolis ait, quas scripsit, Charino magistratu, ad Polyaenum. Et quidem gloriaatur, non toto aucto se pafci: Metrororum, qui nondum tantum profecerit, toto. In hoc tu vixtu saturitatē non puras esse: Et voluptas est. Voluptas autem, non illa leuis & fugax, & subinde reficienda, sed stabilis & certa. Non enim iucunda res est aqua & polenta, aut frustum hordeacei panis, sed summa voluptas est, posse capere etiam ex his voluptatem, & ad id se reduxisse, quod eripere nulla fortunæ iniqüitas possit. Liberaliora sunt alimenta carceris: sepositos ad capitale supplicium, non tam angustæ qui occisorum est pafci. Quanta est animi magnitudo, ad id sua spōte descendere, quod nec ad extrema quidem redactis timendum sit: hoc est prae occupare tela fortunæ. Incipe ergo, mi Lucili, sequi horum confundinem, & aliquos dies destina, quibus feceras à tuis rebus, minimoq; te facias familiararem. Incipe cum paupertate habere commercium.

Aude hospes contemnere opes, & te quoque dignum

Finge Deo. -----

Nemo alius est Deo dignus, quam qui opes contempnit: quarum possessione tibi non interdico: sed efficeri volo, vt illas intrepide possideas: quod vno consequeris modo, si te etiam sine illis beate victurum persuaseris tibi, si illas tanquam exituras semper aspexeris. Sed iam incipiamus epistolam complicare. Prius, inquis, reddre quod debes. Delegabo tibi Epicurum, ab illo fiet numeratio. Immodica ira gignit infaniam. Hoc quam verum sit, necesse est scias, cum habueris seruum & inimicum. In omnes personas hic exardescit affectus: tam ex amore nascitur, quam ex odio: non minus inter seria, quam inter lusus & iocos. Nec interest, ex quam magna causa nascatur, sed in qualém perueniat animum. Sic ignis non referit quam magnus, sed quo incidat. Nam etiam maximum solidam non receperunt: rursus arida, & corripi facilia, scintillam quoq; fountevisque in incendium. Ita est, mi Lucili, ingentis irae exitus, furor est: & ideo ira vitanda est, non moderationis causa, sed sanitatis.

Epistola XIX.

Exulta quotiens epistolas tuas accipio. Implet enim me bona spe: iam non promittunt de te, sed respondent. Ita fac oro atque obsecro: quid enim habeo melius, quod amicum rogem, quam quod pro ipso rogaturus sum: si potes, subduc te iſtis occupationibus, si minus, eripe. Satis multum temporis sparsimus, incipiamus in senectute vase colligere. Nunquid inuidiosum est: in freto viximus. moriamur in portu. Neque ego suaferim tibi nomen ex otio peterè, quod nec iactare debes, nec abscondere. Nunquam enim vsque eo te abigam, generis humani futore damnato: vt latebram tibi aliquam parari ad obliuionem velim. Id age vt otium tuum non emineat, sed appareat. Deinde videbunt de isto, quibus integra sunt & propria consilia: an velint vitam per obscurum transmittere, tibi liberum nō est. In medium te protulit ingenij vigor, scriptorum elegantia, clarae & nobiles amicitiae. Tanta notitia te inuasit, licet in extrema mergaris, ac penitus condaris, tamen priora te monstrabunt: tenebras habere nō potes. Sequetur pristinae lucis multum, quoctunque fugeris. Quietus potes vindicare, sine vlius odio, sine desiderio, aut mortuū animi tui. Quid enim relinques, quod iniutus reliquit à te possis cogitare? dilectes? quorum nemo te ipsum sequitur, sed aliquid ex te. Amicos? olim amicitia petebatur: nunc praeda. Mutabū testamento destituti senes? migrabit ad aliud limen salutator? non potest paruo res magna cōflare. Aestima vtrum te relinqueret, an aliquid ex tuis malis. Vtinam tibi quidem senescere contigisset intra natalium tuorum modum, nec te in altum fortuna misisset. Tulin te longe à confpectu vitae salubris rapida felicitas, prouincia & procuratio, & quicquid ab iſtis promittitur. Maiora deinde officia te excipient, & ex alijs alia. Quis exitus erit? quid expectas, donec definias? habere quod cupias? Nunquam erit tempus. Qualem dicimus esse seriem caſarum, ex quibus nechtur fatum, talem dicimus esse cupiditatum. Altera ex fine alterius nascitur. In eam demissus es vitam, que nunquam tibi miseriarum terminum, ac seruitutis ipsa factura sit. Subduc ceruicem rugo, semel illam incidi, quam semper premi, satius est. Si te ad priuata retuleris, minorā erunt omnia, sed affatim impellebunt. At nunc plurima & vndique ingesta non satiant. Vtrum autem manis, ex inopia saturitatatem, an in copia famem? Et auida felicitas est, & alienae auditati exposita. Quandiu tibi satis nihil fuerit, ipse alijs non eris. Quomodo inquis, exibo? vtcunque. Cogita quam multa temere pro pecunia, quam multa laboriose pro honore tentaueris. Aliiquid & pro otio audiendum est, aut in ista sollicitudine procurationum, & deinde urbanorum officiorum senescendum in tumultu, ac semper nouis fluctib; quos effugere nulla modestia, nulla vitae quiete contingit. Quid enim ad rem pertinet, an tu quiescere velis? fortuna tua non vult. Quid si illi etiā nunc permiseris crescere? quantum ad succellum accesserit, accederet ad metum. Volo tibi hoc loco re-

ferr

SENECÆ

ferre dictum Maecenatis. Vera in ipso ecclœ docuit. Ipsa enim altitudo attonat summa. Si quaeris, in quo libro dixerit, in eo qui Prometheus inscribitur, hoc voluit dicere, attonita habet summa. Est ergo tanta vlla potentia, ut sit tibi tam ebrius sermo? Ingeniosus vir ille fuit, magnum exemplum Romanae eloquentiae datus, nisi illum enervasset felicitas, immo castrasset. Hic te exitus manet, nisi iam contrahas vla, nisi (quod ille sero voluit) terram leges. Poteram tecum & hac Maecenatis sententia parem facere rationem: sed mouebis mihi controvèrsiam, si te notui, nec voles quod debeo in aspero & probo accipere. Ut te res habet, ab Epicuro veritura facienda est. Ante, inquit, circunspiciendum est, cū quibus edas & bibas, quam quid edas & bibas. Nunc sine amico visceratio, leonis ac lupi vita est. Hoc non contingit tibi, nisi teceferis: alioquin habebis coniuas, quos ex turba salutatium nomenclator digesferit. Errat autem, qui aunicum in atrio quaerit, in coniunctio probat. Nullum habet maius malum occupatus homo, & bonis suis obsefus, quam quod amicos sibi putat, quibus ipse non est, quod beneficia tua efficiat, ad conciliandos amicos: cum quidam, que plus debent, magis oderint. Leue aes alienum debitorem facit: graue inimicum. Quid ergo? Beneficia non parant amicitias? Parant, si accepturos licuit eligere, si collata, non sparsa sunt. Itaque dum incipis esse mentis tuae, interim hoc consilio sapientum vtere, ut magis ad rem existimes pertinere, quis, quam quid accepit.

Epistola XX.

S I vales, & te dignum putas qui aliquando fias tuus, gaudeo. Mea enim gloria erit, si te istinc vbi sine spe exundi fluctuaris, extraxero. Illud autem mihi Lucili, te rogo atque hortor, ut philosophiam in præcordia ima derittas, & experimentum tui profectus capias, non oratione, nec scripto: sed animi firmitate, & cupiditatum deminutione. Verba rebus proba. Aliud propositum est declamantib. & assensionem coronare captantibus, aliud his, qui iuuenum otiosorum aures disputatione varia, aut volubili detinunt. Facere docet philosophia, non dicere: & hoc exigit, ut ad legem suam quisque viuat, ne orationi vita dissensiat, vt ipsa inter se vita vnius, sine actionum diffensione, coloris sit. Maximum hoc est & officium sapientiae, & indicium, ut verbis opera concordent, vt & ipsa vbique per sibi idemque sit. Quis hoc praestabit? Pauci, aliqui tamen. Est difficile hoc: nec dico sapientem semper uno iturum gradu, sed vna via. Observa itaque nunquid vestis tua domusque dissentiant: nunquid in te liberalis sis, in tuos soridus: nunquid cenes frugaliter, aedifices luxuriose. Vnam semel ad quam viuas regulam prende, & ad hanc omnem vitam tuam exaequa. Quidam se domi contrahunt, dilatant foris, & extendunt. Virtutem est haec diuersitas, & signum vacillantis animi, ac nondum habentis tenorem suum. Etiamnum dicam unde sit ista inconstans, & dissimilitudo rerum consiliorumque. Nemo proponit sibi quid velit, nec si propositum, peruerterat in eo, sed transflit: nec tantum mutat, sed redit, & in ea quae deseruit ac damnavit, reuolutur. Itaque ut reliquam definitiones sapientiae veteres, & totum complectar humanae vitae modum, hoc possum contentus esse. Quid est sapientia? Semper idem velle atque idem nolle. Licet illam exceptiūculam non adjiciam, ut rectum sit quod velis. Non potest cuiquam semper idem placere, nisi rectum. Nesciunt ergo homines quid velint, nisi illo momento, quo volunt. In totum nulli velle aut nolle decretum est. Variatur quotidie iudicium, & in contrarium vertitur. Itaque plerique agitur vita per lumen. Preme ergo quod coepisti: & fortasse perduceris aut ad summum, aut eo quod sumnum nondum esse solus intelligas. Quid fieri, inquis, huic turbæ familiarium? Turba ista cum à te passi desierit, ipsa se pascer: aut quod tu beneficio tuo non potes scire, paupertatis scies. Illa veros certosque amicos retinebit: discedet quisquis non te, sed aliud sequebatur. Non est autem vel ob hoc unum amanda paupertas, quod à quibus ameris ostendit? O quando ille veniet dies, quo nemo in honorem tuum mentiarur. Huc ergo cogitationes tuae tendant, hoc cura, hoc opta, omnia alia vota Deo remissurus, ut contēris temetipso & ex te nascētib. bonis. Quae potest esse felicitas deo propior? Redige te ad parua, ex quibus caderē non possis: idq. ut libentius facias, ad hoc pertinebit tributum epistolæ humani: quod statim conferam. Inuidas licet: etiam nunc libenter pro me dependet Epicurus. Magnificenter (mihi crede) sermo tuus in grabato videbitur & in panno. non enim dicentur tantum illa, sed probabuntur. Ego certe aliter audio quae dicit Demetrius noster, cum illum vidi nudum, quāto minus quam stramentis incubantem? Tunc enim non praceptor veri, sed testis est. Quid ergo? Non licet diuitias in sūo politus contemnere: quid ni liceat? Et ille ingentis animi est, qui illas circumfusas sibi multum diu que miratus, quod ad se venerat, rideat, suaq. audit magis esse quam fenit. Multum est, non corrumpi diuitiarum contubernio. Magnus est ille qui in diuitijs pauper est: sed securior, qui caret diuitijs. Ne scio, inquis, quomodo iste paupertem latus sit, si in illam incidet. Nec ego Epicuri angelus scio, an pauper iste contempturus sit diuitias, si in illas incidet. Itaque in vtroque mens aestimanda est, in spicendiūque, aut ille paupertati indulget, aut hic diuitijs non indulget. Alioquin leue argumentum est bonae voluntatis grabatus, aut panus, nisi apparuit aliquem illa non necessitate pati, sed malle. Ceterum magnae indolis est, ad ista non properare tanquam ad meliora, sed preparare tanquam ad facilia. Et sunt, Lucili, facilia, cum vero multo ante meditatus acceferis, iucunda quoque. Inest enim illis, fine, qua nihil est iucundum, securitas. Necessarium ergo iudico id, quod tibi scripsi magnos viros saepe fecisse, aliquos dies interponere, quibus nos imaginaria paupertate exerceamus ad veram: quod eo magis faciendum est, quod delicijs perinduimus, & omnia dura ac difficilia iudicamus. Potius excitantus somno, & vellicadus es: animus, admonendusque naturam nobis minimum constituisse. Ne-

mo nascitur diues: quisquis exit in lucem, iussus est laete & panno esse contentus. Ab his initij nos regna non capiunt.

Epistola XXI.

C Vm istis negotiis tibi esse iudicas de quibus scriberas? Maximum negotium tecum habes: tu tibi molestus es. Quid velis, nescis: melius probas honesta, quam sequeris. Vide vbi si posita felicitas, sed ad illam peruenire non aedes. Quid sit autem quod te impedit, quia parum ipse dispicis, dicam. Magna haec esse existimas, quae relicturus es: & cum proposuisti tibi illam securitatem, ad quam transtutus es, retinet te huius vitæ, à qua recessurus es, fulgor, tanquam in fordida & obscura caturū. Erras, Lucili: ex hac vita ad illam ascendit. Quod intereat inter splendorem & lucem, cum haec certam originem habeat, ac suam, ille niteat alieno, hoc inter hanc vitam & illam. Haec, quia fulgore extinsecus veniente percussa est, crassam illi statim umbram faciet quisquis obstituerit: illa vero suo lumine illustris est. Studia te tua clarum & nobilem efficient. Exemplum Epicuri referam, cum Idomeneo scriberet, & illum à vita speciosa, ad fidelem stabilemque gloriam reuocaret, rigidæ tunc potentiae ministrum, & magna tractantem. Si gloria, inquit, tangere, notiorem te epistolæ meae facient, quam omnia ista quae colis, & propter quae coleris. Nunquid ergo mentitus est? Quis Idomenea nosset, nisi Epicurus illum suis litteris incidisset? Omnes illos meigianas & satrapas, & regem ipsum, ex quo Idomenei titulus perebatur, obliuia alta suppressit. Nomen Attici perire Ciceronis epistolæ non finunt, nihil illi profuisset gener Agrippa, & Tiberius progener, & Drusus Caesari prænepos. Inter tam magna nomina taceretur, nisi Cicero illum aperuisset. Profunda supra nos altitudo temporis veniet, pauca ingenia caput exerent, & in idem quandoque silentium, abitura obliuionis resistent, ac se diu vindicabunt. Quod Epicurus amico suo potuit promittere, hoc tibi promitto, Lucili. Habeo apud posteros gratiam, possum mecum duratura nomina educere. Virgilii noster duobus memoriam aeternam promisi, & praefast.

*Fortunati ambo, si quid mea carmina possunt,
Nulla dies umquam memori vos eximet aeuo.
Dum domus Aeneae Capitoli immobile saxum
Accolet, imperiumque pater Romanus habebit.*

Quoscunque in mediū fortuna protulit, quicunque, membra ac partes alienae potentiae fuerant, horū gratia viguit, domus frequentata est, dum ipsi sternerunt: post ipsos cito memoria defecit. Ingeniorum crescit dignatio: nec ipsi tantum habetur, sed quicquid illorum memoriae adhaesit, excipitur. Ne gratias Idomeneus in epistolam meam venerit, ipse eam de suo redimet. Ad hunc Epicurus illam nobilem sententiam scripta, qua hortatur ut Pythoclea locupletem non publica, nec ancipti via faciat. Si vis, inquit, Pythoclea diuitem facere, non pecuniae adjiciendum, sed cupiditatib. detrahendū est. Et apertior ista sententia est, quam ut interpretanda sit, & disertior quam ut adiuuanda. Hoc vnum te admoneo, ne istud tantum existimes de diuitijs dictum, quocunque transtuleris, idem poterit. Si vis Pythoclea honestum facere, non honorib. adjiciendum est, sed cupiditatib. detrahendum. Si vis Pythoclea esse in perpetua voluptate, non voluptatib. adjiciendum est, sed cupiditatib. detrahendum. Si vis Pythoclea senem facere, & implere vitam, non annis adjiciendum est, sed cupiditatib. detrahendum. Has voces non est quod Epicuri esse iudices, publicae sunt. Quod fieri in senatu solet, faciendum ego in philosophia quoque existimo. Cum censuit aliquis, quod ex parte mihi placeat, ibeo illum diuidere sententiam, & sequor. Eo libentius Epicuri egregia dicta commemoro, ut istis qui ad illa configunt, spemal induci, qui velamentū se iplos suorum vitiorum habitus existimant, probem, quocunq. ierint, honeste esse viuendum. Cum adierint hos hortulos, & audierint in scriptum hortulū, Hospes hic bene manebis, hic summum bonum volutas est: paratus erit istius domicilij custos, hospitalis, humanus, & te polenta excipiet, & aquam quoque large administrabit. & dicit: Ecquid bene acceptus es? Non irritant, inquit, hi hortuli famem, sed extinguunt: nec maiorem ipsi potionib. fitim faciunt, sed naturali & gratuito remedio sedant. In hac voluptate consenui. De his tecum desiderijs loquor, quae consolacionem non recipiunt, quibus dandum est aliquid ut deficiant. Nam de illis extraordinarijs quae licet diffrerit, licet castigare & opprimere, hoc unū commonefaciā, Ista uoluptas non naturalis est, non necessaria: huic nitidū debet. Si quid impendis, uoluntarium est. Venter praecepera non audiri, poscit, appellat. Non est tamen molestus creditor, paruo dimittitur: si modo das illi quod debes, non quod potes.

Epistola XXII.

I Am intelligis educendum esse te ex istis occupationib. speciosis & malis: sed quomodo id consequi possis, queris. Quaedam non nisi à praesente monstrantur. Non potest medicus per epistolæ cibi aut balnei tempus eligere. uena tangenda est. Vetus prouerbium est, Gladiatorem in arena capere contulim. Aliiquid aduersarij uultus, aliquid manus mota, aliquid ipsa inclinatio corporis intuentem monerit. Quid fieri soleat, quid oporteat, in uniuersum, & mandari potest, & scribi. Tale consilium non tantum absentibus, sed etiam posteris datur. Illud autem quando fieri debeat, aut quemadmodum, ex longinquio nemo suadet. cum rebus ipsi deliberandum est. Non tantum praefensis, sed uigilantis est, occasionem obseruare pro perantem. Itaque hanc circumspice: hanc si uideris, prende: & toto impetu, totis uitrib. id age, ut te istis officijs exuas. Et quidem quam sententiam feram, attende. Censeo aut exista vita

vita tibi, aut exuta excedendum. Sed illud idem existimò, leni eundum tua, ut quod male implicasti, solus potius quam abrum pas: dummodo si alia soluendi ratio non erit, vel abrum pas. Nemo tam timidus est, vt malis semper penderet, quām semel cadere. Interim, quod primum est, impedire te noli, contētus esto negotijs, in quaē descendit, vel quod videri mauis, incidisti. Non est quod ad vñteriora nitaris, aut perdes excusationem, & apparebit te non incidisse. Ista enim quae dici solent, falla sunt: Non porci altere. Quid si nolle: necesse erat. Nulli necesse est, felicitatem cursu sequi: est aliquid, etiam si non repugnare, subsistere, nec instare fortunæ ferent. Nunquid offendis, si in consilium non venio tantum, sed aduoco? & quidem prudentiores quām ipse sum, ad quos soleo referre, si quid delibero. Epicuri epistolam ad hanc rem pertinentem legi, Idomeneo scribitur: quem rogat, vt quantum potest fugiat & properet, antequam aliqua vis maior interueniat, & auferat libertatem recedendi. Idem tamen subiicit, nihil esse tentandum, nisi cum apte poterit tempestueque tentari. Sed cum illud tempus diu captatum veuerit, exiliendum ait. Dormitare de fuga cogitantem vetat, & sperat etiam ex difficillimis salutarem exitum: si nec proferemus ante tempus, nec cessemus in tempore. Puto nunc & Stoicam sententiam quāris, non est quod quisquam illos apud te temeritatis infamet. cautiōes quām fortiores sunt. Expectas forsitan, vt tibi haec dicantur? Turpe est cedere oneri, luſtare cum officio, quod semel recepisti. Non est vir fortis & strenuus, qui laborem fugit: verum vbi crescit illi animus ipsa rerum difficultate. Dicentur tibi ista, si opera e preterit, habebit perseverantia, si nihil indignum bono viro faciendum partendum: ue erit: alioquin sordido & contumelioso labore non conteret, nec in negotijs erit negotij causa. Ne illud quidem quod existimes eum facturum, faciet, vt ambitionis rebus implicitus, earum semper aestus ferat. Sed cum viderit breuia in quibus voluntat, incerta anticipat, referet pedem, nec verter terga, sed sensim recedet in tutum. Facile est autem, mi Lucili, occupationes euadere, si occupationum præmia contempseris. Illa sunt quae nos morantur & detinet. Quid ergo? Tam magnas spes relinquant? Ab ipsa messe dilcedam? Nudum erit latus? Incomitata lectica? Atrium vacuum? Ab his ergo iniuiti homines recedunt, & mercedem miseriatur amant, ipsas execrantur. Sic de ambitione, quomodo de amica queruntur: & si verum affectum eorum inspicias, non oderunt sed litigant. Excute istos, qui quae cupiere, deplorant, & de earum rerum loquuntur fuga, quibus carere non possunt. Videbis voluntariam esse illis in eo moram, quod aegrefere ipsos & misere, loquuntur. Ita est, mi Lucili, paucos seruitus, plures seruitem tenent. Sed depōnere illam in animo est, & libertas bona fide placuit: in hoc autem vñ adiocationem petis, vt sine perpetua sollicitudine id tibi facere contingat, quid ni te tota cohors Stoicorum probatura sit? Omnes Zenones & Chrysippi in oderata, & honesta, & vera suadebunt. Sed si propter hoc tergiueraris, vt circumspicias, quantum feras tecum, & quām magna pecunia instruas otium, nunquam exitum inuenies. Nemo cum sarcinis enat. Emerge ad meliorem vitam propitijs dijs, sed non sic, quo modo ictis propitijs sunt, quibus bono ac benigno vultu mala magnifica tribuerunt, hoc uno excusati, quod ista quea vrunt, quae excruciant, optantibus data sunt. Iam imprimebam epistolæ signū: resoluenda est, vt cum sollemit ad te in uniuersitatem veniat, & aliquam magnificam vocem secum ferat. & ecce occurrit mihi, nescio vtrum verior, an eloquentior, cuius inquis. Epicuri. Adhuc enim alienas sarcinas adorno. Nemo no ita exit e vita tanquam modo intrauerit. Quemcumque vis occupa, adolescentem, senem, medium, inuenies aquae timidum mortis, aequa in sciam vitae, nemo quicquam habet facti. In futurum enim nostra distulimus. Nihil me magis in ista voce delectat, quām quod exprobratur senibus infantia. Nemo, inquit, aliter, quām quoniam natus est, exit e vita. Falsum est, peiores morimur quām nascimur. Nostrum iſtud, non naturae vitium est. Illa de nobis conqueri debet, & dicere: Quid hoc est? Sine cupiditatibus vos genui, sine timoribus, sine superstitione, sine perfidia, ceterisque pestibus, quales intransis, tales exite. Percepit sapientiam, si quis tam securus moritur, quām nascitur. Nunc vero trepidamus, cum periculum accessit: non animus nobis, non color constat: lacrimae nihil profuturae cadunt. Quid est turpis, quām in ipso limine securitatis esse sollicitum? Causa autem haec est, quod inanes omnium bonorum sumus, quorum in fine vitae desiderio laboramus. Nō enim apud nos pars eius, vña sub sedet, transmissa est, & effluxit. Nemo quām bene vivat, sed quandiu, cunctat: cum omnibus possit cotinere, vt bene vivant: vt diu, nulli.

Epistola XXIII.

Putas me tibi scripturum, quām humane nobiscum hiems egērit, quae & remissa fuit, & brevis: quā malignum ver sit, quām praeposterum frigus, & alias ineptias verba quaerentium. Ego vero aliquid quod & mihi & tibi prodeſe posſit, scribam. Quid autem, id erit, niſi vt te exorter ad bonam mentem? Huius fundamētum quod sit, quaeris: ne gaudias vanis. Fundamētum hoc esse dixi, etiam cilimen est. Ad summa peruenit, qui ſcīt quod gaudeat, qui felicitatem suam in aliena potestate non posuit. Sollicitus est, & in certis ſit, quem ſpes aliqua priorat, licet ad manū ſit, licet non ex diffīcili petatur, licet illā nunquā ſperata decepterint. Hoc ante omnia fac mi Lucili: diſce gaudere. Existimas me nūc detrahere tibi multas voluptates, qui fortuita submoqeo, qui ſpes, dulcissima oblationa, deuitanda exhibito. Immo contra, nolo tibi vñquam deeffe laetitiam. Volo illam tibi domi nasci. Naficitur, ſi modo intra teipſum ſit. Ceterae hilaritates non implent pectus, ſed frontem remittunt, leues ſunt: niſi forte tu iudicas illum gaudere, qui ridet. Animus debet eſſe alacer & fidens, & ſuper omnia erectus. Mihi crede, res ſeuera eſt verum gaudium. An tu existimas quenquam ſoluto vultu, & vt iſti delicati loquuntur, hilari-

ocu-

oculo mortem contemnere? paupertati domum aperire? voluptates tenere ſub fraeno? meditari dolorū patientiam? Haec qui apud ſe versat, in magno gaudio eſt, ſed parum blando. In huius gaudijs poſſeſſione eſſe te volo. Nunquā deficiet, cum ſemel vnde pétatur inuenieris. Leuum metallorum fructus in ſummo eſt: illa opulentissima ſunt, quorū in alto later vena, aliud plenus reſpoſura ſodienti. Haec quibus delectatur vulgus, tenuem habent ac perſoriant voluptatem: & quodcumque inuenientium gaudiū eſt, fundamento caret. Hoc de quo loquor, ad quod te conor perducere, ſolidum eſt, & quod plus pateat introrsus. Fac oro te, Lucili cariſſime, quod vnum potest te praefare felicem. diſiſce & conculca iſta, quae extrinsecus ſplendent, quae tibi promittuntur ab alio: ad verum bonum ſpecta, & de tuo gaude. Quid eſt autem hoc, de tuo? Te ipſo & tui optimā parte. Corpusculum quoque, etiam ſi nihil fieri ſine illo potest, magis neceſſariam rem crede, quām magnam. Vanas ſuggerit voluptates, breues: paenitendas, ac niſi magna moderatione temperentur, in contrariūabituras. Ita dico, in praecipiſt eſt voluptas. ad dolorem vergit, niſi modum teneat. Modum autem tenere in eo difficile eſt, quod bonū eſſe credidit. Veri boni auditas tua eſt. Quid ſit iſtud, interrogas, aut vnde ſubeat diſcam. Ex bona conſientia, ex honestis consilijs, ex rectis actionibus, ex contemptu fortitorum, ex placido vita & continuo tenore vnam prementis viam, Nam illi qui ex alijs propositis in alia transiliunt, aut ne transiliunt quidem, ſed caſu quodam transmittuntur, quomodo habere quicquam certum mansurum ve poſſunt, ſuſpenſi & vagi? Pauci ſunt, qui consilio ſe ſualque diſponant: ceteri eorum more quae fluminibus innatant, non eūt, ſed feruntur. Ex quibus alia leuior vnda detinuit, ac mollitus vexit, alia vehementer rapit, alia proxime ripam, curſu langueſcente depoſuit, alia torrens impetus deiecit in mare. Ideo conſtituendum eſt, quid velimus, & in eo perſuerandum. Hic eſt locus ſoluendi aeris alieni. Poſſum enim vocem tibi Epicuri ui reddere, & hanc epistolam liberare. Moleſtum eſt, ſemper vitam inchoare, aut ſi hoc modo magis ſenſus poſteſt exprimi. Male viuunt, qui ſemper viuere incipiunt. Quare, inquis? deſiderat enim explanationem iſta vox. Quia ſemper illis imperfecta vita eſt. Non poſteſt autem stare paratus ad mortē, qui modo incipit viuere. Id agendum eſt, vt fatis vixerimus. Nemo hoc putat, qui orditum cum maxime vitam. Non eſt quod existimes paucos eſſe hos, propemodum omnes ſunt. Quidam viuere tunc incipiunt cum deſinendum eſt. ſi hoc iudicas mirum, adiſcam quod magis admireris. Quidam ante viuere deſirent, quam incipient.

Epistola XXIV.

S Ollicitum te eſſe ſcribis de iudicij euentū, quod tibi furor initimi denūtia: & existimas me ſuauitū ſtūlum, quia quandoque ſis futurus miſer, eſſe iam miſerum. Sed ego alia te ad ſecuritatem via ducam. Si vis omnem ſollicitudinem exuere, quicquid vereris ne eueniat, euenturum vtique propone, & quodcumque illud eſt malum, tecum ipſe metire, ac timorem tuum taxa. intelliges profeſto aut non magnum aut non longum eſſe quod metuſ. nec diu exempla quibus conſirueris, colligenda ſunt. Omnis illa actas tulit. In quācunque partem rerum, vel ciuiliū, vel externarum memoriam miseriſ, occurrent tibi ingenia, aut profeſtus, aut impetus magni. Nunquid accidere tibi, ſi damneris, poſteſt durius, quām vt mittaris in exilium? vt ducaris in carcerem? nunquid ultra quicquam corpori timendum eſt, quām ut pereat? Singula iſta conſtitue, & contemptores eorum cito, qui non quaerendi, ſed eligendi ſunt. Damnationem ſuam Rutilius ſic tulit, tanquam nihil illi moleſtum eſſet aliud, quām quod male iudicare. Exilium Metellus fortiſer tulit, Rutilius etiam libenter. Alter, ut rediret, Reipub. praefitit: alter reditū ſuum Syllae negauit, cui nihil tunc negabatur. In carcere Socrates diſputauit, & exire (cum eſſent qui promitterent fugam) noluit, remanſitque, ut duarum rerum grauiſſimarum hominibus metum demeret, mortis & carceris. Mucius ignibus manum imposuit. Acerbum eſt vri. quanto acerbius ſi id te faciēte patiaris? Vides hominem non eruditum, nec ullis praeciptis contra mortem aut dolorem ſubornatum, militari tantū robore inſtructum, poenas, à ſe irriſi conatus exigente. ſpectator diſſiſtant in hoſtili foculo dextera ſtetit, nec ante remouit nudis offibus fluentem manum, quām ignis illi ab hoste ſubductus eſt. Facere aliquid in illis caſtris felicis potuit, nihil fortius. Vide quanto acrior ſit ad occupanda pericula virtus, quām crudelitas ad irroganda. Facilius Porsena Mucio ignouit, quod uoluerat occidere, quām ſibi Mucius quod non occidere. Decantatae, inquis, in omnibus ſcholis fabulae iſtae ſunt. Iam mihi, cum ad contemnendam mortem ventum fuerit, Catonem narrabis. Quid ni ego narrem? Vilitima illa nocte Platonis librum legentem, poſito ad caput gladio (duo haec in rebus extremis inſtrumenta proſpererat, alterum vt vellet mori, alterum vt poſſet) compoſitū ergo rebus, vtcumque componi fratre atque ultimae poterant, id agendum existimauit, ne cui Catonem aut occidere liceret, aut ſeruare continget, & ſtriecto gladio, quem v̄que in illum diem ab omni caede purum ſeruauerat: Nihil, inquit, egisti fortuna omnibus conatibus meis obſtando. non pro mea adhuc, ſed pro patriae libertate pugnauit: nec agebam: tanta pertinacia, vt liber, ſed vt inter liberos viuerem. nunc quoniam deploratae ſunt res generis humani, Cato deducatur in tutum. Impresur deinde mortiferum corpori vulnus: quo obligato à medicis, cum minus ſanguinis haberet, mihi virium, animi idem, iam non tantum Caſſati, ſed ſibi iſratus, nudas in vulnus manus egi, & generofum illum contemporeneque omnis potentiae ſpiritum non emisit, ſed elecit. Non in hoc exempla haec nunc congero, vt ingenium exerceam, ſed vt te aduersus id quod

id quod maxime terribile videtur, exhorter. Facilius autem exhortabor, si ostendero non tantum fortis viros hoc momentum efflandae animae contempnisse, sed quodam ad alia ignauos, in hac re exaequasle animum fortissimorum: sicut illum Cn. Pompeij socerum Scipionem, qui contrario in Africam vento relatus, cum teneri naevum suum videbat ab hostibus, ferro se transuerberavit, & quaerebatur ubi Imperator esset: Imperator inquit, bene se habet. Vox haec illum parem maioribus fecit, & fatalem Scipionibus in Africa gloriam non est interrumpi passa. Multum fuit Carthaginem vincere, sed amplius mortem. Imperator, inquit, bene se habet. An alter debebat Imperator, & quem Catonis, mori? Non reuoco te ad historias, nec ex omnibus saeculis contemptores mortis, qui sunt plurimi, colligo. Respice ad haec nostra tempora, de quorum languore ac delicis querimus. Omnis ordinis homines succurrent, omnis fortunae, omnis aetatis, qui mala sua morte praeciderunt. Mithi crede, Lucili, ad eo mors timenda non est, vt beneficio eius nihil anterendum sit. Securus itaque intimi minas audi: & quamvis conscientia tua tibi fiduciam faciat, tamen quia multa extra causam valent, & quod aequissimum est spera, & ad id te quod est iniquissimum, compara. Illud ante omnia momentum, demere rebus tumultum, ac videre quid in quaque re sit: scies nihil esse in ipsis terrible, nisi ipsum timorem. Quid vides accidere pueris, hoc nobis quoque maiusculis pueris evenit. Illi quos amant, quibus asperguntur, cum quibus ludunt, si persona os vident, expauecunt. Non hominibus tantum, sed & rebus persona demanda est & reddenda facies sua. Quid mihi gladios & ignes ostendis, & turbam carnificum circa te frementium? Tolle istam pompam sub qua lates, & stultos territas. mors est, quam nuper seruus meus, quam ancilla contempsit. Quid tu rursus mihi flagella & eculeos magno apparatu explicas? Quid tu singulis articulis, singula machinamenta, quibus extorquentur aptas, & mille alia instrumenta excarnificandi particularum hominis? Pone ista quae nos obstupefaciunt. iube continefcere genitus & exclamaciones, & vocum inter lacerationem elisarum acerbitatem. Nempe dolor est, quem podagricus ille contempsit, quem stomachicus ille in ipsis delicis perfert, quem in puerperio puella perpetitur, Lewis est, si ferre possum: brevis est, si ferre non possum. Haec in animo voluta, quae saepe audisti, saepe dixisti: sed an vere audieris, an vere dixeris, effectu proba. Hoc enim turpis simum est, quod nobis objici solet, verba nos philosophiae, non opera tractare. Quid tu? Nunc primum tibi mortem imminere scisti, nunc exilium, nunc dolorem? In haec natus es. Quicquid fieri potest, quasi futurum cogitemus. Quod facere te moneo, scio certe fecisse. Nunc admoneo, vt animum tuum non merras in istam solitudinem. Hebetabitur enim, & minus habebit vigor, cum exurgendum erit. Abduc illum à priuata causa ad publicam: dic mortale tibi, & fragile corpusculum esse, cui non ex iniuria tantum aut ex potentioribus viribus denuntiabitur dolor, sed ipse voluntates in tormenta vertuntur. Epulæ cruditatem afferunt; ebrietates nerorum torporem tremoremque: libidines, pedum, manum, articulorum omnium depravationem. Pauper fiam? Inter plures ero. Exul fiam? ibi me natum putabo, quo mittar. Alligabor? Quid enim? Nunc solutus sum? Ad hoc me natura graue corporis mei pondus astrinxit. Moriar? Hoc dicas, desinam aegrotare posse, desinam alligari posse, desinam mori posse. Non sum tam ineptus, vt Epicuream cantilenam hoc loco persequar, & dicam vanos esse inferorum metus, nec Ixionem rotam volui, nec saxum humero Sisyphi trudi in aduersum, nec vilius viscera & renasci posse quotidie, & carpi. Nemo tam puer est, vt Cerberum timeat & tenebras, & laruarum habitum nudis ossibus cohaerentium. Mors nos aut consumit, aut emitit. Emisis meliora restant, onere detracto: consumptis nihil restat: bona pariter malaque submota sunt. Permitte mihi referre hoc loco tuum verum, si prius admonuero, vt te iudices non alijs scripsisse ista, sed etiam tibi. Turpe est aliud loqui, aliud sentire: quanto turpissimum, aliud scribere; aliud sentire? Memini te illum locum aliquando tractasse, non repeante nos in mortem incidere, sed minutatim procedere. Quotidie morimur, quotidie enim demitur aliqua pars vitae; & tunc quoque cum crescimus, vita decrescit. Infantiam amissimus, deinde pueritiam, deinde adolescentiam: vixque ad hesternum, quicquid transiit temporis, pergit. Hunc ipsum quem agimus diem, cum morte dividimus. Quemadmodum clepsydram non extremum stillicidium exhaustit, sed quicquid ante defluit: sic ultima hora qua esse definitus, non sola mortem facit, sed sola consummat. Tunc ad illam peruenimus, sed diu venimus. Haec cum descripsiſſes, quo soles ore, semper quidem magnus, nunquam tamen acrior, quam vbi veritati commendas verba, dixisti:

Mors non vna venit, sed quae rapit, ultima mors est.

Malo te legas, quam epistola meam. Apparebit enim tibi, hanc quam timemus mortem extremam esse, non solam. Video quo spectes. Quaeris quid huic epistolae infusserum, quod dictum alicuius animosum, quod praeceptum vtile. Ex hac ipsa materia quae in manibus fuit, mittetur aliquid. Obiurgat Epicurus non minus eos, qui mortem concupiscent, quam eos qui timent, & ait: Ridiculum est, currere ad mortem taedio vitae, cum genere vitae, vt currendum esset ad mortem, efficeris. Item alio loco dicit: Quid tam ridiculum, quam appetere mortem, cum vitam tibi inquietam feceris metu mortis? His adjicias & illud eiusdem notae licet, tantum hominum imprudentiam esse, immo dementiam, vt quidam timore mortis cogantur ad mortem. Qui quid horum tractaueris, confirmabis animum, vel ad mortis, vel ad vitae patientiam. In utrumque monendi ac firmandi sumus, & ne nimis amemus vitam, & ne nimis oderimus, etiam cum ratio suader finire, non temere, nec cum procerus capiendus est impetus. Vir fortis ac sapiens non fugere debet evita, sed exire. Et ante omnia ille quoque vitetur affectus, qui multos occupa-

occupavit, libido moriendi. Est enim, mi Lucili, vt ad alia, sic etiam ad moriendum inconsulta animi inclinatio: quae saepe generosos atque acerrimae indolis viros corripit, saepe ignauos iacentesque. Illi contemnunt vitam, hi gravantur. Quodam subit eadem faciendo videlicet satietas, & vitae non odium, sed fastidium, in quod prolabimur, ipsa impellente philosophia, dum dicimus: Quousque eadem? Nempe exergiscar, dormiam, satiabor, efluriā, algebo, aestuabo: nullius rei finis est: sed in orbem hexa sunt omnia: fugiunt ac sequuntur: diem nox premit, dies noctem: aetas in autumnum definit, autūno hiems instat, quae vere compescitur. Omnia transiunt, vt reuertantur. Nihil noui video, nihil noui facio. Fit aliquando & huius rei nausea. Multi sunt, qui non acerbum iudicent vivere sed superuacuum.

Epistola XXV.

Q uod ad duos amicos nostros pertinet, diuersa via eundem est. Alterius enim vita emendanda, alterius frangenda sunt. Vt libertate tota: non amo illum, nisi offendō. Quid ergo? inquis. Quadrageñarium pupillum cogitas sub tutela tua continere? Respice aetatem eius iam duram & intra stabilem, non potest reformari, tenera singuntur. An profecturus sim nescio. Malo successum mihi, quam fidem deesse, nec desperaueris, etiam diutinos aegros posse sanari, si contra intemperantia sterteris, si multa inuitos & facere coegeris & pati. Nec de altero quidem satis fiduciae habeo, excepto eo quod adhuc peccare erubescit, nutriendus est hic pudor: qui quandiu in animo eius durauerit, aliquis erit bonaे ipsi locus. Cum hoc veterano parcius agendum puto, ne in desperationem sui veniat, nec vilium tempus aggrediendi melius fuit, quam hoc, dum interquiescit, dum emendato similis est. Alijs haec intermissione eius impoſuit, mihi verba non dat, expecto cum magno fenore vita redditura, quae nunc scio celare, non deesse. Impendam huic rei dies: & virum possit aliquid agi, an non possit, experiar. Tu nobis te, vt facis, fortem praesta, & sarcinas contrahe. Nihil ex his quae habemus, necessarium est, ad legem naturae reuertamur. Diuitiae paratae sunt. Aut gratutum est quo egemus, aut vile. Panem & aquam natura desiderat, nemo ad haec pauper est: intra quae quisquis desiderium suum clausit, cum ipso loue de felicitate contendat, vt ait Epicurus: cuius aliquam vocem huic epistole inuoliam. Sic fac, inquit, omnia, tanquam spectet alius. Prodest sine dubio, custodem sibi impoſuisse, & habere quem respicias, quem interesse cogitationibus tuis iudices. Hoc quidem longe magnificientius est, sic vivere tanquam fibi alicuius boni viri, ac semper praefensis, oculis. Sed ego etiam hoc contentus sum, vt sic facias quae cuncte facies, tanquam spectet alius. Omnia nobis mala solitudo persuadet. Cum iam profeceris tantum, vt sit tibi etiam tui reuertentia, licebit dimittas paedagogum. Interim te aliquorum auctoritate custodi. Aut Cato ille sit, aut Scipio, aut Laelius, aut cuius interuentu perdit quoque homines vita supprimerent, dum te efficiis eum coram quo peccare non audias. Cum haec efficeris, & aliquis coepirerit apud te tui esse dignatio, incipi tibi permittere: quod idem suader Epicurus. Tunc praecipue in te ipse secede, cum esse cogeris in turba. Dissimilem te fieri multis oporet. Dum tibi tutum non est a te recedere: circumspice singulos. Nem o est cui non satius sit, cum quilibet esse quam secum. Tunc praecipue in te ipse secede, cum esse cogeris in turba, si bonus vir, si quietus, si temperans es: alioquin in turbam tibi a te recedendum est. Iste enim malo viro proprius es.

Epistola XXVI.

Modo dicebam tibi, in conspectu esse me senectutis: iam vereor. ne senectutem post me reliquerim. Allud iam his annis, huic corpori vocabulum conuenit: quoniam quidem senectus lassae aetatis, non fractae nomen est. Inter decrepitos me numeram, & extrema tangentes. Gratias tamen mihi apud te ago. Non sentio in animo aetatis inituram, cum sentiam in corpore. tantum vita, & vitorum ministeria senuerunt. Viget animus & gaudet, non multum sibi esse cum corpore: magnam partem onus sui depositum, exultat, & mihi facit controuersiam de senectute. Hunc ait esse florem suum. Credamus illi, bono suo vtatur. Ire in cogitationem iuuat, & dispercere, quid ex hac tranquillitate ac modestia morum sapientiae debeam, quid aetati: & diligenter excutere, quae non possim facere, quae nolim: possum ne aliquid, quod nolim. Nam si quid non possum, non posse me gaudeo. Quae enim querela est, quod incommode, si quod debet desinere, defecit: Incommode fumum est, inquis, minui & deperire, & vt proprie dicam, liquefcere. Non enim subito impulsus ac prostrati sumus. Carpimur: singuli dies aliquid subtrahunt viribus. Et quis exitus est melior, quam in finem suum natura solvente dilabatur? Non quia aliquid mali est ictus, & e vita repentinus excessus: sed quia lenis haec via est, subduci. Ego certe, velut appropinquet experimentum, & ille latus sentiantur de omnibus annis meis dies venerit, ita me obterio & alloquor. Nihil est, inquam, adhuc, quod aut rebus aut verbis exhibuius. Iuxta sunt ista & fallacia pignora animi, multisque inuoluta lenocinijs. Quid profecerim, morti crediturus sum. Non timide itaque componor ad illum diem, quo remotis straphis ac fucis, de me pronuntiatur sum, utrum loquar fortia, an sentiam: nunquid simulatio fuerit? & minuis, quicquid contra fortunam iactui verborum contumacium. Remoue existimationem hominum, dubia semper est, & in partem vtramque diuiditur. Remoue studia: totam vitam traxi, mors de te pronuntiatura est. Ita dico, disputationes & litterata colloquia, & ex praecceptis sapientium verba collecta, & eruditus sermo, non ostendunt verum robur animi. Est enim oratio etiam timidissimus audax. Quid egeris, tunc apparebit, cum animam ages. Accipio condicionem. non reformido iudicium. Haec necum loquor. sed tecum quoque me locutum puta. Iunior es. Quid refert? Non dinumerantur anni. Incertum est, quo te loco

H mors

mors expectet. Itaque tu illam omni loco expecta. Finire iam volebam: & manus spectabat ad clausum: sed confienda sunt sagmata: & huic epistole viaticum dandum est. Puta me non dicere, unde sum putrus sim mutuum. Scis cuius arca vtat. Expecta pusillum, & de domo fiet numeratio: interim comodabit Epicurus, qui ait: Meditare vtrum commodius sit, vel mortem transire ad nos, vel nos ad eam. Hic patet sensus. Egregia res est, mortem condiscere. Superuacuum forsitan putas id discere, quo semel videntur est: Hoc est ipsum, quare meditari debeamus. Semper descendum est, quod an sciamus, experiiri non possumus. Meditare mortem. Qui hoc dicit, meditari libertatem iubet. Qui mori didicit, seruire decidit. Supra omnem potentiam est: certe extra omnem. Quid ad illum carcer, & custodia, & claustra? Liberum ostium habet. Vna est catena quae nos alligatos tenet, amor vitae: qui ut non est abiciendus, ita minuendus est: ut si quando res exigeret, nihil nos detineat, nec impediatur, quo minus parati simus, quod quandoque faciendum est, statim facere.

Epistola XXVII.

V me, inquis, mones. iam enim te ipse monuisti, iam correxisti: ideo aliorum emendationi uacas. Non sum tam improbus, ut curationes aeger obeam: sed tanquam in eodem valetudinario facias, de communi malo tecum colloquor, remedia communica. Sic itaque me audi, tanquam mecum loquaris, in secretum te meum admitto, & te adhibito, mecum exigo. Clamo mihi ipse, Numera annos tuos: & pudebit eadem velle, quae volueras puer, eadem parare. Hoc denique tibi citra diem mortis praesta: moriantur ante te virtus. Dimitte istas voluptates turbidas, magno luctuas. Non venturae tantum, sed praeterita nocent. Quemadmodum sceleris etiam si non sint deprehensa cum fierent, sollicitudo non. cum ipsis abit: ita improbarum voluptatum, etiam post ipsas paenitentia est. Non sunt solidae, non sunt fideles, etiam si non nocent, fugiunt. Aliquod potius bonum mansurum circumspice, nullum autem est, nisi quod animus ex se sibi inuenit. Sola virtus praefat gaudium perpetuum, securum; etiam si quid obstat, nubium modo interuenit, quae infra feruntur, nec vnuquam diem vincunt. Quando ad hoc gaudiū peruenire contingit? Non quidem cessatur adhuc, sed non festinatur. Multum restat operis, in quod ipse necessitas est vigiles, ipse laborem tuum impendas, si effici cupis. Delegationem res ista non recipit. Aliud litterarum genus adiutorium admittit. Clavis Sabinus memoria nostra fuit diues, & patrimonium habebat liberum & ingenuum. Nunquam vidi hominem beatum indecentius. Huic memoria tam mala erat, ut illi modo nomen Vlxis excideret, modo Achillis, modo Priami: quos tam bene nouerat, quam paedagogos nostros nouimus. Nemo vetulus nomenclator, qui nomina non reddit, sed imponit, tam perperam, quam ille Troianos & Achiuos persalutabat, Nihilominus eruditus volebat videri. Hac itaque compendiariam excogitauit: magna summa emit seruos, vnum qui Homerum teneret, alterum qui Hesiodum. Nouem praeterea Lyricis, singulos assignauit. Magno emissione illum non est quod mireris. Non inueneras faciendo locauit. Postquam haec familia illi comparata est, coepit conuiuas suos inquietare. Habebat ad pedes hos, a quibus subinde cum peteret versus, quos referret, saepe in medio versu excidebat. Suis illi Satellius Quadratus, stultorum diuitium adisor, & quod sequitur, arrisor, & quod duobus his adiunctum est, derisor, ut Grammaticos haberet analectas. Cum dixisset Sabinus, centenis milibus sibi constare singulos seruos: Minoris, inquit, totidem scrinia emisses. Ille tamen in ea opinione erat, ut putaret se scire, quod quisquam in domo sua sciret. Idem Satellius illum hortari coepit, ut luctarerur, hominem aegrum, pallidum, gracilem. Cum Sabinus respondisset, Et quomodo possim? vix vino. Noli, obsecro, inquit, istud dicere. Non vides quam multos seruos ualentissimos habeas? Bona mens nec commendatur, nec emitur: & puto si uenialis esset, non haberet emptorem. At mala quotidie emitur. Sed accipe iam quod debeo, & uale. Diuitiae sunt, ad legem naturae composita paupertas. Hoc saepe dicit Epicurus alter atq. aliter. Sed nunquam nimis dicitur, quod nūquam satis discitur. Quibusdam remedia monstranda, quibusdam inculcanda sunt.

Epistola XXVIII.

Hoc tibi soli putas accidisse, & admiraris quasi rem nouam, quod peregrinatione tam longa & tot locorum uarietibus, non difficiuntur tristitiam gravitatemque mentis. Animum debes mutare non coelum. Licet uastum traiceris mare, licet (ut ait Virgilius noster.) Terra que urbeque recedat, sequentur te quoconque peruerteris, uitia. Hoc idem cuidam querenter Socrates ait: Quid miraris, nihil tibi peregrinationes prodesse, cum te circumferas? Praemit te eadem causa quae expulit. Quid terrarum iuuare nouitas potest? Quid cognitione urbium, aut locorum? In iritum cedit ista iactatio. Quaevis quare te fuga ista non adiuuet, tecum fugis. Onus animi deponendum est. Non ante tibi ullius placebit locus. Talem nunc esse habitum tuum cogita, quem Virgilius noster uatis inducit, iam cōcitatae & infigatae, multumque habentis in se spiritus, non sibi.

Bacchatur vates, magnum si pectore posit.

Excusisse Deum. —

Vadis hic & illuc, ut excutias insidens pondus, quod ipsa iactatione incommodius sit, sicut in nauis one ra immota minus urgent: inaequaliter conuoluta citius eam partem in quam incubuere demergunt. Quicquid facis, contra te facis, & motu ipso noces tibi. Aegrum enim concutis. At cum istud exembris malum, omnis mutatio loci iucunda fiet. In ultimas expellaris terras licebit, in quolibet barbariae angulo colloceris, hospitalis tibi illa qualiscumq. sedes erit. Magis quis ueneris, quam quod, interest: & ideo nulli loco addicere debemus animum. Cum hac persuasione viuendum est: Non sum vni angulo natus:

patria

patria mea totus hic est mundus. Quod si liqueret tibi, non admirareris, nil adiuuari te regionum varietatibus, in quas subinde priorum gaudio migras. Prima enim quaeque placuissest, si omnem tuam crederes. Non peregrinaris, sed erras & ageris, ac locum ex loco mutas: cum illud quod quaeris, bene vivere, omni loco positum sit. Num quid tam turbidum fieri potest, quam forum? Ibi quoque licet quiete uiuere, si necesse sit. Sed si liceat disponere se, conspectum quoque & viciniam fori procul fugiari. Nam ut loca grauia, etiam firmissimam valeitudinem tentant, ita bona quoque menti, necdum adhuc perfectae, & conualescenti, sunt aliqua parum salubria. Disserio ab his qui in fluctus medios eunt, & tumultuam probantes vitam, quotidie cum difficultatibus rerum, magno animo colluctantur. Sapiens feret ista, non eligit: & maleat in pace esse, quam in pugna. Non enim multum prodest vitia sua proiecisse, si cum alienis rixandum est. Triginta, inquis, tyranni Socratem circumsteterunt, nec potuerunt animum eius infringere. Quid interest, quot domini sint? Seruitus vna est. Hanc qui contempfit, in quantilibet turba dominantium liber est. Tempus est desinere, sed si prius portitorum soluero. Initium est salutis, notitia peccati. Egregie mihi hoc dixisse videtur Epicurus. Nam qui peccare se nescit, corrigi non vult. Deprehendens te oportet, antequam emendes. Quidam vitis gloriantur. Tu existimas aliquid de remedio cogitare, qui mala sua virtutum loco numerant? Ideo quantum potes te ipsum coargue: inquire in te: accusatoris primum partibus fungere, deinde iudicis, nouissime deprecatoris: aliquando te offendere.

Epistola XXIX.

DE Marcellino nostro quaeris, & vis scire quid agat. Raro ad nos venit, nulla alia ex causa quam quia audire verum timet: a quo pericolo iam absit: nulli enim nisi audituro dicendum est. Ideo de Diogene, nec minus de alijs Cynicis, qui libertate promiscua vni sunt, & obviis quoque monuerunt, dubitari solet, an hoc facere debuerint. Quid enim si quis surdos obiurget, aut natura morbove mutos? Quare, inquis, verbis parciam? Gratuita sunt. Non possum scire an ei profuturus sim, quem admoneo. Illud scio, alicui me profuturum, si multos admonuero. Spargenda est manus; non potest fieri, ut non aliquando succedat, multa tentanti. Hoc, mi Lucili, non existimo faciendum magno viro, diluitur eius auctoritas, nec habet apud eos satis ponderis, quos posset minus obsolefacta corriger. Sagittarius non aliquando ferire debet, sed aliquando deerrare. Non est ars, quae ad effectum calu venit. Sapientia ars est, certum petat: eligat profecturos: ab his quos desperauit, recedat: non tam cito relinquat, sed in ipsa desperatione extrema remedia tentet. Marcellinum nostrum ego nondum despero, etiamnum seruari potest: sed si cito illi manus porrigitur. Est quidem periculum, he portigentem trahat, magna in illo ingenij vis est, sed iam tendentis in prauum. Nihilominus adibò hoc periculum, & audebo illi mala sua ostendere. Faciet quod solet, aduocabit illas facetias, quae risum euio care lugentibus possunt: & in se primum, deinde in nos iocabunt: omnia quae dicturus sum, occupabit. Scrutabitur scholas nostras, & obiciet philosphis congiaria, amicas, gulam. Ostendet mihi alium in adulterio, alium in popina, alium in aula: ostender mihi lepidum philosophum Aristem, qui in gesta one differebat: hoc enim ad edendas operas tempus acceperat. De cuius secta cum quereretur, Scaurus ait: Vtique Peripateticus non est. De eodem cum considereretur Iulius Gracchus, vir egregius, quid sentiret: Non possum, inquit, tibi dicere. nescio enim quid de gradu faciat: tanquam de esfario interrogaretur. Hos mihi circulatores, qui philosophiam honestius negligissent, quam vendunt, in faciem ingeret. Constitui tamen contumelias perpeti. Moueat ille mihi risum: ego fortasse illi lacrimas mouebo: aut, si ridere peruerberat, gaudebo, tanquam in malis, quod illi genus insaniae hilare contingit. Sed non est illa hilaritas longa, obserua, videbis eosdem intra exiguum tempus accerrime ridere & accerrime rabere. Propositum est aggredi illum, & ostendere quanto pluris fuerit, quum multis minoris videretur. Vitia eius etiam si non excidero, inhibeo, non desinent, sed intermittentur: fortasse autem & desinent, si intermittendi confuetudinem fecerint. Non est hoc ipsum fastidiendum, quoniam quidem grauitate affectis, sanitas loco est bona remissio. Dum me illi paro, tu interim qui potes, qui intelligis, unde quo eas ueris, & ex eo suspicaris, quousque sis eas ueris, compone mores tuos, attolle animum, aduersus formidata consilite, numerare eos noli, qui tibi metum faciunt. Nonne videatur stultus, si quis multitudinem timeat eo loco, per quem transitus singulis est? Aequa ad tuam mortem multis aditus non est, licet illa multi minentur. Sic istud natura dispoluit. Spiritu tibi tam vnu eripiet, quam vnu dedit. Si pudorem haberes, ultimam mihi pensio nem remisisses. Sed ne ego quidem me sordide geram, in fenore aeris alieni, & tibi quod debeo impingam. Nunquam volui populo placere. Nam quae ego scio, non probat populus: quae probat populus, ego nescio. Quis hoc inquis: tanquam nescias cui imperem. Epicurus. Sed idem hoc omnes tibi ex omni domo concilabunt, Peripatetici, Academicci, Stoici, Cynici. Quis enim placere potest populo, cui placet virtus? Malis artibus popularis fauor quaeritur: similem te illis facias oportet. Non probabunt, nisi agnouerint. Multo autem ad rem magis pertinet, qualis tibi videaris, quam qualis alijs. Concilia ri nisi turpi ratione amor turpium non potest. Quid ergo illa laudata, & omnibus praferenda artibus rebusque philosophia praestabit? scilicet ut malis tibi placere, quam populo: ut aestimes iudicia, non numeres: ut sine metu deorum hominumque viuas: ut aut vincas mala, aut finias. Ceterum si te videbro celebrem secundis vocibus vulgi, si intrante te clamor, plausus, & pantomimica ornamenta obstre

H 2 puerint,

puerint, si tota ciuitate te feminae puerique laudauerint: quid ni ego tui miserear, cum sciam quae via ad istum fauorem ferat?

Epistola XXX.

BAsum Aufidium, virum optimum, vidi quamquam, aetati oblucentem. Sed iam plus illum degrauat, quam quod possit attolliri. Magno senectus & vniuerso pondere incubuit. Scis illum semper iofirmi corporis & exsucci fuisse: diu illud continuuit, & ut verius dicā concipiavit, subito deficit. Quemadmodum in nave quae sentinā trahit, vni rimae aut alteri oblistitur, ubi plurimi locis laxari coepit & cedere, succurrī non potest nauigio deliscenti: ita in senili corpore aliquatenus imbecillitas sustineri & fulciri potest: ubi tanquam in putri aedificio omnis iunctura dilabitur: & dum alia excipitur, alia discinduntur, circumspiciendi est quoniam ex eas. Bassus tamen noster alacer animo est: hoc philosophia praeferat: in quoque corporis habitu fortē, in conspectu mortis hilare, laetumque, nec deficiente, quamvis deficiat. Magnus gubernator & scissō nauigat velo, & si exarmauit, tamen reliquias nauigij aptat ad cursum. Hoc facit Bassus noster: & eo animo vultuq. finē suū spectat, quo alienum spectare, nimis securi esse putares. Magna res est haec, Lucili, & diu discenda, cum aduentur hora illa ineuitabilis, aequo animo abiire. Alia genera mortis, speci mixta sunt. Definit morsbus, incendium extinguitur, ruina quos videbatur opprēlura depositus: mate quos hauserat, eadem vi qua sorbebat, eiecit incolumes: gladium miles ab ipsa perituri ceruice retocauit. Nihil habet quod speret, quem senectus ducit ad mortem. Huic vni intercedi non potest. Nullo genere homines mollius moriuntur, sed nec diutius. Bassus noster videtur mihi prosequi se, & componere, & viuere tanquam superstes sibi, & sapienter ferre discidium sui. Nam de morte multa loquitur, & id agit sedulo, vt nobis persuadeat, si quid incommode aut meritus in hoc negotio est, morientis vitium esse, non mortis: nec magis in ipsa quicquam esse molestiae, quam post ipsam. Tam demens autem est qui timet quod non est sensurus, quam qui timet quod non est passurus. An quisquam hoc futurum credit, vt per quam sit, vt nihil sentiat, ea sentiat? Ergo, inquit, mors adeo extra omne malum est, vt sit extra omnem malorum metum. Haec ego scio. & saepe dicta, & saepe dicenda, sed neque cum legerem, aequo mihi profuerunt, neque cum audiarem his dicentibus, qui negabant timenda à quorum metu aberant. Hic vero plurimum auctoratis habuit, cum loqueretur de morte vicina. Dicam enim quid sentiam. Puto etiam fortiorē eum esse qui in ipsa morte est, quam qui circa mortem est. Mors enim admota, etiam imperitis animis dedit, non vitandi ineuitabilia. Sic gladiator tota pugna timidissimus iugulum aduersario praefat, & errantem gladium sibi attemperat. At illa quae in propinquō est, vique ventura, desiderat lentam animi firmitatem, quae est riar, nec potest nisi a sapiente praestari. Libentissime itaque illum audiebam, quasi ferentem de morte sententiam, & qualis esset eius natura, uelut proprius inspectae, iudicantem. Plus, vt puto, fidei haberet apud te, plus ponderis, si quis reuixisset, & in morte nihil mali esse narraret expertus. Accessus mortis quam perturbationem afferat, optimae hi tibi dicent, qui secundum illam steterunt, qui venientem & viderunt & receperunt. Inter hos Bassum licet numeres, qui nos decipi noluit. Is ait, tam stultum cilium qui morte timeat, quam qui senectutem. Nam quemadmodum senectus adolescentiam sequitur, ita mors senectutem. Viuere noluit qui mori non vult. Vita enim cum exceptione mortis data est: ad hanc itur: quam ideo timere dementis est, quia certa expectantur, dubia metuantur. Mors necessitatem habet aequam & inuictam. Quis queri potest, in ea condicione se esse, in qua nemo non est? Prima enim pars aequitatis, est aequalitas. Sed nunc superuacuum est, naturae causam agere: quae non aliā voluit legem nostram esse quam suam. Quicquid compositū, resolutū: & quicquid resolutū, componit iterum. Iam vero si cui contigit, vt illum senectus leniter emitteret, non repente, auulsum vias, sed minutatim subductum, ne ille gratias agere dijs omnibus debet, quod satiatus ad requiem homini necessariam, lasso gratam, perductus est. Vides quosdam optantes mortem, & quidem magis quam rogari solet vita. Nescio utros existimem maiorem nobis animū dare: qui depositū mortem, an qui hilarē eam quietique opperuntur: quoniam illud ex rabie interdum ac repentina indignatione fit: haec ex iudicio certo tranquillitas est. Venit aliquis ad mortem, iratus, morteni venientem nemo hilaris excipit, nisi qui se ad illam diu composuerat, Fateor ergo, ad hominem mihi carum, ex pluribus me cauis frequentius venisse, vt scirem an illum toties eundem inuenire: nunquid cum corporis viribus minueretur animi vigor: qui sic crescebat illi, quomodo manifistor notari, solet agitatorum laetitia, cum septimo spatio palmae appropinquant. Dicebat quidem ille Epicuri praeceptis obsequens, primum sperare se, nullum dolorem esse in illo extremo anhelitu: si tamen esset, habere aliquantulum in ipsa breuitate solatij. Nullum enim dolorem longum esse qui magnus est. Ceterum succursurū sibi etiam in ipsa distractione animae corporisque, si cum cruciatu id fieret, postillum dolorem sedolere non posse. Non dubitare autem se, quin semilis anima in primis labris esset, nec magna vi distraheretur a corpore. Ignis qui valentem materiam occupauit, aqua, & interdum ruina extinguendus est. Ille qui alimentis deficitur, sua sponte subsidit. Libenter haec, mihi Lucili, audio, non tanquam noua, sed tanquam in rem praeferentem perductus. Quid ergo: non multos spectauit abundantes vitam? immo vero vidi, Sed plus momenti apud me habent, qui ad mortem veniunt sine odio vitae, & admittunt illam, non attrahunt. Illud quidem aiebat tormentum nostra nos sentire opera, quod tunc trepidamus, cum prope a nobis esse creditus mortem. A quo enim prope non est, parata omnibus?

cannibus locis omnibusque momentis? Sed consideremus, inquit, tunc cum aliqua causa moriendo videtur accedere, quanto aliae propiores sint quae non timentur. Flotis alicui morte minabatur: hāc cruditas occupauit. Si distinguere voluerimus causas metus nostri, inueniemus alias esse, alias videri. Non mortem timemus, sed cogitationem mortis: ab ipsa enim semper tantudem absimus. Ita si timenda mors est, semper timenda est. Quod enim tempus morti exemptum est? Sed vereri debo, ne tam longas epistolās peius quam mortem odoris: itaque siem faciam. Tu tamen mortem vt nunquam timeas, semper cogita.

Epistola XXXI.

Agnosco Lucilium meum. incipit quem promiserat exhibere. Sequare illum impetum animi, quod ad optimā quaeque, calcatis popularibus bonis, ibas. Non desidero maiorem melioremque te fieri quam moliebaris. Fundamenta tua multum loci occupauerunt. Tantum effice, quantum conarus es: & illa quae tecum in animo tulisti tracta. Ad summam, sapiens eris, si claueris aures, quibus ceram parum est obdere. Firmiori spissamēto opus est, quam vnum in socijs Vlxim ferunt. Illa vox quae timebatur, erat blanda, non tamen publica. At haec quae timenda est, non ex vno scopulo, sed ex omni parte terrarum circumsonat. Praetruhere itaque non vnum locum insidiosā volupitate suspectum, sed omnes urbes: surdum te amantissem praesta. Bono animo male precantur. Et si vis esse felix, deos ora, ne quid tibi ex his quae optantur euenerat. Non sunt ista bona, quae in te isti volunt congeri: vnum bonum est, quod beatæ vitae causa, & firmamentum est, sibi fidere. Hoc autem contingere non potest, nisi contemptus est labor, & in eorum numero habitus quae neque bona sunt, neque mala. Fieri enim non potest, vt vna res modo mala sit, modo bona: modo leuis & perferenda, modo expauescenda. Labor bonū non est. Quid ergo est bonum? Laboris contemptio. Itaque in unum operiosculum paternum: ruris ad honesta nitentes, quanto magis incubuerint, minusque sibi vinci ac strigere permiserint, admirabor & clamabo. Tanto melior surge, & respira: & clivum istum vno, si potes, spiritu exupera. Generosū animos labor nutrit. Non est ergo quod ex illo vereri voto parentum tuorum eligas, quid contingere tibi velis, quid optes & in totum, iam per maxima acto viro turpe est, etiamnam deos fatigare. Quid votis opus est? Fac te ipse felicem. facies autem, si intellexeris bona esse, quibz admixta est virtus: turpia quibus malitia coniuncta est. Quemadmodum sine mixtura lucis nihil splendidum est: nihil atrum, nisi quod tenebras habet, aut aliquid in se traxit obscuri: quemadmodum sine adiutorio ignis, nihil calidum est, nihil sine aere frigidum: ita honesta & turpia virtutis & malitiae societas efficit. Quid ergo est bonum? rerum scientia. Quid malum est? rerum imperitia. Ille prudens atque artifex pro tempore quaeque repellat aut eligit. Sed nec quae repellit timet, nec miratur quae eligit, si modo magnus illi & innictus animus est. Submitti te ac deprimi vto labore, si non recutes, parum est. Posce. Quis, ergo, inquis, labor fruolus & superuacuus est? In quem humiles causae vocauerint, non est malus, non magis quam ille qui pulebris rebus impenditur: quoniam animi est ipsa tolerantia, quae se ad dura & aspera horratur; & dicit: Quid cessas? Non est viri, timere sudorem. Huc & illud accedat, vt perfecta virtus sit aequalitas ac tenor vitae per omnia consonans sibi: quod non potest esse, nisi rerum scientia contingat, & ars, per quam divina & humana noscantur. Hoc est summum bonum: quod si occupas, incipis decorum esse socius, non supplex. Quomodo, inquis, isto peruenitur? Non per Appenninum Graiumue montem, nec per desertā Candauiae, nec Syrtes tibi, nec Scylla, aut Charybdis adeunda es: que tamen omnia transiti procuratiunculae pretio. Tūtum iter est, iucundum est, ad quod natura te instruxit. Dedit ubi illa, quae si non deserueris, par Deo surges. Parem autem Deo pecunia non faciet, Deus nihil habet. Praetexta non faciet. Deus nudus est. Fama non faciet, nec ostentatio tui, & in populos nominis dimissā notitia. Nemo nouit Deum: multi de illo male existimant & impune. Non turba seruorum lechicanum tuam per itinera urbana ac peregrina portantium, Deus ille maximus potentissimusque ipse vehit omnia. Ne forma quidem, & vires beatum te facete possunt. nihil horum non patitur vetustatem. Quaerēdum est ergo quod non fiat in dies deterius, cui non possit obstari, quo nil melius possit optari. Quid hoc est? animus: sed hic rectus, bonus, magnus. Quid alind voces hunc, quam Deum in humano corpore hospitantem? Hic animus tam in equitem Romanum, quam in libertinum, quam in serum, potest cadere. Quid est eques Romanus, aut liberinus, aut seruus? Nomina ex ambitione, aut ex iniuria nata. Subsiliare in caelum ex angulo licet. Exurge modo, & te quoque dignum. Einge Deo: finges autem non auro, non argento. Non potest ex hac materia imago Deo exprimi similis. Cogita illos, cum propitijs effent, fictiles fuisse.

Inquiero in te, & ab omnibus sciēctor, qui ex ista regione veniunt, quid agas: vbi & cum quibus moreris. Verba dare non potes. tecum sum. Sic viue, tanquam quid facias auditurus sim: immo tanquam visurus. Quaeris, quid tue maxime ex his quae de te audio, delecter? Quod nihil audio. quod placi que ex his quos interrogō, nescient quid agas. Hoc est salutare, non conuersari cum dissimilibus, & diversa cipientibus. habeo quidem fiduciā non posse te torqueri, mansurumque in proposito, etiam si sollicitantū turba circumeat. Quid ergo est? non timeo ne immutent te, timeo ne impediānt. Multum autē nocet, & qui moratur, vique in tanta breuitate uitae: quam breviorem inconstanciam facimus, aliud eius subinde atque aliud facientes initium. Diducimus illam in particulas ac laciniamus. Prūpera ergo Lū-

cili carissime, & cogita, quantum celeritati addituras fueris, si à tergo hostis instaret, si equitem aduentum, re suspicareris, ac fugientium premere uestigia. Fir hoc premeris, accelerat, & euade, perduc te in tutum, & subinde considera, quām pulchra res sit consummare vitam ante mortem, deinde expectare securū reliquiam temporis sui partem, in possessione beatæ vitae positum: quae beatior non fit, si longior. O quando videbis illud tempus, quo scies tēpū ad te nō pertinere, quo tranquillus placidusq. eris, & crastini negligens, & in summa uiri satietate. Vis scire, quid sit quod faciat homines audios futuri? Nemo sibi congit. Optauerunt tibi alia parentes tu: sed ego tibi contra, omnium tibi eorum contemptum opto, quorum illi copiam. Vota illorum multos compilant, vt te locupletent. Quicquid ad te transferunt, alicui detrahendum est. Opto tibi tu facultatem, vt vagis cogitationib. agitata mens, tandem restitatur, & certa sit: vt placeat sibi, & intellectis ueris bonis, quas simul intellecta sunt, possidentur, aetatis adiunctione nō egeat. Ille demum necessitates supergressus, est & exauctoratus ac liber, qui uiuit uita peracta.

Epistola XXXIII.

Descideras his quoque epistolis, sicut prioribus, adscribi alias uoces nostrorum procerum. Non fuerunt circa floculos occupati, totus contextus illorum virilis est. Inequalitatem scias esse, ubi quae eminent notabilia sunt. Non est admirationi una arbor, ubi in eandem altitudinem tota silua surrexit. Eiusmodi vocibus referta sunt carmina, referatae historiae. Itaque nolo Epicuri illas esse existimes. publicae sunt, & maxime nostra. Sed in illo magis annotatur, quia rarae interueniunt, quia insperatae, quia mirum est aliquid fortiter dici ab homine mollitiem professo. Ita enim plerique iudicant. Apud me vero Epicurus est & fortis, licet manuleatus sit. Fortitudo, & industria, & ad bellum propria mens; tam in Perlas quam in alte cinctos cadit. Non est ergo quod exigas excerpta & repetita. Continuum est apud nostros, quicquid apud alios excerpitur. Non habemus itaque ista odorifera, nec emptorem decipimus, nihil inuenturum cum intrauerit, praeter illa quae in fronte suspensa sunt. Ipsis permittimus unde velint sumere exemplar. Putas nos velle singulares sententias ex turba separare? Cui illas assignabimus? Zenoni, & Cleanthi, & Chrysippo, & Panætio, & Posidonio? Non sumus sub rege, sibi quisque se vindicat, apud istos quicquid dicit Hermachus, quicquid Metrodorus, ad unum refertur. Omnia quae quisquam in illo contubernio locutus est, vnius ductu & auspicijs dicta sunt. Non possumus, inquam, ex tanta rerum aequalium copia, licet tentemus, aliquid educere.

Pueris est numerare pecus.

Quocunque miseris oculum, id tibi occurrit quod eminere posset, nisi inter paria legeretur. Quare dñe istam spem, posse te summatum degustare ingenia maximorum virorum. Tota tibi inspicienda sunt, tota tractada. Res geritur, & per lineamēta sui ingenij opus necit, ex quo nihil subduci sine ruina potest. Nec recuso quo minus singula membra, dummodo in ipso homine, consideres. Non est formola mulier, cuius crux laudatur aut brachium, sed illa cuius uinerfa facies admirationem singulis partibus abstulit. Si tamen exegesis, non tam mendice tecum agam, sed plena manu fieri. Ingens eorum turba est pâssim iacētum. Sumenda erunt, nō colligenda. Non enim excidunt, sed flunt perpetua, & inter se connecta sunt. Nec dubito, quin multum conferant rudibus adhuc, & extrinsecus aulicibus. Facilius enim singula insidunt circumscripta, & carminis modo inclusa. Ideo pueris & sententias ediscendas damus, & has quas Graeci Chrias vocant: quia complecti eas puerilis animus potest: quia plus adhuc non capit certi profectus. Viro captare floculos turpe est, & fulcire se notissimis & paucis. voci bus, & memoria stare. Sibi iam innaturat, dicat ista, non teneat. Turpe est enim seni aut proficiente sententiam, ex commentario sapere. Hoc Zeno dixit. tu quid? Hoc Cleanthes. tu quid? quousque sub alio moueris? Et impera, & dic, quod memoriae tradatur: aliquid & de tuo profer. Omnes itaque istos numquam autores, semper interpres, sub aliena umbra latentes, nihil puto habere generosi, numquam aulos aliquando facere, quod diu didicerant. Memoria in alienis exercerunt. Aliud est, meminisse: aliud, scire. Meminisse, est rem commissam memoriae custodiare. At contra scire, est, & sua facere quenq. nec ab exemplari pendere, & toties ad magistrum respicere. Hoc dicit Zeno, hoc Cleanthes. Aliiquid intersit inter te & librum. Quouq. discessi iam & præcipie. Quid est, quare audiam, quod legere possum? Multum, inquit, viua vox facit. Non quidem haec, quae alienis verbis cōmendatur, & a clauarij vice fungitur. Adiice nunc, quid isti qui numquam turcae sive sunt, primum in ea re sequuntur priores, in qua nemo non à priore descendit: deinde in ea re sequuntur, quae adhuc quaeritur. Nunquam autem inuenitur, si contenti fuerimus ipsentis. Praeterea qui alium sequitur, nihil sequitur, nihil inuenit, immo nec quaerit. Quid ergo? non ibo per priorum vestigia? Ego vero utrū via veteri: sed si propiorem inuenero, haac m̄pniam. Qui ante nos ista mouerunt, non domini nostri, sed duces sunt. Patet omnibus veritas, nondum est occupata. Multum ex illa etiam furoris relictum est.

Epistola XXXIV.

Cresco & exulto, & disculsa senectute recalesco, quoties ex his quae agis & scribis, intelligo quantum te ipse (nam turbam olim reliqueras) supergredieris. Si agricolam arbor ad fructum perduta delectat, si pastor ex fetu gregis sui capit volupatem, si alumnū suum nemo aliter intuetur quam ut adolescentiam illius suam iudicet: quid euenerit credis his, qui ingenia educauerunt, & quae tenera formauerunt, adulta subito uident? Affero te mihi. meum opus es. Ego cum vidissim indolem tuam, inieci manum, exhortatus sum, addidi stimulos, nec lente ire passus sum, sed subinde incitavi: &

nunc

nunc idem facio. Sed iam currentem hortor & inuicem hortantem. Quid, aliud, inquis, adhuc volo? In hoc plurimum est. Non sic quomodo principia totius operis dimidium occupare dicuntur, ita res animo constat, pars magna bonitatis est, velle fieri bonum. Scis quem dicam bonum? perfectum, absoluū, quem malū facere nulla vis, nulla necessitas possit. Hunc in te proficio, si perseueraueris & incubueris, & id egeris, vt omnia facta dicta tua inter se congruant ac respondeant sibi, & una forma percussa sint. Non est huius animus in fœto, cuius acta discordant.

Epistola XXXV.

Cum te tam obnixe rogo vt studeas, meum negotium ago, habere amicum volo: quod cottingere mihi (nisi pergas excolere te, vt coepisti) non potest. Nunc enim amas me, amicus non es. Quid ergo? haec inter se diuersa sunt: immo dissimilia. Qui amicus est, amat: qui amat, non utique amicus est. Itaque amicitia semper prodest. Amor etiam aliquando nocet. Si nihil aliud, ob hoc profice, vt amare discas. Festina ergo, dum mihi proficias, ne istuc alteri didiceris. Ego quidem percipio iam fructum, cum mihi fingo vno nos animo futuros, & quicquid aetati mae vigoris abfessit, id ad me ex tua, quanquam nō multum abfessit, redditum. Sed tamen re quoque ipsa laetus esse volo. Venit ad nos ex his quos amamus etiam absentibus gaudium: sed id leue & euandum. Conspectus, & praesentia, & conuersatio aliquid habet viuae voluntatis: utique si non tantum quem velis, sed qualem velis ideas. Affer itaque te mihi in gens munus: & quo magis instes, cogita me senem esse, te mortalem. Propera ad me, sed ad te prius, profice, & ante omnia hoc cura, vt conlites tibi. Quoties experiri voles, an aliquid actum sit, obserua an eadem velis hodie quae heri. Mutatio voluntatis indicat animū natare aliubi, atque aliubi apparere, prout tulit ventus. Non vagatur quod est fixum & fundatum. Istud sapienti perfecte contingit, aliquatenus & proficienti proiectoque. Quid ergo interest? Hic commouetur quidem, non tamen transit, sed suo loco mutat: ille nec commouetur quidem.

Epistola XXXVI.

A Micum tuum hortare, vt istos magno animo contemnat, qui illum obiurgant, quodd umbram & otium petierit, quodd dignitatem suam destituerit, & cum plus consequi posset, praetulerit quietē omnibus. Quam utiliter negotium suum gesserit, qæridie illis ostenderet. Hi quibus inuidetur, non detinent transire. Alij elidentur, alij cadent. Res est inquieta, felicitas. Ipsa se exagit, mouet cerebrum, non uno genere. Alios in aliud irritat: hos in potentiam, illos in luxuriam: hos in flat: illos mollit, & totos resoluit. At bene aliquis illam fert, sic quomodo vinum. Itaque non est quod tibi isti persuadeant, eum esse felicem, qui à multis obsidet. Sic ad illum, quemadmodum ad lacum, concurrunt, quem exhaustū & turbant. Nugatoriū & inertem vocant. Scis quosdam peruerse loqui, & signare contraria. Felicem vocabant. Quid ergo? Erat? Ne illud quidem curo, quod quibusdā nimis horridi animi viderunt & taetrici. Ariston aiebat, malle se adolescentem tristem, quam hilarem & amabilem turbæ. Vinum enim fieri bonum, quod recens durum & asperum vīsum est: non pati aetatem, quod in dolio placuit. Sine eum tristē appellant, & inimicum processibus suis, bene se dabit in vetustate ipsa tristitia: perfueret modo colere virtutem, peribere liberalia studia, non illa quibus perfundi satis est, sed haec quibus tingendus est animus. hoc est discendi tempus. Quid ergo? aliquid est, quo non sit discendum? Minime. Sed quemadmodum dum omnibus annis, studere honestum est: ita non omnibus institui. Turpis & ridicula res est elementarius senex. Itueni parandum, seni vitudinem est. Facies ergo rem utilissimam tibi, si illum quam optimū feceris. Haec aiunt beneficia esse expetenda tribuendaque, non dubiae primæ fortis, quae tā prodest dare quam accipere. Denique nihil illi iam liberum est. Spoñdit. Minus autem turpe est creditori, quam spē bona decoquere. Ad illud ales alienum solendum, opus est negotianti navigatione prospera, agrū colenti vberante eius quam colit terrae, & caeli fanore. Ille quod debet, sola potest voluntate persolvere. In mores fortuna ius non haber. Hos disponat: vt quam trāquillissimum ille animus ad perfectū veniat, qui nec ablatum sibi quicquam sentit, nec adiectum, sed in eodem habitu est, quounque res cadunt. Cui siue aggeruntur vulgaria bona, supra res suas eminet: siue aliquid ex ipsis vel omnia casus excusit, minor non sit. Si in Parthia natus esset, arcū infans statim tenderet. Si in Germania, protinus puer tenetū hastile vibraret. Si aurū nostrorū tēporibus fuisse, equitare, & hostē minus percutere didicisset. Haec singulis disciplina gentis suas suadet & imperat. Quid ergo huic meditandum est? quod aduersus omnia tela, quod aduersus omne hostiū genus bene facit, morte contempnere: quae quin habeat in se aliquid terrible, vt & animos nostros (quos in amore sui natura formauit) offendat, nemo dubitat: nec eū necesse est in id comparari & acuiri, in quod in instanti quodā voluntario iremus, sicut ferūtur omnes ad conseruationem sui. Nemo dicit, vt, si necesse fuerit, aequo animo in rosa iaceat: sed in hoc duratur, vt tormentis non submittat fidem, vt, si necesse fuerit, stans, etiam aliquando sancius, pro vallo perniglet, & ne pilo quidem in cumbat: quia solet obrepere interim somnis in aliquod adminiculum reclinatis. Mors nullum habet incommodeum. Esse enim debet aliquid, cuius sit incommodeum. Quod si tanta cupidas longioris aeuī te tenet, cogita nihil eorum quae ab oculis abeunt, & in rerum naturam, ex quā prodierunt ac mox procellura sunt reconduuntur, consumi. Desinunt ista, non pereunt. Et mors, quam pertinet, ac reculamus, intermitit vitam, non eripit, veniet iterum qui nos in lucem reponat dies, quem multi recusat, nisi oblitos reduceret. Sed postea diligentius docebo, omnia quae videntur peri-re, mutari. Aequo animo debet redditurus exire. Obserua orbem rerum in se remeantium. videbis in hoc mundo

Quod frequenter mihi scribis, gratias ago. Nam quo vno modo potes, te mihi ostendis. Nunquam epistolam tuam accipio, ut non protinus vna simus. Si imagines nobis amicorum absentium iunctae sunt, quae memoriam renont, & desiderium absentiae, fallo atque inani solatio levant; quanto iucundiores sunt litterae quae vera amici absentes vestigia, veras notas afferunt? Nam quod in conspectu dulcissimum est, id amici manus epistolae impresa praestat: agnoscere. Audisse te scibis, Serapionem philosophum, cum istuc applicuisset, solere magno cursu verba conuoluere, quae non effundit, sed premit & yrget. Plura enim veniunt quām quibus vox vna sufficiat, hoc non probo in philosopho, cuius pronuntiatio quoque sicut vita debet esse composita. Nihil autem ordinatum est, quod praeccipitatur & properat. Itaque oratio illa apud Homerum concitata, & sine intermissione in motu niuis superueniens, oratori data est, at lenis & melle dulcior seni profluit. Sic itaq. habe, ut ista via dicendi rapida atq. abundantē, aptiore esse circulant iudices, quām agenti rē magnā ac seria, docentq. Aequē stilare illā nolo, quām currere. Nec exēdat aures, nec obruit. Nā illa quoq. inopia & exilitas minus intentū auditorē habet, taedio interruptae tarditatis. Facilius tamē insidit quod expectatur, quām quod præteruolat. Deniq. tradere homines discipulis præcepta dicuntur. Non traditur quod fugit. Adiace nunc, quōd quae veritati operam dat oratio, incōposita debet esse & simplex. Haec popularis nihil habet veritatem vult turbā, & in consultas aures imperu rapere, tractandam se non praebet: auferunt. Quomodo autē regere potest, quae regi nō potest? Quid quōd haec oratio, quae sanādis mentibus adhibetur, descedere in nos debet? Remedia nō prosunt, nisi immorentur. Multū præterea habet inanitatis & vani: plus sonat quām valer. Lenienda sunt quae me exterrit, cōpescenda quae irritant, discutienda quae fallunt: inhibenda luxuria, corripienda avaritia. Quid horū rapim potest fieri? Quis medicus aegros in transitu curat? Quid quod ne voluntate quidē vllā habet, talis verbū sine delecta ruentū streptus? Sed ut placere quac fieri posse non, cōcederes, cognouisse satis est, sic istos qui verba exercuerunt, abunde est semel audisse. Quid enim quis discere, quid imitari velit, quid de eorum animo iudicet, quorum oratio perturbata & admissa est, nec potest reprimi? Quemadmodum per proclue currentium, non vbi vīsum est, gratus suscitatur, sed incitate corporis pondere se rapit, ac longius quam volunt effertur: sic ista dicendi celeras nec in sua potestate est, nec satis decora philosophiae: quae ponere debet verba, non proiçere, & pedetentim procedere. Quid ergo: non aliquando & insurget? Quid nī? sed salua dignitate morum: quām violentā ista & nimia vis exiit. Habet vires magnas, moderatas tamen: perenitis sit vnda, non torrens. Vix oratori permiserit talem dicendi velocitatem, irreuocabilem, ac sine lege vadentem. Quemadmodum enim index subsequi poterit, aliquando etiam imperitus ac rūdis: tum quoque cum illum aut ostentatio abstulerit, aut effectus impotens sit: tantum festinet atque ingrat, quantum aures pati possunt. Recte ergo facies: si non videris istos, qui quantum dicant, non quemadmodum, quaerunt, & ipse malueris aliquando si necesse est, vel iuxta P, Vinicium dicere: qui cum quaereretur, quomodo diceret, Asellius ait, tractim. Nam Geminus Varius ait: quomodo istum disertum dicatis, nescio: tria verba non potest iungere. Quid ni malis tu sic, dicere, quomodo Vinicium? Aliquis tamē insultus interuenerit, qui illi singula verba vellepi: tanquam dictaret, non diceret, ait: Dic, vel nunquam dicas. Nam Q. Haterij cursus suis temporibus oratoris celebratim, longe abesse ab homine fano volo. Nunquam dubitauit, nunquam intermisit: semel incipiebat, semel definiebat. quaedam tamen & nationibus puto magis aut minus conuenire. In Graecis hanc licentiam tuleris. Nos etiam cum scribimus, interpungere conuiteimus. Cicero quoque noster, à quo Romana eloquentia extitit, gradarius fuit. Ro manus sermo magis se circumspicit, & aestimat, & præbet estimandum. Fabianus vir egregius & vita & scientia, &, quod post ista est, eloquentia quoque, disputabat expedite magis, quām concitat: vt posses dicere, facilitatem esse illam, non celeritatem. Hanc ego in viro sapiente recipio, non exigo, ut oratio eius sine impedimento exeat: proferatur tamen malo, quām profluat. Eo autem magis te deterreo ab isto morbo, quōd non potest tibi ista res contingere aliter, quām si te pudere desierit, pefrices frontem oporet, & ipse te non audias. Multa enim inobseruatis ille cursus fetet, quae reprehendere velis. Non potest, inquam, tibi contingere res ista, salua verecundia. Praeterea exercitatione opus est quotidiana, & à rebus studium transferendum est ad verba. Haec autem etiam si aderunt, & poterunt sine vlo tuo labore decurrere, tamen temperanda sunt. Nam quēmadmodum sapienti viro incessus modestior conuenit, ita oratio pressa, non audax. Summa ergo summarum haec erit: tardiloquum te esse iubeo.

Facis rem optimam, & tibi salutarem, si, ut scribis, perfueras ire ad bonam mentem: quām stultū est optare, cum possis a te impetrare. Non sunt ad caelū eleuandas manus, nec exorandus aeditus ut nos ad aures simulaci, quasi magis exaudiri possimus, admittat. Prope est à te Deus, tecum est, intus est. Ita dico, Lucili, sacer intra nos spiritus sedet, maiorum bonorumque nostrorum obseruator & custos: hic prout à nobis tractatus est, ita nos ipse tractat. Bonus vir sine Deo nemo est. An potest aliquis supra fortunam nisi ab illo adiutus exurgere? Ille dat consilia magnifica, & erecta. In unoquoque viro bonorum, Quis deus, incertum est: habitat deus. Si tibi occurrit vertutis arboribus, & solitā altitudinem egressis frequens lucus, & conspectum caeli densitate ramorum aliorum alios protegētum submouens, illa proceritas siluae, & secretum loci, & admiratio umbrae, in aperto tam dēnsae atque cōtinuae

SENECÆ

mundo nihil extingui, sed vicibus descendere ac resurgere. Aestas abit, sed alter annus illam adducit: hiems cecidit: referent illam sui menses. Solem nox obruit, sed ipsam statim dies abiger. Stellarum iste discursus, quicquid praeterierit, repetit, pars caeli levatur assidue, pars mergitur. Denique finem faciam, si hoc vnum adiecero, nec infantes, nec pueros, nec mente lapsos, timere mortem: & esse turpissimum, si eam securitatem nobis ratio non praefat, ad quam stultus perducit.

Quod maximum vinculum est ad bonam mentem, promisisti virum bonum. Sacramento rogatus mihi huius & illius turpissimi auctoramenti verba sunt, vix virgins ferroque necari. Ab illis qui manus arenas locant, & edunt ac bibunt, quae per sanguinem reddant, cauetur ut ista vel inuiti patientur. à te, ut volemus liben squaliter patiaris. Illis licet arma submittere, misericordiam populi tentare. Tu neque submittes, nec viram rogaris. Recte tibi iniunctioque moriendum est. Quid porro prodest, paucos dies aut annos lucifacere? Sine missione nascimur. Quomodo ergo, inquis, me expediā? Effugere non potes necessitates: potes vincere. Fiat via, & hanc tibi viam dabit philosophia. ad hanc te confer, si vis saluus es, si fecutus, si beatus. Denique si vis esse, quod est maximum, liber. Hoc contingere aliter non potest. Humilis res est stultitia, abiecta, sordida, ferulæ, multis affectibus & saeuissimis subiecta. Hos tā graues dominos, interdum alternis vicibus imperantes, interdum pariter, dimittit à te sapientia, quae sola libertas est. Una ad hanc fert via, & quidem recta. Non aberrabis, vade cer to gradu. Si vis tibi omnia subiçere, te subiçce rationi, multos reges, si ratio te rexerit. Ab illa disces, quid & quemadmodum aggredi debebas, non incidere rebus. Neminem mihi dabis, qui sciat quomodo quod vult cooperit velle. Non confilio adiutus vlo, sed impetu impactus est. Non minus saepe fortuna in nos incurrit, quām nos in illam. Turpe est non ire, sed ferri: & subito in medio turbine retum stupentem quaerere. Huc ego, quemadmodum veni?

Merito exigis, ut hoc inter nos epistolaram commercium frequentemus. Plurimum proficit sermo, qui minquantat irrepentit animo, Disputationes præparatae & effulsa audiēte populo, plus habent strepitus, minus familiaritatis. Philosophia bonū consilii est. Consilium nemo clamore dat. Aliquādo vrendū est & illis, ut ita dicā, contionibus, vbi qui dubitat, impellendum est. Vbi vero nō hoc agendum est, ut velit discere, sed vidiçat, ad haec submissiora verba veniendum est. Facilius intrant, sed haerent. Nec enim multis opus est, sed efficacibus. Seminis modo spargenda sunt: quod quāmvis sit exiguum, cum occupauit idoneum locum, vires suas explicat, & ex minimo in maximos actus diffundit. Idem facit ratio: non late patet, si aspicias: in opere crescit. Pauca sunt quae dicuntur: sed si illa animus bene exceperit, conualecunt & exurgunt. Eadem est inquam, præceptorum condicio, quae feminum. Multum efficiunt, & si angusta sunt: tantum, ut dixi, idonea mens rapiat illa, & in se trahat. Multa inuicem & ipsa generabit, & plus reddet, quām accepit.

Commentarios quos desideras, diligenter ornatos, & in angustum coactos, ego vero cōponam: sed vide ne plus profectura sit oratio ordinaria, quām haec quae nunc vulgo breuiarium dicitur. Olim cum Latine loqueremur, summarium vocabatur. Illa res discenti magis necessaria est: haec scienti. Illa enim docet, haec admonet. Sed vtriusque rei tibi copiam faciam. Tu à me, non est quod illum aut illum exiges. Qui notorem dat, ignotus est. Scribam ergo quod vis, sed meo more. Interim multos habes, quorum scripta nescio an fatis ordinent. Sume in manus indicem philosophorum. Haec ipsa res expurgisci te cogit. Si videris quām multi tibi laborauerint, concupisces & ipse ex illis vnius esse. Habet enim hoc in se generosus animus, quod concitatur ad honesta. Neminem excelsi ingenii virum humilia delectant & sordida; magnarum rerum species ad se vocat & extollit. Quemadmodum flamma surgit in rectum, iacere ac deprimit, non magis quām quiescere: ita nosten animus in motu est, eo mobilior & actuosiior, quo vehementer tuerit. Sed felix qui ad meliora hunc impetum dedit. Ponet te extra ius ditionemque fortunae. Secunda temperabit, aduersa comminuet, alijs admiranda despiciet. Magni animi est, magna contemnere, ac mediocria, malle, quam nimia. Illa enim vicia sunt: at haec eō quod superfluent, nocent. Sie feget nimia sternit vberitas: sie rapi osere franguntur: sic ad maturitatem non peruenit nimis secunditas. Idem animis quoque enenit, quos immoderata felicitas rumpit: qua non tantum in aliorum iniuriam, sed etiam in suam vntur. Quis hostis in quenquam tam contumeliosus fuit, quām in quodam voluptates suae sunt: quorum impotentiae atque infirmitati libidine ob hoc vnu polis ignorare, quod quea fecere, patiuntur. Nec immerito hic illos furor vexat. Neceſſe est, in instrumentum exeat cupiditas, quae naturalem modum transiliet. Illa enim habet suum finem: inaniam, & ex libidine ortu fine termino sunt. Necessaria metitur vtilitas, superuacua quo redigis? Voluptatibus, utiq. se immergunt, quibus in consuetudinem adductis carere non possunt: & ob hoc miserissimi sunt, quod eo peruenient, ut illis quae superuacua fuerant, facta sint necessaria: seruiunt itaque voluptatibus suis, nō fruantur: & mala sua, quod malorum ultimum est, amant. Tunc autem consummata est infelicitas, vbi turpia non solum delectant, sed etiam placent: & definit esse remedio locus, vbi quae fuerant via, mores sunt.

tinuae, fidem tibi numinis facit. Et si quis specus saxis penitus exesis montem suspenderit, non manufac-
tus, sed naturalibus causis in tantam laxitatem excavatus, animum tuum quadam religionis suspicio-
ne percutiet. Magnorum fluminum capita veneramur: subita ex abdito vasti amnis eruptio aras habet,
Coluntur aquarum calentium fontes; & stagna quedam, vel opacitas, vel imensa, altitudo sacrauit.
Si hominem videris interritum periculis, intactum cupiditatibus, inter aduersa felicem, in medijs tem-
pestibus placidum, ex superiori loco homines videntem, ex aequo deos: non subbit te veneratio eius?
Non dices: ista res maior est altiorque, quam ut credi similis huic, in quo est, corporculo possit? Vis
istuc diuina descendit; animum excellentem, moderatum, omni tanquam minora transeuntem, quic-
quid timemus optinimque ridentem, calefisi potentia agitat. Non potest res tanta sine adminiculo nu-
minis stare. Itaque maiore sui parte illuc est, unde descendit. Quemadmodum radij foliis contingit qui-
dem terram, sed ibi sunt unde mittuntur: sic animus magnus & facer, & in hoc demissus ut proprius diui-
na nossemus, conuerteretur quidem nobiscum, sed haec origini suae. Illinc pehderet: illuc spectat ac niti-
tur: nostris tanquam melior interest. Quid est ergo hic: animus qui nullo bono nisi suo nitet. Quid enim
est stultius, quam in homine aliena laudare? Quid eo dementius, qui ea miratur, quae in alium
protinus transferri possint? Non faciunt meliorem equum aurei fraeni. Alter leo aurata itba nitet, dum
confectatur, & ad patientiam recipiendi ornamenta cogitur fatigatus: aliter incultus, integri spiritus.
Hic scilicet impetu acer, quale illum esse natura voluit, speciosus ex horrido, cuius hic decor est, non
sine timore aspici, praefertur illi languido, & bracteato. Nemo gloriar, nisi suo debet. Vitam laudamus,
si fructu palmites onerat, si ipsa ad terram, pondere eorum quae tulit, adminicula deducit. Num quis
huic illam praefert vitam, cui aureae vase, aurea folia dependent? Propria virtus est in vite fertilitas.
In homine quoque id laudandum est, quod ipsius est, Familiam pulchram habet, & domum pulchram:
multum serit, multum fenerat, nihil horum in ipso est, sed circa ipsum. Lauda in ipso, quod nec eripi po-
test, nec dari: quod proprium est homini. Quaeris quid sit: Animus, & ratio in animo perfecta. Ratio-
pale enim animal est homo. Consummatu itaque eius bonum, si id adimplevit cui nascitur. Quid est
autem quod ab illo ratio haec exigit? Rem facillimam, secundum naturam suam vivere: sed hanc diffi-
cilem facit communis insaniam. In via alter alterum trudens. Quomodo autem ad salutem renocari
possunt, quos netho retinet, populus impellit?

Epistola XLII.

Iam tibi iste persuasit, se virum bonum esse. Atqui vir bonus tam cito nec fieri potest, nec intelligi.
Scis quem nunc virum bonum dicam? huius secundae notae. Nam ille alter fortasse tanquam phoe-
nix semel anno quingentesimo nascitur: nec est mirum, ex intervallo magna generari. Mediocria & in
turbam nascentia, saepe fortuna producit: extrema vero, ipsa raritate commendat. Sed iste multum adhuc
abest ab eo quod profiteatur; & si sciret quid esset vit bonus, nondum se esse crederet: fortasse etiam fieri
posse desperaret. At male existimat de malis. Hoc etiam malis faciunt. ne illa maior poena nequitiae
est, quam quod sibi ac suis displicet. At odit eos, qui subita & magna potentia, insolenter vtuntur. Idem
faciet, cum idem poterit. Multorum quia imbecilli sunt, latent vitia; non minus ausura, cum illis vires
suae placuerint, quam illa que iam felicitas apernit. Instrumenta illis explicandae nequitiae desunt. Sic
tufo serpens etiam pestifera tractatur, dum riget frigore. Non desunt tunc illi venena, sed torpescunt. Mul-
torum crudelitas, & ambitio, & luxuria, ne paria pessima anteat, fortuna fauore deficitur. Eadem ve-
lle eos cognoscere, da posse quantum volunt. Meministi cum quandam affirmares esse in tua potestate, di-
xisse me, volaticum esse ac leuem, & te non pedem cius tenere, sed pennari. Mentitus sum: pluma tene-
batur, quam remisit & fugit. Scis quos postea exhibuerit tibi ludos, quam multa in caput suum casura
tentauerit. Non videbat se per aliorum pericula in suum ruere, non cogitabat quam onerosa essent quae
petebat, etiam superuacua non essent. Hoc itaque in his quae affectamus, ad quae labore magno conten-
dimus, inspicere debemus, aut illi in illis commodi esse, aut plus incommodi. Quaedam superuacua
sunt, quedam tanti non sunt. Sed haec non pertidemus, & gratuita nobis videntur, quae carissime con-
stat. Ex eo licet stupor noster appareat, quod ea sola putamus emi, pro quibus pecuniam soluimus: ea
gratuita vocamus, pro quibus nos ipsos impeditimus. Quae emere non possemus, si domus nobis nostra pro
illis esset danda, si amoenum aliquod fructuosumve praedium: ad ea parati sumus peruenire cum soli-
citudine, cum periculo, cum iactura pudoris, & libertatis, & temporis. Adeo nihil est cuique se vilius.
Idem itaque in omnibus consiliis rebusque faciamus, quod solenus facere, quoties ad institorem ali-
cuus mercis accessimus. videamus, hoc quod concupiscimus quanti deferatur. Saepe maximum pretium
est, pro quo nullum datur. Multa possum tibi ostendere, quae acquisita acceptaque, libertatem no-
bis extorserunt. Nostri essent, si ista nostra non essent. Haec ergo tecum ipse versa, non solum vbi de
incremento agetur, sed etiam vbi de iactura. Hoc peritum est. Nempe aduentum fuit, tam facile
sive isto viues, quam vixisti. Si diu illud habuisti, perdis postquam satiatus es. si non diu, perdis ante quā
assuescas. Pecuniam minorem habebis: nempe & molestiam: gratiam minorem: nempe & inuidiam.
Circumspice ista quae nos agunt in insaniam, quae cum plurimis lacrimis amittimus. Scies non damnum
in his molestum esse, sed opinionem damni. Nemo illa perire sentit, sed cogitat. Qui se habet, nihil per-
didit. Sed quanto cuique habere se contigit?

*Epistola**Epistola XLIII.*

Quomo do hoc ad me peruererit, quaeris, quis mihi id te cogitare narrauerit, quod tu nulli nar-
eras. Is qui scit plurimum, rumor. Quid ergo, inquis, tantus sum, ut possim excitare rumorem?
Non est quod te ad hunc locum respiciens metaris: ad istum respice, in quo moraris. Quicquid inter
vicina eminet, magnum est illuc eminet. Nam magnitudo non habet certum modum: comparatio il-
lam aut tollit, aut deprimit. Nauis quae in flumine magna est, in mari paruula est. Gubernaculum quod
navi alteri magnum, alteri exiguum est. Tu nunc in prouincia, licet contemnas ipse te, magnus es. Quid
agis quemadmodum coenes, quemadmodum dormis, quaeritur, scitur. Eo tibi diligentius viuendum
est. Tunc felicem te esse iudica, cum poteris in publico vivere, cum te patientes tui tegent, non abscondi-
ent: quos plerunque circundatos nobis iudicamus, non ut tutius viuamus, sed ut peccemus occultius.
Rem dicam, ex qua mores aestimes nostros. vix quemquam inuenies, qui possit aperto ostio viuere. Ia-
nitores conscientia nostra, non superbia opposuit. Sic viuimus, ut deprehendi sit, subito aspici. Quid au-
tem prodest recondere se, & oculos hominum aurea que vitare? Bona conscientia turbam aduocat, mala
etiam in solitudine anxia atque solicita est. Si honesta sunt quae facis, omnes sciunt: si turpia, quid refert
neminem scire, cum tu scias? O te miserum, si contemnis hunc testem.

Epistola XLIV.

ITerum tu mihi te pusillum facis, & dicas, malignus tecum egisse naturam prius, deinde fortunam,
cum possis te eximere vulgo, & ad felicitatem omnium maximam emergere. Si quid aliud est in phi-
losophia boni, hoc est, quod itemma non inspicit. Omnes si ad primam originem reuocetur, a diis sunt.
Eques Romanus, es & ad hunc ordinem tua te perduxit industria. At mehercules multis quattuordecim
gradus sunt clausi. Non omnes curia admittit. Castra quoque quos ad laborem & periculum recipiunt,
fastidiose legunt. Bona mens omnibus patet: omnes ad hoc sumus nobiles. Nec rejicit quemquam phi-
losophia, nec eligit: omnibus lucet. Patricius Socrates non fuit. Cleanthes aquam traxit, & rigando hor-
tulo locauit manus. Platonem non accepit nobilis philosophia, sed fecit. Quid est quare desperes his
te posse fieri parem? Omnes hi maiores tui sunt, si te illis geris dignum. Geres autem, si, hoc protinus ti-
bi persuaseris, a nullo te nobilitate superari. Omnibus nobis totidem ante nos sunt. nullius non ori-
go ultra memoriam iacet. Plato ait, Neminem regem non ex seruis esse oriundum, neminem non ser-
uum ex rebus. Omnia ista longa varietas miserit, & sursum deorum fortuna verasuit. Quis ergo ge-
nerosus? Ad virtutem bene à natura compositus. Hoc unum est intuendum. Alioqui si ad vetera reuocas,
nemo non inde est, ante quod nihil est. A primo mundi ortu usque in hoc tempus perduxit nos ex splen-
didis forditisque alternata series. Non facit nobilem atrium plenum sumos imaginibus. Nemo in
nostram gloriam vixit: nec quod ante nos fuit, nostrum est. Animus facit nobilem: cui ex quaquam con-
dicione supra fortunam licet surgere. Puta itaque te non esse equitem Romanum, sed libertinum: potes
hoc consequi, ut solus sis liber inter ingenuos. Quomodo: inquis. Si mala bonaque non populo auctore
distinxeris. Intuendum est, non unde veniant, sed quo eant. Si quid est quod beatam vitam potest facere,
id bonum est suo iure: depravari enim in malum non potest. Quid est ergo in quo erratur? Cum omnes
beatam vitam optent, quod instrumenta eius pro ipsa habent, & illam dum petunt, fugiunt. Nam cum
summa beatae vitae sit solida tranquillitas, & eius inconclusa fiducia, solitudinis colligunt causas, &
per insidiosum iter vitae non tantum ferunt sarcinas sed trahunt. Ita longius ab effectu eius quod petunt
sempre abscedunt, & quo plus operae impendunt, hoc se magis impediunt: ferunt retro. Quod eue-
nit in labyrintho properantibus: ipsa illos velocitas implicat.

Epistola XLV.

Librorum istic inopiam esse quereris. Non refert quam multos, sed quam bonos habeas. Lectio
certa prodest, varia delectat. Qui quo destinauit, peruenire vult, vnam sequatur viam, non per mul-
tas vagetur. Non ire istud, sed errare est. Velle, inquis, magis libros mihi quam consilium dare. Ego
uero quoscunq; habeo mittere paratus sum, & totum horreum excutere: me quoque isto si possem, tral-
ferrem, & nisi mature te finem officij sperarem impleturum, hanc senilem expeditionem indixissem
mihi: nec me Charybdis, & Scylla, & fabulosum istud freu deterrere potuisset. Transnatassem ista, non
solum traiecisem, dummodo te complecti possem, & praefens aestimare quantum animo creuiles. Ce-
terum quod libros meos tibi miti desideras, non magis ideo me disertum puto, quam formosum puta-
rem, si imaginem meam peteres. Indulgentiae scio istud esse, non iudicij: & si modo iudicij est, indulge-
tia tibi imposuit. Sed qualescunque sunt, tu illos sic lege, tamquam verum quaeram adhuc, non sciam, &
contumaciter queram. Non enim me cuiquam mancipavi, nullius nomen fero: multum magnorum
vitorum iudicio credo, aliquid & meo vindico. Nam illi quoque non inuenta, sed querenda nobis reli-
quaerunt: & inuenient forsan necessaria, nisi & superflua quae essent. Multum illis temporis verbo-
rum cauillatio eripuit, & captiofae disputationes, quae acumen irritum exercent. Necimus nodos, &
ambiguam significacionem verbis alliganus, deinde dissoluimus: ac tantum nobis vacat iam vivere, iam
mori fieri. Tota illo mente pergendum est, ubi prouideri debet, ne res nos, non verba, decipient. Quid
mihi vocum similitudines distinguis, quibus nemo vnuquam nisi dum disputat captus est? Res fallunt, il-
las discerne. Pro bonis mala amplectimur. Optamus contra id quod optauimus: pugnant vota nostra
cum votis, consilia cum consilijs. Adulatio quam similis est amicitiae? Non imitatur tantum illam, sed
vincit

vincit & praeterit: apertis & propitijs auribus recipitur, & in praecordia iusta descendit, eo ipso gratiosa quo laedit. Doce quemadmodum hanc similitudinem dignoscere possum. venit ad me pro amico blandus inimicus, viria nobis sub virtutum nomine obrepunt. Temeritas sub titulo fortitudinis latet. Mode ratio vocatur ignavia: pro tanto timidus accipitur. In his magno periculo erratur. his certas notas impinge. Ceterum qui interrogatur, an cornua habeat, non est tam stultus, vt frontem suam tenter: nec rursus tam ineptus aut hebes, vt non habere se nesciat, quod tu illi subtilissima collectione perfusaris. Sic ista sine noxa decipiunt, quomodo praesigitorum acerabula & calculi, in quibus fallacia ipsa delectat. Esse, vt quomodo fiat intelligam, perdidit vobis. Idem de istis captionibus dico: quo enim nomine potius sophilinata appellem? nec ignorantia nocent, nec scientem iuvant. Si vis utique verborum ambiguitates diuidere, hoc nos doce, beatum non eum esse, quem vulgus appellat, ad quem pecunia magna confluxit: sed illum, cui bonum omne in animo est, erectum, & excellum, & mirabilia calcantem: qui neminem videt, cum quo se commutatum velit; qui hominem ea sola parte aestimat, qua homo est: qui natura magistra vititur, ad illius leges componitur, sic vinit, quomodo illa prescripsit: cui bona sua nulla vis excutit: qui mala in bonum vertit, certus iudicij, inconcilius, intrepidus: quem aliqua vis mouet, nulla perturbat: quem fortuna, cum in eum quod habuit telum nocentissimum, vi maxima intorsit, pungit, non vulnerat, & hoc raro. Nam cetera eius tela, quibus genus humanum debellatur, grandinis more diffundant: quea incussa testis, sine vilo habitatoris incommodo crepitat, ac soluitur. Quid me detinet in eo, quem tu ipse pietatem appellas, de quo tantum librorum compositum est? Ecce tota mihi vita mentitur: hanc ad verum, si acutus es, redige. Necesaria iudicat, quorum magna pars superuacua est: etiam quae non est superuacua, nihil in se momenti habet in hoc, vt possit fortunatum beatumque praestare. Non enim statim bonum est, si quid necessarium est. At projicimus bonum, si hoc nomen pani aut polentiae damus, & ceteris sine quibus vita non dicitur. Quod bonum est, utique ne necessarium est: quod autem necessarium est non statim bonum est: quoniam quaedam necessaria sunt, eadem vilissima. Nemo usque eo dignitatem boni ignorat, vt illud ad haec in diem vilia demittat. Quid ergo? non eo potius curam transferes, vt ostendas omnibus, magno temporis impedio quae superuacua, & multos transisse vitam, dum vitae instrumenta conquirunt? Recognosce singulos: considera vniuersos, nullius non vita spectat in crastinum. Quid in hoc sit mali, queris? Infinitum, non enim vivunt, sed vici sunt: omnia differunt. Etiam si attenderemus, tamen nos vita praecurreret: nunc vero cunctantes quasi aliena transcurrit, & ultimo die finitur, omni perit. Sed ne epistolae modum excedam, quae non debet sinistram manum legentis implere, in aliud diem hanc litem cum dialecticis disseram, nimium subtilibus, & hoc solum curantibus. Non & hoc,

Epistola XLVI.

Librum tuum quem mihi promiseras, accepisti, & tanquam lectoris ex commodo adaperui, ac tantum degustare volui. Deinde blanditus es ipse, vt procederem longius: qui quād disertus fuerit, ex hoc intelligas licet, breuis mihi visus est, nec mei, nec tui temporis, sed qui primo aspectu aut T. Luij, aut Epicuri posset videri; tanta autem dulcedine me tenuit & traxit, vt illum sine villa dilatione perlegerem. Sol me inuitabat, fam es admonebat, nubes minabantur, tamen exhausti totum. Non tantum delectatus, sed gauisus sum. Quid ingenij iste habuit? quid animi? dicere, quid impetus, si interquieuisset, si intercallo surrexisset. Nunc non fuit impetus, sed tenor, compositus virilis & sancta. Nihilominus interueniebat dulce illud & loco lene. Grādis & rectus es, hoc te vole tenere, sic ire. Fecit aliquid & materia. Ideo eligenda est fertilis, quae capiat ingenium, quae exciter. De libro tuo plura scribam, cum illum retractauerim: nunc vero parum mihi sedet iudicium: tanquam audierim illa non legerim. Sine me & inquirere. Non est quod verear. verum audies. O te hominem felicem, quod nihil habes; propter quod quisquam tibi tam longe mentiatur: nisi quod etiam ubi causa sublata est, mentitur & confundit.

Epistola XLVII.

Libenter ex his qui à te veniunt cognoui, familiariter te cum seruis tuis vivere. hoc prudentiā tuam, hoc eruditionem decet. Serui sunt? immo homines. Serui sunt? immo contubernales. Serui sunt? immo humiles amici. Serui sunt? immo conserui, si cogitaueris tantundem in vtroisque licere fortunae. Itaque rideo istos, qui turpe existimant cum seruo suo coenare. Quare? nisi quia superbissima conuictudo coenanteri dominum stantium seruorum turba circumdeedit. Est ille plus quād capit, & ingenii auditate onerat distentum ventrem, ac defuetum iam ventris officio, vt maiore opera omnia egerat, quād ingessit. At infelibus seruis mouere labra, ne in hoc quidem, vt loquantur, licet, virga murmur omne compescitur; & ne fortuita quidem verberibus excepta sunt, tussis, sternutamentum, singultus: magnō malo vlla voce interpellatum silentium luitur: nocte tota ieiuniū, mutique perstant, Sic fit, vt isti de domino loquantur, quibus coram domino loqui non licet. At illi quibus non tantum coram dominis, sed cum ipsis erat sermo, quorum os non confuebatur, parati erant pro domino porrigitere ceruicem, periculum imminentis in caput suum auertere. In conuinis loquebantur, sed in tormentis tacebant. Deinde eiusdem arrogantiae prouerbium iactatur: Totidem esse hostes, quot seruos. Non habemus illos hostes, sed facimus. Alia interim crudelia & inhumana praetereo, quod nec tamquam hominibus quidem, sed tamquam iumentis abutimur: qui cum ad coenandum discumbimus, aliud sputa detergit, aliud reliquias

reliquias temulentorum subditus colligit, aliis pretiosas aues scindit: pectus & clunes certis ductibus circumferens eruditam manum in frusta excutit. Infelix qui huic vni rei viuit, vt altilia decenter fecerit: nisi quod miserior est, qui hoc voluptatis causa docet, quād qui necessitatis, dicit. Alius vini minister in muliebrem modum ornatus, cu[m] aetate luctatur. Effugit pueritia: sed retrahitur. Iamque militaris habitus glaber destrictis pilis, aut penitus euulsis, tota nocte perugilat: quam inter ebrietatem domini ac libidinem diuidit, & in cubiculo vir, & in coniuino puer est. Alius cui coniugalium censura permissa est, perstat infelix, & expectat, quos adulatio, & intemperantia aut gulæ, aut linguae reuocet in crastinum. Adiace obsonatores, quibus dominici palati notitia subtilis est: qui sciunt, cuius rei illum sapor excitet, cuius delectet aspectus, cuius nouitate nauseabundus erigi possit, quid iā ipsa satietae fastidiat, quid illo die esuriet. Cum his coenare non sustinet, & maiestatis suae diminutionem putat, ad eande mensam cum seruo suo accedere. Dij melius, quod ex istis dominos habent. Stare ante limen Callisti dominum suum vidi, & eum qui illi impegerat titulum, qui inter rei jucula manipia produxerat, alijs intrantibus excludi. Retulit illi gratiam seruus ille in primam decuriam coniētus, in qua vocem praeco experitur: & ipse illum iniucem apologauit: & ipse non iudicauit, domo sua dignum. Dominus Callistum vendidit: sed domino quād multa Callistus? Vis tu cogitare istum, quem seruum tuum vocas, ex ijsdem seminibus ortum, eodem frui caelo, aequa spirare, aequa viuere, aequa mori? Tam tu illum ingenuum vide potes, quād ille te seruum. Mariana clade quād multos splendidissime natos, senatorum per militiam auspice gradum, fortuna depresso? alium ex illis pastorem, alium custodem casae fecit. Contemne nunc eius fornae hominem, in quam transire, dum contemnis, potes. Nolo in ingentem me locum immittere, & de vsu seruorum disputare, in quos superbissimi, crudelissimi, & contumeliosissimi sumus. Haec tamen praecepsi mei summa est: Sic cum inferiore viuas, quemadmodum tecum superiore velles viuere. Quoties in mentem venerit, quantum tibi in seruum liceat, veniat in mentem, tantundem in te domino tuo licere. At ego, inquis, nullum habeo dominium. Bona aetas est, forsitan habebis. Nefcis qua aetate Hecuba seruire coepit, qua Croesus, qua Daris mater, qua Plato, qua Diogenes? Viue cum seruo clementer. Comiter quoque & in sermonem admittit, & in consilium, & in coniustum. Hoc loco acclamabit mihi tota manus deliciorum: Nihil hac re humilius, nihil turpius. Hos ego eisdem deprehendam, alienorum seruorum osculantes manum. Ne illud quidem videtis, quād omnem inuidiam maiores nostri dominis, omnem contumeliam seruis detrixerint? Dominum, patrem familie appellauerunt: seruos (quod etiam in mimis adhuc durat) familiares. Instaurerunt diem festum, quo non solum cum seruis domini vescerentur, sed utique honores illis in domo gerere, ius dicere permiserunt, & domū pusilli tempublicam esse iudicauerunt. Quid ergo? Omnes seruos admouebo mensae meae? Non magis quād omnes liberos. Erras, si existimas me quodam quasi sordidioris operae reiecturum, vt puta illum mulionem, & illum bubulcum. Non ministerijs illos aetimabo, sed moribus. Sibi quisque dat mores: ministeria casus assignat. Quidam coenent tecum, quia digni sunt, quidam, vt sint. Si quid enim in illis ex sordida conuersatione seruile est, honestiorum conuictus excutiet. Non est, mi Lucili, quod amicum tantum in foro & in curia, quaeras si diligenter attenderis, & domi inuenies. Saepe bona materia cessat sine artifice. Tenta, & experire. Quemadmodum stultus est, qui equum empturus, non ipsum inspicit, sed stratū eius ac frænos: sic stultissimus est, qui hominem aut ex veste, aut ex condicione, quae vestis modo nobis circundata est, astimat. Seruus est? sed fortasse liber animo. Seruus est: hoc illi nocebbit: alijs non nocebbit. Ostende quis non sit. Alius libidini seruit, alijs avaritiae, alijs ambitioni, omnes timori. Dabo consularem aniculae seruientem. Dabo ancillulae diuitem. Ostendam nobilissimos iuvenes mancipia Pantomimorum. Nulla seruitus turpior est, quād voluntaria. Quare non est quod fastidiosi te deterreant, quo minus seruus tuus hilarem te praefest, & non superbe, superiore. Colant potius te, quād timeant. Dicit nunc aliquis, me vocare ad pileū seruos, & dominos de fastigio suo dei cere: quod dixi, colat potius dominum, quād timeat. Ita ne, inquit, prorsus colant tanquam clientes, tanquam salutatores? Hoc qui dixerit, obliuiscetur, id dominis parum esse quod Deo sat is, qui colitur & amat. Non potest amor cum timore misceri. Rectissime ergo te facere iudico, quod timeri à seruis tuis non vis, quod verborum castigatione vteris. Verberibus multa admonentur, non quicquid nos offendit, & laedit. Sed ad rabiem cogunt venire deliciae, vt qui quid non ex voluntate respondit, iram prouocet. Regum nobis induimus animos. Nam illi quoque oblit & virium suarum, & imbecillitatis alienæ, sic exardescunt, sic faeuunt, quasi iniuriam accepert: a cuius rei pericolo illos fortunæ suae magnitudo tutissimos praefat. Nec hoc ignorant, sed occasione nocendi captant querendo, accepert in iuriam, vt facerent. Diutius te morari nolo. Non est enim tibi exhortatione opus. Hoc habent inter cetera boni mores: placent sibi, & permanent. Ieuis est malitia, saepe mutatur: non in melius, sed in aliud.

Epistola XLVIII.

Ad epistolam quam mihi ex itinere misisti, tam longam, quam ipsum iter fuit, postea refribam. Seducere me debeo, & quid suadeam, circumspicere. Nam tu quoque, qui consulis, diu an consuleres cogitasti: quanto magis hoc mihi faciendum est, cum longiore mora opus sit, vt soluas quaestionē quād vt proponas? Vtq. cum aliud tibi expediatur, aliud mihi. iterum ego tamquam Epicureus loquor.

Mihi vero id expedit, quod tibi; aut non sum amicus, nisi quicquid agitur ad te pertinens, meū est. Consortium rerum omnium inter nos facit amicitia; nec secundi quicquam singulis est, nec aduersi. In comitatu viuitur, Nec potest quisquam beate degere, qui se tantum intuetur, qui omnia ad utilitates suas convertit. Alteri vias oportet, si vis tibi viuere. Haec societas diligenter & sancte obseruanda est, quae nos omnes omnibus misceret, & indicat aliquid esse commune ius generis humani: plurimum ad illum quoque (de qua loquebar) interiorem societatem amicitiae colendam proficit. Omnia enim cum amico communia habebit, qui multa cum homine. Hoc, Lucili virorum optime, mihi ab ipsis subtilibus praecepit malo, quid amico praestare debeam, quid homini, quamquot modis amicus dicatur, & homo quam multa significet. In diuersum ecce sapientia & stultitia discidunt. cui accedo? in vtram ire partem iubes? Illi homo pro amico est, huic amicus non est pro homine; ille amicum sibi parat, hic se amico. Tu mihi verba distorques, & syllabas digeris. Scilicet nisi interrogaciones vaferitas struxero, & conclusionem falla a vero nascens mendacium adstruxero, non potero a fugiendis petenda fecerere. Pudet me, in re tam seria senes ludimus. Mus syllaba est; mus autem caseum rodit: syllaba ergo caseum rodit. Puta nunc me istud non posse solvere: quod mihi ex ista sententia periculum imminet? quod incommode? Sine dubio verendum est, ne quando in muscipula syllabas capiam, aut ne quando si negligenter fuero, caseum liber comedat. Nisi forte acutior est illa collectio: Mus syllaba est. syllaba autem caseum non rodit: mus ergo caseum non rodit. O pueriles ineptias. in hoc supercilie subclivimus? in hoc barbam demissimus? hoc est quod tristes docemus & pallidi? Vis scire, quid philosophia promittat generi humano? Confilium. Alium paupertas vrit, aliud diuitiae vel alienae torquent, vel suae. Ille malam fortunam horret, hic se felicitati suae subducere cupit; hunc homines male habent, illum dix. Quid mihi lusoria ista proponis? non est iocandi locus, ad miseros aduocatus es. Openi te latrum naufragis, captis, aegris, egentibus, intentae securi subiectum praestantibus caput, pollicitus es. Quo diuenteris? quid agis? hic cum quo ludis, timet. Succurre, qui quis eloquentiores, pereuntium poenis. Omnes vnde ad te manus tendunt, perditae vitae, perituraeque auxilium aliquod implorant, in te spes opesque sunt. Rogant ut ex tanta illos volutatione extrahas, ut disiectis & errantibus clarum veritatis lumen ostendas. Dic quid natura necessarium fecerit, quid supervacuum, quam faciles leges posuerit, quam iucunda sit vita, quam expedita illas sequentibus, quam acerba & implicita eorum, qui opinioni plus quam naturae crediderunt. Quid istorum cupiditates demit? quid temperat? Disputationes istae vitiam tantum non prodecent. Nocent. Hoc tibi, cum voles, manifestissimum faciam, & communis & debilitari generosam indolem in istas argumentias coniectam. Pudet dicere contra, fortunam militaturis, quae porrigant tela, quemadmodum illos subornent. Hac ad summum bonum iur: per istud philosophiae sunt nigrae, & turpes, infamesque etiam ad album sedentibus, exceptiones. Quid enim aliud agitis, cum eum quem interrogatis, scientes in fraudem inducitis, quam ut formula cecidisse videatur? Sed quemadmodum illum praetor, sic hos philosophia in integrum restituit. Quid disceditis ab ingentibus promissis, & grandia locuti, effectu vos, ut non magis auri fulgor, quam gladij perstringat oculos meos, ut ingenti constantia, & quod omnes optant, & quod omnes timent calcem, ad Grammaticorum elementa descenditis? Quid dicitis? sicut ad astra, hoc enim est quod philosophia mihi promittit, ut me parem Deo faciat. ad hoc inuitatus sum, ad hoc veni. fidem praesta. Quantu potes ergo, mi Lucili, reduc te ab istis exceptionibus & prescripsitionibus philosophorum. Apera decent & simplicia bonitatem. Etiam si multum superesse aetas, parce iam dispensandum erat, ut sufficeret necessarijs. Nuc quae dementia est, supervacua discere in tanta temporis egestate?

Epiſtola XLIX.

Es quidem, mi Lucili, supinus & negligens, qui in amici memoriam ab aliqua regione admonitus reducitur; tamen repositum in animo nostro desiderium loca interdum familiaria euocant, nec extinctam memoriam reddunt; sed quiescentem irritant: sicut dolores lugentium, etiam si mitigatus est tempore, aut seruuli familiaris admonitus, aut vestis, aut domus renouat. Ecce Campania, & maxime Neapolis, ad Pompeiorum tuorum conspectum incredibilis est, quam recens desiderium tui fecerit. Totus mihi in oculis es: cummaxime a te discedo: video lacrimas cohibentem, & affectibus tuis inter ipsam coercionem exentibus non satis resistentem: Modo amissis te videor. Quid enim non modo est, si recorderis? Modo apud Sotionem philosophum puer sedi, modo causas agere coepi, modo defi velte agere, modo defi posse. Infinita est velocitas temporis, quaē magis appetet respicientibus. Nam ad praesentia intentos fallit: adeo praecipitis fugae transitus leuis est. Cautam huius rei quaeris? quicquid temporis transiit, eodem loco est: pariter aspiciunt, vna facit: omnia inde in profundum cadunt, & alioquin non possunt longa interualla esse in ea re, quae tota breuis est. Punctum est quod viuimus, & adhuc puncto minus: sed hoc minimum specie quadam longioris spatij natura diuinit. Aliud ex hoc infantiam fecit, aliud pueritiam, aliud adolescentiam, aliud inclinationem quandam ab adolescentia ad senectutem, aliud ipsam senectutem. In quam angusto quod gradus posuit? Modo te prosecutus sum: & tamen hoc modo, aeratis nostrae bona portio est: cuius breuitate aliquando futura cogitemus. Non solebat mihi tam velox tempus videri. Nunc incredibilis cursus apparet: siue quia admoueri linea sentio, siue quia attendere coepi & computare daminum meum: eo magis viiq. indignor, aliquos ex hoc tempore (quod sufficere

sufficere nec ad necessaria quidem potest, etiam si custoditum diligentissime fuerit) in supervacua maiorem partem erogare. Negat Cicero, si duplacetur sibi aeras, habiturum se tempus quo legat. Lyricos eodem modo Dialecticos. Trifluius incepti sunt. Illi ex professo laiciunt hi agere seipso aliquid existimant. Nec ego nego prospicienda ista, sed prospicienda tantum, & a limine salutanda, in hoc unum, ne verba nobis dentur, & aliquid esse in illis magni ac secreti boni iudicemus. Quid te torques & maceras in ea quaestione, quam subtilis est contempsite, quam soluere? Securi est, & ex commmodo migrants minuta conquirere. Cum hostis instat a tergo, & mouere iussus est miles, excutit necessitas quicquid pax otiosa collegerat. Non vacat mihi verba dubie cadentia consecrari, & vasitiam in illis meam experiri.

Aspice qui coeant populi, quae moenia clavis.

Ferrum acutum portis.

Magno mihi animo strepitus iste belli circumsonantis exaudiendus est. Demens omnibus merito viderer, si cum faxa in munimentum murorum senes feminaeque congererent, cum iuuentus intra portas armata signum eruptionis expectaret, aut posceret, cum hostilia in portis tela vibrarent, & ipsum solum suffossionibus & cuniculis tremeret, sedem otiosus, & eiusmodi quaestu nunc ponens: Quod non perdidisti, habes: cornua autem non perdisti: cornua ergo habes: aliaque ad exemplum huius acutae delirations concinnata. Atqui aequa licet demens tibi videar, si ictis impendero operam. Et nunc obsideor, tunc tamen periculum mihi obesse externum immininet, inurus me ab hoste fecereret. Nunc mortifera mecum sunt. Non vaco ad istas ineptias. Ingens negotium in manibus est. Quid agam? mors me sequitur, fugit vita: aduersus haec me doce: aliquid affer, ne mortem fugiam, vita me non effugiat. Exhortare aduersus difficultia, de aequanimitate: aduersus inequitabilis, angustias temporis mei laxa: doce non esse positum bonum vitae in spatio eius, sed in visu: post fieri, immo saepe fieri, vt qui diu vixit, parum vixerit. Dic mihi dormituro, Potes non expurgisci: dic experrecto, Potes non dormire amplius. Dic exenti, Potes non reuerti: dic redeunti, Potes non exire. Erras, si in navigatione tantu existimas minimū esse, quo a morte vita diducitur. In omni loco aequa tenue interualum est. Non vbiq; se mors tam prope ostendit: vbiq; tam prope est. Has tenebras discute: & facilis ea trades, ad quae praeparatus sum. Dociles natura nos edidit, & rationem dedit imperficiam, sed quae perfici posset. De iustitia mihi, de pietate disputa, de frigalitate, de pudicitia vtraque, & illa cui alieni corporis abstinentia est, & hac cui sui cura. Si me nolueris per denia ducere, facilius ad id quo tendo, perueniam. Nam (ut ille ait Tragicus) Veritatis simplex oratio est. Ideoque illam implicare non oportet, nec enim quicquam minus conuenit, quam tubula ista calliditas, animis conantibus magna.

Epiſtola L.

Epistolam tuam accepi post multis mensis, quam miseris supervacuum itaque putau, ab eo qui afferrebat, quid ageres, quaerere. Valde enim bonae memoriae est, si meminit: & tamen spero te sic iam viuere, vt vbiunque eris, si ciam quid agas. Quid enim aliud agas, quam vt meliorem te ipse quotidie facias, vt aliquid ex erroribus ponas, vt intelligas tua vita esse, quae putas rerum? Quaedam enim locis & temporibus adscribimus. At illa, quoconque transierimus, secura sunt. Harpasten' vxoris meae fatuam, scis hereditarium onus in domo mea remansisse. Ipse enim auersissimus ab istis prodigijs sum, si quando fatuo delectari volo, non est mihi longe quaerendum. me video. Haec fatua subito deligit videre. Incredibilem tibi narro rem, sed veram, nescit esse se caecam: subinde paedagogum suum rogat, vt migreret: ait domum tenebrosam esse. Hoc quod in illa ridemus, omnibus nobis accidere, liqueat tibi. Nemo se auarum esse intelligit, nemo cupidum. Caeci tamen ducem quaerunt: nos sine duce erramus, & dicimus: Non ego ambitiosus sum, sed nemo alter Romae potest viuere. Non ego sumptuosus, sed vrbs ipsa magnas impensas exigit. Non est meum vitium quod iracundus sum, quod nondum constitui certum genus vitae: adolescentia haec facit. Quid nos decimus? Non est extrinsecus malum nostrum: intra nos est, in visceribus ipsiis fedet. Et ideo difficulter ad sanitatem peruenimus, quia nos aegrotare nescimus. Si curari cooperimus, quando tot morbos, tantasque aegritudines discutiemus? Nunc vero ne quaerimus quidem medicum: qui minus negotij haberet, si adhiberetur ad recens vitium. Sequerentur teneri & rudes animi, recta monstrantem. Nemo difficulter ad naturam reductur, nisi qui ab illa defecit. Erubescimus discere bonam mentem. At mehercules, turpe est magistrum huius rei quaerere. Illud desperandum est, posse nobis casu tantum bonum influere: laborandum est, & vt verum dicam, ne labor quidem Magnus est: si modo, vt dixi, ante animalium nostrum formare incipimus, & recorrigere, quam indurescat prauitas eius. sed nec indurata despero. Nihil est quod non expugnet pertinax opera, & intenta ac diligens cura. Robora in rectum, quamvis flexa, reuocabis. Curvatas trabes calor explicat, & aliter natæ, in id finguntur, quod vñus nostra exigit. quanto facilius animus accipit formam, flexibilis, & omni humore obsequenter? Quid enim aliud est animus, quam quodam modo se habens spiritus? Vides autem tanto spiritum esse faciliorem omni alia materia, quanto tenuior est. Illud, mi Lucili, non est quod te impedit, quo minus de nobis bene speres, quod malitia iam nos tenet, quod diu in possessione nostri est. Ad neminem ante bona mens venit, quam mala. Omnes preoccupati sumus. Virtutes discere, vita dediscere: sed eo maiore animo ad emendationem nostri debemus accedere, quod semel traditi boni perpetua possesso est. Non dediscitur virtus. Contraria

I 2 enim

enim mala in alieno haerent. Ideo expelli & extirpari possunt. Fideliter sedent, quae in locum suum veniunt. Virtus secundum naturam est: vita inimica & infesta sunt. Sed quemadmodum virtutes receperas exire non possunt, facilisque earum tutela est: ita initium ad illas eundem arduum: quia hoc primum imbecillae mentis atque aegrae est: formidare inexperta. Itaque cogenda est mens, ut incipiat. Deinde non est acerba medicina: protinus enim delectat, dum sanat. Aliorum remediorum post sanitatem voluptas est: philosophia pariter & salutaris & dulcis est.

Epiſtola LI.

Quomodo quisque potest, mihi Lucili: tu iste habes Aetnam, illum nobilissimum Siciliae montem; quem quare dixerit Messalla vnicum, siue Valgus (apud vtrumque enim legi) non reperio, cum plurima loca euomant ignem, non tantum edita, quod crebrius eueniit, videlicet quia ignis in altissimum effertur, sed etiam iacentia. Nos vtcunque possimus, contenti sumus Baijs: quas postero die, quam attigeram, reliqui: locum ob hoc deuitanum, cum habeat quasdam naturales dotes, quia sibi illum celebrandum luxuria desumpit. Quid ergo? vlli loco indicendum est odium? minime. Sed quemadmodum aliqua vltis sapienti ac probo viro magis conuenit quam alia, nec vllum colorem ille odit, sed aliquem putat parum aptum esse frugalitatem professo: sic regio quoque est, quam sapiens vir, aut ad sapientiam tendens declinet, tanquam alienam bonis moribus. Itaque de secessu cogitans, nunquam Canopum eligit, quamvis neminem Canopus esse frungi veter. Ne Baias quidem. Diuerſorium viatorum esse coeparent. Illic sibi plurimum luxuria permititur: illic tanquam aliqua licentia debeatur loco, magis solutum. Non tantum corpori, sed etiam moribus salubrem locum eligere debemus. Quemadmodum inter tortores habitare nolim, sic nec inter popinas quidem. Videre ebrios per littora errantes, & comedentes nauigantium, & symphoniarum cantibus perstrepentes lacus, & alia quae velut soluta legibus luxuria, non tantum peccat, sed publicat, quid necesse est? Id agere debemus, vt irritamenta vitiorum quam longissime profugiamus. Indurandus est animus, & a blandimentis voluntatum procul abstrahendus. Vim Hannibalis hiberna soluerunt: & indomitum illum niuibus atque Alpibus vitum eneruauerunt fomenta Campaniae. Armis vicit, vicius est. Nobis quoque militandum est: & quidem genere militiae, quo nunquam quis, nunquam otium datur. Debellandae sunt in primis voluptates: quae (vt vides) saeva quoque ad te ingenia rapuerunt. Si quis sibi proposuerit, quantum operis agressus sit, sciet nihil delicare, nihil mollier est faciendum. Quid mihi cum istis calentibus stagnis? quid cum sudatorijs, in quae fucus vapor corpora exhausturus includitur? Omnis sudor per laborem exeat. Si faceremus quod fecit Hannibal, vt interrupto curfu terum, omissoque bello, fouendis corporibus operam daremus, nemo non intempestiuam defidiā, victori quoque, nedum vincenti periculōam, merito reprehenderet. Minus nobis quam illis Punica signa sequentibus licet. Plus periculi restat cedentibus, plus operis etiam perseverantibus. fortuna mecum bella gerit. Non sum imperata facturus. Iugum non recipio, immo quod maiore virture faciendum est, excutio. Non est emolliendus animus. Si voluptati ccelero, cedendum est dolori, cedendum labori, cedendum est paupertati. Idem sibi in me iuris esse voler & ambitio, & ira. Inter tot affectus distrahar, immo disceperat. libertas proposta est: ad hoc praemium laboratur. Quae sit libertas, quaeris? Nulli rei servire, nulli necessitatū, nullis casibus: fortunam in aequum deducere. quo die intellexero illam plus posse, nil poterit. Ego illam feram, cum in manu mōs sit? His cogitationibus intentum, loca seria sanctaque eligere oportet. Effeminatus animos amoenitas nimia: nec dubie aliiquid ad corrumendum vigorē potest regio. Quamlibet viam iumenta patiuntur, quorum durata in alpēo vngula est. In molli paupertate pacifico faginata cito subteruntur. Et fortior miles ex confragoso venit. Segnis est vrbanus & verna. Nullum laborem recusant manus, quae ad arma ab aratro transferuntur. In primo deficit puluere ille vncus & nitidus. Seuerior loci disciplina firmat ingenium, aptumque magnis conatus redit. Litteri honestius Scipio quam Baijs exulabat. Ruina eius non est tam molliter collocanda. Illi quoque ad quos primos fortuna Romani populi publicas opes transtulit, C. Marius, & Cn. Pompeius, & Caesar, extruxerunt quidem villas in regione Baiana, sed illas impoſuerunt summis ingens montium. Videbatur hoc magis militare, ex edito speculator late longeque subiecta. Aspice quam positionem elegerunt, quibus aedificia excitauerunt locis, & qualia. Icas non villas esse, sed castra. Habitaturum tu putas vñquam fuisse in Vtica Catonem, vt praeter nauigantes adulteras dinumeraret, & aspiceret tot genera cymbarum varijs coloribus pīcta, & fluitantem toto lacu roſam, vt audiaret canentium nocturna conūcia? nonne manere ille intra vnum lumen maluisset, quam vnam noctem inter ralia duxisse? Quid ni malit, quisquis vir est, somnum suum classico quam symphonia rumppi? Sed satis diu cum Baijs litigauimus, nunquam satis cum vitis: quae oro te, mihi Lucili, perseque te fine modo, fine fine: nam illis quoque nec finis est, nec modus. Projice quaecunque cor tuum lauant: quae si alteri extrahe nequirent, cor ipsum cum illis reuelendum erat. Voluptates praecipue exturba, & iniurias habet, latronum more, quos Philetas Aegyptij vocant. In hoc nos amplectuntur, vt strangulent.

Epiſtola LII.

Quid est hoc, Lucili, quod nos alio tendentes, alio trahit, & eo vnde recedere cupimus, impellit? quid colluctatur cum animo nostro, nec permittit nobis quicquam semel velle? fluctuamus inter varia

varia confilia: nihil libere volumus, nihil absolute, nihil semper. Stultitia. inquis, est: cui nihil cōstat, nihil diu placet. Sed quomodo, aut quando nos ab illa reuellemus? Nemo per se satis valet, vt emergat: oportet manum aliquis porrigit, aliquis educat. Quosdam ait Epicurus ad veritatem sine vlli adiutorio exisse, fecisse sibi ipso viam. Hos maxime laudat, quibus ex fe impetus fuit, qui seipso protulerūt: quosdam indigere ope aliena, non ituros si nemo praecesserit, sed bene secuturos. Ex his Metrodoram ait esse. Egregium hoc quoque, sed secundac fortis ingenium. Nos ex illa prima nota non sumus: bene nobiscum agitur, si in hac secundam recipimur. Nec hunc quidem contempseris hominem, quialicet no beneficio esse saluus potest: & hoc multū est, velle seruari. Praeter haec adhuc inuenies aliud genus hominum, ne ipsum quidem fastidiendum, eorum qui cogi ad rectum compellique possunt: quibus nō duce tantum opus sit, sed adiutorie, & vt ita dicam, coactore. Hic tertius color est. Si quaeris huius exemplar, Hermachum ait Epicurus talem fuisse. Itaque alteri magis gratulatur, alterum magis suspicit. Quamvis enim ad eundem finem vterque peruenierit: tamen maior est laus idem effecisse in difficultiore materia. Puto enim duo aedificia excita esse, ambo paria, aequa excelsa, aequa magnifica: alterum dura area accepit, illic protinus opus crevit: alterius fundamenta lapſabunda, in mollem ac fluidam demissa humum: multumque laboris exhaustum est, dum peruenit ad solidum. Apparet in altero, quicquid factum est: alterius magna pars & difficultior later. Quaedā ingenia facilia & expedita: quaedā manu (quod aiunt) facienda sunt, & in fundamentis suis occupanda. Itaque ego illum feliciorum dixi, qui nihil negotij secum habuit. Hunc quidem de se melius meruisse, qui malignitatem naturae suae vicit, & ad sapientiam se non perduxit, sed extraxit. Hoc durum & laboriosum nobis datum scias, licet. Imus per obſtantia. Itaque pugnemus, aliquorum inuocemus auxilium. Quem, inquis, inuocabo? hunc aut illum. Tu vero etiam ad priores reuertere qui vacant. Adiuuare nos possunt non tantum qui sunt: sed & qui fuerunt. Ex ijs autē qui sunt, eligamus non eos, qui verba magna celeritate praecepit, & communes locos volvunt, & in prituato circulantur: sed eos qui vita docent, qui cum dixerint quid faciendum sit, probant faciendo: qui docent, quid vitandum sit, nec vñquam in eo quod fugiendum dixerint deprehenduntur. Eum elige adiutorem, quem magis admireris cum videris, quam cum audieris. Nec ideo te prohibuerim hos quoque audire, quibus consuetudo est admittere populum, ac differere: si modo hoc proposito in turbam prodeunt vt meliores fiant faciuntque meliores: si non ambitionis hoc causa exerceat. Quid enim turpis philosophia captante clamores? Nunquid aeger laudat medicum fecantem? Tacete, fauete, & praebete vos curationi. Etiam si exclamaueritis, non aliter audiam, quam si ad tactum vitiorum vestrorum ingemiscatis. T estari vultis attendere vos mouerique rerum magnitudine: sane liceat. Vt quidem iudicetis & feratis de meliore suffragium, quid ni non permittam? Apud Pythagoram discipulis quinque annis tacendum erat. Nunquid ergo exiftimas, statim illis & loqui & laudare licuisse? Quanta autem dementia eius est, quem clamores imperitorum hilarem ex auditorio dimittunt? Quid laetaris, quid hominibus ijs laudaris, quos non potes ipse laudare? Differebat populo Fabianus: sed audiebat modeſte. Erupebat interdum magnus clamor laudantium: sed quem magnitudine rerum euocauerat, non sonus inoffensa ac molliter lapſa orationis. Interfuit aliquid inter clamorem theatri & scholae. Est aliqua & laudandi licentia. Omnia rerū omnium, si obseruerit, indicia sunt: & argumentum morum ex minimis quoque licet capere. Impudicum & incessus ostendit, & manus mota, & vnum interdum responsū, & relatus ad caput digitus, & flexus oculorum. Improbum risus, insanum vultus habitusque demonstrat. Illa enim in apertum per notas exunt. Qualis quisque sit, scies, si quemadmodum laudetur, aspexeris. Hinc atque illinc philosopho manus auditor intentat, & super ipsum caput mirantur turba confitit. Non laudatur ille nunc, si intelligas, sed clamatur. Relinquatur istae voces illis artibus, quae propositum habent placere populo: philosophia adoretur. Permittemendum erit aliquando iuuenibus, sequi impetum animi. Tunc autem hoc ex impetu facient, cum silentiū sibi imperare non poterunt. Talis laudatio aliquid exhortationis afferit ipsiſ audientibus, & animos adlefcentium extimulat. Ad rem commoueantur, non ad verba composita. Alioqui nocet illis eloqua, si non rerum cupiditatem facit, sed sui. Differat hoc in praefenti. Desiderat enim propriam & longam executionem, quemadmodum populo differendum, quid sibi apud populum permittendum sit, quid populo apud se. Damnum quidem fecisse philosophiam, non erit dubium, postquam profutura est: sed potest in penetralibus suis ostendi, si modo non in ſitorem, sed antititem nacta est.

Epiſtola LIII.

Quid non potest mihi persuaderi, cui persuasum est vt nauigare? Solui mari langido. erat fine duobus caelum graue folidis nubibus, quae fere aut in aquam aut in ventum refoluuntur: sed putauit tam pauca millia à Parthenope tua vñque Puteolos surripit posse, quamvis dubio & impendente caelo, itaque quo celerius euaderem, protinus per altum ad Nēfida direxi, praeſiſtutus omnes sinus. Cum iam eo proceſſissem, vt mea nihil interefset, vtrum irem, an redirem, primum aequalitas illa quae me corruerat, perit. Nondum erat tempeſtas, sed iam inclinatio maris, ac subinde crebrior fluctus. Coepi gubernatore rogare, vt me in aliquo littore exponeret. Aiebat ille, aspera esse & importuosa, nec quicquam se aequa in tempeſtate timere quam terram. Peius autem vexabar, quam vt periculum mihi succurreret. Nausea enim me fegniſ haec & sine exitu torquebat, quae bilem mouet, nec effundit. Institi itaque gubernatori, & illum velle nollet coegi vt peteret littus. Cuius vt viciniam attigimus, non expēcto

ut quicquam ex praecēptis Virgilij fiat. Obuertant pelago proras, aut anchora de prora iaciatur: sed me mor artifici mei veteris, mitto me in mare, quomodo psychrolutam decet, gaus. patus. Quae putas me passum dum per aspera erepo, dū viam quaero, dū facio? Intellexi non immerito hautis terrā timeri. Incredibilia sunt que tulerim: cum me ferre non possem. Illud scio. Vixi non fuisse tam irato mari natum, ut vbique naufragia faceret. Naufragator erat. At ego quocunque nauigare debuero, vicefino anno perueniam. Ut primum stomachum (sic non cum mari naufem effugere) collegi, ut corpus vñctione recreaui, occoepi mecum cogitare, quanta nos vitiorum nostrorum sequeretur obliuio, etiam corporalium, quae subinde admonent sūi, nedium illorum quae eo magis latent, quo maiora sunt. Lewis aliquē motiuncula decipit: sed cum creverit, & vera febris exarserit, etiam duro & perpeſſio confessionem extorquer. Pedes dolent, articuli punctiunculas sentiunt: adhuc diffimulamus, & aut talum extorisse nos dicimus, aut in exercitatione aliqua laborasse. Dubio & incipiēt morbo, quaerimur nōmē: qui vbi ad talaria coepit tendere, necesse est podagrum fateri. Contra euenit in ijs morbis, quibus afficiuntur animi: quo quis peius se habet, minus sentit. Nō est quod mireris. Lucili carissime. Nam qui leuiter dormit, & species secundum quietem capit, aliquando dormire se dormiens cogitat. Grauis somnus etiam somnia extinguit, animumque altius mergit, quām vt vii vlo intellectu finat. Quare vitia sua nemo cōſtitutur? Quia etiam nunc in illis est. Somnium narrare, vigilantis est: & vitia sua confiteri, sanitatis indicium est. Expergiscamus ergo, vt errores nostros coarguere possimus. Sola autem nos philosophia excitat, sola somnum excutit grauen. Illi te totum dedica: dignus illa es; illa te digna. est. Ite in cōplexū alter alterius: omnibus alijs te nega, fortiter, aperte. Non est quōd precatio philospheris. Si aeger es, curam intermissiſſes rei familiaris, & forēſia tibi negotia excidissent: nec quenquā tanti purares, cui adpocatus in causam descenderes. Tote animo id ageres, vt quam primum morbo liberareris. Quid ergo? Non & nunc idem facies? Omnia im pedimenta ditimite, & vaca bonaे menti. Nemo ad illam peruenit occupatus. Exercet philosophia regnum sūi: dat tempus, non accipit. Non est res subſciua. Ordinaria est, domina est: adeit, & iubet. Alexáder cuidam ciuitati, partem agrorum & dimidium rerum omnium promittenti, Eo, inquit, proposito veni in Asiam, non vt id acciperet quod dediſſet; sed vt id haberetis quod reliquissim. Itidem philosophia rebus omnibus: Non sum id tempus acceptura, quod vobis superfluerit: sed id habebitis, quod ipſa erogauerō. Totā huc conuerte mentem, huic affide, hanc cole: ingens interuum: inter te & ceteros fiat. Omnes mortales multo antecedes, non multo te dij antecedent. Quid inter te & illos interfuturum sit, queris? Diutius erunt. At mehercule magni artificis est, clausisse totum in exiguo. Tantum sapienti sua, quantum Deo omnis aetas patet. Est aliquid, quo sapiens antecedit Deum. Ille naturae beneficio, non suo sapiens est. Ecce res magna, habere imbecillitatem hominis, securitatem Dei. Incredibilis vis philosophiae est, ad omnem fortitam vim retundendam. Nullum temulum in corpore eius fedet: munita est solidaque: quaedam defatigat, & velut leuia tela laxo sinu excludit, quaedam discutit, & in eum vñque qui miserat refuit.

Epistola LV.

Longum mihi commeatum dederat mala valetudo: repente me inuasit. Quo genere? inquis, prorsus merito interrogas: adeo nullum mihi ignotum est. Vni tamen morbo quasi assignatus sum: quenaquare Graeco nomine appellē, nescio. Satis enim apte dici suspirium potest. Brevis autem valde & procellae similis impetus est: intra horam fere desinat. Quis enim diu expirat? Omnia corporis aut incomoda aut pericula per me transierunt. Nullum mihi videtur moleſtus. Quid tu? Aliud enim quicquid est, aegrotare est: hoc est, animam agere. Itaque medici hanc meditationē mortis vocant. Facit aliquando spiritus ille, quod saepe conatus est. Hilarem me putas haec tibi scribere, quia effugi? Si hoc fine quia bona valetudine delectat, tam ridicule facio, quām ille, quisquis se vicissim putat, cum vadimonium diſtulit. Ego vero & in ipsa suffocatione nō delij cogitationibus laetis ac fortibus acquiescere. Quid hoc est? inquā, tā saepe mors experitur meſfaciat. At ego illā diu expertus sum. Quando, inquis? Antequam nasceret. Mors est, non esse. Id quale sit, scio: hoc erit post me quod ante me fuit. Si quid in hac re tormenti est, necesse est, & fuisse antequā prodiremus in lucē. A tui nullā sensim tūc vexationem. Rogo nō itaſſimū dicas, si quis existimer lucernae peius esse cum extincta est, quām antequā accēderetur? Nos quoque & accēdimur & extinguiſſur: medio illo tempore aliquid patimur. Vtrinque vero alta securitas est. In hoc enim, mi Lucili, niſi fallor, erramus, quod mortem iudicamus sequi, quium illa & praecēſſit & ſecutura fit. Quicquid ante nos fuit, mors est. Quid enim refert, vtrum non incipias, an definias? vñque rei hic est effectus, non esse. His & huiusmodi exhortationibus tacitis (nam verbis locus non erat) alloqui me non defisi: deinde paulatim ſpirillum illud, quod eſſe iam anhelitus coepit, internalla majora fecit, & retardatum eſt, ac remansit. Nec adhuc, quamuis defierit, ex natura fluit ſpiritus. Sentio haſitationem quandam eius & moram. Quomodo voler, dum modo non ex animo ſuſpirem, hoc tibi de me recipe: non trepidabo ad extrema: iam præparatus sum: nihil cogito de die. Illū lauda & imitate: quem non piget mori, cum iuuat viuere. Quae enim virtus eſt, cum ejſiariſ exire? tamen eſt & hic virtus. Ejſiari quidem, sed tanquam exeam. Et ideo nunquam ejſiariſ sapiens: quia ejſiari, eſt inde expelli, vnde inuitus recedas. Nihil inuitus facit sapiens. neſſitatem effugit: quia vult quod ipſa coaſtura eſt.

Epistola

Epistola LVI.

A Gestatione cummaxime venio, non minus fatigatus, quam si tantum ambulasse, quantum ſe diſlabor est enim, diu ferri: ac nescio an eo maior, quia contra naturam eſt: quae pedes dedit, vt per nos ambularemus: oculos, vt per nos videremus. Debilitatem nobis indixerē deliciae: & quod diu noluimus, poſſe defiuimus. Mihi tamen necessarium erat concutere corpus, vt ſue bilis infederat faſcibus, diſcuteretur, ſiue ipſe ex aliqua cauſa (ſpiritus denſior erat, extenuaret illum iactatio, quam pro fuſſe mihi ſensi). Ideo diutius vehi perſeueraui, inuitante ipſo littore, quod inter Cumas & ſeruili Vatiae villam curuatur, & hinc mari, illinc lacu, velut angustum iter clauditur. Erat enim à recenti tempeſtate maris ſpissius. Fluſtus autem illud (vt ſcis) frequens & concitatus exaequat, longior tranquillitas foluit, cum arenis, quae humore alligantur, ſuccus abſcēſſit. Ex conſuetudine tamen mea circumſpicere coepi, an aliquid illīc inuenire, quod mihi bono poſſet eſſe, & direxi oculos in villam, quae aliquando Vatiae fuit. In hac ille praetorius diues, nulla alia re quām otio notus, conſenuit, & ob hoc vnum felix habebatur. Nam quoties aliquos amicitia Aſinij Galli, quoties Seiani odium, deinde amor merſerat, (aueque enim offendit illum, quām amalſe, periculoum fuit) exclamabant homines: O Vatia ſolus ſcis viuere. At ille latere ſciebat, non viuere. Multum autem intef, vtrum, vita tua otioſa fit, an ignaua. Nunquā aliter hanc villam Vatia viuo praeteribam, quām vt dicerē: Vatia hic ſitus eſt. Sed adeo, mi Lucili, philosophy ſacrum quiddam eſt, & venerabile, vt etiam ſi quid illi ſimile eſt, mendacio placeat. Otioſum enim hominem ſeductum exiſtimat vulgus & ſecurum, & ſe contentum, ſibi que viuētem: quorum nihil vlli contingere, niſi ſapienti, poſteſt. Ille quidem nulla re ſollicitus ſcit ſibi viuere. Ille enim (quod eſt primum) ſcit viuere. Nam qui res & homines fugit, quem cupiditatum ſuarum infelicitas relegauit, qui alios feliciores videre non potuit, qui velut timidum atque iners animal, metu oblituit, ille ſi bi non viuit, ſed (quod eſt turpissimū) ventri, ſomno, libidini. Non continuo ſibi viuit, qui nemini. Adeo tamen magna res eſt constantia, & in proposito ſuo perſeueraantia, vt habeat auſtoritatem inertia quoq. pertinax. De ipſa villa nihil poſſum tibi certi ſcribere: frontem enim eius tantum noui, & expoſita: quae oſtentit etiam tranſeuntibus. Speluncae ſunt duae magni operis, laxo atrio pares, manuſtae: quarum altera ſolem non recipit, altera vñque in occidente torret. Platanona mediū ſiuus & à mari & ab Acheruſio lacu receptus Euripi modo diuidit, alendis pifcibus (etiam ſi affiduo exhauiatur) ſufficiens. Sed illi, cum mare patet, parcitur: cum tempeſtas pifcatoribus dedit ferias, manus ad parata porrigitur. Hoc tamen eſt commodiffimum in villa, quod Baias trans parietem habet: incommodis illarum caret, voluptatibus fruitur. Has laudes eius ipſe noui: nunc eſſe villam totius anni credo. Occurrit enim Fauonio, & illum adeo excipit, vt Baijs neget. Non ſtulte videtur elegiſſe hun cloum Vatia, in quem otium ſuum pigrum iam & ſenile conſerret. Sed non multum ad tranquillitatem locus conſerit: animus eſt, qui commandat omnia. Vidi ego in villa hilari & amoena maſtos, vidi in media ſolitudine occupatis ſi miles. Quare non eſt quod exiftimes, ideo parum bene compoſitum eſſe te, quod in Campania non eſt. quare autem non eſt huc que cogitationes tuas mitte. Conuerti cum amicis absentibus licet: & qui dem quoties velis, quandiu velis, magis hac voluptate, quae maxima eſt, fruimur, dum abſumus. Praefētia enim nos delicatos facit: & quia aliquando vna loquimur, ambulamus, confidemus, cum diucliti ſumus, nihil de his quo modo vidimus, cogitamus: & ideo aequo animo ferre debemus absentiam, quia nemo non multum etiam praefentibus abſit. Pone hic primum noctes separatas: deinde occupationes vñque diuerſas, deinde ſtudia ſecreta, ſuburbanas profectiones: videbis non multum eſſe, quod nobis peregrinatio eripiat. Amicus animo poſſidendum eſt: hic autem nunquam abſit: quemcunque vult, quotidie videt. Itaque mecum ſtude, mecum cena, mecum ambula. In angusto viueremus, ſi quicquam effet cogitationibus clauſum. Video te, mi Lucili, cummaxime audio: adeo tecum ſum, vt dubitem, an incipiam non epistolā, ſed codicillos tibi ſcriberet.

Epistola LVII.

Pream, ſi eſt tam necessarium quām videtur ſilentium in ſtudia ſepofito. Ecce varius clamor vndiq. me circumfonat. ſupra ipsum balneum habitō. Propone nunc tibi omnia genera vocum, quae in odiū poſſunt aures adducere: cum fortiores exercentur, & manus plumbō graues iactant, cum aut laborant, aut laborant imitantur, gemitus audio: quoies retenutum ſpiritum remiferunt, ſibilos & acerbiflitas respirationes: cum in aliquem alipten inerterit, & hac pleſbeia vñctione contentum incidi, audito crepitum illisae manus humeris: quae prout plana peruenit, aut concava, ita ſonum mutat. Si vero pilicrepus ſuperuenerit, & numerare coepit pilas, actum eſt. Adiſee nunc ſcordalum, & furem deprehēſum, & illum cui vox ſua in balneo placet. Adiſee nunc eos, qui in pifcinam cum ingenti impulſae aquas ſoſſoſſe ſalunt. Praeter iſtos, quorū, ſi nihil aliud, rectae voces ſunt, aliplum cogita, tenuem & ſtridulam vocem, qui ſit notabilior, ſubinde experimentem, nec vñquā taſcentem, niſi dum vellit alas & alium pro ſe clamare cogit. Iam libarij varijs exclamations, & botularium, & crustularium, & omnes popinarum iſtitores, mercem ſua quadam & inſignita modulatione vendentes. O te, inquis, ferreum, aut ſurdum, cui mens inter clamores tam varijs, tam diſſonos, conſtat: cum Chryſippum noſtrum affidua ſalutatio perducat ad mortem. At mehercules, ego iſtum fremitum non magis curio, quām fluctum aut deieſt aquae. Quamuis audiam cuidam genti hanc vñam fuſſe canſam, vrbem ſuam trāferendi, quia fragorem Nili cadentis ferre non potuit. Magis mihi vox auocare videtur, quām crepitus.

Illa enim animum abducit, hic tantum aures implet ac verberat. In ijs quae me sine auocatione circumstrepunt, esedas transcurrentes pono, & fabrum inquinatum, & ferrarium vicinum, aut hunc qui ad metam sudantem tubas experitur & tibias, nec cantat, sed exclamat. Etiam molestior est mihi sonus, qui intermittit subinde, quem qui continuatur. Sed iam me sic ad omnia ista duraui, ut audire vel paularium possim, voce acerbissima remigibus modos dantem. Animus enim cogo sibi intentum esse, nec auocari ad extera. omnia licet foris resonent, dum intus nihil tumultus sit, dum inter se non rixentur cupiditas & timor, dum anaritia luxuriaque non dissidente, nec altera alteram vexet. Nam quid prodest totius regionis silentium, si affectus fremunt?

Omnia noctis erant, placida composta quiete.

Falsum est, nulla placida quiete est, nisi quam ratio composuit. Nox exhibet molestiam non tollit, & sollicitudines mutat. Nam dormientium quoque in somnia tam turbulentia sunt, quam dies. Illa tranquillitas vera est, in quam bona mens explicatur. Aspice illum, cui somnus laxae domus silentio quaeritur, cuicunque aures ne quis agitet sonus, omnis seruorum turba conticuit, & suspensum, accendentium proprias, vestigium ponitur. Huc nempe versatur atque illuc, somnum inter aegritudines leuem captans: quae non audit, audiisse se queritur. Quid in causa putas esse? animus illi obstrepet: hic placandus est, huius non pescenda est sedatio: quem non est quod existimes placidum, si iacet corpus. Interdū quies inquietus est. Et ideo ad serum, aëris excitandi, ac tractatione bonarum artium occupandi sumus, quoties nos male habet inertia sui impatiens. Magni imperatores cum male parere militem vident, aliquo labore compescunt, & expeditionibus detinent. Nunquam vacat lascivitatem districtus: nihilque tam certum est quam otij vitia negotio discuti. Saepe videtur taedio rerum civilium, & infelicitatis atque ingratiae stationis paenitentia fecisse: tamen in illa latebra, in quam nos timor & laetitia coniecit, interdum recrudefecit ambitionis. Non enim excisa desit, sed fatigata, aut etiam abiecta, rebus parum sibi cedentibus. Idem de luxuria dico, quae videtur aliquando cessisse: deinde frugalitatem professos sollicitat, atque in media parsimonia voluptates non damnatas, sed relietas petit, & quidem eo vehementius, quo occultius. Omnia enim vita in aperto leviora sunt: morbi quoque tunc ad sanitatem inclinant, cum ex abdito erumpunt, ac vim suam proferunt. Et avaritiam itaque & ambitionem, & cetera mala mentis humanae, tunc perniciose scias esse, cum simulata sanitatem subficiat. Otiosi videamus, & non sumus. Nam si bona fide sumus, si receptui cecimus, si speciosa contempsumus, vt paulo ante dicebam, nulla res nos auocabit, nullus hominum autiumque concentus interum per cogitationes bonas, solidasque & iam certas. Leue illud ingenium, nec se adhuc reduxit introrsus, quod ad vocem ex accidenti erigitur. Habet intus aliquid sollicitudinis, & concepti pauoris, quod illum curiosum facit, vt ait Virgilius noster:

*Et me quem dudum non illa innectat meuebat
Tela, nec aduerso glomerati ex agmine Gray,
Nunc omnes terrent aurae, sonus excitat omnis
Superbum, & pariter comitique onerique timentem.*

Prior ille sapiens est, quem non tela vibrantia, non arietata inter se arma agminis densi, non urbis impulsa frangit territat. Hic alter imperitus est, rebus suis timet, & omnem crepitum expauescens, quem una quaelibet vox pro fremitu accepta deiecit, quem motus levissimi exanimant. Timidum illum sarcinae faciunt. Quemcumque ex istis felicibus elegeris, multa trahentibus, multa portantibus, videbis illum comitique onerique timentem. Tunc ergo te scito esse compositum, cù ad te nullus clamor pertinebit: cum te nulla vox tibi excutierit, non si blandietur, non si minabitur, non si inani sono uaria circumstet. Quid ergo non aliquando commodius est, carere conuicio? fateor. Itaq. ego ex hoc loco migrabo. sed experiri & exercere me uolu. Quid necesse est diutius torqueri: cum tam facile remedium Vlixes so cijs etiam aduersus Sirenas inuenierit?

Epistola LVIII.

Cum Baijs deberem Neapolim repetere, facile credidi tempestatem esse, ne iterū nauem experirer. sed tantum luti tota via fuit, ut possem uideri nihilominus nauigasse. Totum athletarum fatum mihi illo die perpetuum fuit. A ceromate nos haphae excepti in *Crypta Neapolitana*. Nihil illo carcere longius, nihil illis faucibus obscurius, quae nobis praestant, non vt per tenebras videamus, sed vt ipsas. Ceterum etiam si locus haberet lucem, puluis auferret, in aperto quoque res grauis & molesta: quid illi, vbi in se volutatur, & cum sine vlo spiramento sit inclusus, in ipsis a quibus incitatus est recedit? Duo incommoda inter se contraria simus pertulimus. eadem via, eodem die, & luto, & puluere laborauimus. Aliquid tamen mihi illa obscuritas, quod cogitarem dedit. Sensi quandam iustum animi, & sine metu mutationem, quam insolitae rei nouitiae simul ac foeditas fecerat. Non de me nunc tecum loquor, qui malum ab homine tolerabili, ne dum a perfecto absüm, sed de illo in quē ius fortuna perdidit: huius quoque ferietur animus, mutabitur color. Quaedam enim sunt, mihi Lucili, quae nulla virtus effugere potest: admonet illam natura mortalitatis suae. Itaque & vultum adducet ad tristitiam, & inhorrescit ad subita, & caligabit, si vastam altitudinem in crepidine eius constitutus despicerit. Non est hic timor, sed naturalis affectio inexpugnabilis rationi. Itaque fortes quidam & paratiissimi fundere suum sanguinem, alienum videre non posse: quidam ad vulneris noui quidam ad veteris & purulenti tractationem inspectionemq. concidunt & linquuntur animo: alij gladiū facilius recipiunt, quam vident.

vident. Sensi ergo (ut dicebam) quandam non quidem perturbationem, sed mutationem. Rursus ad primum conspectum redditae lucis alacritas incogita redit & iniussa. Illud deinde mecum loqui coepi, quām in epte quaedam magis ac minus timeremus, cum omnium idem finis esset. Quid enim interest, utrum supra aliquem uigilarium ruat, an mons, an turris? Nil inuenies. Erunt tamen qui hanc ruinam magis timeant, quāmvis utraque mortifera aequa sit. Adeo non effectus, sed efficientia timor spectat. Nunc me putas de Stoicis dicere, qui existimant animam hominis magno pondera extiti permeare non posse, & statim spargi, quia non fuerit illi exitus liber. Ego vero non facio. Qui hoc dicunt, videntur mihi errare. Quemadmodum flamma non potest opprimi: nam circa id diffugit, quo vrgetur: quemadmodum aer verbere aut iūtū non laeditur, nec scinditur quidem, sed circa id cui cestit refunditur: sic animus qui ex tenuissim o constat, deprehendi non potest, nec intra corpus affligi: sed beneficio subtletatis sua per ipsa quibus premitur, erumpit. Quomodo fulmini etiam cum latissime percussit ac fulfit, per exiguum foramen est reditus: sic animo qui adhuc tenuior est igne, per omne corpus fuga est. Itaque de illo quārendum est, an possit immortalis esse. Hoc quidem certum habe, si superfites est corpori, propter hoc illū nullo genere posse perire, propter quod non perit: quoniam nulla immortalitas cum exceptione est, nec quicquam noxiū aeterno est.

Epistola LVIII.

QVanta verborum nobis paupertas, immo egertas sit, nunquam magis quam hodierno dñe intellectu. Mille res inciderunt, cum forte de Platone loqueremur, quae nomina desiderarent, nec habent: quaedam vero cum habuissent, fastidio nostro perdidissent. Quis autem ferat in egestate fastidū? Hunc quem Graeci oestrūm vocant, pecora peragente, & tois saltibus dissipante, a filium nostri vobabant. hoc Virgilio licet credas.

Et lucum Silari iuxta illicibusque virarentem.

*Plurimus Alburnum volans, cui nomen afilo
Romanum est, oestrūm Graeci vertere vocantes,
Aasper, acerba sonans, quo tota exterrita filius
Diffugunt armenta.* ----

Puto intelligi istud verbum interisse. Ne te longe differam, quaedam simplicia in vsu erant, sicut cerne-re ferro inter se dicebant. Idem Virgilius hoc probabit tibi.

---- *Stupet ipse Latinus,*

*Ingentis genitos diuersis partibus orbis
Intra se coisse viros, & cernere ferro.*

quod nunc decernere dicimus. Simplicis illius verbi usus amissus est. Dicebant antiqui, si iusso, id est, si iussero. Hoc nolo mihi credas. si fides Virgilio.

Cetera quaiusso, accum manus inferat arma.

Non id ago nunc hac diligētia, vt ostendam quantum tempus apud grammaticum perdidem: sed vt ex hoc intelligas, quantum apud Enium & Attium verborum, situs occupauerit: cū apud hunc quoque qui quotidie excutitur, aliqua nobis subducta sint. Quid, inquis, sibi ista vult praeparatio? quo spectat? Non celabo te, cupio, si fieri potest propitijs auribus tuis, essentiam dicere: in minus, dicam & iratis. Ciceronem autem huius verbi habeo, puto locupletem. Si recentorem quaeris, Fabianum, disertū & elegantem, orationis, etiam ad nostrum fastidium, nitidae. Quid enim fieri, mihi Lucili? quomodo dicetur *νόστη*, res necessaria, naturam, continens, fundamentum omniam? Rogo itaque permittas mihi hoc verbo vti. nihilominus dabo operam vt ius à te datum parcissime exerceam: fortasse contentus ero mihi licere. Quid proderit facilitas tua, cū ecce id nullo modo Latine exprimere possim, propter quod lingua nostra conuicione feci? Magis dannabis angustias Romanas, si scieris vnam syllabam esse, quam mutare non possim. Quae haec sit, queris? *πόνος*. Duri tibi videbor ingenii: in medio possum effe: posse sic transferri, vt dicam. Quod est? Sed multum interesse video, coger verbum pro vocabulo posse. Sed id si neceesse est, ponam. Quod est? Sex modis hoc à Platone dici, amicus noster homo eruditus sumus hodierno die dicebat. Omnes tibi exponam, si ante indicauero, esse aliquod genus. Nūc enim pri munus illud genus quaerimus, ex quo ceterae species suspensae sunt, à quo nascitur omnis diuīsio, quo viuēria comprehensa sunt. Inuenietur autem, si coepimus singula retro legere. sic enim perducemur ad primum. Homo species est, vt Aristoteles ait. Equus species est, canis species, ergo commune aliquod quaerendum est his omnibus vinculum, quod illa complectatur, & sub se habeat. Hoc quid est? animal. Ergo genus esse coepit omnium horum, quae modo retuli, hominis, equi, canis, animal. Sed sunt quaedam quae animam habent, nec sunt animalia. Placeret enim satis & arbitrio animam inesse. Itaque & viuere illa, & mori dicimus. Ergo animantia superiore tenebunt locum, quia & animalia in hac forma sunt, & fata. Quaedam anima carent, vt saxa. Itaque aliiquid erit animantib, antiquius, scilicet corpora, hoc sic diuidam, vt dicam corpora omnia aut animata esse, aut inanima. Etiamnum est aliiquid superius: quam corpus. Dicimus enim quaedam corporalia esse, quaedam incorporalia. Quid ergo erit ex quo haec ducantur? Illud cui nomen modo parum proprium imponimus, Quod est. Sic enim in species secabitur, vt dicamus: Quod est aut corporale est, aut incorporale. Hoc ergo genus est primum & antiquissimum, & vt ita dicam, generale. Cetera genera quidem sunt, sed specialia, tanquam homo genus est. Habet

bet enim in se nationum species, Graecos, Romanos, Parthos: colorum, albos, nigros, flauos: habet singulos, Catonem, Ciceronem, Lucretium. Itaque qua multa continet, in genus cadit: qua sub alio est, in speciem. Illud genus quod est generale, supra se nihil habet. Initium rerum est. omnia sub illo sunt. Stoici volunt superponere huic etiam aliud genus magis principale: de quo statim dicam, si prius illud genus, de quo locutus sum, merito primum poni docero, cum sit rerum omnium capax. Quod est, in has species diuino, ut sint corporalia, aut incorporalia. Nihil tertium est. Corpus quomodo diuino? ut dicam aut animantia sunt, aut inanima. Rursus animantia quemadmodum diuino? ut dicam, quaedam anima habent, quaedam tantum anima: aut sic: quaedam in petum habent, incedunt, transiunt: quaedam solo affixa, radicibus aluntur & crescunt. Rursus animalia in quas species feco? aut mortalia sunt, aut immortalia. Primum genus Stoicis quibusdam videtur: sed quare videatur, subijciam. In rerum (inquit) natura quaedam sunt, quaedam non sunt. Et haec autem quae non sunt, rerum natura complectitur, quae animo succurrunt, tanquam Centauri, Gigantes, & quicquid aliud falla cogitatione formatum, habere aliquam imaginem coepit, quamvis non habeat substantiam. Nunc ad id quod tibi promisi, reuertor, quomodo quaecunque sunt, in sex modos Plato partiat. Primum illud quod est, nec visu nec tactu, nec velo sensu comprehenditur: cogitabile est: quod generaliter est: tanquam homo generalis sub oculis non venit, sed specialis venit, ut Cicero & Caro. Animal non videtur, sed cogitur: videtur autem species eius, equus & canis. Secundum ex his quae sunt, ponit Plato, quod eminet & exuperat omnia. Hoc ait per excellentiam esse. ut poeta communiter dicitur. omnibus enim versus facientib. hoc nomen est. sed iam apud Graecos in vniuersitate nominatur. Homerum intelligas, cum audieris poetam. Quid ergo hoc est? Deus felicet maior ac potentior cunctis. Tertium genus est eorum, quae proprie sunt: innumerabilia haec sunt, sed extra nostrum posita conspectum. Quae sunt, interrogas? Propria Platonis supplex est. Ideas vocat, ex quibus omnia quae sunt, & ad quas cuncta formantur. Haec immortales, immitabiles, inuincibilis sunt. Quid sit Idea, id est, quid Platonis esse videatur, audi. Idea est eorum quae natura sunt exemplar aeternum. Adiunction definitioni interpretationem, quo tibi res aperitur fiat. Volo imaginem tuam facere. exemplar picturam te habeo, ex quo capit aliquem habitum mens quem operi suo imponat. Ita illa, quae me docet & instruit facies, a qua petitur imitatio, Idea est. Talia ergo exemplaria infinita habet natura rerum, hominum, piscium, arborum: ad quae e quocunque fieri ab illa debet exprimitur. Quartum locum habet, Quid sit hoc, attendes oportet: & Platonis imputes, non mihi, hanc rerum difficultatem. Nulla est autem sine difficultate subtilitas. Paulo ante pictoris imagine vtebar. Ille cum redere Virgilium coloribus velle, ipsius inuestigabatur: Idea erat Virgilii facies, futuri operis exemplar: ex hac quod artifax trahit, & operi suo imponit, & est. Quid interist, queris? alterum exemplar est, alterum forma ab exemplari sumpta, & operi imposita. Alteram artifix imitatur, alteram facit. Habet aliquam faciem statua: haec est Idos. Habet aliquam faciem exemplar ipsum, quod intuens opifex, statuam figuravit: haec Idea est. Etiamnun aliam desideras distinctionem? Idos in opere est: Idea extra opus: nec tantum extra opus est, sed ante opus. Quintum genus est eorum quae coniuncta sunt: haec incipiunt ad nos pertinere: hic sunt omnia, homines, pecora, res. Sextum genus eorum quae coniuncta sunt: haec inane, tanquam tempus. Quaecunque videmus ac tangimus, Plato in illis non numerat, quae esse proprius putat. Fluunt enim, & assidua diminutione atque adiectione sunt. Nemo nostrum idem est in senectute, qui fuit iuuenis. Nemo est mane, qui fuit pridie. Corpora nostra rapiuntur fluminum more, quicquid vides currit cum tempore. Nihil ex his quae videmus, manet. Ego ipse dum loquor mutari ista, mutatus sum. Hoc est quod ait Heraclitus: In idem flumen bis non descendimus. Manet idem fluminis nomen, aqua transmissa est. Hoc in amne manifestius est, quam in homine. Sed nos quoque non minus velox cursus praetererunt: & ideo admiror dementiam nostram, quod tantopere amamus rem fugacissimam, corpus, timemusque ne quando moriamur: cum omne momentum, mors prioris habitus sit. Vis tu timere, ne semel fiat quod quotidie fit? De homine dixi fluida materia & caduca, & omnibus obnoxia casibus. Mundus quoque, aeterna res & inuicta, mutatur, nec idem manet. Quamuis enim omnia in se habeat quae habuit, alter habet quam habuit, ordinem mutat. Quid, inquis, ista subtilitas mihi proderit? si me interrogas, nihil. Sed quemadmodum ille caelator oculos diu intentos ac fatigatos, remittit atque auacat, & ut dici solet, pascit: sic nos animum aliquando debemus relaxare, & quibusdam oblecta mentis reficere, sed ipsa oblectamenta opera sunt: ex his quoque si obseruaueris, inuenies, quod possit fieri salutare. Hoc ego, mihi Lucili, soleo facere: ex omni vacatione, etiam si a philosophia longissime auersa est, eruere aliquid conor, & vtile efficerem. Quid de istis capiam, quae modo tractauimus, remotis a reformatione morum? Quomodo meliore me facere Ideae Platonicae possunt? Quid ex istis traham, quod cupiditates meas comprimat? vel hoc ipsum, quod omnia ista quae sensibus seruit, quae nos accendunt & irritant, negat Plato ex ijs esse quae vere sunt. Igitur ista imaginaria sunt, & ad tempus aliquam facies ferunt. nullum horum stabile nec solidum est, & nos tamen cupimus tamquam aut semper futura aut semper habituri. imbecilli fluidique per interualla consistimus. Mittamus animum ad illa quae aeterna sunt mihi remur in sublime volitantes rerum omnium formas. Deinde inter illa versantem & prouidentem, quemadmodum quae immortalia facere non potuit, quia materia prohibebat, defendat a morte, ac ratione vitium corporis vincat. Manent enim cuncta, non quia aeterna sunt, sed quia defenduntur cura regentis. Immortalia tutore non egent. Haec conferuat artifex, fragilitatem materiae vi sua vincens. Contemna-

temnamus omnia, quae adeo pretiosa non sunt, ut an sint omnino, dubium sit. Illud simul cogitemus, si mundum ipsum non minus mortalem, quam nos sumus, prouidentia periculis eximit, posse tandem aliquatenus nostra quoque prouidentia longiorem prorogari huic corpusculo moram, si voluptates, quibus pars maior perit, potuerimus regere & coercere. Plato ipse ad senectutem se diligentia pertulit. Erat quidem corpus validum ac forte fortius, & illi nomen latitudo pectoris fecerat: sed navigationes ac pericula multum detraxerunt viribus: parsimonia tamen, & eorum quae auiditatem euocant modus, & diligens sui tutela, perduxit illum ad senectutem, multis prohibentibus causis. Nam hoc scis, puto, Platoni diligentiae suae beneficio contigisse, quod natali suo decepsit, & annum unum atque octogesimum impliebat, sine villa deductione. Ideo Magi, qui forte Athenis erant, immolauerunt defuncto, amplioris usque fortis quam humanae rati, quia consummasset perfectissimum numerum, quem nouem nouies multiplicatae cōponunt. Non dubito, quin paratus esset paucos dies ex ista summa & sacrificium remittere. Potest frugalitas producere senectutem: quam ut non puto concupiscendam, ita ne recusandam quidem. Iucundum est esse secum quam diutissime, cum quis se dignum quo frueretur; effect. Itaque de isto feremus sententiam, an oporteat fasidire senectus extrema, & finem non opperiri, sed manufacere. Prope est à timente, qui fatum segnis expectat: sicut ille ultra modum deditus vino est, qui amphoram exsiccat, & faecem quoque exsorbet. De hoc tamen quaeremus, pars summae vitae, utrum fax vitae haec sit, an liquidissimum ac purissimum quiddam: si modo mens sine iniuria est, & integri sensus animi iuvant, nec defectum & praemortuum corpus est. Plurimum enim resert, vitam aliquis extendat, an mortem. At si inutile ministerij est corpus, quid ni oporteat educere animum laborantem? & fortasse paulo ante quam debet, faciendum est, ne cum fieri debeat, facere non possit: & cum maius periculum sit male vivendi, quam cito moriendi, stultus est qui non exigu temporis mercede, magna rei aleam redimit. Paucos longissima senectus ad mortem sine iniuria pertulit. Multis iners vita sine vsu iacuit sui. Quanto deinde crudelius iudicas, aliquid ex vita perdidisse, quamvis finienda. Noli me inuitus audire, tanquam ad te iam pertineat ista sententia: sed quid dicā adesta. Non relinquam senectutem, si me totum mihi reservere: totum autem ab illa parte meliore. At si cooperit concutere mentem, si partes eius conuelleret, si mihi non vitam reliquerit, sed anima: profiliam ex aedificio putrido ac ruenti. Morbum morte non fugiam, dumtaxat sanabilem, nec officientem animo: non afferam mihi manus propter dolorem, sic mori vinci est. Hunc tamen si sciero perpetuo mihi esse patientem: exibo non propter ipsum, sed quia impedimento mihi futurus est ad omne propter quod vivitur. Imbecillus est & ignarus, qui propter dolorem moritur: stultus, qui doloris causa vivit. Sed in longum exeo. Est praeterea materia quae ducere diem possit. Et quomodo fine vitae impone poterit, qui epistolae non potest? Vale ergo: quod libertus quam mortis meras lecturus es.

Epistola LIX.

M Agnam ex epistola tua percepit voluptatem: permittit enim mihi, ut verbis publicis, nec illa ad significationem Stoicam reuoca. Virtutem esse voluptatem credimus. Sit sane: ponere tamen illam solemus ad demonstrandam animi hilarem affectionem. Scio, inquam, & voluptatem (si ad nostrum album verba dirigimus) rem infamem esse, & gaudium nisi sapienti non contingere. Est enim animi elatio, suis bonis viribusque fidentis, vulgo tamen sic loquimur, ut dicamus, magnum gaudium nos ex illius consulatu, aut ex nuptijs, aut ex partu vxoris, perceperis: quae adeo non sunt gaudia, ut saepe initia futurae tristitia sunt. Gaudio autem iunctum est, non definire, nec in contraria verti. Itaque cum dicit Virgilius noferit: Et mala mentis gaudia; diserte quidem dicit, sed parum proprie: nullum enim malum gaudium est. Voluptatibus hoc nomen imposuit, & quod voluit, expresit: significavit enim homines, malo suo laetos, tamen ego non immerito dixeram, cepisse me magnam ex epistola tua voluptatem. Quamuis enim ex iusta causa imperitus homo gaudeat, tamen affectum eius impotentem, & in diversa statim inclinatur, voluptatem voce, opinione falsi boni moram, immoderatam & immodicam. Sed ut ad propositum reuertar, audi quid me in epistola tua deleterauerit, habes verba in potestate, non efferte oratio, nec longius quam destinasti, trahit. Multi sunt, qui ad id quod non proposuerant scribere, aliquius verbi decoro placentis vocentur, quod tibi non enenit: pressa sunt omnia, & rei aptata. Loqueris quantum vis, & plus significas quam loqueris. Hoc maioris rei indicium est: appetit animum quoque nihil habere superuacui, nihil tumidi. Inuenio tamen translationes verborum, ut non temerarias, ita non indecoras, ut quae periculum sui fecerint. Inuenio imagines: quibus si quis nos vti vetat, & poetis illas solis iudicat, esse concessas, neminem mihi videtur ex antiquis legisse, apud quos nondum captabatur plausibilis oratio. Illi qui simpliciter & demonstrandae rei causa eloquentur, parabolis referunt sunt: quas existimo necessarias, non ex eadem causa qua poetis, sed ut imbecillitatis nostrae admiringula sint, & ut discentem & audiensem in rem praefentem adducant. Sextum ecce cum maxime lego, vrum acré, Graecis verbis, Romanis moribus philosphantem, mouit me imago ab illo polita: ire quadrato agmine exercitum, vbi hostis ab omni parte suscepimus est, pugnae paratum. Idem, inquit, sapiens facere debet: omnes virtutes suas vnde expandat, ut vbi cunq. infestis aliquid oritur, illic parata praesidia sint, & ad futurum regentis sine tumultu respondeant: quod in exercitibus his, quos imperatores magni ordinant, fieri videmus, ut imperium ducis simul omnes copiae sentiant, sic dispositae, ut signum ab uno datum, peditem simul equitemque percurrat: hoc aliquanto magis necessarium esse nobis. Sextius ait:

Illi enim saepe hostem timuerit sine causa, tūtissimumque illis iter, quod suspectissimum fuit. Nil stulta pacatum habet. Tam superne illi metus est, quam infra. Vt trunque trepidat latus. Sequuntur pericula & occurunt, ad omnia paucet, in parata est, & ipsi terret auxilijs. Sapiens autem ad omnem incursum manitus & intentus, non si paupertas, non si luctus, non si ignominia, non si dolor impetum faciat, pēdem referet. Interritus & contra illa ibit, & inter illa. Nos multa alligant, multa debilitant: diu in istis vitijs iacuimus, elui difficile est. Non enim inquinati sumus, sed infecti, he ab alia imagine ad aliam transamus, hoc queram, quod mecum saepe dispiсio, quid ita nos stultitia tā pertinaciter teneat. Primo quia non fortiter illam repellimus: nec toto ad salutem impetrā nitimur: deinde quia illa quae à sapientib. vires reperta sunt, non satis credimus, nec apertis pectoribus haurimus, leniterque tam magnae rei infistimus. Quemadmodum autem potest alius, quantum satis sit, aduersus vitia discere, qui quantum à vitijs vacat, dicit? Nemo nostrum in altum defecit. summa tantum decerpsumus, & exiguum temporis impendisse philosophiae, satis abunde occupatis fuit. Illud praecepit impedire, quod cito nobis placet: si inuenimus qui nos bonos viros dicat, qui prudentes, qui sanctos agnoscimus. Nec sumus modica laudatione contenti: quicquid in nos adulatio sine pudore cogesit, tanquam debitum prendimus: optimos nos esse, sapientissimos affirmantibus assentimur, cum sciamus illos saepe mentiri. Adeoque in dulgemus nobis, vt laudari velimus in id, cui contraria cummaxime facimus. Mitissimum ille se in ipsis supplicijs audit, in rapinis liberalissimum, in ebrietatis ac libinibus temperantissimum. Sequitur itaque, vt ideo mutari nolimus, quia nos optimos esse credimus. Alexander cum iam in India vagaretur & gentes ne finitinis quidem satis notas, bello vastaret, in obſidionē etiā cuiusdam vrbis dū circuit muros, & dū imbecillissima moenium quaerit, sagitta iectus, diu perſedere, & incopta agere perſeuerauit. Deinde cum, represso sanguine, siccī vulneris dolor cresceret, & crux equo ſuſpenſum paulatim obtorpuſer, coactus abſtineſt. Omnes, inquit, iurant me Louis esse filium, sed vulnus hoc hominem esse me clamat. Idem nos faciamus: cum pro ſua quenque portione adulatio infatuat, dicamus: Vos quidem me dicitis prudentem esse. Ego autem video quam multa inutilia concupifcam, noctura optem. ne hoc quidem intelligo, quod animalibus ſatieta monſtrat, quis cibo debeat esse, quis potionis modus: quantum capiā adhuc nefcio. Iam docebo, quemadmodum intelligas te non esse sapientem. Sapiens ille est, qui plenus gaudio, hilaris & placidus, in conuſſus, cum dijs ex pati viuit. Nunc ipſe te confule: si nunquam maſſus es, nulla ſpes animum tuum futuri expectatione follicitat, ſi per dies noctesq. par & aequalis animi tenor erecti & placentis ſibi, est, perueniſſi ad humani boni ſummam. Sed si appetus voluptates, & vndeque, & omnes, ſcito tantum tibi ex ſapientia, quantum ex gaudio deeffe. ad hoc capiſ ſperuenire, ſed erras, qui inter diuitias illuc venturum eſſe te ſperas. Inter honores gaudium, id eſſt, inter ſollicitudines quaeris? Iſta quae ſic petis, tanquam datura laetitiam ac voluptatem, cauſae dolorum ſunt. Omnes, inquam, illi tendunt ad gaudium: ſed vnde ſtabile magnumque conſequantur, ignorant. Ille ex cōuiujs & luxuria. Ille ex ambitione, & circumfula clientiū turba. Ille ex amica, alijs ex ſtudiorum liberalium vana ostentatione, & nihil ſanantibus literis. Omnes iſtos oblectamenta fallacia & brevia decipiunt, ſicut ebrietetas, quae vnius horae hilarem insaniam, longi tēporis taedio penſat: ſicut plauſus & acclamatiōnis ſecundae fauor, qui magna ſollicitudine & partis eſſt, & expiandus. Hoc ergo cogita, hunc eſſe ſapientiae effectum, gaudiū aequalitatem. Talis eſſ sapientis animus, qualis mundi ſtatus ſuper lunam. Semper illic ſerenum eſſt. Habes ergo, quare vēlis ſapiens eſſe, quia nunquam ſine gaudio eſſt. Gaudium hoc non naſcitur, niſi ex virtutum conſciencia. Non potest gaudere, niſi fortiſ, niſi iuſtus, niſi tēperans. Quid ergo, inquis? ſtulti ac mali non gaudent? Non magis quam praedam naſti leones. Cum fatigauerunt ſe vino & libidinibus, cum illos nox inter viua defecit, cum voluptates angusto corpori ultra quām capiebat ingesta ſuppurare coepérunt, tunc exclamant miseri Virgilianum illum verſum.

Namque vt ſupremam falſa inter gaudia noſtem

Egerimus noſti.

Omnem luxuriosi noctem inter falſa gaudia, & quidem tanquam supremam, agunt. Illud gaudium, quod deos deorumque aemulos ſequitur, non interrumptur, non deficit. defineret, ſi ſumptum eſſet aliunde. Sed quia non eſt alieni munera, nec arbitrii quidem alieni eſſt. Quod non dedit fortuna, non eripit.

Epiſtola LX.

Q Veror, litigo, irascor. Etiā ſum optas quod tibi optauit nutrita tua, aut paedagogus, aut mater. Nondum intelligis, quantum mali optauerint. O quam inimica nobis ſunt vota noſtrorum, eo quidem inimiciora; quo ceſſete felicius. Iam non admiror, ſi omnia nos à prima pueritia mala ſequuntur. inter exercitatione parētum creuius. Exaudiant dij quandoque noſtram vocem gratuitam. Quousque poſcēmus aliquid Deos, quām nondum ipſi alere nos poſſim⁹? Quām diu ſationibus implebimus magnarū vrbium campos? quām diu nobis populus metet? quām diu vnius mensae frumentum multa natugia, & quidem non ex vno mari, ſubuehet? Taurus paucissimorum iugerum paſcuis impletur: vna ſilua elephantis pluribus ſufficit: homo & terra paſcitur, & mari. Quid ergo? tam insatiabilem nobis natura aliquid dedit, cum tam modica corpora dediſſet, ut vaſtissimorum edacissimorumque animalium auditatē vincentem⁹? Minime. Quantulum eſt enim quod naturae datur? Parvo illa dimittitur. Non famē nobis ventris noſtri magno conſtar, ſed ambitio. Hos itaque (vt ait Sallustius) ventri oboedientes, animalium loco numeremus, non hominum: quoſdam vero ne animalium quidem ſed mortuorum.

tuorum. Viuit is, qui ſe vtuit. Qui vero latitant & torpent, ſic in domo ſunt, quaſi in conditio. Horum licet in limine ipſo nomen marmori inſcribas, mortem ſtam anteceſſerunt.

Epiſtola LXI.

D Eſinamus quod volumus velle. Ego certe id ago ſenex, ne videar eadem velle, quae puer volui. In hoc vnum eunt dies, in hoc noctes: hoc opus meum eft, haec cogitatio, imponere veteribus malis finem. Id ago, vt mihi inſtar totius vitae, ſit dies. Nec mehercules tanquam vltimum rapio, ſed ſic illum aſpicio, tanquam eſſe vel vltimus poſſit. Hoc animo tibi hanc epiftolam ſcribo, tanquam cummaxime ſcribentem mors euocatura fit. Paratus exire ſum, & ideo fruor vita: quia quām diu futurum hoc ſit, minimi pendo. Ante ſenectutem curauit, vt bene viuerem: in ſenectute, vt bene moriar. Bene autem mori, eft libenter mori. Da operam, ne quid vnuquam inuitus facias, quiſquid neceſſe eſt, futurum eſt. Repugnanti, non volenti neceſſitas eſt: in volente neceſſitas non eſt. Ita dico, qui in peria libens excipit, partem acerbiffimam feruuitis effugit, facere quod nolit. Non qui iuſſus aliquid facit, miſer eſt: ſed qui inuitus facit, Itaque ſic animum componamus, vt quicquid res exiger id velimus, & in primis finem noſtri ſine triftia cogitemus: ante ad mortem quām ad vitam preparandi ſumus. Satis inſtruta vita eſt: ſed nos instrumentorum eius audi ſumus. Deeffe nobis aliquid videatur, & ſemper videbitur. Vt ſatis vixerimus, nec anni nec dies faciunt, ſed animus. Vixi, Lucili cariſſime, quantum ſatis erat: mortem plenus expecto.

Epiſtola LXII.

M Entiuntur, qui ſibi obſtare ad ſtudia liberalia turbata negotiorum uideri uolunt. Simulant occupationes, & augent, & ipſi ſe occupant. Vaco, mi Lucili, uaco, & ubi cunque ſum, meus ſum. Rebus enim non me trado, ſed commodo: nec conſector perdendi temporis cauſas: & quoque conſtitui loco, ibi cogitationes meas traſto, & aliquid in animo ſalutare ueroſo. Cum me amicis dedi, non tamen mihi abduco: nec cum illis moror quibus me tempus aliquod congregauit, aut cauſa ex officio nata, ſed cū optimo quoq. ſum: ad illos in quocunq. loco, in quocunq. ſaeculo fuerint, aminum meum mitto. Demetrium, uirorum optimum, mecum circumfero, & relictis conchyliatis, cum illo ſeminudo loquor, illum admiror. Quid ni admirer? nidi nihil ei deeffe. Contemnere omnia aliquis potest: omnia habere nemo potest. Breuiſſima ad diuitias per contemptū diuinarum uia eſt. Demetrius autem noſter ſic uiuit, non tanquam contempſerit omnia, ſed tanquam alij habenda permiferit.

Epiſtola LXIII.

M Oleſte fers deceſſiſſe Flaccum, amicum tuum, plus tamē aequo dolere te nolo. Illud, ut non doelas, nix audeo exigere: eſſi eſſe melius ſcio. Ssd cui iſta firmitas animi contingit, niſi iam multum ſupra fortunam elato: Illum quoque iſta res uellicabit, ſed tantum uellicabit. Nobis autem ignosci potest prolapsus ad lacrimas, ſi non nimiae decurrerunt, ſi ipſi illas repreſſimus. Nec ſic ſint oculi amicis amico, nec fluant. Lacrimandum eft, non plorandum. Duram tibi legem uideor ponere: cum poetarum Graecorum maximus ius flendi dederit in unum dumtaxat diem: cum dixerit, etiam Nioben de cibo cogitare. Quaeris unde ſint lamentationes, unde immodiſi flentis? Per lacrimas argumenta deſiderij quaerimus: & dolorem non ſequimur, ſed oſtentim. Nemo triftis ſibi eſt. O infelicem ſtūtiam. Eſt aliqua & doloris ambicio. Quid ergo? Inquiſiſcar amici? Breuer illi apud te memoriam promittis, ſi cū dolore mansura eſt. Iam iſtam frontem ad riſum quælibet fortuita res tranſeret. Non diſtero in longius tempus, quo deſiderium omne mulcetur, quo etiam acerbiſi luſtus reſidunt. Cum priuim te obſeruare deſieris, imago iſta triftiae diſcedet. Nunc ipſe custodis dolore tuū, ſed custodienti quoque elabitur: eq. citius, quo eſt aetior, deſinit. Id agamus, vt incuda fiat nobis amicoruſ recordatio. Ne molibenter ad id redit, quod non ſine tormento cogitaturus eſt. Si tamen illud fieri neceſſe eſt, ut cum aliquo nobis morſu, amicoruſ quos amauimus nomen occurrat, hic quoq. morſuſ habet ſuā uoluptate. Nam, ut dicere ſolebam. At tuu noſter: Sic amicorum deſunctorum memoria iueunda eſt, quomodo in uino nimis ueteri ipſa nos amaritudo deleat: at quomodo poma quae ad amaritudo ſunt ſtatuerit aspera: cū ne-ro interuenit ſpatium, omne quod angebat extinguitur, & pura ad nos uoluptas venit. Si illi credimus, amicos in columnes cogitare, melle ac placenta frui eſt: eorum qui fuerint ferrati, non ſine acerbitate quadam iuuat. Quis autem negauerit, haec acria quoque, & habentia auſteritatis aliquid, ſtomachum excitare? Ego non idem ſentio. mihi amicorum deſunctorum cogitatio, dulcis ac blanda eſt. habui enim illos tanquam amissurus, amis ſtanquam habeam. Fas ergo mihi Lucili, quod tuam aequitatem deſet. Define beneficium naturae male interpretari, abſtinet; ſed dedit. Ideo amicis auide fruamur, quia, quandiu contingit hoc poſſit in certum eſt. Cogitemus quām ſaepe illos reliquerimus, in aliquam peregri nationem longinquam exituri: quām ſaepe eodem morantes loco, non ſideriantur. intelligentius plus nos temporis perdiſſe in viuis. Eras autem hos, qui cum negligenter amicos habeant, miſerime lugent: nec amant quemquam, niſi quum perdiſſerunt. Ideo que tunc effusus in aerent, quia vera tur ne dubiuſ ſit an amauerint, ſera indicia affectus ſui quiſerunt. Si alios habemus amicos, male de his & meremur & existimatius: quia pārum valent in vniuſ elati ſolatiū: ſi non habemus, maiorem ipſi nobis iniuriam fecimus, quām à fortuna accepimus. Illa vnum abſtinet: nos quenquam non fecimus. Deinde ne vnum quidem amauit, qui plus quām vnum amare non potuit. Si quis deſpoliatus, amissa vnicā tunica, complorare ſe malit, quām circumſpicere quomodo frigus effugiat, & aliquid inueniat.

K quo

quo tegat scapulas, nonne tibi videatur stultissimus? Quem amabas, extulisti. quaere quem ames. Satius est amicum reparare, quam flere. Scio pertritum iam hoc esse quod adiecturus sum. non tamen ideo prætermittam, quia ab omnibus dictum est. Finem dolendi etiam qui consilio non fecerat, tempore inuenit. Turpidum autem est in homine prudente remedium maeroris, lassitudo maerendi. Malo relinquis dolorem, quam ab illo relinquaris. quamprimum id facere desiste, quod, etiam si voles, diu facere non poteris. Annus feminis ad lugendum constitueret maiores, non ut tamdiu lugerent, sed ne diutius: viris nullum legitimum tempus est, quia nullum honestum. Quam tamen mihi ex illis mulierculis dabis, vix retractis à rogo, vix a cadavere reuulsis, cui lacrime in totum mensum durauerint: Nulla res citius in odium venit, quam dolor: qui recens, consolatore inuenit, & aliquos ad se adducit: inuertatus vero deridetur, nec immerito. aut enim simulatus, aut stultus est. Haec tibi scribo, is qui Annaeum Serenum carissimum mihi tam immodice fleui, ut (quod minime velim) inter exempla sim eorum quos dolor vicit, hodie tamen factum meum damno, & intelligi maximam mihi causam sic lugendi fuisse, quod nunquam cogitaueram, mori eum ante me posse. Hoc unum mihi occurebat, minorem esse, & multo minorem: tamquam ordinem fata seruarent. Itaque assidue cogitemus, tam de nostra quam omnium quos diligimus, mortalitate. Tunc ego dicere debui: Minor est Serenus meus, quid ad rem pertinet? post me mori debet, sed ante me potest, quia non feci, imparatum subito fortuna percussit: nunc cogito omnia & mortalia esse, & incerta lege mortalia. Hodie fieri potest, quicquid unquam poteat. Cogitemus ergo, Lucili carissime, cito nos eo peruenturos, quo illum peruenisse maeremus. Et fortasse (si modo sapientium vera fama est, recipique nos locus aliquis) quem putamus periisse, praemissus est.

Epistola LXIII.

Figli heri nobiscum. Potes queri, si heri tantum: ideo adieci, nobiscum: mecum enim semper es. Interuenerant quidam amici, propter quos maior fumus fieri: non hic qui erumpere ex laitorum culinis, & terrete vigiles solet; sed hic modicus, qui hospites venisse significaret. Varius nō sermo fuit, ut in conuicio, nullam rem usque ad exitum adducens, sed aliunde alio transiliens. lectus est, deinde liber. Q. Sextii Patris, magni, si quid mihi credis, viri, & licet negent, Stoici. Quantum in illo, dīj boni, vigoris est, quantum animi? hoc nō in omnibus philosophis inuenies. Quorundam scripta clarū habent tantum nomen: cetera exsanguia sunt. Instituunt, disputant, cauillantur. Non faciunt animum, quia non habent. Cum legeris Sextium, dices: Vixit, viger, liber est, supra hominem est, dimittit me plenum ingentis fiduciae. In quaenam positione meptis sim, cum lego hunc (fatebor tibi) liber orans causū prouocare, liber exclamare. Quid cessa fortuna: congregare, paratum vides. Illius animū induo, qui quaserit vbi se experietur, vbi virtutem suam ostendat.

Spumanteque dari pecora inter ineria votis

Optat aprum, aut fuluum descendere monte leonem.

Liber aliquid habere quod vincat, cuius patientia exerceat. Nam hoc quoque egregium Sextius habet, quod & ostenderi tibi beatæ vitae magnitudinem, & delperationem eius non faciet. Scies illam, esse in excelsis, sed volenti penetribilem, hoc quidem virtus tibi ipsa praestabit, ut illam admireris, & tamen spes, mihi certe temporis multum auferre solet contemplatio ipsa sapientiae. Non aliter illam in teor obstupescit, quam ipsum interini mundum, quem saepe tanquam spectator nonus video. Veneror ita que inuenta sapientiae, inuentoresque. Adire tanquam multorum hereditatem iuvat. Mihī ista acquisita, mihi laborata sunt. Sed agamus bonum patrem familliae: faciamus ampliora quae accepimus. maior ista hereditas à me ad posteros transeat. Multum adhuc restat operis, multumq. restabit: nec ulli nato post mille saecula præcludetur occasio aliquid adhuc adiiciendi. Sed etiam si omnia à veteribus inuenta sunt: hoc semper nouū erit, vñus, & inuentorum ab alijs scientia & dispositio. Puta relicta nobis medicamenta, quibus sanarentur oculi. Non opus est mihi alia quaerere. haec tantum morbis & temporibus aptanda sunt. Hoc asperitas oculorum conleuat, hoc palpebrarum crassitudo tenuatur, hoc vis subitu & humor austertus. hoc acuitur vñus. Teras ista oportet, & eligas tempus, adhibeas singulis modum. Animi remedia inuenta sunt ab antiquis: quomodo autem admoueantur, aut quando, nostri operis est quaerere. Multum egerunt qui ante nos fuerunt, sed non peregerunt. Suscipiendo ramen sunt, & ritu deorum colendi. Quidni ego magnorum virorum & imagines habeam, & incitamenta animi, & natales celebrem? Quid ni illos honoris causa semper appellem? Quām venerationem præceptoribus meis debeo, eandem illis præceptoribus generis humani, à quibus tanti boni initia fluxerunt. Si consulēm videro aut prætorem, omnia quibus honor haberi solet, faciam, equo desiliam, caput ad apertam, semita cedam. Quid ergo? Marcum Catonem vñique, & Laelium Sapientem, & Socratem cum Platone, & Zenonem, Cleanthemque in animum meum sine dignatione summa recipiam? Ego vero illas veneror, & tantis nominibus semper affurgo.

Epistola LXV.

Hosternum diem diuisi cum mala valētudine: antemeridianum illa sibi vindicanit: postmeridia. num mihi cessit. Itaque unctione primum tentaui animum. Deinde eum hanc receperit, plus illi imperare ausus sum, immo permittere. aliquid scripsi, & quidē intentius, quam soleo, dū cū materia difficili cōtendo, & vinci nolo: donec interuenerūt amici, qui mihi vim afferrent, & tanquā aegrū intem-

perant-

perantem coercent. In locum stili sermo succedit: ex quo eam partem ad te perforam, quae in lite est: te arbitrum adegimus: plus negotij habes quam existimas. Triplex causa est, dicunt, ut scis, Stoici nostri, duo esse in rerum natura, ex quibus omnia sunt: causam & materiam. Materia iacet in eis, res ad omnia parata, cessatura, si nemo moueat. Causa autem, id est ratio, materiam format, & quocunque vult versat: ex illa varia opera producit. Estē debet ergo unde aliquid fiat, deinde à quo fiat. hoc causa est, illud materia. Omnis ars imitatio est naturae: itaque quod de vniuerso dicebam, ad haec transfer quae ab homine facienda sunt. Statua & materiam habuit, quae pateretur artificium: & artificem, qui materiae daret faciem. Ergo in statua materia aës fuit, causa artifex. Eadem condicio rerum omnium est: ex eo constant quod sit, & ex eo quod facit. Stoicis placet vnam causam esse, id quod facit. Causam Aristoteles putat tribus modis dici. Prima, inquit, causa est ipsa materia, sine qua nihil potest fieri. Secunda opinio. Tertia forma, quae vnicuique operi imponitur, tanquam statuae. Nam hanc Aristoteles Idos vocat. Quarta quoque, inquit, his accedit, propositum totius operis. Quid sit hoc, aperiatur. Aës prima statuae causa est: nunquam enim facta est, nisi fuisset id ex quo ea funderetur, diceretur. Secunda causa artifex est: non potuisset enim aës illud in habitum statuae figurari, nisi accessisset peritae manus. Tertia causa est forma: neque enim statua ista Doryphorus aut Diadumenos vocaretur, nisi haec illi esset impressa facies. Quarta causa est: faciens propositum: nam nisi hoc fuisset, facta non esset. Quid est propositum? quod inuitauit artificem, quod ille fecerit. Vel pecunia est hoc, si venditur fabricavit: vel gloria, si laboravit in nomen, vel religio, si donum templo parauit. Ergo & haec causa est propter quam fit. An non putas inter causas facti operis numerandum, quo remoto factum non esset? His quintam Plato adjicit exemplar, quam ipse Ideam vocat: hoc est enim ad quod respiciens artifex, id quod destinabat, efficit. Nihil autem ad rem pertinet, utrum foris habeat exemplar, ad quod referat oculos: an intus, quod sibi ipse concepit & posuit. Haec exemplaria rerum omnium Deus intrat, se habet, numerosaque vniuersorum quae agenda sunt, & modos mente complexus est, plenus his figuris est, quas Plato Ideas appellat immortales, immutabiles, infatigabiles. Itaque homines quidem pereunt: ipsa autem humanitas ad quam homo effingitur, permanet, & hominibus laborantibus, intereuntibus, illa nil patitur. Quinq. ergo causae sunt, ut Plato dicit: Id ex quo, id à quo, id quo, id ad quod, id propter quod. Non quisimmo id quod ex his est, tanquam in statua (qua de hac loqui coepimus) id ex quo, aës est: Id à quo, artifex est: Id quo, forma est, quae aptatur illi: Id ad quod, exemplar est, quod imitatur is qui facit: Id propter quod, faciens propositum est. Id quod ex istis est, ipsa statua. Haec omnia mundus quoque (ut ait Plato) habet. Faciens: hic Deus est: ex quo fit, haec materia est: forma: haec est habitus, & ordo mundi, quē videmus. Exemplar, scilicet ad quod Deus hanc magnitudinem operis pulcherrimi fecit, propositū, propter quod fecit. Quaeris, quid sit propositum Deo? Bonitas. ita certe Plato ait, quae Deo faciens mundum causa fuit: bonus est, bona fecit; bono nulla cuiusquam boni inuidia est. Fecit itaq. quām optimū potuit. Fer ergo iudex sententiam, & pronuntia, quis tibi verisimilium videatur dicere, non quis verum dicat. Id enim tam supra nos est, quam ipsa veritas. Haec quae ab Aristotele & Platone ponuntur, turba causarum, aut nimium multa, aut nimium pauca comprehendit. Nam si quoconque remoto quid effici non potest, id causam indicant esse faciens, pauca dixerunt, ponant inter causas tempus. nihil sine tempore potest fieri, ponant locum, si non fuerit vbi fiat aliquid, ne fieri quidem: ponant motum, nil sine hoc nec fit nec perit: nulla sine motu ars, nulla mutatio est. Sed nos nunc primam & generalem causam quaerimus. haec simplex esse debet. Nam & materia simplex est. Quaerimus, quid sit causa: Ratio facies, id est, Deus. Ita enim quae nunc retuli, nō sunt multae & singulæ causæ, sed ex una pendunt, ex ea quae facit. Forma dicis causam esse: hanc imponit artifex operi, pars est, non causa. Exemplar quoque non est causa, sed instrumentum causæ necessarium. Sic necessarium est exemplar artifici, quomodo scalprum, quomodo lima. sine his procedere ars non potest, non partes tamen haec artis, aut causæ sunt. Propositum, inquit, artificis, propter quod ad faciendum aliquid accedit, causa est, vt sit causa, non est efficiens causa, sed superueniens. Haec autem innumerabiles sunt, nos de causa quaerimus generali. Illud vero non pro solita ipsis subtilitate dixerunt, totum mundum & consummatum opus causam esse, multū enim interest inter opus & causam operis. Aut fer sententia: aut (quod facilius in eiusmodi rebus est) nega tibi liquere, & nos reuerti tube. Quid te, inquis, delectat tempus inter ista conterere, quae tibi nullum affectum eripiunt, nullam cupiditatem abigunt? Ego quidem priora illa ago ac tracto, quibus pacatur animus, & me prius scrutor. Deinde hunc mundum. Ne hoc quidem tempus, ut existimas, perdo. Ista enim omnia si non concidunt, nec in hanc subtilitatem inutiliter distrahanent, attollunt & leuant animum, qui graui sarcina pressus, explicari cupit, & reuerti ad illa, quorum fuit. Nam corpus hoc animi pondus ac poena est: premente illo vnguetur: in vinculis est, nisi accessit philosophia: & illum respirare retrō naturae spectaculo iussit, & a terrenis dimisit ad diuinam. Haec libertas eius est, haec euagatio: subducit interim se custodiae in qua tenetur, & caelo reficitur. Quemadmodum artifices ex aliquo rei subtilioris intentione, quae oculos defatigat, si malignum & non præclarum lumen habent, in publicum prodeunt, & in aliqua regione ad populi otium dedicata oculos libera luce delectat: sic animus in hoc tristis & obscuro domicilio clausus, quoties potest, apertum petit, & in rerum naturae contemplatione requiescit. Sapiens affectatorque sapientiae adhaeret quidē in corpore suo, sed optima sui parte abest, & cogitationes suas ad sublimia intendit, & velut sacramēto rogatus, hoc quod vñit stipendiū putat, &

ita formatus est, ut illi nec amor vitae, nec odium sit, patiturque mortalia, quāmuis sciat ampliora superesse. Interdices mihi inspektionem rerum naturae, ac toto abductum rediges in partem? Ego non quaeram, quae sint initia vniuersorum, quis rerum formator, quis omnia in una massa, & materia inertis coniuncta discriberit? Non quaeram, quis sit artifex huius mundi, qua ratione tanta magnitudo in legem & ordinem venerit, quis sparsa collegerit, confusa distinxerit, nimia deformitate latentibus faciem differit; unde lux tanta fundatur; ignis sit, an aliquid igne lucidius? Ego ista non quaeram; ego nesciam unde descendenter semel haec mihi videnda sint, an saepè? Nesciam quo hinc iturus sim? quae sedes expectet animam solutam legibus seruitus humanæ? Vetas me caelo interesset, id est, iubes me vivere capite demissio? Major sum, & ad maiora genitus, quām vt mancipium sim mei corporis: quod equidem non aliis aspicio, quām vinculum libertatis meae circundatum. Hoc itaque oppono fortunæ, in quo reficitur: nec per illud ad me vllum transire vulnus sinto. Quicquid in me potest iniuriam pati, hoc est in hoc obnoxio domicilio: animus liber habitat: nunquam me caro ista compellat ad metum, nunquam ad indignum bono simulationem, nunquam in honorem huius corporis mentiar. Cum vsum fuerit, distraham cum illo societatem: & nunc tamen dum haeremus, non erimus aequis partibus socii: animus ad se omnē ius ducet. Cōtemptr corporis sui, certa libertas est. Ut ad propositum reuertar, huic libertati multum conferet & illa, de qua modo loquebamur, in pecto: Nempe vniuersa ex materia & ex Deo constant. Deus ista temperat, quae circumfusa rectorem sequuntur, & ducem. Potentius autem est quod facit, quod est Deus, quām materia patiens Dei. Quem in hoc mundo locum Deus obtinet, hunc in homine animus: quod est illuc materia, id nobis corpus est. Seruant ergo deteriora melioribus: fortes simus aduersus fortuna: non contremiscamus iniurias, non vulnera, non vincula, non egestatem. Mors quid est? aut finis est, aut transitus, nec desinere timeo, idem est enim quod non coepisse: nec transire: quia nulquam tam angustie ero.

Epistola LXVI.

Claranum condicipulum meum vidi post multos annos: non puto expectas ut adjiciam senem: sed mehercules viridem animo ac vigentem & cum corporculo suo colluctantem. Inique enim se natura gesit, & talēm animum male collocauit: aut fortasse voluit hoc ipsum nobis ostendere, posse ingenium fortissimum ac beatissimum sub qualibet cute latere. Vicit tamen omnia impedimenta, & ad cetera contemienda a contemptu sui venit. Errare mihi visus est qui dixit:

Gratior est pulchro veniens e corpore virtus.

Nullo enim honestamento eget: ipsa & magnum sui decus est, & corpus suum consecrat. Certe Claranum nostrum coepi intueri: formosus mihi videatur, & tam rectus corpore quām est animo. Potest ex cara vir magnus exire: potest & ex deformi humiliique corporiculo, formosus animus ac magnus. Quodam itaque videtur mihi in hoc natura tales generare, ut approbet virtutem omni loco nasci. Si posset per se nudos edere animos, fecisset: nunc quod amplius est facit: quodam enim edit corporibus impecitos, sed nihilominus pertumpentes obstantia. Claranus mihi uidetur in exemplar editus: ut scire possemus, nō deformitate corporis foedari animum, sed pulchritudine animi corpus ornari. Quāmuis autem paucissimos vna egerimus dies, tamen multi nobis sermones fuerint, quos subinde egeram, & ad te mittam. Hoc primo die queſitum est, quomodo possint paria bona esse, si triplex eorum condicio est. Quaedam (ut nostris videtur) prima bona sunt: tanquam gaudium, pax, salus patriæ. Quaedam secunda, in materia infelici expressa: tanquam tormentorum patientia, & in morbo graui temperantia. Illa bona directo optamus nobis: haec, si necesse erit. Sunt adhac tertia: tam quām modestus incessus & cōpositus, ac probus vultus, & cōueniens prudēti viro gestus. Quomodo ista inter se paria esse possunt, cum alia optantur, alia auersanda? Si volumus ista distinguere, ad primum reuertamur, & confidemus id quale sit. Animus intuens vera, peritus fugiendorum ac petendorum, non ex opinione, sed ex natura pretia rebus imponens, toti se inferens mundo, & in omnes eius actus contemplationem suammittens, cogitationibus actionibusque intentus, ex aequo magnus ac vehemens, aperis blandisque patiter inuidus, nenti se fortunae submittens, supra omnia quāc contingunt accidentaque eminens, pulcherrimus cum decoro, cum viribus sanus ac siccus, imperturbatus, intrepidus, quem nulla uis frangat, quem nec attollant fortuitaque deprimant. Talis animi uirtus est: haec eius facies, si subiunum ueniat aspectum, & semel tota se ostendat. Ceterum multæ eius species sunt, quas pro uitæ varietate & pro actionibus explicantur: nec minor fit aut maior ipsa. Decrescere enim summum bonum non potest, nec uirtuti ire retro licet: sed in alijs, atque alias qualitates conuerterit, ad rerum quas actura est habitudinem figurata: quicquid attigit, in similitudinem cui adducit & tinguit: actiones, amicitias, interdum domos totas, quas intravit dispositaque, condecorat: quicquid tractauit, id amabile, conspicuum, mirabile facit. Itaque vis eius & magnitudo ultra non potest surgere, quando incrementum maximò non est. Nihil indeces rectius rectio, non magis quām uerius vero, quām temperato temperat. omnis in modo est uirtus, modus certa mensura est. Constantia non habet quo procedat, non magis quām fiducia, aut ueritas, aut fides. Quid accedere perfecto potest? Nihil. Aut perfectum non erat, cui accessit. Ergo ne uirtuti quidem, cui si quid adiici potest, defuit. Honestum quoque nullam accessionem recipit: honestum est enim propter quod illa quae retuli. Quid porro decorum & iustum, & legitimum non eiusdem esse formæ putas, certis terminis comprehensum? Crescere posse, imperfectae rei signum est: bonum omne in eadē cadit leges iusta est priuata & publica utilitas, tā mehercules, quām inseparabile est, lau-

est, laudandum petendumque. Ergo virtutes inter se pares sunt, & opera virtutum, & omnes homines quibus illa contigere. Satorum vero animaliumque virtutes, cum mortales sint, fragiles, caducaeque, & incertae, exiliunt residuntque: & ideo non eodem pretio aestimantur. Vna inducitur humanis virtutibus regula: vna enim est ratio recta, simplexque. Nihil est diuinum diuinus, caelesti caelestis. Mortalia eminent, cadunt, deteruntur, crescunt, exhaustuntur, implentur. Itaque illis in tam incerta forte inaequa litas est. Diuinorum vna natura est. Ratio autem nihil aliud est, quam in corpus humanum pars diuinum spiritus mersa. Si ratio diuina est, nullum autem bonum sine ratione est, bonum omne diuinum est. Nul lum porro inter diuina discrimen est: ergo nec inter bona. Paria itaque sunt gaudium, & fortis atque obstinata tormentorum perpessio. In utroque enim eadem est animi magnitudo: sed in altero remissa, & laxa, in altero pugnat & intenta. Quid tu non putas, parem esse virtutem eius qui fortiter hostium moenia expugnat, & cius qui obsidionem patientissime sustinet? Et magnus Scipio, qui Numantiam claudit & comprimit, cogitque iniicias manus in exitum ipsas sui verti. & magnus ille obsecorum animus, qui scit nihil esse clausum, cui mors aperta est, & incomplexu libertatis expirat. Aequi reliqua quoque inter se paria sunt, tranquillitas, simplicitas, libertas, constantia, aequanimitas, tolerancia: omnibus enim istis vna virtus subest, quae animum rectum & indeclinabilem praefat. Quid ergo? nihil interest inter gaudium, & dolorum inflexibilem patientiam? Nihil, quantum ad ipsas virtutes: plurimum, quantum ad illa, in quibus virtus utraque ostenditur. In altero nanque naturalis animi remissio ac laxitas, in altero contra naturam dolor. Itaque media sunt haec, quae plurimum interualli recipiunt. Virtus in utraque par est. Virtutem materia non mutat: nec peiorum facit dura & difficilis, nec meliorum hilaris & laeta. Necesse est ergo aequalia sint bona utraque: quia nec hic potest se melius in hoc gaudio gerere, nec ille melius in illis cruciatibus. duo vero, quibus nihil fieri melius potest, paria sunt. Nam si quae extra virtutem possita sunt, aut minuere illam, aut augere possunt, definit vnam bonum esse quod honestum est. Si hoc concesseris, omne honestum perit. Quare dican: quia nihil honestum est, quod ab iniusto, quod à coacto fit. Omne honestum voluntarium est. Admitte illi pigritiam, querelam, tergiuersationem, metum, quod habet in se optimum, perdidit, sibi placere. Non potest honestum esse, quod non est liberum. Nam quod timeret, seruit. Honestum omne securum est, tranquillum est. Si recusat aliquid, si complorat, si malum iudicat, perturbationem recipit, & in magna discordia volutatur. Hinc enim species recti vocat, illinc suspicio mali retrahit. Itaque qui honeste aliquid facturus est, quicquid opponitur, id etiam si incommodum putat, malum non putat. Omne honestum iniustum, incoactumque est, sincerum, & nullo malo mixtum. Scio quid mihi hoc loco responderi possit. Hoc nobis persuadere conaris, nihil interesse, utrum aliquis in gaudio sit, an in equuleo taceat, & tortorem suum lasset. Poteram respondere quod Epicurus ait, Sapientem si in Phalaridis tauro peruratur, exclamat: Dulce est; & ad me nil pertinet. Quid miraris, si ego paria bona dico, vnius in conniuio iacentis, alterius inter tormenta fortissime stantis: cum (quod incredibilis est) dicat Epicurus, dulce esse torqueri? Et hic respondeo, plurimum interesse inter gaudium & dolorem. Si quaeratur elegio, alterum petam, alterum vitabo. Illud secundum naturam est, hoc contra. Quamdiu sic astinuantur, magno inter se disident fratres. Cum vero ad virtutem ventum est, utraq. par est, & quae per laeta procedit, & quae per tristia. Nullum habent momentum vexatio & dolor, & quicquid aliud incommodi est: uirtute enim obruitur. Quemadmodum minora lumina claritas solis obscurat: sic dolores, molestias, iniurias, uirtus magnitudine sua elidit atque opprimit, & quocunq. affulgit, ibi quicquid sine illa appetit, extinguitur; nec magis villa portionem habent incommoda, cum in virtutem incident, quām in mari nimbus. Hoc ut scias ita esse, ad omne pulchrum vir bonus sine villa cunctatione percurrit: sicut illic licet carnifex, sicut tortor atque ignis, perfeuerabit: nec quid passurus, sed quid facturus sit, aspiciat: & se honestae rei tanquam bono viro crederet: utile illam sibi iudicabit, tutam, prosperam. Eundem ergo locum habebit apud illum honesta res, sed tristis atque aspera, quem vir bonus, pauper, aut exil, ac pallidus. Agedum pone ex alia parte virum bonum, diuitijs abundantem, ex altera nihil habentem, sed in se omnia: uterque aequi bonus vir erit, etiam si fortuna dispari vteret. Idem (ut dixi) in rebus iudicium est, quod in hominibus. Aequa laudabilis est virtus in corpore valido ac libero positâ, quam in morbo ac vincto. Ergo tua quoque virtus non magis laudabilis, si corpus illaeſum tibi & integrum fortuna praefitterit, quam si ex aliqua parte mutilatum. Alioqui hoc erit, ex seruorum habitu dominum aestimare. Omnia enim ista in quae dominium casus exercet, seruilia sunt, pecunia, & corpus, & honores: imbecilla, huida, mortalia, possessionis incertae. Illa rursus libera & iniusta opera virtutis, quae non ideo magis appetenda sunt, si benignius à fortuna tractantur, nec minus, si aliqua rerum iniuritate premuntur. Quod amicitia in hominibus est, hoc in rebus appetitio est. Non puto, magis amares virum bonum locupletem, quām pauperem: nec robustum & lacertosum, quām gracilem, & languidi corporis. Ergo ne rem quidem magis appetes hilarem aut pacatam, quām distractam & operofam, & si hoc est, magis diliges ex duobus aeq. bonis viris nitidum & vinctum, quām puluerulentum & horrentem. Deinde hucusq. peruenies, ut magis diligas integrum omnibus membris & illaeſum, quām debilem auriluscum. Paulatim fastidium tuum illo usque procedet, ut ex duobus aequi iustis ac prudētibus comatum & crispulum malis, quām recaluastrum. Vbi par est in utroque uirtus, non comparet aliarum rerum inaequalitas. Omnia enim alia non partes, sed accessiones sunt. Nam quis tam iniquam censuram

inter suos agit, ut filium sanum quām aegrum magis diligit? procerumque & excelsum, quam breuem & modicum? Fetus suos non distinguunt sereae, & se in alimentum pariter omnium sternunt. Aues ex aequo partuntur cibos. Vix ad Ithacæ suæ laxa sic properat, quemadmodum Agamemnon ad Mycenarum nobiles muros. Nemo enim patriam, quia magna est, amat, sed quia sua. Quorsum haec pertinent? ut scias, virtutem omnia opera sua, velut fetus suos, ijsdem oculis intueri, aequo indulgere omnibus, & quidem impensis, laborantibus. Quoniam quidem etiam parentum amor, magis in ea quorum miseretur, inclinat. Virtus quoque opera sua quae videt affici & premi, non magis amat, sed parentum bonorum more, magis complectitur ac fuet. Quare non est vilum bonum altero maius; quia non est quicquam apto aptius, quia plano nihil est planius. Non potes dicere, Hoc magis par est alicui quām illud ergo nec honesto honestius quicquam est. Quod si par omnium virtutum natura est, tria genera bonorum in aequo sunt. Ita dico, in aequo est, moderate gaudere, & moderate dolere. Laetitia illa non vincit hanc animi firmitatem sub tortore gemitus deuorantem. Illa bona oprabilis sunt, haec mirabilia. Vtraque nihilominus paria: quia quicquid incommodi est velamento maioris boni tegitur. Quisquis haec imparia iudicat, ab ipsis virtutibus auertit oculos, & exteriora circumspicit. Bona vera idem pendunt, idem patent: falsa multum habent vani. Itaque speciosa & magna contra visentibus, cum ad pondus reuocata sunt fallunt. Ita est, mi Lucili, quicquid vera ratio commendat, solidum & aeternum est, firmat animum, attollitque, semper futurum in excelso. Illa que temere laudantur & vulgi sententia bona sunt, in flant inanibus laetos. Rursus ea quae timentur tanquam mala, injiciunt formidinem mentibus, & illas non aliter quam animalia species periculi agitant. Vtraque res ergo sine causa animum & diffundit, & morder: nec illa gaudio, nec haec metu digna est: sola ratio immutabilis & iudicij tenax est. Non enim seruit, sed imperat sensibus. Ratio rationi par est, sicut rectum recto: ergo & virtus quae non aliud est, quām recta ratio. Omnes virtutes rationes rectae sunt. Si rectae sunt, & pares sunt. Qualis ratio est, tales & actiones sunt: ergo omnes pares sunt. Nam cum similes rationi sunt, similes & inter se sunt: pares autem actiones inter se esse dico, qua rectae sunt, & honestae. Ceterum magna habent discrimina, variante materia: quae modo latior est, modo angustior, modo illustris, modo ignobilis: modo ad multis peruinens, modo ad paucos. In omnibus tamen istis, id quod optimum est, par est: tanquam viri boni, omnes pares sunt, qua boni sunt: sed habent differentias aetatis: alius senior, alius iunior, habent corporis: alius formosus, alius deformis est: habent fortunæ: ille diues, hic pauper est: ille gratiosus, potens, vrbibus notus & populis: ignotus hic plaeisque, & obscurus. Sed per illud quod boni sunt, pares sunt. De bonis ac malis sensus non iudicat: quid vtile sit, quid inutile, ignorat. Non potest ferre sententiam, nisi in re praefentem perductus est: nec futuri prouidus est, nec praeteriti memor: quid sit consequens nescit. Ex hoc autem rerum ordo seriesque contextur, & unitas vitae in perfectum itura. Ratio ergo arbitra est bonorum ac malorum: aliena & externa pro vilibus habet: & ea quae neque bona sunt, neque mala, accessiones minimas ac leuissimas iudicat. Omne illi bonum in anno est. Ceterum quædam prima existimat, ad quae ex proposito venit, tanquam viatoriam, bonus liberos, patriæ salutem: quædam secunda, quae non apparent nisi in rebus aduersis: tanquam aequo animo pati morbi magnū, exilium: quædam media: quae nihil magis secundum naturam sunt; quām contra naturam: tanquam prudenter ambulare, composte sedere. Non enim minus secundum naturam est, sedere, quām aut stare aut ambulare. Duo illa superiora diuersa sunt. Prima enim secundum naturam sunt, gaudere liberorum pietate, patriæ incolunitate. Secunda contra naturam sunt, fortiter obstante tormentis, & sitim perpeti, morbo vrente praecordia. Quid ergo: aliquid contra naturam bonum est? Minime. Sed illud aliquando contra naturam est, in quo bonum illud exiit, vulnerari enim & subiecto igne tabescere, & aduersa valetudine affligi, conita naturam est: sed inter ista seruare animū infatigabilem, secundum naturam est. Et ut, quod volo, exprimam brenicer, materia boni aliquando contra naturam: at bonum nunquam: quoniam bonum sine ratione nullum est: sequitur autem ratio naturam. Quid est ergo ratio: naturae initatio. Quid est summum hominis bonum? ex naturae voluntate se gerere. Non est, inquit, dubium, quin felicior pax sit nunquam lacesta, quam multo reparata sanguine: Non est, dubium inquit, quin felicior sit in concusso valetudo, quam ex grauij morbis & extrema minitatiib. in tumultu vi quadam & patientia educta. Eodem modo non erit dubium, quin maius bonum sit gauidium, quam obnoxius animis ad perpetiendos cruciatius vulnerum aut ignium. Minime: illa enim quae fortuita sunt, plurimum discriminis recipiunt: a estimantur enim vilitate sumentum. Bonorum unum propositum est, consentire naturae. Hoc in omnib. par est. Cum alicuius in senatu sententiam sequimur, non potest dici: ille magis assentitur quām ille, ab omnib. in eandem sententiam itur. Idem de virtutibus dico: omnes naturae assentientur. Idem de bonis dico: omnia naturae assentientur. Alter adoleſcens deceſſit, alter senex, aliquis praeter hos infans, cui nihil amplius contigit, quam proſpicere vitam. Omnes hi aequo fuere mortales, etiam si mors aliorum longius vitam passa est procedere, aliorū in medio flore praeceſſit, aliorum interrupit principia. Alius inter coenandum solutas est, alterius continuata mors somno est, aliquem concubitus extinxit. His oppone ferro transſoſos, aut exanimatos feruentur morbi, aut fractos ruina, aut per longam neruorum contractionem extortos minutatim. Aliorum melior dici, aliquorum peior potest exitus: mors quidem omnium par est: per quae venit, diuersa sunt, id in quod desinunt, vnum est, mors nulla maior aut minor est: habet enim eundem in omnib.

omnib. modum, finisse vitam. Idem tibi de bonis dico: hoc bonum inter meras voluptates est, hoc inter tristia & acerba: illud fortunæ indulgentiam rexit, hoc violentiam domuit: utrumque aequae bona sunt, quamvis illud plena emollientur, hoc aspera. Idem finis omnium est, bona sunt, laudanda sunt, virtutem rationemque comitantur. virtus aequat inter se, quicquid agnoscit. Nec est quod hoc inter nostra placita mireris. apud Epicurum duo bona sunt, ex quibus summum illud beatumque componitur: ut corpus sine dolore sit, animus sine perturbatione. Haec bona non crescunt, si plena sunt. Quo enim crescat, quod plenum est? Dolore corpus caret: quid ad hanc accedere indolentiam potest? Animus constat sibi, & placidus est: quid accedere ad hanc tranquillitatem potest? Quemadmodum serenitas caeli non recipit maiorem adhuc claritatem, in sincerissimum nitorem repurgata, sic hominis corpus animumque curantis, & bonum suum ex vitroque nectentis, perfectus est status, & summam voti sui inuenit, si nec aetius animo est, nec dolor corpori. Si qua extra blandimenta contingunt, non augent summum bonum, sed ut ita dicam, conidunt & oblectant: absolutum enim illud humanae naturae bonum corporis & animi pace contentum est. Dabo apud Epicurum tibi etiamnum simillimam huic nostrae diuisionem bonorum. Alia enim sunt apud illum, quae malit contingere sibi: ut corporis quietem, ab omni incommode liberam, & animi remissionem, bonorum suorum contemplatione gaudentis. Alia sunt, quae quamvis nolit accidere, nihilominus & laudat & comprobac: tanquam illam, quam paulo ante dicebam, malae valetudinis, & dolorum grauissimorum perpessionem, in qua Epicurus fuit illo summo ac fortunatissimo die suo: ait enim se velicæ & exulcerati ventris tornæta tolerare, ulterio rem doloris accessionem non recipientia: esse nihilominus sibi illum beatum diem: beatum autem agere, nisi qui est in summo bono, non potest. Ergo & apud Epicurum sunt haec bona, quae malles non experiri, fed quia ita res tulit, & amplexanda & laudanda & exaequanda summis sunt. Non potest dici hoc non esse par maximis bonum, quod beatæ vitæ clausum imposuit, cui Epicurus extrema voce gratias egit. Permitte mihi, mi Lucili, virorum optime, aliquid audacius dicere: si vila bona maiora esse alijs possent, haec ego quae tristia videntur, mollibus illis & delicatis praetulism. Maius est enim perfringere difficultia, quam laeta moderari. Eadem ratione fit, cito, ut aliquis felicitatem bene & calamitatem fortiter ferat. Aequo fortis esse potest, qui pro vallo securus excubuit, nullis hostibus castra tentantibus: & qui succiſas poplitibus in genua se exceptit, nec arma dimisit. Macete virtute esto, sanguinolentis & ex acie redeuntibus dicitur. Itaque haec magis laudauerim bona exercitata & fortia, & cum fortuna rixata. Ego dubitem quin magis laudem truncam illam & retroridam manum Mucij, quam cuiuslibet fortissimi saluam: Stetit hostium flammarumque contemptor, & manum suam in hostili foculo distillantem perspectauit, donec Porsenna, cuius poenae fauebat, gloriae inuidit, & ignem inuitio eripi iussit. Hoc bonum quid ni inter prima numerem, tantoque maius putem, quam illa secura & intentata fortuna, quanto rarius est hostem amissam manu vicisse, quam armata? Quid ergo? inquis, hoc bonum tibi optabis? Quid ni hoc enim, nisi qui potest & optare, non potest facere. An potius optem, ut malacissanos articulos exoletis meis porrigan, ut muliercula, aut aliquis in mulierculam ex viro versus, digitulos meos ducat? Quid ni ego feliciorum putem Mucium, qui sic tractauit ignem, quasi illam manum tractatori praefuissest? In integrum restituit, quicquid errauerat. Confecit bellum inermis ac mancus, & illa manu trunca reges duos vicit.

Epistola LXVII.

VT communibus initium faciam, ver aperiſſe coepit: sed iam inclinatum in aestatem, quo tempore calore debebat, intepuit: nec adhuc illi fides est: saepe enim in hieme revoluitur. Vis scire quam dubium adhuc sit? nondum me committo frigido aeri: adhuc rigorem eius infringo. Hoc est, inquis, nec calidum, nec frigidum pati. Ita est, mi Lucili, iam aetas mea contenta est suo frigore: vix media regelatur aestate. Itaque maior pars in stramentis degit. Ago gratias senectuti, quod me lectulo afixit. Quid ni gratias illi hoc nomine agam? Quicquid debebam nolle, non possum. Cum libellis mihi plurimus sermo est. Si quodam interueniunt epistolæ tuae, tecum esse mihi videor: & sic afficio animo, tanquam tibi non scribam, sed respondeam. Itaque & de hoc quod quaeris, quasi colloquar tecum: quale sit, vna scrutabimur. Quaeris an omne bonum optabile sit. Si bonum est, inquis, fortiter torqueri, & magno animo viri, & patienter aegrotare, sequitur ut ista optabilia sint. Nihil autem video ex istis votis dignum. Nemine certe adhuc scio eo nomine votum soluisse, quod flagellis caefius est, aut podagra distortus, aut equuleo longior factus. Distingu, mi Lucili, ista: & intelliges esse in his aliquid optabile. Tormenta abesse a me velim: sed si sustinenda fuerint, ut me in illis fortiter, honeste, animo geram, optabo. Quid ni ego malum non incidere bellum: sed si incident, ut vulnera, ut famem, & omnia quae bellorum necessitas fert, generose feram, optabo. Non sum tam demens, ut aegrotare cupiam: sed si aegrotandum fuerit, ut nihil interperanter, nihil effeminate faciam, optabo. Ita non incommoda optabilia sunt, sed virtus qua perferuntur incommoda. Quidam ex nostris existimant, omnino asperorum fortem tolerantiam non esse optabilem, sed nec ab omnib. andati quidem: quia voto purum bonum peti debet, & tranquillum, & extra molestiam positum. Ego dissentio. Quare? primum quia fieri non potest, ut aliqua res bona quidem sit, sed optabilis non sit, deinde si virtus optabilis est, nullum autem in virtute bonum, & omne bonum optabile. Deinde eiiam, si tormentorum fortis patientia optabilis non est: etiamnum interrogo. Nonne fortitudo optabilis est? At qui pericula contemnit & prouocat. Pulcherri-

cherrima pars eius, maximeque mirabilis illa est, non cedere ignibus, obuiam ire vulneribus. Interdum tela ne vitare quidem, sed pectora excipere. Si fortitudo optabilis est, & tormenta patienter ferre optabile est: nec tamen ideo solummodo ferre tormenta optabile est. Hoc enim, fortitudinis pars est. Sed separata ista, ut dixi, nihil erit quod tibi faciat errorem. Non enim pati tormenta optabile est, sed pati fortiter. Illud opto fortiter, quod est virtus. Quis tamen vñquam hoc sibi optauit? Quaedam vota aperta & professa sunt, cum particulatim sint: quaedam latent, cum uno voto multa comprehensa sunt. Tantum opto mihi vitam honestam: vita autem honesta actionibus varijs constat. In hac est Reguli arca, Catonis scismum manu sua vulnus. Rutilij exilium, calix venenatus, qui Socratem transluit e carcere in caelum. Ita cum optauit mihi vitam honestam, & haec optauit, sine quibus interdum honesta non potest esse.

--- O terque quaterque beati,
Quis ante ora patrum, Troiae sub moenibus altis
Contigit oppetere.

Quid interest, optes hoc alicui, an optabile fuisse fatearis? Decius se pro rep. deuouit, & in medios hostes concitat equo mortem petens irruit. Alter post hunc paternae virtutis aemulus, conceptus lemibus ac iam familiaribus verbis, in aciem confertissimam incurrit, de hoc sollicitus tantum ut littaret, optabilem rem putans bonam mortem. Dubitas ergo, an optimum sit memorabile mori, & in ali quo opere virtutis? Cum aliquis tormenta fortiter patitur, omnibus virtutibus virtutis fortasse, cum una in promptu sit, & maxime appareat patientia. Ceterum illic est fortitudo: cuius patientia & perpessio, & tolerantia, tam sunt. Illic est prudenter, sine qua nullum initur consilium: quea suadet, quod effugere non possis, quam fortissime ferre. Illic est constantia: quea deinceps loco non potest, & propositum nulla vi extorquentem dimittit. Illic est individuus ille comitus virtutum. Quicquid honeste sit, una virtus facit, sed de consiliis sententia. Quod autem ab omnibus virtutibus comprobatur, etiam si ab una fieri videntur, optabile est. Quid tu existimas ea tantum optabilia esse, quae per voluntatem & otium veniunt, quae excipiuntur foribus ornatis? Sunt quaedam tristes voluptates, sunt quaedam vota, quae non gratulantur coetu, sed adorantur venerantur. Ita tu non putas Regulum optasse, ut ad nos perueniret? Indue magni viri animum, & ab opinionibus vulgi secede paulisper: cape quantam debes virtutis pulcherrimae ac magnificentissimae speciem, quae nobis non fertis, sed sudore & sanguine colenda est. a spice M. Catonem, facio illi pectori purissimas manus admoventem, & vulnera parum demissa laxantem. Vtrum illi tandem dicturus es, Vellem quae velles, &, Moleste fero, an, Feliciter, quod agis? Hoc loco mihi Demetrius noster occurrit, qui vitam securam, & sine viliis fortunae excursionib. mare mortuum vocat. Nihil habere ad quod exciteris, ad quod te concites, cuius denuntiatione & incursum firmitatem animi tui tentes: sed in orio inconcluso iacere, non est tranquillitas, malacia est. Attalus Stoicus dicere solebat: Malo me fortuna in castris suis, quam in delicijs habeat. torqueor, sed fortiter. bene est, occidor, sed fortiter. bene est. Audi Epicurus, dicit. Et dulce est. Ego tam honestae rei ac serene, nunquam molle nomen imponam. Vxor, sed iniurias. Quid ni optabile sit, non quod viri me ignis, sed quod non vincit? Nihil est virtute praestantius, nihil pulchrius: & bonum est, & optabile, quicquid ex huius geritur imperio.

Epiſtolæ LXVIII.

Consilio tuo accedo: absconde te in otio, sed & ipsum otium absconde. Hoc te facturum, Stoicos etiam si non praeccepto, at exemplo licet scias: sed ex praeccepto quoq; facies. Id tibi, cum voles approbabo. Nec ad omnem Remp. mitimus, nec semper, nec sine vlo fine. Praeterea cum sapienti Remp. ipso dignum dedimus, id est, mundum, non est extra Remp. etiam si secesserit immo fortasse relicto vno angulo, in maiora atq; ampliora transit, & caelo impositus, intelligit, cum sellam aut tribunal ascenderat, quam humili loco sederet. Depono hoc apud te: nunquam plus agere sapientem, quam cum in conspectum eius diuina atq; humana venerunt. Nunc ad illud reuertor, quod suadere tibi cooperam, ut otium tuum ignorum sit. Non est quod inscribas tibi philosophiam: Atque etiam aliud proposito tuo nomen impone: valetudinem, & imbecilitatem vocato, & desidiam. Gloriar otio, iners ambitio est. Animalia quaedam, ne inneniti possint, vestigia sua circa cubile ipsum confundunt. Idem tibi faciendum est, alioqui non deerunt qui persequantur. Multi aperta transirent, condita & obstruña timantur, furem signata sollicitant. Vile videtur quiquid patet: aperta effractarius prætererit. Hos mores habet populus, hos impetrifissimus quisque in secreta irrumpere cupit. Optimum itaque est, non iactare suum: Iactandi autem genus est, nimis latere, & a conspectu hominum sederet. Ille Tarentum se abdidit, ille Neapolii inclusus est, ille multis annis non transit domus sua: limen. Conuocat turbam, quisquis otio suo aliquam fabulam imposuit. Cum secesseris, non est agendum hoc, ut de te homines loquantur, sed ut ipse tecum loquaris. Quid autem tecum loquaris? Quod homines de alijs libentissime faciunt. De te apud te maie existimat. Afluesce & dicere verum, & audire. Id autem maxime tracta, quod in te esse infirmissimum senties. Nota habet qui quea sui corporis virtus. Itaque alius vomitu leuat stomachum, alius frequenter cibis fulcit, alijs interpolito ieiunio corpus exhaust & purgat. Hi quorum pedes dolor repetit, aut vino aut balneo absitent: in cetera negligentes, huic, a quo saepe infestantur, occurunt. Sic in animo nostro sunt quasi causariae partes, quibus adhibenda curatio est. Quid in otio facio? vlcus meu curo. Si ostenderem

derem tibi pedem turgidum, liuidam manum, aut contracti cruris aridos neruos, permitteres mihi vno loco iacere, & souere morbum meum. Maius malum est hoc, quod non possum tibi ostendere. In pectora collectio & vomica est. Nolo laudes, nolo dicas. O magnum virum. contempsit omnia, & damnatis humanæ vitae furoribus fugit. Nihil damnavi nisi me: non est quod proficiendi causa venire ad me velis. Erras, qui hinc aliquid auxilijs speras. Non medicus sed aeger hic habitat. Malo illa, cum discesseris, dicas: Ego istum beatum hominem putabam & eruditum: erexeram aures, destitutus sum, nihil vidi, nihil audiui quod concupiscerem, ad quod reuertarer. Si hoc sentis, si hoc loqueris, aliquid profectum est. Malo ignoscas otio meo, quam iniudeas. Otium, inquis, Seneca mihi commendas? ad Epicureas voces dilaberis. Otium tibi commando, in quo maiora agas & pulchriora, quam quae reliquisti. Pulicare superbias potentiorum fores, digerere in litteram senes orbos, plurimum in foro posse, inuidiosa potentia ac brevis est, & si verum aestimes, sordida. Ille me gratia forensi longe antecedet. Ille stipendijs militari bus & quæsita per hoc dignitate. Ille clientum turba. Huius turbae par est non possum, huius gratiae. Tanti est ab hominibus vinci, dum a me fortuna vincatur. Utinam quidem hoc propositum sequi olim fuisse animus tibi: utinam de vita beata non in conspectu mortis ageremus. sed nunc quoq; non moremur. Multa enim quae superuacua esse & mimica creditur uiuimus ratione, nunc experientia credimus. Quod facere solent qui serius exuent, & volunt tempus celerrite reparare, calcar addamus. haec aetas optimo facit ad haec studia. Iam despūnaut, iam vita primo feruore adolescentiae indomita lassavit, non multum superest ut extinguat. Et quando, inquis, tibi proderit istud, quod in exitu discis, aut in quam rem? in hanc, ut exeam melior. Non est tamen quod existimes, ullam aetatem aptiorem esse ad bonam mentem, quam quae se multis experimentis, longa ac frequenti rerum patientia domuit, quae ad salutaria, mitigatis affectibus, venit. Hoc est brevis huius boni tempus. quisquis senex ad sapientiam peruenit, annis peruenit.

Epiſtolæ LXIX.

Mutare te loca, & in alium de alio transilire nolo. Primum, quia tam frequens migratio instabilis animi est, coalescere otio non potes, nisi desinas circumspicer & errare. Ut animum possis continere, prius corporis tui fugam siste. Deinde plurimum remedia conseruata proficiunt. Interrumpenda non est, quies, & vitae prioris obliuio. Sine deducere oculos tuos: sine aures affluere sanioribus verbis, quoties processeris, in ipso transitu aliqua quae renouent cupiditates tuas, tibi occurrent. quemadmodum ei qui amorem exuere conatur, evitanda est omnis admonitione dilectionis corporis: nihil enim facilius quam amor recrudescit: ita qui deponere vult desideria rerum omnium, quarum cupiditate flagravit, & oculos & aures ab his quae reliquit, auertat. Cito rebellat affectus: quoconque se verterit, pretium aliquid praefens occupationis suae aspiciet. Nullum sine auctoramento malum est. Avaritia pecuniam promittit: luxuria multas ac varias voluptates: ambitio purpuram & plausum, & ex hoc potentiam, & quicquid potentia potest. Mercede te via sollicitant, hic tibi gratis uiuendum est. Vix effici toto saeculo potest, ut via tam longa licentia tumida subigantur & iugum accipiant. ne dum, si tam breve tempus per interualla discindimus. Utinam quamlibet rem vix ad perfectum adducit a fida vigilia & intentio. Si me quidem velis audire, hoc meditare, exerce te, ut mortem & excipias, & si ita res suadebit, acceras. Interest nihil, an illa ad nos veniat, an ad illam nos, illud imperitissimi cuiusque verbum falsum esse ipsis tibi persuade. Bella res est, mori sua morte. Illud praeterea tecum licet cogites: Nemo nisi suo die moritur. Nihil perdit ex tuo tempore. Nam quod relinquis, alienum est.

Epiſtolæ LXX.

Post longum interuallū Pompeios tuos vidi, in conspectum adolescentiae mae reductus sum. quicquid illic iuuenis fecerat, videbar mihi facere adhuc posse, & paulo ante fecisse. Praenauigamus, mihi Lucili, vitam & quemadmodum in mari, ut ait Virgilius noster,

Terraque urbesque recedunt.

Sic in hoc cursu rapidissimi temporis primum pueritiam abscondimus, deinde adolescentiam, deinde quicquid est illud inter iuuenem & senem medium, in utriusque confinio positum: deinde ipsius senectutis optimos annos. Nonnullum incipit ostedi publicus finis generis humani. Scopulum esse illum putamus, dementissimi? Portus est, aliquando petendus, nunquam recusandus. In que si quis intra primos annos delatus est, non magis queri debet, quam qui citro nauigauit. Alium enim, ut scis, venti feges ludunt ac detinent, & tranquillitas lentissimo taedio lassant: alium pertinax flatus celerrime perfert. Idem euenerit nobis puta: alios vita velo cissime adduxit, quo veniendum erat etiam cunctantibus: alios maceravit & coxit: quea, ut scis, non semper retinenda est. Non enim viuere bonum est, sed bene viuere. Itaque sapiens viuit, quantum debet, non quantum potest. Videbit vbi victurus sit, cum quibus, quomodo, quid aucturus. Cogitat semper, qualis vita, non quanta sit. Si multa occurruunt molesta, & tranquillitatem turbantia, emitit se: nec hoc tantum in necessitate ultima facit, sed cum primum illi cooperit specta esse fortuna, diligenter circumspicit, nunquid illo die definimat sua referre, faciat finem, an accipiat: tardius fiat, an citius. Non tanquam de magno detimento timerit. Nemo multum ex stillicidio potest perdere. Citius mori, vel tardius, ad rem non pertinet: bene mori, aut male, ad rem pertinet. bene autem mori, est effugere male viuendi periculum. Itaque effeminatissimam vocem illius Rhodij existimo, qui cum in caueam coniectus esset a tyranno, & tanquam ferum aliquod animal ale-

retur,

retur, suadenti cuidam ut abstineret cibo: Omnia, inquit, homini dum viuit speranda sunt. Ut sit hoc verum, non omni pretio vita emenda est. Quaedam, licet magna, licet certa sint, tamen ad illa turpi infirmitatis confessione non veniam. Ego cogitem in eo qui viuit omnia posse fortunam, potius quam cogitem in eo qui scit mori, nihil posse fortunam? Aliquando tamen, etiam si certa mors instabit, & destinatum sibi supplici sciet, non commodabit poenae suae manum. Stultitia est, timore mortis mori. Venit qui occidat. Exspecta, quid occupas? quare inscips alienae crudelitatis procreationem? Vtrum inuides carnifici tuo, an parcis? Socrates potuit abstinencia finire vitam, & inedia potius quam veneno mori, triginta tamen dies in carcere & in expectatione mortis exegit: non hoc animo tanquam omnia fieri possent, tanquam multas spes tam longum tempus reciperet, sed ut praebaret se legibus, ut fruendum amicis extremum Socratem daret. Quid erat stultus, quam mortem contemnere, venenum timere? Scribonia granis foemina, amita Drusii Libonis fuit, adolescentis tam stolidi, quam nobilis, maiora sperantes, quam aut illo saeculo quisquam sperare poterat, aut ipse villo, cum aeger à senatu in lectione relatus esset, non sane frequentibus obsequijs, omnes enim necessarij deseruerant impie, iam non reum, sed fūsus, habere coepit consilium, vtrum conficeret sibi mortem, an expectaret. Cui Scribonia: Quid te, inquit, delectat alienum negotium agere? Persuasit, Manus sibi attulit, nec sine causa. Nam post diem tertium aut quartum inimici moriturus arbitrio, si viuit, alienum negotium agit. Non possis itaque de re in vniuersum pronuntiare, cum mortem vis externa denuntias, occupanda sit, an expectauda. Multa enim sunt, quae in vtramque partem trahere possunt. Si altera mors cum tormento, altera simplex & facilis est, quid ni huic iniicienda sit manus? Quemadmodum nauim eligam nauigaturus, & domum habitaturus, ita mortem vtique qua sum exiturus è vita meliore. Praeterea quemadmodum non vtique melior est longior vita, sic peior vtique mors longior. In nulla re magis, quam in morte, morem animo gerere debemus. Exeat qua impetum cepit: siue ferrum appetit, siue laqueum, siue aliquam potionem venas occupantem, pergit, & vincula seruitutis abrumpat. Vitam & alijs approbare quicque debet, mortem sibi optima est, quae placet. Stultae haec cogitantur. Aliquis dicet me parum fortiter fecisse, alius nimis temere, aliquis fuisse aliquid genus mortis animosius. Vis tu cogitare id in manibus esse consilium, ad quod fama non pertinet? Hoc vnum intuere, ut te fortunae quam celerrime eripias. Alioqui aderunt qui de facto tuo male existimant. Inuenies etiam professos sapientiam, qui vim afferendam vitae suae negent, & nefas iudicent ipsum interemptorem sui fieri. Expectandum esse exitum, quem natura decreuit. Hoc qui dicit, non videt se libertati viam claudere. Nil melius aeterna lex fecit, quam quod vnum introitum nobis ad vitam dedit, exitus multos. Ego expectem vel morbi crudelitatem, vel hominis, cum possim per media exire tormenta, & aduerfa discutere? Hoc est vnum, cur de vita non possimus queri, neminem tenet. Bono loco res humanae sunt, quod nemo nisi vitio suo miser est. Placeat? viue, non placet? licet eo reuerti vnde venisti. Ut dolorem capit is leuatus, sanguinem saepe emisisti: ad extenuandum corpus vena percuditur. Non opus est vasto vulnere diuidere praecordia, scalpelio aperitur ad illam magnam libertatem via: & puncto securitas constat. Quid ergo est, quod nos facit pigros inertesque? Nemo nostrum cogitat, quandoque sibi ex hoc domicilio exeundum. Sic veteres iniquilinos indulgentia loci & consuetudo, etiam inter iniurias detinet. Vis aduersus hoc corpus liber esse? Tanquam migraturus habita: propone tibi quandoque hoc contubernio carendum, fortior eris ad necessitatem exundi. Sed quemadmodum suis finis veniet in mentem, omnia sine fine concupiscentibus? Nullius rei meditatio tam necessaria est. Alia enim exercentur fortasse in superiuacuum, aduersus paupertatem prae paratus est animus: permanere diuitiae: ad contemptum nos doloris armavimus: nunquam a nobis exigit huius virtutis experimentum integri ac sani felicitas corporis. ut fortiter, amissorum desideria patremur, praecipimus nobis: omnes quos amabamus, superstites fortuna seruauit, huius unius rei usum qui exigat dies, veniet. Non est quod existimes, magnis tantum viris hoc robur fuisse, quo seruitutis humanae claustra perurrerent. non est quod iudices, hoc fieri nisi à Catone non posse, qui quam ferro non emiserat animam, manu extraxit: cum vilissimae fortis homines ingenti impetu in tutu euaserint, cumque commodo mori non licuisset, nec ad arbitrium suum instrumenta mortis eligere: obvia quaeque rapuerunt, & quae natura non erant noxia, vi sua tela fecerunt. Nuper in ludo bestiariorum vnius e Germanis cum ad matutinam spectacula pararetur, secessit ad exonerandum corpus, nullum aliud illi datur sine custode secretum. Ibi lignum id quod ad emundanda obsecra adhaerente spongia positum est, totum in gulam farsit, & ni praeclusis faucibus spiritum elisit. Hoc fuit morti contumeliam facere. ita prorsus parum mundus, & parum decenter. Quid est stultus, quam fastidiose mori? O nimirum forte, o dignum, cui fati daretur electio, quam fortiter ille gladio usus esset, quam animose in profundum se altitudinem maris, aut abscessae rupis immisisset? Undique destitutus inuenit, quemadmodum & mortem sibi deberet, & telum: ut scias ad moriendum nihil aliud in mora esse, quam uelle. Existimetur de facto hominis acerrimi, ut cuique uisum erit, dum hoc constet, praferendam esse spurcissimam mortem seruituti mundissimae. Quoniam coepi sordidis exemplis uti; perseverabo, plus enim à se quisque exiger, si uiderit hanc rem etiā à contemptissimis posse contemni. Catones, Scipionesque, & alios, quos audire cum admiratione confueimus, supra imitationem positos putamus. Iam ego, istam uirtutem habere tam multa exempla in ludo bestiario, quam in ducibus belli civilis ostendam. Cum adueheretur nuper inter custodias quidam ad matutinum spectaculum missus, tanquam somno premente nubaret,

caput

caput usque eo demisit, donec radijs in sereret, & tamdiu se in sedili suo tenuit, donec ceruicem circumactu rotae frangeret. eodem vehiculo quo ad poenam ferebatur, poenam effugit. Nihil obstat, erumpere & exire cupienti. In aperto nos natura custodit. Cui permititur necessitas sua, circumspiciat exitum mollem. Cui ad manum plura sunt, per quae se fesse afferat, is delectum agat, & qua potissimum liberetur consideret. Cui difficilis occasio est, is proximam quamque pro optimis arripiat, si licet inaudita, sit noua. Non deerit ad mortem ingenium, cui non defuerit animus. Vides quemadmodum extrema quoq. mancipia, vbi illis stimulos adegit dolor, excutient, & intentissimas custodias fallant. Ille vir magnus est, qui mortem sibi non tantum imperavit, sed inuenit. Ex eodem tibi munera plura exempla promisi. Secundo Naumachiae spectaculo vnuis e barbaris lanceam, quam in aduersarios acceperat, totam iugulo suo immissit. Quare, inquit, non omne temeratum, omne ludibrium iam dudum effugio? Quare ego mortem armatus expecto? Tanto hoc speciosius spectaculum fuit, quanto honestius morti discutit homines, quam occidere. Quid ergo? quod animi perditi, noxiosque habent, non habebunt illi, quos aduersus hos casus instruxit longa meditatio, & magistra rerum omnium ratio? Illa nos docet, fati varios esse accessus, finem eundem. Nihil autem interesse, vnde incipiat quod venit. Eadem illa ratio monet, ut, si licet, moriaris sine dolore. Sin autem non potest, fac quemadmodum potes, & quicquid obuenerit ad vim afferendam tibi, inuadas. Inuadorum est rapto viuere: at contra pulcherrimum, mori rapto.

Epistola LXXI.

Svbinde me de rebus singulis consulis, oblitus vasto nos mari diuidi. cum magna pars consilij sit in Tempore, necesse est eueniere, ut de quibusdam rebus tuncad te perferas sententia mea, cum iā contraria potior est. Consilia enim rebus aptantur: res nostra feruntur, immo voluuntur. Ergo consilium sub die nasci debet: & hoc quoque tardum est nimis: sub manu, quod aiunt, nascatur. Quemadmodum autem inueniatur, ostendam. Quoties fugiendum sit, aut quid perendum, voles scire, ad summum bonum & propositum totius vitae respice. Illi enim consentire debet quicquid agimus. non disponet singula, nisi cui iam vitae sua summa proposita est. Nemo, quamvis paratos habeat colores, similitudinem reddet, nisi iam constet quid velit pingere. Ideo peccamus, quia de partibus vitae omnes deliberamus, de tua nemo deliberat. Scire debet quid petat ille, qui sagittam vult mittere: & tunc dirigere, & moderari manu telum. Errant consilia nostra, quia non habent quo dirigantur. Ignoranti quem portum petit, nullus suus ventus est. Necesse est multum in vita nostra casus possit, quia viuimus casu. Quibusdam autem eueniit, ut quaedam scire se nesciant: quemadmodum quaerimus laepe eos, cum quibus stamus, ita plaerunque finem summi boni ignoramus appositum. nec multis verbis, nec circuitu longo, quid sit summum bonum colliges, dico, ut ita dicam, demonstrandum est, nec in multa spargendum. Quid enim ad rem pertinet in particulas illud dividere, cum possis dicere: Summum bonum est, quod honestum est? & quod magis admireris, Vnum bonum est, quod honestum est. Cetera falsa & adulterina bona sunt. Haec si persuaseris tibi, & virtutem adamaueris (amare enim parum est) quicquid illa contigerit, id tibi, qualecumque alij videbitur, faustum felixque erit: & torqueri, si modo iacueris ipso tortuoso securior: & aegrotare, si non maledixeris fortunae, si non ceferis morbo. Omnia denique quae caeteris videntur mala, & mansuent, & in bonum abibunt, si super illa eminueris, hoc liqueat, nihil esse bonum, nisi honestum: & omnia incomoda suo iure bona vocabuntur, quae modo virtus honestauerit. Multis videmur maiora promittere, quam recipit humana condicio, non immerito, ad corpus enim respiciunt, reuertantur ad annum, iam hominem Deo metentur. Erige te, Lucili virorum optime, & reliquie istum Iudum literarium philosophorum, qui rem magnificenter simam ad syllabas vocant, qui animum minuta docendo diminuunt & conterunt, fies similis illis, qui inueniunt ista, non qui docent, & id agunt ut philosophia potius difficultis quam magna videatur. Sequere illos, si quid apud te habeo auctoritatis. Socrates, qui totam philosophiam reuocauit ad mores, hanc summam dixit esse sapientiam, bona malaque distinguere. Ut sis beatus, inquit, & te aliqui stultum videri sine. quicquid voleris tibi conueniam facere, faciat, tu tamen nihil patieris, si modo tecum erit virtus. Si vis, inquit, beatus esse, si fide bona vir bonus, sine contemnat te alius. Hoē nemo praestabit, nisi qui omnia bona exaequauerit: quia nec bonum sine honesto est, & honestum in omnibus par est. Quid ergo? nihil interest inter praeturam Catonis, & repulsam? Nihil interest ut Pharalica acie Cato vincatur, aut vincat? Hoc eius bonū, quo vicitis partibus nō potest vinci, par erat illi bono, quo vicit redire in patriam, & componeret pacem? Quid ni par sit? eadem enim virtute & malitia fortuna vincitur, & ordinatur bona. virtus autem non potest maior aut minor fieri. Vnius statuarē est. Sed Cn. Pompeius amittit exercitum: sed ille pulcherrimus reip. praetextus optimates, & prima acies Pompeianarum partium, senatus ferens arma, vno proelio profligabuntur: & tam magni ruina imperij, in totum diffusum orbem, aliqua pars eius in Aegypto, aliqua in Africa, aliqua in Hispania cadet, ne hoc quidem miserae Reip. contingat, semel ruere. Omnia licet fiant, Iubam in regno suo, non locorum notitia adiuuens, non popularium pro rege suo virtus obstinatissima. Ut censum quoque fides malis fracta deficiat, & Scipionem in Africa nominis sui fortuna destituat, olim prouisum est, ne quid Cato detrimeti capiat. Vicitus est tamen. Et hoc numera inter repulsas Catonis. Tam magno animo, feret aliquid sibi ad victoriam, quam ad praeturam obstatissime. Quo die repulsus est, lusit: quia nocte periturus fuit, legit. Eodem loco habuit, praetura & vita exceedere. omnia quae acciderent, ferenda esse persuaserat sibi: Quid

Quid ni ille mutationem Reip. fort & aequo pateretur animo? Quid enim mutationis periculo exceptum? non terra, non caelum, non totus hic rerum omnium contextus, quamvis Deo agente ducatur. Non semper tenebit hunc ordinem: sed illum ex hoc cursu aliquis dies deicet. Certis eunt cuncta temporibus: nati debent, crescere, extingui. Quaecunque vides supra nos currere, & haec quibus innixi atq. impositi sumus veluti solidissimis, carpentur ac definent. Nulli non senectus sua est. Inaequilibus ista spatijs eodem natura demittit. quiquid est, non erit, nec peribit, sed resolvetur. Nobis soli perire est. Proxima enim intuentur: ad veteriora non prospicit mens hebes, & quae se corpori addixerit: alioqui fortius finem sui suorumque pateretur, si speraret omnia illa sic in vita mortemque per vices ire, & composita dissoluti, dissoluta componi: in hoc opere aeternam artem cuncta temperantia Dei verti. Itaque Cato cum aeuum animo percurrit, dicet: Omne humanum genus, quodque est, quodq. erit, morte damnatum est. omnes quae vltimam rerum portuntur vrbes, quaeque alienorum imperiorum magna sunt & decora, vbi fuerint, aliquando queretur, & vario exitij generre tollentur: alias destruent bella: alias desidia, paxque ad inertiam versa consumet, & magnis opibus exitios res luxus. Omnes hos fertiles campos repentina maris inundatio abscondet, aut in subitam cauernam considentis soli lapsus abducet. Quid est ergo, quare indignat, aut doleam, si exiguo momento publica fata praecedet? Magnus animus Deo pareat: & quicquid lex vniuersi iubet, sine cunctatione patiatur. aut in meliorem emititur vita, incidit tranquillius que inter diuina mansurus: aut certe sine vlo futurus incommode, naturae suaem remiscebatur, & reuertetur in totum. Non est ergo M. Catonis maitis bonum honesta vita, quam mors honesta: quoniam non intenditur virtus. Idem esse dicebat Socrates veritatem & virtutem: quomodo illa non crescit, sic nec virtus quidem. Habet numeros suos, plena est. Non est itaque quod mireris paria esse bona, & quae ex propenso sumenda sunt, & quae subita res tulit. Nam si hanc inaequalitatem reperis, vt fortiter torqueri in minoribus bonis numeres, numerabis etiam in malis: & infelicem Socratem dices in carcere, infelicem Catonem vulnera sua animosus quam fecerat, retractantem: calamitosum omnium Regulum, fidei poenas etiam hostibus seruatae pendentes. Atqui nemo hoc dicere ne ex molliissimis quidem, ausus est. Negant enim illum esse beatum, sed tamen negant miserum. Academici veteres beatum quidem esse etiam inter hos cruciatus fatentur, sed non ad perfectum, nec ad plenum: quod nullo modo potest recipi. Si beatus est, in summo bono est. Quod summum bonum est, supra se gradum non habet: si modo illi virtus inest, si illam aduersa non minuant, si manet etiam communio corpore incolamus. Manet autem. Virtutem enim intelligo animosam & excelsum: quam incitat, quicquid infestat. Hunc animum quem saepe induit generosae indolis iuuenes, quos aliqui honestae rei pulchritudo percussit, vt omnia fortuna contemnant, profecto sapientia infundet, & tradet: persuadet vnum bonum esse quod honestum. Hoc nec remitti nec intendi posse, non magis quam regulam, qua rectum probari solet. Quam si flectes, quicquid ex illa mutaueris, iniuria est recti. Idem ergo de virtute dicemus: & haec recta est. Flexuram non recipit: rigida est: amplius intendi non potest. Haec de omnibus rebus iudicat, de hac nulla. Si rectior ipsa non potest fieri, nec quae ab illa quidem sunt, alia alijs rectiora sunt. Huic enim necesse est respondentia ita paria sunt. Quid ergo? inquis, iacere in conuicio, & torqueri, paria sunt? Hoc mirum videtur tibi? Illud licet magis admireris. Iacere in conuicio, malum est: torqueri in equuleo, bonus est: si illud turpiter, hoc honeste fit. bona ista aut mala, non efficit materia, sed virtus. Haec vbiunque apparuit, omnia eiudem mensurae ac pretij sunt. In oculos nunc mihi manus intentat ille, qui omnium animatum aestimat ex suo: quod dicam paria bona esse aduersa fortiter portantis, & prospera honeste inuidantis: quod dicam paria bona esse eius qui triumphat & eius qui ante currum vehitur inuidus animo. Non putant enim fieri, quicquid facere non poslunt: ex infirmitate sua de virtute ferunt sententiam. Quid miraris, si viri, uiulerari, occidi, alligari iuvat? aliquid etiam liber. Luxurioso frugalitas poena est, pigro supplicij loco labor est, delicatus miseretur in dustris, desidioso studere torqueri est. Eodem modo haec, ad quae omnes imbecilli sumus, dura atq. intoleranda credimus, oblii quam multis tormentum sit vno carere, aut prima luce excitari. Non ista difficultas sunt natura, sed nos fluidi & enerues. Magno animo de rebus magnis iudicandum est: alioqui visdebitur illatum vitum esse, quod nostrum est. Sic quaedam rectissima, cum in aquam demissa sunt, speciem curvi praefractique visentibus reddunt. Non tantum quid videas, sed quemadmodum, refert. Animus noster ad vera peripcienda caligt. Da mihi adolescentem incorruptum, & ingenio vegetum, dicet fortunatiorem sibi videri, qui omnia rerum aduersarum onera rigida cervice sustollit, quam qui supra fortunam exeat. Non mirum est, in tranquillitate non concuti. Illud mirare, ibi extollit aliquem, vbi omnes deprimuntur: ibi stare, ubi omnes iacent. Quid est in tormentis, quid est in alijs quae aduersa appetitatis, mali? ut opinor, succidere mentem, & incutuari, & succumbere: quorum nihil sapienti, uiro potest evenire. Stat rectus, sub quolibet pondere. Nulla illum res minorem facit, nihil illi eorum quae ferenda sunt, displiceat. Nam quicquid cadere in hominem potest, in se cecidisse non queritur: uires suas riuuit: scit se esse omni ferendo. Non educo sapientem ex hominum numero, nec dolores ab illo, sicut ab aliquo rupe nullum sensum admittente, submoueo. Memini ex duabus partibus illum esse compositum. Altera est irrationalis: haec mordet, uritur, dolet. Altera rationalis: haec inconclusa opinio- nes habet, in trepida est, & indomita. In hac positum est sumum illud hominis bonum, quod antequam impletatur, incerta mentis uoluntatis est: cum vero perfectum est, immota illa stabilitas est. Itaq. inchoatus ad

tus ad summa procedens, cultorque virtutis, etiam si appropinquat perfecto bono, sed ei nondum summa manum imposuit, ibi interim cessabit, & remitteret aliquid ex intentione mentis. nondum enim incerta transgressus est, etiam nunc versatur in lubrico. beatus vero, & virtutis exactae, tunc se maxime amat, cum fortissime expertus est: & metuenda ceteris, si aliquis honesti officij pretia sunt, non tantum fert, sed amplexatur, multoque audire manult. Tanto melior, quam Tanto felicior. Venio nunc illo, quo me vocat expectatio tua: ne extra rerum naturam vagari virtus nostra videatur, & tremet sapiens, & dolebit, & expallescat: hi enim omnes corporis sensus sunt. Vbi ergo est origo calamitatis? vbi illud malum verum est? illic scilicet, si ista animum distrahit, si ad confessionem seruitus adducunt, si illi paenitentiam sui faciunt. Sapiens quidem vincit virtute fortunam. At multi professi sapientiam, leuisissimis nonnunquam minis exterriti sunt. Hoc loco nostrum vitum est, qui quod dicitur de sapiente, exigimus & à proficiente. Suadeo adhuc mihi ista quae laudo, nondum perjuadeo: etiam si persuassem, nondum tamen parata habebam, aut tam exercitata, vt ad omnes casus procurrerem. Quemadmodum lana quosdam colores semel dicit, quosdam nisi laepius macerata & recocta non perbibit: sicalias disciplinas ingenia cum accepere, protinus praestant: haec nisi alte descendit, & diu sedet, animum non coloravit, sed infecit, nihil ex his quae promiserat, praefast. Cito hoc potest tradi, & paucissimis verbis, vnum bonum esse virtutem: nullum certe sine virtute: & ipsam virtutem in parte nostri meliore, id est rationali possum. Quid erit haec virtus? iudicium verum & immotum: ab hoc enim impetus veniet mentis, ab hoc omnis species quae impetum mouet, redigetur ad liquidum. Huic iudicio consentaneum erit, omnia quae virtute contracta sunt, & bona iudicare, & inter se paria. Corporum autem bona corporibus quidem bona sunt, sed in totum non sunt bona. His pretium quidem erit aliquod, ceterum dignitas non erit: magnis inter se intervallis distabunt, alia maiora, alta minora erunt. Et in ipsis sapientiam sectantibus magna discrimina esse fateamur necesse est. alius iā in tantum proficit, vt contra forunnam audeat attollere oculos, sed non pertinaciter: cedunt enim nimio splendore praestricti: alius in tantum, vt possit cum illa conferre vultum, si iam peruenit ad summum, & fiduciae plenus est. Imperfetta necesse est labent, & modo prodant, modo sublabantur, aut succidant. Sublabentur autem, nili ire & niti perseuerauerint: si quicquam ex studio & fideli intentione laxauerint, retro eundum est. Nemo profectum ibi inuenit, vbi reliquerat. Instemus itaque, & perseueremus, plus quam profligauimus, restat: sed magna pars est profectus, velle proficer. Huius rei conscius mihi sum. volo, & tota mente volo. Te quoque instinetum esse, & magno ad pulcherrima properare impetu video. Propereamus ita deum vita beneficium erit: alioqui mora est, & quidem turpis inter foeda versantibus. Id agamus, vt nostrum omne tempus sit. Non erit autem, nisi prius nos nostri esse cooperimus. Quando contingit contemnere vtramq. fortunam? quando contingit omnibus oppressis affectibus, & sub arbitriū adductis, hanc vocem emittere vici. Quem vicerim, quaeris? Non Perlas, nec extrema Medorum, nec si quid ultra Dacas bellicosum iacet: sed auaritiam, sed ambitionem, sed metum mortis, qui victores gemitū vicit.

Epistola LXXII.

Q uod queris à me, liquebat mihi, si reminisceret: sed diu non retentari memoriam meam. Itaq. non facile me sequitur, quod evenit libris situ cohaerentibus, hoc euenisce mihi sentio: explicandus est animus, & quaeunque apud illum deposita sunt, subinde excuti debent, vt parata sint quoties vltus exegerit. Ergo hoc in praefentia differamus: multum enim operae, multum diligentiae polcat. Cum primum longiorum eodem loco sperauero moram, tunc in manus sumam. Quaedam enim sunt, quae possis & in cibio scribere: quaedam lectum, & orium, & secretum desiderant, nihilominus his quoque occupatis diebus agatur aliquid, & quidē totis: nunquā enim non succedit occupationes nouae. se quez occupatis diebus agatur aliquid, & quidē totis: nunquā enim non succedit occupationes nouae. se zimus illas: itaq. ex vna excent plures, deinde ipsi nobis dilationem damus. Cum hoc peregero, toto animo incumbam: & si hanc rem molestā compusoero: studio me dabo. Non cū vacaueris, philosophādū est: omnia alia negligēda, vt huic affideamus: cui nullū tempus satis magnum est, etiā si a pueritia usq. ad lōgissimos humani aeu terminos vita protēditur. Non multū refert, vtrum omittas philosophiā, an intermitteras. Nō enim vbi in interrupta est manet, sed eorū more, quae intenta dissipūt, vltq. ad initia sua reccurrit, quod à cōtinuatione sua discessit. Resistendum est occupationibus: nec explicandae, sed submōuedae sunt. Tempus quidē nullū est parum idoneū studio salutari. atqui multi inter illa nō studēt, propter quae studēndū. Incidet aliquid quod impedit, non equidem eum, cuius animus in omni negotio laetus atq. alacer est. Imperfectis adhuc interscindit laetitia. Sapienti vero contextur gaudium; nulla rūpitur causa, nulla fortuna: semper & vbiq. tranquillum est. Non enim ex alieno pendet, nec fauorem fortunae, aut hominis expectat: domestica illi felicitas est. exiret ex animo, si intraret, ibi nascitur. Ali quando extrinsecus, quo admoneatur: mortalitatis, interuenit: sed id leue, & quod summam cutē strīgar. Aliquo, inquam, incommode afflatur, maximum eius illud bonum est fixum. Ita dico, extrinsecus aliqua sunt incommoda, velut in corpore interdum robusto solidoque eruptions: quaedam pustularū & vlcicula, nullum in alto malum est. Hoc, inquam, interest inter consummatae sapientiae virum, & alium procedentis, quod inter sanum & ex morbo graui ac diutino emergente, cui sanitatis loco est leuior accessio. Hic, nisi attendit, subinde grauatur, & in eadem reuoluitur. Sapientē recidere non potest, ne incidere quidē amplius. Corpori enim ad tempus bona valetudo est: quam medicus etiam si reddidit, non praefast. Saepe ad eundem quem excitauerat, aduocatur. Animus semel in totum sanatur. Di-

L can

122

SENECAE

cam quomodo intelligas sanum. si se ipse contentus est, si confidit sibi, si scit omnia vota mortalium, omnia beneficia quae dantur petunturque, nullum in-beata vita habere momentum. Nam cui quid accedere potest, id imperfectum est. Cui quid abscedere non potest, id perpetuum est: cuius perpetua futura laetitia est, is suo gaudeat. Omnia autem quibus vulgus inhiat, ultra citroque fluunt. Nihil dat fortuna mancipio: sed haec quoque fortuita tunc delectant, cum illa ratio temperauit ad miscuit. haec est etiam quae externa commendet, quorum auditus vobis ingratus est. Solebat Attalus hac imagine vii: Vidisti aliquid canem, missa a domino frusta panis aut carnis apero ore captantem? quicquid exceptit, protinus integrum deuorat, & semper ad spem futuri hiat. Idem evenit nobis. quicquid expectantibus fortuna proiecit, id sine villa voluptate demittimus, statim ad rapinam alterius erecti & attenti. Hoc sapienti non evenit: plenus est. etiam si quid obuenit, secure excipit, ac reponit: laetitia fruitur maxima, continua, sua. Haber aliquis bonam voluntatem: habet profectum, sed cui multum deficit a summo? hic deprimitur alternis, & extollitur, ac modo in caelum alleuaturo modo deferratur ad terram. Imperitis ac rudiibus nullus praeceptionis finis est: in Epicureum illud chaos decidunt inane, sine termino. Adhuc est genus tertium eorum, qui sapientiae alludent: quam non quidem attigerunt, in conspectu tamen, & vt ita dicam, sub iectu habent: hi non concutuntur, ne defluunt quidem. nondum in fisco, iam in portu sunt. Ergo cum tam magna sint inter summos imosq. discrimina, cum medios quoq. sequatur fructus suis, sequatur ingens periculum ad deteriora redeundi, non debemus occupationibus indulgere: excludendae sunt. si semel intrauerint: in locum suum alias substituent. Principijs illarum obstemus, melius non incipient quam desinent.

Epistola LXXIII.

Errare mihi videntur, qui existimat philosophiae fideliter deditos cōtumaces esse ac refractarios, & cōtempentes magistratu[m] a regum, eorumve per quos publica administrantur. E contrario enim nulli aduersi illos gratiores sunt: nec immerito. Nullis enim plus praestant, quam quibus frui transilio oti licet. Itaque hi, quibus ad propositum bene vivi aditum confort securitas publica, necesse est auctorem huius boni, vt parentem colant: multo quidem magis quam illi inquieti, & in medio positi; qui multa principibus debent, sed multa & imputant: quibus nunquam tam plene occurtere villa liberalitas potest, vt cupiditates illorum quae crescent, dum implentur, exsatiet. Quisquis autem de accipiendo cogitat, oblitus accepti est. Nec vobis habet malum cupiditas maius, quam quod in grata est. Adiace nunc, quod nemo eorum qui in republica versantur, quos vincat, sed à quibus vincatur, aliquid, & illis non tam iucundum est, multos post se videre, quam graue, aliquem ante te. Habet hoc viuu omnis ambitione: non respicit. Nec ambitione tantum instabilis est, verum cupiditas omnis: quia incipit semper a fine. At ille vir sincerus ac purus, qui reliquit & curiam, & forum, & omnē administrationē Reip. vt ad ampliora secederet, diligit eos per quos hoc ei facere tuto licet, solusque illis gratitum testimoniū reddit, & magnam rem neficienibus debet. Quemadmodum praeceptratores suos veneratur ac suscipit, quorum beneficio illis se vitis exxit: sic & his, sub quorum tutela positus exercet artes bonas. Verum alios quoq. rex viribus suis protegit, quis negat? Sed quemadmodum Neptuno plus debere iudicat ex his qui eadem trāquillitate vī sunt, qui plura & pretiosiora illo mari uexit: & animosius à mercatore quam à vectore soluit, votum, & ex ipsi mercatoribus effusus gratus est, qui odores ac purpurā & auro pensanda portabat, quam qui vilissima quaeque & saburrae loco futura congererat: sic huius pacis beneficiū ad omnes pertinet, altius ad eos peruenit, qui illa bene utūt. Multū enim sunt ex his rogatis quibus pax operosior bello est. Anidem existimas pro pace debere eos, qui illam ebrietati aut libidini impendunt, aut alijs vitis, quae vel bello rumpenda sunt? nisi forte tam iniquum putas esse. lapientem, vt nihil viritum se debere pro communibus bonis iudicet. Soli lunaequas plurimum debebo: & non vni mihi oriuntur: anno, temperantique annum Deo priuatim obligatus sum, quamvis non in meum honorem descripta sint. Stulta avaritia mortalium possessionem proprietatemque differnit, nec quicquam suum credit esse, quod publicum est. At ille sapiens nihil iudicat suum magis, quam cuius illi cum humano genere cōsortium est. Nec enim essent ista communia, nisi pars illorum pertineret ad singulos. Socium efficit etiam quod ex minima portione commune est. Adiace nunc, quod magna & vera bona non sic diuiduntur, vt exiguum in singulos cadat: ad vnumquemque tota perueniunt. Ex congiatio tantum ferunt homines, quantum in capita promissum est. Epulū & visceratio, & si quid aliud capitū manū, discedit in partes. At haec individua bona, pax & libertas, tam omnium tota, quam singulorum sunt. Cogitat itaq. sapiens, per quem sibi horum vobis fructus contingat, per quem non ad armā illum, nec ad seruandas vigilias, nec ad tuenda moenia, & multiplex bellī tributum publica necessitas vocet: agiteque gubernacū suo gratias. Hoc docet philosophia praecipue, bene debere, beneficia, bene soluere. Interdum autem solutio est ipsa confessio. Confitebitur ergo, multum se debere ei, cuius administrationē ac prouidentia contingit illi pingue otium, & arbitrium sui temporis, & imperiū publicis occupationibus quiescere. O Meliboeus, Deus nobis haec otia fecit! Non erit illi mibi semper Deus, cum illa, quae cōsiderat, pateretur, & quae cōsiderat, pateretur. Si illa quoq. otia multum auctori suo debent, quorum munus hoc maximum est.

Ille meas errare bones (vt cernis) & ipsum.

Ludere

Ludere que velle, calamo permisit agresti.

quiā & stimamus hoc otium, quod inter deos agitur, quod deos facit? Ita dico, Lucili, & te in caelū com-pendiaro voco. Solebat Sextius dicere, Ioutem plus non posse quam bonum virum. Plura Iupiter habet que præstet hominibus: sed inter duos bonos non est melior, qui locupletior: non magis quam inter duos, quibus par scientia regendi gubernaculum est, meliore dixeris, cui maius speciosusque na-vigium est. Iupiter quo antecedet virum bonum? diutius bonus est. Sapiens nihil se minoris asti-mat, quod virtutes eius spatio breuiore clauduntur. Quemadmodum ex duobus sapientib. qui senior decessit, non est beatior eo, cuius intra pauciores annos terminata virtus est: sic Dens non vincit sapien-tem felicitati, etiam si vincit etate. Non est virtus major, quam longior. Iupiter omnia habet: sed nempe a lijs tradidit habenda. Ad ipsum hic vobis vobis pertinet quod vtendit etiam omnibus causa est. Sapiens tā, aequo animo omnia apud alios videt, contemnitq., quam Iupiter: & hoc se magis suspicit, quod Iupiter vi illis non potest, sapiens non vult. Credamus itaque Sextio, monstranti pulcherrimum iter, & claman-ti, Hac itur ad astra, hac secundum frugalitatem, hac secundum temperiam, hac secundum fortitudinem. Non sunt dij fastidiosi, non iniudi: admittunt, & ascendentibus manū porrugunt. Mirari homi-nem ad deos ire? Deus ad homines venit, immo (quod proprius est) in homines uenit. Nulla fine Deo mens bona est. Semina in corporibus humanis diuina dispersa sunt: qua si bonus cultor excipit, similia origini prodeunt, & paria his ex quibus orta sunt surgunt: si malus, non aliter quam humus. steriles ac palustris necat, ac deinde creat purgamenta pro frugibus.

Epistola LXXIII.

Epistola tua delectauit me, & marcentem excitauit: memoriam quoque meam, quae iam mihi segnis fac lenta est, euocauit. Quid ni tu, mi Lucili, maximum putes instrumentum beatae uitae hāc per-suasionem, vnum bonum esse, quod honestum est? Qui omne bonum honesto circumscripti, intra se fe-dix est. Nā qui alia bona iudicat, in fortuna venit potestatem, alieni arbitrij sit. Hic amissis liberis mae-stis, hic sollicitus aegris, hic turpibus & aliquam passis infamiam tristis, illum videbis alienae vxoris a-more cruciari, illum suae. Non deerit, quem repulsa distorqueat: erunt quos honor ipse vexet. Illa vero maxima est ex omni mortalium populo turba miserorum, quam expectatio mortis exagit vndeque impendens. Nihil enim est, vnde non subeat. Itaque vt in hostili regione versantibus, huc & illuc circumspiciendum est, & ad omnem strepitum circumagenda cernix, nisi hic timor è pectori eiectus est, palpitantibus praecordijs viuitur. Occurrent acti in exilium, & euoluti bonis: occurrent (quod genus e-gestatis grauius est) in diutius inope: occurret naufragi, similiaue naufragi passi, quos aut popu-laris ira, aut inuidia, perniciōsum optimis telū, inopinantes fecurosq. disfecit, procellae more, quae in ip-sa sereni fiducia solet emergere, aut fulminis subiti, ad cuius iectum etiam vicina tremuerunt. Nam vt illic quisquis ab igne propior stetit, percullo similis oblitus: sic in his per aliquam uim accidentib. vnu calamitas opprimit, ceteros metus: paremque passis tristitiam facit, pati posse: Omnium animos mala: aliena ac repentina sollicitant. quemadmodum aues etiam inanis fundae sonus territat, ita nos non ad iectum tantum exagitatur, fed ad crepitum. Non potest ergo quiquam beatus esse, qui huic se opinio-ni credit. Non enim beatum est, nisi quod intrepidum. Inter suspēcta male viuitur. Quisquis se mul-tum fortuitis dedit, ingentem sibi in materiali perturbationis & inexplicabilem fecit. Vna haec via est ad-tuta vadenti, & externa despiciere, & honesto contentum esse. Nam qui aliquid virtute melius putat, aut vobis praeter illam bonum, ad hāc que a fortuna sparguntur, sinum expandit, sollicitus missilia eius expectat. Hanc imaginem animo tuo propone, ludos facere fortunam, & in hunc mortalium coētū honores, diutias, gratiam excutere: quorum alia inter diripentium manus scissa sunt, alia infida socie-tate diuisa, alia magno detimento eorum, in quos deuenienter prenfa: ex quibus quādam aliquid agenti-bus inciderunt, quedam quia nimis captabantur, amissa, & dum auide rapiuntur, excussa sunt. Nulli vero etiam cui rapina feliciter cessit, gaudium rapti durauit in posterum. Itaque prudentissimus quisque cum primum induci videt munuscula, à theatro fugit, & scit magno parua constare. Nemo manum conserit cum excede: nemo ex euntem ferit. Circa primum rixa est. Idem in his evenit, quae fortuna defu-per iactat. Aestuamus miseri, distringimur, multas habere cupimus manus: modo in hūc, modo in illū respicimus. nimis tarde nobis mitti videntur, quae cupiditates nostras irritant, ad paucos peruentura, expectata omnibus. Ire obuiam cadentibus cupimus: gaudenās si quid inuasimus: inuadēdiq. aliquos spes vana delusit: vilē praedam magna aliquo in cōmodo luimus, aut inde fallimur. Secedamus itaq. ab iactis ludis, & demus raptoribus locum. Illi spectent bona ista pendentia, & ipsi magis pēdeant. Quicūq. beatus esse constituit. vnum esse bonum putet, quod honestum est. Nam si vobis aliud existimat, pri-mum male de prouidentia iudicat: quia multa incommoda iustis viris accidunt: & quia quicquid nobis dedit, breue est & exiguum, si compares mundi totius aeuo. Ex hac deploratione nascitur, vt ingrati diuinorum interpres sumus. Querimur, quod non semper, & quod pauca, nobis, & incerta, & abitura cōtingant. Inde est quod nec vinere, nec mori volumus. Vitae nos odiū tenet, timor mortis. Nutat omne consilium, nec implere nos vla felicitas potest. Causa autē est, quod non peruenimus ad illud bonū im-menſum & insuperabile, vbi necesse est resistat voluntas nostra: quia ultra summum non est locus. Quaeris, quare virtus nullo egeat: præsentibus gaudet, non concupiscit absentiā. Nihil non illi magnū est, quia satis. Ab hoc discede iudicio: non pietas constabit, non fides: multa utrāque præstare cu-

L 2

pienti

pientia patientia sunt, ex his quae mala appellantur: multa impendenda sunt ex his, quibus indulgemus tamquam bonis. Perit fortitudo, quae periculum facere debet sibi: perit magnanimitas, quae non potest eminere, nisi omnia velut minuta contemperit, quae pro maximis vulgus optat: perit gratia & relatio gratiae. Aestimatur labor, si quicquam pretiosius fide nouimus, si non optima spectamus. Sed ut illa præterea, aut ita bona non sunt quae vocantur, aut homo felicior Deo est. Quoniam quidem quae parata nobis sunt, non habet in vnu Deus: nec enim libido ad illum, nec epularum lautitia, nec opes, nec quicquam ex his hominem inescantibus, & vili voluptate ducentibus pertinet. Ergo aut quod incredibile est, bona Deo sunt, aut hoc ipsum argumentum est, bona non esse, quae Deo sunt. Adicte quod multa quae bona videri volunt, animalibus quam homini pleniora contingunt. Illa cibo auditus videntur: Venere non aequae fatigantur. Virium illis maior est, & aequabilior firmitas. Sequitur ut multo feliciora sint homine. Nam sine nequitia, sine fraudibus degunt, fruatur voluptatibus, quas & magis capiunt & ex facilis fine vlo pudoris, aut paenitentiae metu. Considera tu itaque, an id bonum vocandum sit, quo Deus ab homine vincitur. Summum bonum in animo constituamus. obsolefecit, si ab optima nostri parte ad pessima translat, & transferat ad sensus, qui agiliores sunt animalibus matis. Non est summa felicitatis nostra in carne ponenda. Bona illa sunt uera, quae ratio dat: solidam ac sempiterna quae cadere non possint, nec decrescere quidem: aut minimi. Cetera opinione bona sunt: & nomen quidem habent commune cum veris: proprietas in illis boni non est. Itaque commoda vocentur, & ut nostra lingua loquar, producta: ceterum sciamus mancipia nostra esse non partes, & sint apud nos, sed ita meminerimus extra nos esse. Etiam si apud nos sint, inter subiecta & humilia numerentur, propter quae nemo se attollere debeat. Quid enim stultius, quam aliquem eo sibi placere, quod ipse non fecit? Omnia ista nobis accedunt, non haerent: si abducantur, sine villa nostri laceratione discedant. Ut amur illis, non gloriemur: & vt amur parce, tanquam depositis apud nos, & abiuris. Quis illa sine ratione possedit, non diu tenuit. Ipsa enim felicitas se, nisi temperat, premit: si fugacissimum bonis credit, cito deseritur, & ut non deseratur, affligitur. Paucis deponere felicitatem, molliter licuit: ceteri cum his inter quae eminuerunt labuntur, & illos degrauant ipsa quae extulerant. Ideo adhibebitur prudentia, quae modum illis ac parsimoniam imponat: quoniam quidem licentia opes suas praecipit atq. virget: nec vaquam immodica duratur, nisi illa moderatrix ratio compescit. Hoc multarum tibi vrbium ostendet euētus, quarum in ipso flore luxuriosa impetua cederant, & quicquid virtute erat partum, intemperatia corruvit. Aduersus hos calus muniendi sumus. Nullus autem contra fortanam inexpugnabilis murus est. Intus instruamur. Si illa pars tuta est, pulsati homo potest, capi non potest. Quod sit hoc instrumentum, scire desideras? Nihi indignetur sibi accidere, sciatq. illa ipsa quibus laedi uidetur, ad conseruationem uniuersi pertinere & ex his esse, quae cursum mundi officiumque consummant. Placeat homini, quicquid Deo placuit: ob hoc seipsum suaque miretur, quod non potest uinci, quod mala ipsa sub se tenet, quod ratione, qua ualentius nihil est, casum doloremque & iniuriam subigit. Amor rationem: huius re amor contra durissima armabit. Catulorum amor in uenabula impingit feras, quas feritas & inconsultus impetus praefat indomitas. Iuuenilia nonnunquam ingenia cupido gloriae in contemptum tam ferri quam ignium misit. Species quosdam atque umbra uirtutis in mortem uoluntariam trudit. Quanto his omnibus, fortior ratio est, quanto constantior: tanto uehementior per metus ippos & pericula exhibet. Nihil agitis, inquit, quod negatis ullum esse aliud ab honesto bonum. Non faciet uos haec munitio tutos a fortuna, & immunes. Dicitis enim inter bona esse liberos pios, & bene moratani patriam, & parentes bonos; horum pericula non potestis spectare securi; perturbabit uos obsidio patriæ, liberorum mors, parentum seruitus. Quid aduersus hos pro nobis reponderi soleat ponam. Deinde tunc adjiciam, quid praeter ea respondendum putem. Alia condicio est in his, quae ablata in locum suum aliquid incommodi substituunt: tanquam bona ualentudo initia in malam transfertur: acies oculorum extinta, caecitate nos afficit. Non tantum uelocitas perit poplitibus incisis, sed debilitas pro illa subit, hoc periculum non est in his, quae paulo ante retulimus. Si amicum bonum amisi, non est mihi pro illo perfidia patienda: nec si bonos liberos extuli, in illorum locum impietas succedit. Deinde non amicorum ille aut liberorum interitus, sed corporum est. Bonum autem uno modo perit, si in malum transit, quod natura non patitur: quia omnis virtus & opus omne virtutis incorruptum manet. Deinde etiam si amici perierunt, etiam si probati respondentesq. voto patris liberi, est quod illorum expletat locum. Quid sit, quaeris? quod illos bonos fecerat; virtus. Haec nihil vacare patitur loci: totum animum tenet, desiderium omnium tollit, sola satis est. Omnim enim bonorum quis & origo in ipsa est. Quid refert, an aqua decurrentis intercipiat arque abeat, si fons ex quo fluxerat, fatus est? Non dices nimirum iustiorem fatus liberis, quam amissis, nec ordinatore, nec prudentiore, nec honestiore: ergo nec meliorem quidem. Non facit collectio amicorum sapientiorem, non facit stultiorem detractio: ergo nec beatorem, aut miseriorem, quādū salua fuerit uirtus, non senties quid abscesserit. Quid ergo? Non est beatior & amicorum & libertorum turba succinctus? Quid nō sit? Summum enim bonū nec infringitur, nec augetur; in suo modo permanet: vt cuncta fortuna se gessit, siue illi senectus longa contigit, siue citra senectutē finitus est, eadē mensura summi boni est, quānis aetatis diuersa sit. Vtrū maiore an minorem circulū scribas, ad spatiū eius pertinet, non ad formā: licet alter diu manerit, alterū statim obduxeris, & in eū in quo scriptus est puluerem solueris, in eadē vterq. forma fuit. Quod rectū est, nec magnitudine aestimatur, nec numero,

nec remi-

nec tempore: non magis produci, quā contrahi potest. Honestam vitam ex centū annorum numero in quantum voles corripe, & in vnum diem cogere, aequa honesta est, modo latius virtus funditur, regna, vrbes, prouincias temperat: fert leges, colit amicitias, inter propinquos liberosque dispensat officia: modo arcto fine circumdat pauperatis, exilijs, orbitatis: non tamen minor est, si ex altiore faltigio in priuatū, ex regio in humilem subducitur, ex publico & spatio iure in angustias domus vel anguli coit. A ē que magna est, etiam si in se recessit, vnde excludit. Nihilominus enim magni spiritus est & erexit, exactae prudentiae, indeclinabilis iustitiae. Ergo aequa beata est. Beatus enim illud in uno loco positiū est, in ipso mente, stable, grande, tranquillū, quod sine scientia diuinorū humanorūque non potest effici. Sequitur illud, quod me responsurum esse dicebam. Non affligitur sapiens liberoru amissione, non amicorum. eodem enim animo fert illorum mortem, quo suam expectat. Non magis hanc timet, quam illā dolet. Virtus enim conuentia constat: omnia opera eius cum ipsa concordant, & congruant. Haec concordia perit, si animus, quem excelsum oportet esse, luctu aut desiderio submittitur. In honesta est omnis trepidatio & solicitude, & in vlo actu pigritia. Honestum enim securum & expeditum est, in territum est, in procinxiū stat. Quid ergo? non aliquid perturbatione simile patiatur? non & color eius mutabitur, & vultus eius agitabitur, & artus refrigescunt? & quicquid aliud, non ex imperio animi, sed inconsulto quodam naturae impetu geritur? Fateor: sed permanebit illi persuasio eadem, nihil illorum malum esse, nec dignum, ad quod mens sana deficiat. Omnia quae facienda erunt, audacter facit & propte. Hoc enim stultiiae proprium quis non dixerit, ignave & contumaciter facere quae facit, & alio corpore impellere, alio animum, distractaque inter diuerissimos motus? Iam propter illa ipsa quibus extollit se miraturque, contempta est, & ne illa quidem quibus gloriatur, libenter facit. Si veto aliquod timetur malum, eo perinde dum expectatur quasi venisset virgetur: & quicquid ne patiatur timet, iam metu patitur. Quemadmodum in corporibus futuri languoris signa praecurrunt, quaedam enim segnitia neruis incit, & sine labore vlo lasitudo & oscitatio & horror membra percurrens: sic infirmus animus multo antequam opprimatur malis quatitur. Praesumit illa & ante tempus cadit. Quid demētius autem quam angi futuris, nec se tormentu referuare, sed accersere sibi miseras, & admouere, quas optimum est differre, si discuteret non possit? Vis scire, futuro neminem debere torqueri: quicunque audiatur post quinquefimum annum sibi patientia supplicia, non perturbatur; nisi si medium spatiū transilierit, & se in illam sacculo post futuram sollicitudinem immiserit. Eodem modo fit, vt animos libenter aegros, & captantes caulas doloris, vetera atque obliterata contrastent. & quae praeterierunt, & quae futura sunt, absunt, neutra sentimus. Non est autem, nisi ex eo quod sentias, dolor.

Epistola LXXV.

Minus tibi accuratas à me epistolas mīti quereris. Quis enim accurate loquitur, nisi qui vult puti les esse epistolas meas volo, quae nihil habeant accersitum, nec fictum. Si fieri posset, quid sentiam, offendere quam loqui mallem. Etiam si dispartarem, nec supplerem pedem, nec manum iactarem, nec attollerem vocem, sed ista oratoribus reliqusem, contentus sensus meos ad te pertulisse, quos nec exornasse, nec abiecisse. hoc vnum plane tibi approbare vellem, omnia me illa sentire quae dicere: nec tantum sentire, sed amare. Alter homines amicam, alter liberos osculantur: tamen in hoc quoque amplexu tam sancto & moderato, fatis appetit affectus. Non mehercules ieiuna esse & arida volo, quae de rebus tam magnis dicentur. Neque enim philosophia ingenio renuntiat, multum tamen operae impendi verbis non oportet. Haec sit propositi nostri summa: quod sentimus, loquimur: quod loquimur, sentiamus. Concordeat sermo cum vita. Ille promissum suum implevit, qui & cum videoas illum, & cum audias, idem est. Videbimus qualis sit, quantus sit. Vnus sit. Non delectent verba nostra, sed profint. Si tandem contingere eloquentia non sollicito potest, aut si parata est, aut paruo constat, assit, & res pulcherrimas prosequatur, talis, vt res potius quam se ostendat. Aliae artes ad ingenium totae pertinent: hic animi negotium agitur. Non quaerit aeger medicum eloquentem, sed sanantem: sed si ita competit, vt idem illi qui sanare potest, compe de his quae facienda sunt differat, boni consulet. non tamen erit, quare gratuletur sibi, quod incident in medicum etiam disertum. Hoc enim tale est, quale si peritus gubernator etiam formosus est. Quid aures meas scalpis? Quid oblectas? Aliud agitur. Vtendus, fecundus, abstinentius sum. Ad haec adhibitus es: curare debes morbum veterem, grauem, publicum. Tantum negotij habes, quantum in pestilentia medicus. Circa verba occupatus es? Iam dudum gaude, si sufficiis rebus, quando multa disces? quādo quae didiceris affiges tibi, ita ut excidere nō possint? quando illa experieris? Nō enim ut cetera memoriae tradidisse sat is est. In opere tentāda sunt. Nō est beatus qui scit illa, sed qui facit. Quid ergo? infra illū nulli gradus sunt: statim ad sapientiā praeceps est? Non existimo. Nā qui proficit, in numero quidem stultorū est, magno tamen intervallo ab illis didicuntur: inter ipsos quoque proficientes sunt magna discrimina. In tres classes (vt quibusdam placet) diuiduntur: primi sunt, qui sapientiam nondum habent, sed iam in uincia eius constituerunt, tamen etiam quod prope est extra est. Quis in hi, quaeris? qui omnes iam affectus ac uitia posuerunt: quae erant complectenda didicerūt: sed illis adhuc in experita fiducia est: bonum suum nondum in usu habent. Iam tamen in illa quae fagerūt, recidere non posuerunt. Iā ibi sunt, ubi non est retro lapsus: sed hoc illis de se nondum liquet, & quod in quadam epistola scripsisse me memini, scire se nesciunt. Iam contigit illis bono suo frui, nondum

L 3 confi-

confidere. Quidam hoc proficiunt genus, de quo locutus sum, ita complectuntur; ut illos dicant iam effugisse morbos, animi affectus nondum, & adhuc in lubroco stare: quia nemo sit extra periculum malitiae, nisi qui totam eam excusset. Nemo autem illam excusset, nisi qui pro illa sapientiam afflumpset. Quid inter morbos animi interficit & affectus, saepe iam dixi. Num quoque te admonebo. Morbi sunt inueterata uitia, & dura, vt auaritia, vt ambitione nimia, postquam haec animum implicuerunt, & perpetua esse mala eius coepерunt. Ut breuiter finiam, morbus est iudicium in prauo pertinax, tanquam valde expetenda sint, quae leuiter expetenda sunt, vel, si maius, ita finiamus. Nimis imminere leuiter pertendit, vel ex toto non perendit, aut in magno pretio habere in aliquo habenda, vel in nullo. Affectus sunt motus animi improbabiles, subiti & concitati, qui frequentes neglectaque fecere morbum: sicut distillatio vna, nec adhuc in morem adducta, tussim facit, astidua & vetus phthisis. Itaque qui plurimum proficeret, extra morbos sunt, affectus adhuc sentient, perfecto proximi. Secundum genus est eorum, qui & maxima animi mala & affectus deposuerunt, sed ita, vt non sit illis securitatis suae certa possestio: possunt enim in eadem relabi. Tertium illud genus extra multa & magna via est, sed non extra omnia. Effugit auaritiam, sed iram adhuc sentit. Iam non solicitatur libidine, sed haberet etiam num ambitionem: iam non concupiscit, sed adhuc timet: & in ipso metu ad quaedam satis firmus est, quibusdam cedit: mortem conterat, dolorem reformidat. De hoc loco aliquid cogitemus: bene nobiscum agetur, si in hunc admittimus numerum. Magna felicitate naturae, magna & astidua intentione studij; secundus occupatus gradus: sed nec hic quidem contemnendus est color tertius. Cogita quantum circa te videas malorum: aplice, quām nullum sit nefas sine exemplo, quantum quotidie nequitia proficiat, quantum publice priuatinque peccetur, intelliges satis nos consuequi, si inter pessimos non sumus. Ego vero, inquis, spero me posse & amplioris ordinis fieri. Optauerim hoc nobis, magis quām promiserim. Praeoccupati sumus: ad virtutem contendimus, inter virtus distracti: puden dicere, honesta colimus quantum vacat. At quām grande praemium nos expectat, si occupationes nostras & in alia tenacissima abrumpimus? Non cupiditas nos, non timor pellet: agitati terroribus, incorrupti voluntatis, nec mortem horrebimus, nec deos: sciemus mortem malum non esse, deos malos non esse. Tam imbecillum est, quod nocet, quā cui nocetur. Optima & noxa carentia expectant nos, si ex hac aliando facere in illud euadimus sublimē & excellū: tranquillitas animi, & expulsus erroribus absoluta libertas. Quaeris, quae sit ista? non homines timere, non deos: nec turpia velle, nec nimia: in seipsum habere maximam potestatem. Inestimabile bonum est, suum fieri.

Epistola LXVI.

In imitias mihi denuntias, si quicquam ex his quae quotidie facio ignoraueris. Vide quām simpliciter tecum viuam: hoc quoque tibi commitram. Philosophum audio, & quidem quintum: iam diem habeo, ex quo in scholam eo, & ab octaua disputatione audio. Bona, inquis, aetate. Quid ni bona? Quid autem stultus, quām quia diu non didiceris, non discere? quid ergo? Idem faciam quod trossili & iuuenes? Bene mecum agitur, si hoc vnum senectutem meā dedecet. Omnis aetatis homines haec schola admittit: in hac senescamus: hanc vt iuuenes sequamur. In theatru senex ibo, & in circū deferar, & nullum par sine me depugnabit: ad philosophum ire erubescam? Tam diu descendum est, quām diu nescias, & si prouerbio creditus, quām diu viuas. Nec vlli hoc rei magis conuenit, quām huic: tam diu descendum est quemadmodū viuas, quām diu viuas. Ego tamen hic aliquid & doceo. Quaeris quid doceam? Etiam feni esse discendum. Puden autem me generis humani. Quoties scholam intraui, præter ipsum theatru Neapolitanoru (vt scis) transeundum est. Metronactis perentibus domum. Illud quidem, farctum est: & hoc ingenti studio, quis sit pithaules bonus, iudicatur. Habet tibicen quoque Graecus & præco concursum. At in illo loco, in quo vir bonus discitur, paucissimi sedent: & hi plaeisque videntur nihil boni negotij habere quod agant: inepti & inertes vocantur. Mihi contingat iste derisus. Aequo animo audiebat sunt imperitorum conuicia: & ad honesta vadent contemnendus est iste contemptus. Perge, Lucili. & propterea, ne tibi accidat quod mihi. vt senex discas: immo ideo magis propria, quoniam id nunc aggraffius es, quod perdiscere vix senex possis. Quantum, inquis, proficiam: quantum tentaueris. Quid exceptas? Nulli sapere casu obtigit. Pecunia veniet vltro, honor offeretur, gratia ac dignitas fortasse ingerentur tibi: virtus in te non incidet, ne leui quidem opera aut paruo labore: fed est tanti laborare, omnia bona semel occupaturo. Vnum enim est bonum quod honestum. In illis nihil inuenies veri, nihil certi, quaecunque famae placent. Quare hoc vnum sit bonum, quod honestum, dicam, quoniam me parum executum priore epistola iudicas, magisque hanc rem tibi laudatam quām probatam putas: & vt in arctum, quae dicta sunt, contraham: Omnia suo bono constant: uitem fertilitas commendat, sapientia, velocitas ceruum. Quare fortia dorso iumenta sunt, quaeris? quia eorum hic vnius est usus, sarcinam ferre. In cane sagacitas prima est, si inuefigare debet feras: cursus, si consequi: audacia, si mordere & inuadere. Id in quoque optimum est cui nascitur, quo censetur. In homine optimum quid est? Ratio: hac antecedit animalia, deos sequitur. Ratio ergo perfecta, proprium hominis bonū est: cetera illi cum animalibus satisque communia sunt. Valeat & leones, formosus est: & pauiones, uelox est: & equi. non dico, in his omnibus vincitur. Non quaero quid in se maximum habeat, sed quid suum. Corpus habet: & arbores: habet impetum & motum voluntarium: & bestiae & vermes: habet vocem: sed quanto clariorē canes, acutiorē aquilae, grauiorem tauri, dulciorē mobilioremque luscinae? Quid in homine pro-

proprium? Ratio. haec recta & consummata, felicitatem hominis implevit. Ergo si omnis res cum bonū suum perficit, laudabilis est, & ad finem naturae suae peruenit, homini autem suum bonum ratio est, si hanc perficit, laudabilis est, & finem naturae suae attigit. haec ratio perfecta, virtus vocatur, eademque honestum est. Id itaque vnum bonum est in homine, quod vnum hominis est. Nunc enim nō querimus quid sit bonum, sed quod sit hominis bonum. Si nullum aliud est hominis, quām ratio, haec erit vnum eius bonum, sed penitandum cum omnibus. Si sit aliquis malus, puto improbabitur: si bonus, puto probabatur. Id ergo in homine proprium solumque est, quo & probatur, & improbat. Non dubitas, an hoc sit bonum: dubitas, an folium bonum sit. Si quis omnia alia habeat, valetudinem, diuitias, imagines multas, frequens atrium, sed malus ex confessu sit: improbabis illum. Item si quis nihil quidem illorum quae reculi, habeat, deficiatur pecunia, clientum turba, nobilitate, & anorum proauorumque serie, sed ex confessu bonus sit: probabis illum. Ergo est vnum bonum hominis: quod qui habet: etiam si alijs destruitur, laudandus est: qui non habet, in omnium aliorum copia damnatur ac rejicitur. Quae condicio rerum, eadem & hominum est. Naus bona dicitur, non quae pretiosis coloribus picta est, nec cui argenteum aut aureum rostrum est, nec cuius tutela ebore celata est, nec quae fiscis ac opibus regijs presa est: sed stabilis, & firma, & iuncturis aquam excludentibus spissa, ad ferendū incursum maris solidā, gubernaculo patens, velox, & consentiens vento. Gladium bonum dices, non cui deauratus est baltheus, nec cui vagina gemmis distinguuntur: sed cui & ad secundum subtilis acies, & mucro munimentū omne rupturus. Regula non quām formola, sed quām recta sit, queritur. Eo quodque laudatur, cui comparatur, quod illi proprium est. Ergo in homine quoque nihil ad rem pertinet, quantum aret, quantum feneret, à quā multis salutetur, quam pretiosum incumbat lecho, quā bellucido poculo bibat, sed quām bonus sit. Bonus autem est, si ratio explicita & recta est, & ad naturae voluntatem accommodata. Haec vocatur virtus: hoc est honestum & vnicum hominis bonum. Nam cum sola ratio perficiat hominem, sola ratio perfecta beatum facit. Hoc autem vnu hominis bonum est, quo vno beatus efficitur. Dicimus & illa bona esse, quae à virtute profecta contraria sunt, id est opera eius omnia. Sed ideo vnum ipsa bonum est, quia nullum sine illa est. Si omne in animo bonū est, quicquid illum confirmat, extollit, amplificat, bonum est: validiorem autem animum, & excelsiore, & ampliore: facit virtus: nam cetera quae cupiditates nostras irritant, deprimit quoque animum & labefaciunt: & cum videntur attollere, inflant, ac multa vanitate deludunt. Ergo vnum id bonum est, quo melior animus efficitur. Omnes actiones totius vitæ honesti ac turpis, respectu temperantur: ad haec faciendi & non facientis ratio dirigitur. Quid sit hoc, dicam. Vir bonus quod honeste se facturum putauerit, faciet, etiam si laboriosum erit: faciet, etiam si damno sua erit: faciet, etiam si periculosum erit. Rursus quod turpe erit, non faciet, etiam si pecuniam affert, etiam si voluptem, etiam si potentiam. Ab honesto nulla re deterret, rebitur, ad turpia nulla spe intutabitur. Ergo si honestus vtiique, fecuturus est, turpe vtiique vitaturus: & in omni actu vitae spectaturus haec duum aliud bonum quām honestum, nec aliud malū quām turpe. Si vna indepravata virtus est, & sola permanet tenoris sui, vnum est bonum virtus: cui iam accidere vt non sit bonum, non potest: Mutationis periculum effugit sapientia. Sapientia non eripitur, sapientia in stultitiam non reuolutur. Dixi, si forte meministi, concupita vulgo, & formidata inconsulto impetu plerosque calcasse. Inuentus est qui flamnis imponeret manum: cuius risum non interrumperet torpor: qui in funere liberorum lacrimā non mitteret: qui morti intrepidus occurseret, amor, ira, cupiditas, pericula depoposcerunt. Quod si hoc potest brevis ostinatio animi, aliquo stimulo excitata: quanto magis virtus: quae non ex imperio, nec subito, sed qualiter valeret: cui perpetuum robur est: Sequitur, vt quae ab inconsultis saepe contemnuntur, à sapientibus semper, et nec bona sint, nec mala. Vnum ergo bonū ipsa virtus est, quae inter hanc fortunam & illam superba incedit, cum magno utriusque contemptu. Si hanc opinionem receperis, aliquid bonum esse praeter honestum, nulla non virtus laborabit. Nulla enim obtineri poterit, si quidquam extra se respexerit. Quod si est, rationi repugnat, ex qua virtutes sunt: & ueritati, quae sine ratione non est. Quecumque autem opinio ueritati repugnat, falsa est. Virum bonū concedas necesse est summae pietatis erga deos esse. Itaque quicquid illi acciderit, aequo animo sustinebit. Sciet enim id accidisse lege diuina, qua uniuersa procedunt. Quod si est, unum illi bonum erit, quod honestum: in hoc enim positum est & parere diis, nec excandescere ad subita, nec deplorare sorte suā, sed patienter excipere fatū, & facere imperata. Si vllū aliud est bonū quam honestum, sequetur nos quiditas vita, quiditas rerū vitā instruentum, quod est intolerabile, infinitū, vagum. Solum ergo bonū est honestum, cui modus est. Diximus, hominum futuram feliciorem vitam quam deorum, si ea bona sunt, quorum nullus diis vissus est, tanquam pecunia & honores. Adiice nūc, quōd si modo solutae corporibus animae manent, felicior illius status restat, quam est dum versantur in corpore. Atqui si ista bona sunt, quibus per corpora vtimur, emissis erit peius: quod contra fidem est, feliciores esse liberis & in vniuersum datis, clausis & obsecras. Illud quoque dixeram, si bona sunt ea que tam homini contingunt quām mutis animalibus, & muta animalia beatam vitam actura: quod fieri nullo modo potest. Omnia pro honesto patientia sunt: quod non erat faciendum, si esset vllū aliud bonum quam honestum. Haec quamuis latius executus essēt priore epistola, cōstrinxī, & breuiter percurri. Nunquam autem vera tibi opinio talis videbitur, nisi animū alleus & teipsum interrogas: si res exegerit, vt pro patria moriaris, & faltem omnium ciuium tua redimas, an porrecturus sis ceruicem, non tantum patienter, sed etiam benter

S E N E C A E

beater. Si hoc facturus es, nullum aliud bonum est. Omnia relinquis, ut hoc habeas. Vide, quanta vis honesti sit. Pro Rep. morieris, etiam si non statim facturus hoc eris, cum scieris tibi esse faciendum. interdum ex re pulcherrima magnum gaudium etiam tempore brevi ac exiguo capit: & quamvis fructus operis peracti nullus ad defunctum exemptumque rebus humanis pertineat, ipsa tamen contemplatio futuri o peris iuuat: & vir fortis & iuflus cum mortis sua pretia ante se posuit, libertatem patriae, fletum omnium pro quibus dependit animam, in summa voluptate est, & pericolo suo fruiatur. Sed ille quoque, cui etiam hoc gaudium eripitur, quod tractatio operis maximum & ultimum praefat, nihil cunctatus desisteret in mortem, facere recte pieque contentus. Opone etiam nunc illi multa quae deshortentur. Dic, Factum tuum matura sequetur obliuio: & parum grata existimatio ciuium respondebit tibi. Ita omnia extra opus meum sunt. ego ipsum contempnor; hoc esse honestum scio. Itaque quounque dicit ac vocat, venio. Hoc ergo unum bonum est, quod non tantum perfectus animus, sed generosus quoque & indolis bona sentit: cetera levia sunt, mutabilia. Itaque sollicitate possidentur, etiam si faveante fortuna in unum congeta sunt: dominis suis incumbunt grauia, & illos semper prement, aliquando & elidunt. Nemo ex istis quos purpuratos vides, felix est, non magis quam ex illis quibus sceptrum & chlamydem in scaena fabulae assignant: cum praesente populo elati incesserunt, & cothurnati, simul exierunt, exalcentur, & ad staturam suam redeunt. Nemo istorum quos diutiae honoresque in altiore fastigio ponunt, magnus est. Quare ergo magnus videtur? Cum basi illius sua metiris. Parvus pumilio, licet in monte constituerit. Colossus magnitudinem suam seruabit, etiam si steterit in pateo. Hoc laboramus errore: sic nobis imponitur: quod neminem aestimamus eo quo est, sed adjicimus illi & ea quibus ador. natus est. Atqui cum voles veram hominis aestimationem inire, & scire qualis sit, nudum inspice. ponat patrimonium, ponat honores, & alia fortunae mendacia: corpus ipsum exuat: animum intuere, qualis quantusque sit, alieno an suo magnus. si erectis oculis gladios micantes videt, & si fecit sua, nihil interesset virum anima per os, an per ingulum exeat, beatum voca. Si cuim illi denuntiata sunt corporis tormenta, & quae casu veniunt, & quae potentioris iniuria, si vincula & exilia, & vanas humanarum formidines mentientur, securus audit, & dicit,

Nor' vlla laborum

Ovirgo noua mi facies inopinata surgit.

Omnia praecepi, atque animo mecum ipse peregi.

Tu hodie ista denuntias: ego semper denuntiaui mihi. hominem paraui ad humana, praecogitati mali molli i cets venit. A t stultis & fortunae credetibus, omnis, videtur noua reru & inopinata facies. Magna autem pars est apud im peritos mali, nouitas. Hoc vt scias, ea quae putauerunt aspera, cuim assuevere, patiuntur. Ideo sapiens astuecit futuris malis; & quae alij diu patiente: levia faciunt, hic levia facit diu cogitando. Audimus aliquando voces imperitorum, dicetum. Nesciebam hoc mihi restare. Sapiens scit sibi omnia restare. qui cquid factum est, dicit, Sciebam.

Epistola LXXVII.

S. V.B. Hodie nobis Alexandrinae naues apparuerunt, quea praemitti solent & natiare securitae clas sis aduentum: tabellaris vocant. Gratus illarum Campaniae aspectus est. Omnis in pilis. Puteolorum turba consistit, & ex ipso genere velorum Alexandrinis, quamvis in magna turba nauum, intelligit. Solis enim licet supparum intendere, quod in alto omnes habent naues. Nulla enim res aequa adiuvat cursum, quam summa pars veli. illinc maxime naus urgetur. Itaque quoties uenit, increbruit, maioriq. est quam expedit, antemna submittitur. Minus habet uirium flatus ex humili. Cum intrauere Capreas & promontorium, ex quo,

Alta procello lo speculatur vertice Pallas ceterae velo iubentur esse contentae: supparum Alexandrinarum insigne est. In hoc omnium discursu properantium ad litus, magnam ex pigritia mea sensi voluptatem, quod epistles meorum accepturus, non properauit scire, quis illi esset rerum meorum status, quid afferrent. Olim iam nec perit quicquam mihi, nec acquiritur. Hoc etiam si senex non esset, fuerat sentiendum. Nunc uero multo magis, quia quantulumcumque haberem, tamen plus iam mihi supereret viatici, quam viae: presertim cum eam uiam sumus ingressi, quam peragere non est necesse. Iter imperfectum erit, si in media parte, aut citra pectum locum steteris. Vita non est imperfecta, si honesta est. Vbi cinque definis, si bene definis, tota est. Saepe autem & fortiter definendum est, & no ex maximis causis. Nam nec haec maximae sunt, quae nos tenent. Tullius Marcellinus, quem optime noueras, adolescentis quietus & cito senex, morbo, & non infanabili correptus, sed longo & molesto & multa imperante, coepit deliberare de morte. conuocauit complices amicos. unusquisque aut quia timidus erat, id illi suadebat, quod sibi suaficeret: aut quia adulator & blandus, id consilium dabant, quod deliberanti gratius fore fulpicabatur. Amicus noster Stoicus, homo egregius, & ut uerbis illum quibus laudari dignus est, laudem, uir fortis ac strenuus, uidetur mihi optimi illum cohortatus. Sic enim coepit: Noli, mi Marcelline, torqueri, tanquam de re magna deliberes. Non est res magna, uiuere, omnes serui tui uiuunt, omnia animalia. Magnum est, honeste mori, prudenter, fortiter. Cogita quamdiu iam idem facias. Cibus, somnus, libido. Per hunc circulum currunt. Mori uelle non tantum prudens, & fortis aut miser, sed etiam fastidiosus potest. Non opus erat sua fore illi, sed adiutor. Serui parere nolebant. Primum detraxit illis metum, & indicauit tunc familiam periculum

riculū adire, cū incertū esset, an mors domini voluntaria fuisset: alioquin tā mali exēpli esse prohibere dominum, quām occidere. Deinde ipsum Marcellinum admonuit, non esse inhumanum, quemadmodum coena peracta reliquae circumstantibus diuiduntur: sic peracta vita aliud porrigi his, qui totius vitae ministri fuissent. Erat Marcellinus facilis animi, & liberalis, etiam cum de suo fieret. Minutas itaq. summulas distribuit flentibus seruis, & illos vltro cōsolatus est. Non fuit illi opus ferro, non sanguine. Triduo abstinuit, & in ipso cubiculo poni tabernaculum iussit. Solium deinde illatum est, in quo diu iacuit, & calida subinde suffula paulatim defecit, vt aiebat, non sine quadam voluptate, quam afferre solet lenis dissolutio animi, non inexperta nobis, quos aliquando liquit animus. In fabellam excelsi non ingratam tibi: exitum enim amici tui cognoscet, non difficile, nec miserum. Quamvis enim mortem sibi consciuerit, tamen mollissime excusat, & vite elapsus est. Sed ne inutilis quidem hæc fabella fuerit. Sæpe enim talia exempla necessitas exigit. Sæpe debemus mori: nec volumus: morimur, nec volumus. Nemo tam imperitus est, vt nesciat sibi quandoq. moriendum: tamen cum prope ac cesserit, tergiversatur, tremit, plorat. Nonne tibi videbitur stultissimus omnium, qui fleuerit quod ante annos mille non vixerat? A equo stultus est, qui flet, quod post annos mille non viuet. Hæc paria sunt: Nō eris, nec fuisti. Utrumq. tempus alienum est. In hoc punctum coniectus es: quod vt extendas, quo usq. extenderes? Quid fles? quid optas? Perdis operam.

Define fata Deum fleti sperare precando.

rata & fixa sunt, atq. magna & aeterna necessitate duocuntur. Eo ibis, quo omnia eunt. Quid tibi nouum est: ad hanc legem natus es: hoc patri tuo accidit, hoc matr, hoc maioribus ante te, hoc omnibus post te. Series iniqua, & nulla mutabilis ope illigat ac trahit cū cta. Quātus te populus mortuo sequetur, quantum comitabitur? Fortior, vt opinor, es, si multa millia tibi cōmorerentur. Atqui multa millia hominum & animalium hoc ipso momento, quo tu mori dubitas, animam varijs generibus emitunt. Tu autem non putabas te aliquando perenturum ad id, ad quod semper ibas? Nullum sicut exitu iter est. Exempla nunc magnorum virorum me tibi iudicas relaturum? Puerorum referam. Lacon ille memoria traditur impubes adhuc, qui captus clamabat, Non seruam, sua illa Dorica lingua, & verbis fidem imposuit. Ut primum iussus est fungi seruili & contumelioso ministerio, afferre enim vas ob scoenū iubebatur, illisum parieti caput ruptum. Tam proprie libertas est: & seruit aliquis? Ita non sic perire filium tuum malles, quam per inertiam senem fieri? Quid ergo est, cur perturberis, si mori fortiter etiā puerile est? Puta te nolle sequi, duceris. Fac tui iuris, quod alieni est. Non sumes pueri spiritum, vt dicas, Non seruo? Infelix, seruis hominibus, seruis rebus, seruis vita. Nam vita, si moriendi virus absit, seruitus est. Ecquid habes propter quod expectes? Voluptates quae te morrantur ac retinent, cōsumpisti: nulla tibi noua est: nulla non iā odiosa ipsa satietae. quis sit vini, quis mulsi sapor, scis: nihil interest, centū per vesicā tuā an mille amphorae transfeat. saccus es, quid sapiat ostreum, quid nullus, optime nosti, nihil tibi luxuria tua in futuros annos intactum reseruavit. Atqui haec sunt, à quibus inuitus diuelleris. Quid est aliud quod tibi eripi doleas? Amicos & patrem? Tanti enim illam putas, vt tardius coenes? sole, si posses, extingueres. Quid enim inquantum fecisti luce dignum? confitere non curiae te, non fori, non ipsius naturae rerum desiderio, tardiorum ad moriendum fieri. Inuitus relinquis macellum, in quo nihil reliquisti. Mortem times, at quomodo illam media oblectatione contentis? Viuere etiā. scis enim mori times. Quid porro ista vita non mors est? Caesar, cum illum transeuntem per Latinam viam, vnuā ex custodiari agmine demissa, vsque in pectus vetere barba, rogarerit mortem: Nunc enim inquit, viuis? Hoc istis respondendum est, quibus succursura mors est: Mori times, nunc enim viuis? Sed ego, inquit, viuis, vnuā volo, qui multa honeste facio. Inuitus relinquo officia vitae, quibus fideliter & cū industria fungor. Quid tu nescis vnuā esse ex vita officijs & mori? Nulum officium relinquis. Non enim certus numerus quem debebas explere, finitur. Nulla vita est non brevis. Nam si ad naturam rerum respereris, etiā Nestoris & Statiliae brevis est, quae inscribi monumento suo iussit, annis se nonaginta non uenit vixisse. Vides aniculam gloriati senectute longa, quis illam ferre potuisset, si contigisset centesimū implere? Quomodo fabula, sic vita: non quām diu, sed quām bene acta sit, refert. Nihil ad rem pertinet, quo loco desinas, quo cunq. voles, define: tantum bonam clausulam impone.

Epistola LXXVIII.

V Exari te destillationibus crebris ac febriculis, quae longas destillationes & in consuetudinem adductas sequuntur, eo molestius mihi est, quia expertus sum hoc genus valerudinis: quod inter initia contempsi. Poterat adhuc adolescentia iniurias ferre, & se aduerlus morbos contumaciter gerere: deinde succubui, & eo perductus sum, vt ipse destillarem. Ad summam maciem deductus, saepe impetu caepi abrumpendae vitae, patris me indulgentissimi senectus retinuit. Cogitauit enim, non quam fortiter ego mori possem, sed quam ille fortiter desiderare me posset. Itaque imperauit mihi vt viuarem, aliquando enim & viuere, fortiter facere est. Quae mihi tunc fuerint solatio, dicam: si prius hoc dixerim, haec ipsa quibus acquiescebam, medicinae vim habuisse. In remedium cedunt honeste solatia: & quicquid animalium erexit, etiam corpori prodest. Studia mihi nostra saluti fuerunt. Philosophiae acceptū fero quod surrexi, quod conualui: illi vitā debedo, & nihil illi minus debedo. Multum mihi contulerunt ad bonā ualitudinem amici, quorum adhortationibus, vigilijs, sermonibus alleuabar. Nihil aequē, Lucili virorū optime, aegrum reficit atque adiuuat, quām amicorum affectus: nihil aequē expectationem mortis ac metum

metum surripit. Non iudicabam me, cum illos superflites relinquerem, mori: putabam, inquam, me vieturum, non cum illis, sed per illos: non effundere spiritum mihi videbar, sed tradere. Haec mihi dede-
runt voluntatem adiuuandi me, & patiendi omne tormentum. alioqui miserrimum est, cum animū moriendi proieceris, non habere viuendi. Ad haec ergo remedia te confer. medicus tibi quantum ambules, quantum exercearis, monstrabit. Ne indulgas otio, ad quod vergit iners valitudo: vt legas clarius, & spi-
ritum, cuius iter & receptaculum laborat, exerceas: vt nauiges, & viscera molli iactatione concutias: qui
bus cibis vitaris: vinum quando virium causa aduoces, quando intermittas, ne irritet & exasperet tussim.
Ego tibi illud praecipio, quod non tantum huius morbi, sed totius vitae remedium est. Contemne mor-
tem. Nihil triste est, cum huius metum effugimus. Tria haec in omni morbo grauia sunt, metus mortis,
dolor corporis, intermissio voluptatum. De morte satis dictum est, hoc vnum dicam, non morbi hunc
esse sed naturae metum. multorum mortem distulit morbus: & saluti illis fuit, videri perire. Morieris
non quia aegrotas, sed quia viuis. Ista te res & sanatum manet, cum conualueris, non mortem, sed vali-
tudinem effugies. Ad illud nunc proprium incommodum reuertamur. magnos cruciatus habet mor-
bus, sed hos tolerabiles interualla faciunt. Nam sumimi doloris intentio inuenit finem. Nemo potest val-
de dolere, & diu. sic nos amantissima nostri natura disposuit, vt dolorem aut tolerabilem aut breuem fa-
ceret. Maximi dolores consistunt in macerimis corporis partibus. Nervi, articuli, & quicquid aliud
exile est, acerime faeuit, cum in arcto vita concepit. Sed cito haec partes obstu pescunt, & ipso dolore
sensum doloris amittunt: sive quia spiritus naturali prohibitus cursu, & mutatus in peius, vim suam qua-
viget, admonetque nos, perdit: sive quia corruptus humor cum defigit habere quod confluat, ipse se eli-
dit, & his quae nimis impletur, excutit sensum. Sic podagra & chiragra, & omnis vertebrarū dolor, ne-
vorumque interquiscit, cum illa quae torquebat hebetauit: omnium istorum prima verminatio vexat,
impetus mora extinguitur, & finis dolendi est obtrupuisse. Dentium, oculorum, aurium dolor ob hoc
ipsum acutissimus est, quod inter angusta corporis nascitur: non minus mehercule quam capitis ipsius.
Sed quo incitator est, eo citius in alienationem stuporemque conuertitur. Hoc itaque solatium vasti do-
loris est, quod necesse est definas illum sentire, si nimis senseris. Illud autem est quod imperitos in vexatione
corporis male habet: non affluerunt animo esse contenti: multum illis cum corpore fuit. Ideo vir
magnus ac prudens animum deducit à corpore, & multum cum meliore & diuina parte versatur: cum
hac querula ac fragili, quantum necesse est. Sed molestum est, inquis, carere assuetis voluptatibus, absti-
nere cibo, sitiare, esurire. Haec prima abstinentia grauia sunt: deinde cupiditas relanguescit, ipsis per quae
cupimus fatigatis, ac deficientibus. Inde morolus est stomachus: inde quorum fuit auditas, odium est.
desideria ipsa moriuntur. Non est autem acerbum carere eo, quod cupere desieris. Adiace, quod nullus
non intermitte dolor, aut certe remittitur. Adiace, quod licet & cauere venturum & obfistere immi-
nenti remedij. Nullus enim non signa praemittit, viisque qui ex solito reuertitur. Tolerabilis est morbi
praesentia, si contempseris id quod extremū minatur. Noli mala tua facere tibi ipsi grauiora, & te que-
relis onerare. leuis dolor est, si nihil illi opinio adiecerit. Contra si exhortari te coepitis, ac dicere, Nihil
est, aut certe exiguum est: dum duremus. iam desinet, leuem illum, dum putas, facies. Omnia ex opinione sus-
pensa sunt, non ambitio tantum ad illam respicit & luxuria, & avaritia. Ad opinionem dolemus. tam
miser est quisque, quamè credit. Detrahendas praeteritorum dolorum conquesiones puto, & illa verba:
Nulli vnuquam fuit peius. Quos cruciatus, quanta mala pertuli? Nemo me surrectum putauit. Quoties
deploratus sum à me, quoties à medicis relietus? In equuleum impositi non sic distrahuntur. Etiam si
sunt vera ista, transierunt. Quid iuuat præteritos dolores retrahere, & miserum esse, quia fueris? Quid,
quod nemo non multum malis suis adjicit, & sibi ipse mentitur? Deinde quod acerbum fuit, retulisse
iucundum est. Naturale est, mali sui fine gaudere. Circumcidenda ergo duo sunt, & futuri timor,
& veteris incommodi memoria. hoc ad me iam non pertinet, illud nondum. In ipsis positus difficultibus dicat:

-- Fōsan d'hee olim meminisse iuuabit.

Toto contra illum pugnat animo. vincetur, si cesserit. vincet, si se contra dolorem suum intenderit. Nūc
hoc plaeriq. faciūt, attrahunt se ruinam, cui obstandum est. istud quod premit, quod impendet, quod
vrget, si subducere te coepitis, sequetur & grauius incumbet: si contra steteris, & obniti volueris, repel-
letur. Athleta quantum plagarum ore, quantum toto corpore excipiunt: ferunt tamen omne tormentum gloriae cupiditate: nec tantum quia pugnant, ista patiuntur, sed vt pugnant. exercitatio ipsa tormentum est. Nos quoq. euincamus omnia, quorum praemium non corona, nec palma est, nec tubicen praec-
dicationis nominis nostri silentium faciens, sed virtus & firmitas animi & pax in ceterum parta, si semel
in aliquo certamine debellata fortuna est. Dolorem grauem sentio. Quid ni sentias, si illum muliebriter
tuleris? Quemadmodum perniciosest hostis fugientibus, sic omne fortuitum incommodum magis
instat cedenti & auero. Sed graue est. quid? nos ad hoc fortes sumus, vt leua portemus? Vtrum vis, lon-
gum esse morbum, an concitatum & breuem? Si longus est, habet intercedinem, dat refectio locum: multum
temporis donat. necesse est vt exurgat & definat. Brevis morbus ac praeceps alterutrum faciet
aut extinguetur, aut extinguet. Quid autem interest, non sit, an non sim? In utroque finis dolendi est. Il-
lud quoque proderit, ad alias cogitationes auertere animum, & à dolore discedere. Cogita quid honeste
quid fortiter feceris: bonas partes tecum ipse tracta: memoriam in ea, quae maxime miratus es, sparge.

tunc

tunc tibi fortissimus quisque & viator doloris occurrat. Ille qui dum varices exsecandas praebet, legē
re librū perfeuerauit, Ille qui nō defigit ridere, cū ob hoc ipsum irati tortores omnia instrumenta crudeli-
tatis experientur. Non vincetur dolor ratione, qui victus est risu? Quicquid vis, nunc, licet dicas, desti-
lationes, & vim continuae tussis egerentem viscerum partes, & febrem praecordia ipsa torrentem, & si-
tim, & artus in diuersum articulis exeuntib. tortos: plus est flamma, & equileus, & lamina, & vulnerib.
ipsi intumescentibus, quod illa renouaret & altius vrgeret im pressum. inter haec tam en aliquis non
gemuit: parum est, non rogavit: parum est, non respondit: parum est, risit, & quidē ex animo. vis tu poss
hoc dolorē deridere: sed nihil, inquit, agere sinit morbus, qui me omnib. abduxit officijs. Corpus tuū va-
letudo tenet, non animum. Itaque curforis moratur pedes, sutoris ac fabri manus impedit. Si animus ti-
bi esse in vsu solet, suadebis, docebis, audies, disces, quaeres, recordaberis. Quid porro? nihil agerē te cre-
dis, si temperans aeger sis? Ostendes morbum posse superari, vel certe sustineri. Est, mihi crede, virtuti eti-
am in lectulo locus. Non tantum arma & acies dant argumēta alacris animi, indomitiq[ue] terroribus.
& in vestimentis vir fortis appetit. Habet quod agas, bene luctare cum morbo. si nihil te coegerit, si ni-
hil exorauerit, insigne prodis exemplum. O quam magna erat gloriae materia, si spectaremur aegri. Ipse
te specta, ipse te lauda. Praeterea duo sunt genera voluptatum: corporales morbus inhibet, non tamen
tollit, immo, si verum aestimes, incitat, magis iuuat bibere fitientem. gravior est esurienti cibus. Quic-
quid ex abstinentia contigit, auditis excipitur. Illas vero animi voluptates, quae maiores certioreisque
sunt, nemo aegro negat: has quisquis sequitur, & bene intelligit, omnia sensum blandimenta
contemnit. O infelicem aegrū. quare? quia non vino niuem diluit: quia non rigorem potionis sua, quā
capaci scypho miscuit, renouat fracta insuper glacie: quia non ostrea illi Lucrina in ipsa mensa aperium
tur: quia non circa coenationem eius tumultus coquorum est, ipsos cum obsonijs focos transferentium:
hoc enim iam luxuria commenta est. Ne quis intepescat cibus, he quid palato iam calloso parum ferue-
at, coenam culina prosequitur. O infelicem aegrū. edet quantum concoquat: non iacebit in cōspectu
aper, vt vilis caro, à mensa relegatis, nec in repository eius pectora auium, totas enim videre fastidium
est, congesta ponentur. Quid tibi mali factum est? Coenabis tanquam aeger: immo aliquando tanquam
fanus. Sed omnia ista facile perferemus, sorbitonem, aquam calidam, & quicquid aliud intolerabile vi-
detur delicatis & luxu fluentibus, magisque animo quam corpore morbidis: tantum mortem desina-
mus horrere. Desinemus autem, si fines bonorum ac malorum cognouetimus. Ita demum nec vita tae-
dio erit, nec mors timori. Vitam enim occupare satietas sui non potest, tot res, varias, magnas, diuinias
per centem, in odium illam sui adducere soler iners otium. Rerum naturam peragrandi nunquam in
fastidium veritas veniet: falsa satiabunt. Rursum si mors accedit & vocat, licet immatura sit, licet mediari
praecidat actatem, perceptus longissimae fructus est. Cognita est illi ex magna parte natura, scit tempo-
re honesta non crescere. his neceſſe est videri omnem vitam breuē, qui illam voluptatibus vanis & ideo
infatuū metiuntur. His te cogitationib. recrea, & interim epistolis nostris vacando, veniet aliquod tem-
pus, quod nos iterum iungat ac misceat: quantumlibet sit illud, longum faciet scientia videnti. Nam, vt
Posidonius ait, vnu dies hominum eruditorum plus patet, quam imperiti longissima aetas. Interim te-
ne hoc mordicus: aduersis non succumbere, laetus non credere, omnem fortunae licentiam in oculis
habere: tanquam quicquid potest facere, factura sit. Quicquid expectatum est diu, leuius accedit.

Epistola LXXIX.

Expecto epistolas tuas, quibus mihi indicias, circumius Siciliae totius quid tibi noui ostenderit, &
omnia de ipsa Charybdi certiora. Nam Scyllam saxum esse, & quidem non terribile nau-
gantibus, optime scio. Charybdis an respondeat fabulis, perscribi mihi desidero. Et si forte obserua-
ris, (dignum est autem vt observas) fac nos certiores, vtrum vno tantum vento agatur in vortices, an om-
nis tempestas aequem mare illud contorqueat: & an verum sit, quicquid illo freti turbine arreptum est,
per multa millia trahi conditum, & circa Tauromenitanum litus emergere. Si haec mihi perscripe-
ris, tunc tibi audebo mandare, vt in honorem meum Aetnam quoque ascendas: quam confumi, & sen-
sim subsidere, ex hoc colligunt, quod aliquanto longius nauigantibus solebat ostendit. Potest hoc acci-
dere, non quia montis altitudo defedit, sed quia ignis euauit, & minus vehementis ac largus effertur, ab
eandem causam fumo quoque per diem segniore. Neutrū autem incredibile est, nec montem qui de-
uoretur quotidie minui, nec ignem non manere eundem: qui non ipse ex se est, sed in aliqua inferna val-
le conceptus exaestuat, & alibi pascitur, in ipso monte non alimentum habet, sed viam. In Lycia regio no-
tissima est, Ephestion incolaē vocant, perforatum pluribus locis solum, quod sine vlo naſcentium damp-
no ignis innoxius circuit. Laeta itaque regio est, & herbida, nil flammis adurentibus, sed tantum vi re-
misita ac languida refurgentibus. Sed referuimus ista, tunc quaeſituri, cum tu mihi scriperis, quantum
ab ipso ore montis niues absint, quas ne aefas quidem soluit: adeo tuta sunt ab igne vicino. Non est
autem, quod istam curam imputes mihi: morbo enim tuo daturus eras, etiam si nemo mandaret tibi,
donec Aetnam describas in tuo carmine, & hunc sollemnem omnibns Poetis locum attingas: quē quo
minus Ouidius tractaret, nihil obſtitit, quod iam Virgilius impluerat. ne Seuerum quidem Cornelium
verique deterruit. Omnibus praeterea feliciter hic locus se dedit: & qui praecellerant, non praeripuisse
mihi videntur quae dici poterant; sed aperiisse. Sed multum interest, vtrum ad consumptam materiam
an ad subactam accedas. Crescit in dies, & inuenturis inuenta non obſtant. Praeterea condicio optimā
est vlti.

est ultimi. Parata verba inuenit, quae aliter instructa nouam faciem habent: nec illis manus injicit tanquam alienis. Sunt enim publica. Iuri consuli negant quicquam publicum visu capi. Aut ego te non non tu, aut Aetna tibi saluam mouet, iam cupis grande aliquid, & par prioribus scribere. Plus enim spetare modestia tibi tua non permittit: quae tanta in te est, ut videaris mihi retracturus ingenij tui vires, si vincendi periculum sit, tanta tibi priorum reverentia est. Inter cetera hoc habet boni sapientia. Nemo ab altero potest vinci, nisi dum ascenditur. dum ad summum peruerteris, paria sunt. Non est incremento locus. Statur. Numquid sol magitudini sua adjicit? Numquid luna ultra quam solet procedit? Maria non crescent: mundus eundem habitum ac modum seruat. Extollere se, quae iustam magnitudinem implevere, non possunt. Quicunque fuerint sapientes, pares erunt & aequales: habebit unusquisque ex his proprias dotes. Alius erit affabilior, aliis expeditior, aliis promptior in eloquendo, aliis facundior. Illud de quo agitur, quod beatum facit, aequale erit in omnibus. An Aetna tua possit sublabi, & in se rueret, an hoc excelsum cacumen & conspicuum per vasti maris spatia deterat assidua vis ignium, ne scio: virtutem non flamma, non ruina inferius adduceret. Haec una maietas deprimenti nescit, nec proferri ultra, nec referri potest. Sic huius, ut caelestium, ita magnitudo est. Ad hanc nos conemur educere, iam multum operis effectum est: immo si verum fateri volo, non multum. Nec enim bonitas est, pessimis esse me liorem. Quis oculis gloriatur, qui suspicentur diem, quibus sol per caliginem splendet? licet contentus interim sit effugisse tenebras, adhuc non fruatur bono lucis. Tunc animus nostrus habebit quod gratulatur sibi, cum emissus his tenebris, in quibus volutatur, non temui visu clara prospexerit, sed totum diem admiserit, & redditus caelo suo fuerit, cum receperit locum quem occupavit forte nascendi. Sursum vocant illum initia sua. Erit autem illi etiam antequam hac custodia exfoliatur, cum virtus dificerit, putrusque ac leuis in cogitationes diuinis emicuerit. Hoc nos oportet agere, Lucili carissime, in hoc ire impetu toto: licet pauci sciant, licet nemo videat. Gloria, vmbra virtutis est: etiam inuitos comitabitur. Sed quemadmodum aliquando vmbra antecedit, aliquando sequitur, ita gloria aliquando ante nos est, visen damque se praebet, aliquando in auro est, maiorque quo senior, vbi inuidia fecerit. Quamdiu videbatur furere Democritus: vix recepit Socratem fama. Quamdiu Catonem ciuitas ignorauit: respuit: nec intellexit, nisi cum perdidit. Rutilij innocentia ac virtus lateret, nisi accepisset iniuriam: dum violatur, effusit. Nunquid non sorti sua gratias egit, & exilium suum complexus est? De his loquor, quos illustravit fortuna, dum vexat. Quam multorum profectus in noticiam euasere post ipsos: quam multos fama non exceptit, sed eruit. Vides Epicurum, quanto pere non tantum eruditiores, sed haec quoque imperitorum turba miretur. Hic ignotus ipsis Athenis fuit, circa quas delituerat. Multis itaque iam annis Metrodoro suo superstas, in quadam epistola, cum amicitiam suam & Metrodori, grata commemoratione cecinisset, hoc nouissime adiecit, nihil sibi & Metrodoro inter bona tanta nocuisse, quod ipsis illa nobilis Graecia non ignotos solum habuisset, sed paene inauditos. Nunquid ergo non postea quam est se desierat, inuentus est? Nunquid non opinio eius emicuit? Hoc Metrodorus quoque in quadam epistola confitetur, se & Epicurum non satis emicuisse: sed post se & Epicurum, magnum paratumque nomine habituros, apud eos qui voluissent per eadem ire vestigia. Nulla virtus lateret: & latuisse, non ipsum est datum. Venier qui condit, & saeculi sui malignitate compressam dies publiceret. Paucis natus est, qui populum aetatis suae cogitat. Multa annorum millia, multa populorum superuenient. Ad illa respice. etiam si omnibus tecum viuentibus silentium liuor induxit, venient qui sine offensa, sine gratia iudicent. Si quod est pretium virtutis ex fama, nec hoc intererit. Ad nos quidem nihil pertinet posteriorum sermone: etiam non sentientes colet ac frequentabit. Nulli non virtus & viuo & mortuo retulit gratiam, si modo illam bona fecutus est fide, si se non exornauit & pinxit, sed idem fuit, siue ex denuntiato videbatur, siue imparatus ac subito. Nihil simulatio proficit, paucis imponit leuiter extrinfucus inducta facies, veritas in omnem partem sui semper eadem est. Quae decipiunt, nihil habent solidi. Tenue est mendacium: perlucet, si diligenter insperxeris.

Epistola LXXX.

Hodierno die non tantum meo beneficio mihi vaco, sed spectaculi, quod omnes molestos ad sphæromachiam auocavit. Nemo irrumpt, nemo cogitationem meam impedit, quae hac ipsa fiducia procedit audacius. Non crepus subinde ostium, non alleuatur velum: licebit vni uadere, quod magis necessarium est per se eunt, & suam sequenti uiam. Non ergo sequor priores: facio, sed permitto, mihi & inuenire aliquid, & mutare, & relinquere. Non seruio illis, sed assentior. Magnum tamen uerbum dixi, qui mihi silentium promittebam, & sine interpellatore secretum. Ecce engens clamor ex stadio profertur, & me non excutit mihi, sed in huius ipsius rei contentionem transfert. Cogito mecum, quam multi corpora exerceant, quam ingenia pauci: quantus ad spectaculum nostra fide & luxuriam concursus, quanta sit circa artes bonas solitudo: quam imbecilli animo sint, quorum lacertos humerosque mirramur. Illud maxime reuolu mecum, si corpus perduci exercitatione ad hanc patientiam potest, qua & pugnos pariter & calcēs non vnius hominis ferat, qua solem ardentissimum in ferventissimo puluere sustinens aliquis, & sanguine suo madens diem ducat: quanto facilius animus corroborari possit, ut fortunae iuctus inuictus excipiat, ut proiectus, ut conculcatus exsurgat. Corpus enim multis eget rebus, ut valeat. Animus ex se crecit, se ipse alit, se exercet. Illi multo cibo, multa potionem opus est, multo oleo, longa denique opera: tibi continget virtus sine apparatu, sine impensa. Quicquid facere te potest bonū tecum

tecum est. Quid tibi opus est ut sis bonus? velle. Quid autem melius potes velle, quam eripere te huic servituti, quae omnes premit, quam mancipia quoque condicionis extremae, & in his sordibus nata, omni modo exuere conantur? peculium suum, quod comparauerunt ventre fraudato, pro capite numerant. Tu non concupisces quanticunque ad libertatem peruenire, qui te putas in illa natum? Quid ad arcum tuam respicis? emi non potest. Itaque in tabellas vanum conjicetur nomen libertatis: quam nec qui emere runt habet, nec qui vendiderunt. Tibi des oportet istud bonum: a te petas. Libera te primum metu mortis, illa nobis primum iugum imponit. Deinde metu paupertatis. Si vis scire quam nihil in illa malis sit, compara inter se pauperem & diuitum vultus. Saepius pauper & fidelius ricter. nulla sollicitudo in alto est, etiam si qua incicit cura, velut nubes leuis transit: horum qui felices vocantur, hilaritas ficta est, aut grauis & suppura tristitia: & quidem grauior, quia interdum non licet palam esse miseros: sed inter aerumnas cor ipsum exedentes, neesse est agere felicem. Saepius hoc exemplo mihi vtendum est: nec enim villo efficacis exprimitur hic humanae vitae minus, qui nobis partes has, quas male agamus, assignat. Ille qui in scaena elatus incedit, & haec resupinus dicit,

Ex impero Argis regna mibi liquit Pelops,

Qua Ponto ab Helles atq. ab Ionio mari

Vrgetur Ifthmos:

Seruus est, quinque modios accepit, & quinque denarios: ille qui superbus, atque impotens, & fiducia viuum tumidus ait.

Quod nisiquieris Menelae, bac dextra occides:

diurnum accipit, in coenaculo dormit. Idem de ipsis licet omnibus dicas, quos supra capita hominum, supraque turbam delicatos lectica suspendit. Omnium istorum personata felicitas est. Contemnes illos, si despiciueris. Equum empturus, solui iubes stratum, detrahis vestimenta venalibus, ne qua vitia corporis lateant: hominem inuolutum aestimas? Mangones, quicquid est quod displiceat, aliquo lenocinio abfondunt. Itaque ementibus ornamenta ipsa suspecta sunt: siue crux alligatum, siue brachium aspiceret, nudari iuberes, & ipsum tibi corpus ostendi. Vides illum Scythiae Sarmatiae ve regem insigni capitis decorum? si vis illum aestimare, totonque scire qualis sit, fasciam solue. multum mali sub illa later. Quid de alijs loquor? si perpendere te voles, sepone pecuniam, domum, dignitatem: intus te ipse considera. Nunc qualis sis, alijs credis.

Epistola LXXXI.

Q uae gratias. Sed nihil facere hoc loco diligentia potest, nisi te malignum. Nam si hoc periculum vitare volueris, non dabis beneficia. Ita ne apud alium perent, apud te peribunt. Non respondeat potius, quam non dentur. Et post malam segetem ferendum est. Saepe quicquid perierat assidua infelicitis soli sterilitate, vnius anni restituit vberitas. Est tanti, ut gratum inuenias, experiri & ingratis. Nemo habet tam certam in beneficiis manum, ut non saepe fallatur. Aberrent, ut aliquando haereant, Post naufragium maria tentantur: feneratorem non fugat a foro decoctor. Cito inerti otio vita torpebit, si relinquendum est quicquid offendit. Te vero benignorem haec ipsa res faciat. Nam cuius rei entusus incertus est, id, ut aliquando procedat, saepe tentandum est. Sed de isto satis multa in ijs libris locuti sumus, qui de Beneficiis inscribuntur. Illud magis quaerendum videtur, quod non satis (ut existimo) explicatum est: An is qui profuit nobis, si postea nocuit, paria fecerit, & nos debito soluerit. Adiace si vis & illud: Multo plus postea nocuit, quam ante profuerat. Si rectam illam rigidi iudicis sententiam quaeris, alterum ab altero absoluere, & dicet: Quamvis iniuriae praeponderet, tamen beneficiis donetur, quod ex iniuria supereft. plus nocuit, sed prius profuit. Itaque habeatur & temporis ratio. Iam illa manifestiora sunt quam ut admoneri debeas, quaerendum esse, quam libenter profuerit, quam iniactus nocuerit: quoniam a nimo & beneficia & iniuria constant. Noli beneficium dare. Vicitus sum aut verecundia, aut instantis pertinacia, aut spe. Eo animo quidque debetur, quo datur: nec quantum, sed a quali profectu sit voluntate, perpenditur. Nunc conjectura tollatur. Et illud beneficium fuit, & hoc quod modum beneficij prioris excepsit, iniuria est. Vir bonus utroque calculos sic ponit, ut se ipse circumscribat: beneficio adiicit, iniuriae demit. Ille alter remissior iudex, que esse me malo, iniuriae obliuisci debebit, officiū meminisse. Hoc certe, inquam iustitiae conuenit, siuum cuique reddere, beneficio gratiam; iniuriae talionē aut certe malam gratiam. Verum erit istud, cum aliis iniuriam fecerit, alius beneficium dederit. Nam si idem est, beneficio vis iniuria extinguitur. Nam cui, etiam si merita non antecessissent, oportebat ignorari, post beneficia laedenti, plus quam venia debetur. Non pono utrique par pretium: pluris aestimatio beneficium quam iniuriam. Non omnes sciunt referre beneficium. Potest etiam imprudens, & ruidis, & vnuis ē turba, utique dum prope est ab accepto, reddere beneficium, & penfate: ignorat autem quantum debeat. Vbi sapienti notum est, quanti res quaeque taxanda sit. Nam ille de quo loquebar modo, stultus, etiam si bona voluntatis est, aut minus quam debet, aut tempore, aut quo non debet loco, reddit: id quod referendum est, effundit atque abjicit. Mira in quibusdam rebus verborum proprietas est: & consuetudo sermonis antiqui, quaedam efficacissimis & officia docentibus notis signat. Sic certe solemus loqui: ille illi gratiam retulit. Referre est ulro quod debebas afferre. Non dimicimus, Gratiam reddidit. Reddunt enim, & qui reposcuntur, & qui inuiti, & qui vblibet, & qui per

M alium.

alium. Non dicimus, Reposuit beneficium, aut soluit: nullum enim nobis placuit, quod aeri alieno conuenit, verbum. Referre, est ad eum à quo acceperis, ferre. Haec vox significat voluntariam relationem. Qui retulit, ipse se appellavit. Sapiens omnia examinabit secum, quantum acceperit, à quo, quando, ubi, quemadmodum. Itaq. negamus quenquam scire gratiā referre, nisi sapientem. Non magis quam beneficiū dare quisquam scit, nisi sapiens: hic scilicet qui magis dato gaudet, quam alius accepto. Hoc aliquis inter illa numerat, quae videatur inopinata omnibus dicere, *περιέβηται*. Graeci vocant: & ait, Nemo ergo scit praeter sapientem referre gratiā: ergo nec quod debet creditori suo, reponere quisquam scit alius? nec cum emit aliquam rem, pretium venditori per soluere? Sed ne nobis fiat inuidia, scito idem dicere Epicurum, Metrodorus certe ait, solum sapientem referre gratiam scire. Deinde idem admiratur, cum dicimus, Solus sapiens scit amare, solum sapiens amicus est. At qui & amoris & amicitiae pars est, referre gratiam, immo hoc magis vulgare est, & in plures cadit, quam vera amicitia. Deinde idem admiratur quod dicimus fidem nīli in sapiente non esse: tanquam non ipse idem dicat. An tibi uidetur fidem habere, qui referre gratiam nescit? Desinunt itaque infamare nos, tanquam incredibilia iactantes: & sciant apud sapientem esse ipsa honesta, apud vulgum simulacula rerum honestarum & effigies. Nemo referre gratiam scit, nisi sapiens. Stultus quoque vtcunque scit, & quemadmodum potest referat. Scientia illi potius quam voluntas defit. Velle non discitur. Sapiens intra se omnia comparabit. Maius enim ait minus fit (quamvis idem sit) tempore, loco, causa. Saepe enim hoc non potuerit diutiae in domū insitae, quod opportune dati mille denarij. Multum enim interest, donaueris, an succurreris: seruauerit illum tua liberalitas, an instruxerit. Saepe quod datur, exiguum est: quod sequitur ex eo, magnum. Quantum autem existimas interesse, utrum aliquis quod dederat, sumperferit, an beneficium acceperit, vt daret? Sed ne in eadem quae satis scrutati sumus, reuoluamur, in hac comparatione beneficij & iniuriae vir bonus iudicabit quidem quod erit aquissimum, sed beneficio fauebit, in hanc erit partem proclivior. Plurimum autem momentu persona solet afferre in rebus eiusmodi. Dediti mihi beneficium in seruo, iniuriam fecisti in patre: seruasti mihi filium, sed patrem abstulisti. Alia deinceps, per quae procedit omnis collatio, prosequetur. Et si pusillum erit quod interfit, dissimulabit. Etiam si multum fuerit, si id donari salua pietate ac fide poterit, remittet, id est, si ad ipsum tota pertinebit iniuria. Summa rei haec est: Facilis erit in commutando: patientur plus imputari sibi: iniurias beneficium per compensationem iniuriae solvet: in hanc partem inclinabit, huc verget, vt cupiat debere gratiam, cupiat referre. Errat enim, si quis beneficium libertius accipit quam reddit. Quanto hilarior est qui soluit, quam qui mutuatur: tanto debet laetor esse, qui se maximo aere alieno accepit beneficij exonerat, quam qui cummaxime obligatur. Nam in hoc quoque falluntur ingratii, quod creditori quidem praeter fortē extra ordinem numero, beneficiorum autem vnum esse gratuitum putant. Ecilla crescent mora: tantoque plus soluendum est, quanto tardius, Ingatus est, qui beneficium reddit sine usura, Itaque huius quoque rei habebitur ratio, cum conferentur accepta & expensa. Omnia facienda sunt, vt quam gratissimi simus. Nostrum enim hoc bonum est, non quemadmodum iustitia, vt vulgo creditur, ad alios pertinet: maxima pars eius in se redit. Nemo non cum alteri proficit, sibi profuit. Non eo nomine dico, quod volet adiuuare adiutus, protegere defensus, quod bonum exemplum circuitu, ad faciem reuertitur: sicut mala exempla recidunt in auctores, nec vlla miseria contingit his, qui patiuntur iniurias, quas posse fieri, faciendo docuerunt: sed quod virtutum omnium pretium in ipsis est. Non enim exercentur ad premium. Rechte facti, fecisse merces est. Gratus sum: non vt alius mihi libertius praestet, priori irritatus exemplo, sed vt rem iucundissimam ac pulcherrimam faciam. Gratus sum: non quia expedit, sed quia iuuat. Hoc vt scias ita esse, si gratum esse non licet, nisi vt videar ingratus, si reddere beneficium non aliter quam per speciem iniuriae potero, aquissimo animo ad honestum consilium per medium in famiam tandem. Nemo mihi videtur pluris aestimare virtutem, nemo illi magis esse deuotus, quam qui boni viri famam perdidit, ne conscientiam perderet. Itaque, vt dixi, maiore tuo quam alterius bono gratus es. Illi enim vulgaris & quotidiana res contigit, recipere quod dederat: tibi magna, & ex beatissimo animi statu profecta, gratum fuisse. Nam si malitia miseros facit, virtus beatos, gratum autem esse virtus est, rem ultimatam reddidisti, inestimabile consecutus es, conscientiam grati: quae nisi in animum diuinum, fortunatumque non peruenit. In contrarium autem huic affectioni summa infelicitas verget. Nemo si ingratus est, non miser erit non differo illum, statim miser est. Itaque ingratus esse vitem, non aliena causa, sed nostra. Minimum ex nequitia leuissimumque ad alios redundat: quod pessimum ex illa est, & (vtita dicam) spississimum, domi remanet, & premit habentem: quemadmodum Aitalus noster dicere solebat, Malitia ipsa maximam partem veneni sui bibit. Illud venenum quod serpentes in alienam perniciem proferunt, sine sua continent, non est huic simile: hoc habentibus pessimum est. Torquer ingratus te, & macerat: odit quae accepit, quia redditurus est, & extenuat: iniurias vero dilatat atque auget. Quid autem eo miserius, cui beneficia excidunt, haerent iniuriae? At contra sapientia exornat omne beneficium, ac sibi ipsi commendat, & te assidua eius commemoratione delectat. Malis vna voluptas est, & haec breuis, dum accipiunt beneficia: ex quibus sapienti longū gaudiū manet, ac perenne. Non enim illū accipere, sed accepisse delectat: quod immortale est, & assiduum. Illa contēnit, quibus laetus est: nec obliuiscitur per negligientiam, sed volēs. Nō vertit omnia in peius, Sed nec querit cui imputet casū, & peccata hominū ad fortunā potius refert.

Non

Non calumniatur verba, nec vultus: quicquid accidit, benigne interpretando leuat: nec offensae potius quam beneficij meminit: quantum portat, in priore ac meliore se memoria detinet: nec mutat animū aduersus bene meritos, nisi multum malefacta praecedant, & manifestum etiam coniuenti discrimen est: tunc quoque in hoc duntaxat, vt talis sit post maiorem iniuriam, qualis ante beneficium. Nam cum be neficio par est iniuria, aliquid in animo benevolentiae remanet. Quemadmodum reus sententijs paribus absoluatur, & semper quicquid dubium est, humanitas inclinat in melius: sic animus sapientis, ubi paria maleficijs merita sunt, definet quidem debere, sed non definit velle debere: & hoc facit, quod qui post tabulas nouas soluunt. Nemo autem gratus esse potest, nisi contemplerit ista, propter quae vulgus insanit. Si referre vis gratiam, & in exilium eundum est, & effundendus sanguis, & sucipienda egertas, & ipsa innocentia saepe maculanda, indignisque obijcenda rumoribus. Non parvo sibi constat homo gratus. Nihil carius aestimamus, quam beneficium, quamdiu peritus: nihil vilius, cū accepimus. Quae ris, quid sit quod obliuionem acceptorum nobis faciat? Cupiditas accipiendo rurum. Cogitamus nō quid impetratum, sed quid impetrandum sit. Abstrahunt à recto diutiae, honores, potentia, & cetera, quae opinione nostra cara sunt, pretio suo vilia. Nescimus aestimare res: de quibus non cum fama, sed cū rerum natura deliberandum est. Nihil habent ista magnificum, quo mentes in se nostras trahant, praeter hoc, quod mirari illa consuetimus. Non enim quia concipiendā sunt, laudantur, sed cōcupiscuntur, quia laudata sunt: & cum singulorum error publicum fecerit, singulorum errorem facit publicus. Sed quemadmodum illa credidimus, sic & in hoc fidem populo demus, nihil esse grato animo honestius. Omnes hoc v̄rbes, omnes etiā ex barbaris regionibus gentes clamabunt. In hoc bonis malisque conuenient. Erunt qui voluptates laudent, erunt qui labores malint: erunt qui dolorem maximum malum dicant, erint qui ne malum quidem appellant: diutinas aliquis ad summum bonum admittet, aliis illas dicet humanae malo vitae repertas: nihil esse eo locupletius, cui quod donet fortuna non inuenit. In tanta iudiciorum diuersitate, referandam bene merentibus gratiam, omnes uno tibi, quod aiunt, ore affirmabunt: in hoc tam discors turba contentet, cum interim iniurias pro beneficij reddimus. Et prima causa est, cur quis ingratus sit, si satis gratus esse non potuit. Eo perductus est furor, vt periculosisima res sit, beneficia in aliquem magna conferre. Nam quia putat turpe, non reddere, non vult esse cui reddat. Tibi habe quod accepisti. Non repeto: non exigo. Profusus tunc sit. Nullum est odium perniciosus, quam beneficij violati pudere.

Epistola LXXXII.

D Esi iam de te esse solicitus. Quem, inquis, deorum sponorem accepisti? eum scilicet qui neminem fallit, animum, recti ac boni amatorem. In tuto pars tuī melior est, potest fortuna tibi iniuriam facere, quod ad rem magis pertinet, non timeo ne tu facias tibi. I, qua coepisti: & in isto te vitae habitu compone, placide, nō molliter. Male mihi esse malo, quam molliter. Male nunc si excipe, quemadmodum à populo solet dici, dure, asper, laboriose. Audire solemus sic quorundam vitam laudari, quibus inuidetur. Molliter viuit, hoc dicitur malus est. Paulanum enim effeminatur animus, atque in similitudine otij fui & pigritiae, in qua iacer, soluitur. Quid ergo? viro non vel obrigescere satius est? Deinde delicati timent mortem, cui vitam suam fecere similem. Multum interest inter otium, & conditum. Quid ergo, inquis, non satius est vel sic iacere, quam illis officiorum vorticibus volutari? Vtq[ue] res letalis est, & contractio, & torpor. Puto, aequē qui in odoribus iacet, mortuus est, quam qui rapitur vno. Otium sine litteris mors est, & hominis viui sepultura. Quid denique prodest secessisse, tanquam non trans maria nos solicitudinum causae persequeantur? Quae latebra est, in quam non intret metus mortis? Quae tam munita, & in altum subducta vita quies, quam non dolor territet? Quocunque te abdideris, mala humana circumstrent. Multa extra sunt, quae circumeunt nos, quae aut fallant, aut vrgant. Multa intus, quae etiam in media solitudine exaequantur. Philosophia circumdata est, inexpugnabilis murus, quem fortuna multis machinis lacessitum non transeat. In insuperabili loco stat animus, qui externa defertur, & arce se sua vindicat: infra illum omne telum cadit. Non habet, vt putamus, fortuna longas manus: neminem occupat, nisi haerentem sibi. Itaque quantum possimus, ab illa resiliamus: quod sola praestabit sui naturaeque cognitioni. Sciat quo iturus sit, unde ortus: quod illi bonum, quod malum sit: quid petat, quid deuter: quae sit illa ratio, quae appetenda ac fugienda discernat, qua cupiditatem mansuetit: infania, timorum saeuitia compescitur. Haec quidam putant ipsos etiam sine philosophia repressisse: sed cum securos aliquis casus expertus est, exprimitur fera confessio. Magna verba excidunt: cum tortor poposcit manum, cum mors proprius accessit. Possit illi dicere: Facile prouocabas mala absentia. Ecce dolor, quem tolerabilem esse dicebas. Ecce mors, contra quam multa animo lecūtus es: sonant flagella, gladius micat.

Nunc animis opus Aeneas, nunc pectori firmo.

Faci et autem illud firmū assidua meditatio: si non verba exercueris, sed animū si contra mortē te praeparaueris: aduersus quā nō exhortabitur, nec attoller, qui cauillationibus tibi persuadere tentauerit, mortē malum nō esse. Liber enim, Lucili virorum optime, ridere ineptias Graecas, quas nondū, quamvis miser, excussi. Zeno noster hac collectione vutar. Nullū malū gloriosum est: mors autē gloria est: mors ergo non est malum. Profecisti, liberatus sum metu. Post haec non dubitabo porrigitere ceruicem. Non vis leuieris loqui, nec morituro risum mouere? Non mehercule facile tibi dixerim, vtrum inēptior

M 2 fuerit,

*F*uerit, qui se hac interrogatione iudicauit mortis metum extinguere, an qui hoc tamquam ad rem pertinet, conatus est soluere. Nam & ipse interrogationem contrariam oppoluuit, ex eo natam, quod mortem inter indifferentia ponimus, quae *ἀταράχη* Graeci vocant. Nihil, inquit, indifferens gloriosum est: mors autem gloriosum est; ergo mors non indifferens. Haec interrogatio vides ubi obrepatur. mors non est gloria, sed fortis ter mori gloriosum est: & cum dicit, indifferens nihil gloriosum est, concedo tibi, ita ut dicam, nihil gloriosum esse, nisi circa indifferentia: indifferentia autem esse dico, nec bona, nec mala, tanquam morbum, dolor em, paupertatem, exilium, mortem: nihil horum per se gloriosum est, nihil tamen sine his. Laudatur enim non paupertas, sed is quem non submittit, nec incuruat. Laudatur non exilium, sed qui hoc non doluit. Laudatur non dolor, sed ille quem nihil coegerit dolor. Nemo mortem laudat, sed eum cui mors ante abstulit animum, quam conturbavit. Omnia ista per se non sunt honesta, nec gloria; sed quicquid virtus ex illis adjicit, tractavitque, honestum & gloriosum facit. illa in medio polita sunt. Intererit, utrum malitia illis an virtus manum admouerit. Mors enim illa quae in Catone gloria est, in Brutus statim turpis est & erubescit. Hic est enim Brutus, qui cum periturus mortis moras peteret, ad exonerandum ventrem secessit, & euocatus ad mortem, iussusque praebere certum: Praebebo, inquit, ita viuam. Quae dementia est fugere, cum retro ire non possis? Praebebo, inquit, ita viuam, paene adiecit, vel sub Antonio. O hominem dignum, qui vitae dederetur. Sed, ut cooperiam dicere, ut des ipsam mortem nec malum esse, nec bonum, Cato illa honestissime usus est, turpissime Brutus. Omnis res, quod non habuit decus, virtute addita sumit. Cubiculum lucidum dicimus. hoc idem obscurissimum est nocte. Dies illi lucem infundit, nox eripit. Sic istis quae à nobis indifferentia ac media dicuntur, diutius, viribus, formae, honoribus, regno: & contra, morti, exilio, malae valetudini, doloribus, quaeque alia aut minus aut magis pertinimus: aut malitia, aut virtus dat boni vel mali nomen. Massa per se nec calida nec frigida est. In fornacem coniecta concaluit. In aquam remissa refrixit. Mors honesta est, per illud quod honestum est. Id est virtus, & animus externa contempns. Est & horum, Lucili, quae appellamus media, grande discrimen. Non enim sic mors indifferens est, quomodo utrum capillos pares habeas. Mors inter illa est, quae mala quidem non sunt, tamen habent in ali speciem. Sui amor est, & permanendi conseruandique si infusa voluntas, atque apernatio dissolutionis, quia uidetur multa nobis bona eripere, & nos ex hac cui assuevimus rerum copia educere. Illa quoque res morti nos alienat, quod haec iam nouimus: illa ad quae transituri sumus, nescimus qualia sint, & horremus ignota. Naturalis praeterea tenebrarum metus est, in quas adductura mors creditur. Itaque, etiā si indifferens mors, non tamen inter ea est, quae facile negligi possint. Magna exercitatione durandus est animus, ut conspectum eius accessumque patiatur. Mors contemni debet, magis quam solet. multa enim de illa credimus. Multorum ingenij certatum est ad augendam eius infamiam. Descriptus est cancer infernus, & perpetua nocte oppressa regio, in qua ingens ianitor Orci

*Offa super recubans antro semesa cruento,
Aeternum latrans exangues territat umbras.*

Sed etiam cum persuaseris ista fabulas esse, nec quicquam defunctis superesse quod timeant, subit aliis metus. Aequum enim timent, ne apud inferos sint, quam ne nusquam. His aduersantibus quae nobis infudit longa persuasio, fortiter pati mortem, quid ni gloriosum sit, & inter maxima opera mentis humanae: quae nunquam ad virtutem exurget, si mortem malum esse crediderit; exsurget, si putabit indifferens esse. Non recipit rerum natura, ut aliquis magno animo accedit ad id quod malum iudicat, pigre veniet, & cunctanter. Non est autem gloriosum, quod ab inuito & tergiuerante fit. Nihil facit virtus quia necesse est. Adiuge nunc, quod nihil honeste fit, nisi cui totus animus incubuit atque affuit, cui nulla parte sui repugnat. Vbi autem ad malum acceditur, aut peiorum metu fit, aut spe bonorum, ad quas peruenire tanti sit, deuorata viuis mali patientia. Dissident inter se iudicia facientis. Hinc est, quod inbeat proposita perficere: illinc, quod retrahat, & ab re suspecta ac periculosa fuget. Igitur in diuersa distrahitur. Si hoc est, perit gloria. Virtus enim concordi animo decreta peragit: non timeret quod facit.

Tu ne cede malis, sed contra audentior ito.
Non ibis audentior, si mala illa esse credideris. Eximendum hoc est: alioquin haesitabit impetu moratura suspicio. Trudebit in id, quod inuadendum est. Nostri quidem videnti volunt Zenonis interrogationem veram esse, fallacem autem & falsam, quae illi opponitur. Ego non redigo ista ad legem Dialeticam, & ad illos artificij veternotissimi nodos: totum genus istud exturbanum iudico, quo circumscribi se qui interrogatur, existimat, & ad confessionem perductus aliud respondet, aliud punit. Pro veritate simplicius agendum est: contra metum fortius. Haec ipsa quae voluuntur ab illis, soluere malum & expendere, ut persuadeam, non ut imponam. In aciem educturus exercitum, pro coniugibus ac liberis mortem obitum, quomodo exhortabitur? Do tibi Fabios, totum Reip. bellum in viam transferentes domum. Laconas tibi ostendo, in ipsis Thermopylarum angustiis positos, nec victoriis sperantes, nec reditum. Ille locus illis sepulcrum futurum est. Quemadmodum exhortaris, ut totius gentis ruinam, obiectis corporibus excipiatis & vita potius quam loco cedatis? Dices, quod malum est, gloriosum non est. Mors gloria est: mors ergo non malum. O efficacem contentionem. Quis post hanc dubitet se infestis ingerere mucronib. & stans mori? At ille Leonidas quam fortiter illos allocutus est?

Est? Sic, inquit, commilitones prandete, tanquam apud inferos coenaturi. Non in ore crevit cibus, non haesit in faucibus, non elapsus est manibus. Alacres illi & ad prandium processerunt, & ad coenam. Quid dux ille Romanus, qui ad occupandum locum milites missos, cum per ingentem hostium exercitum iter essent, sic allocutus est: Ire commilitones illo necesse est: redire non est necesse. Vides quam simplex & imperiosa virtus sit. Quem mortalium circumscriptiones nontrae fortiorem facere, quem erectiorem possunt? Frangunt animum, qui nunquam minus contrahendus est, & in minuta ac spina cogendus quam cum aliquid grande componitur. Non trecentis, sed omnibus mortalibus mortis timor detrahi debet. Quomodo illos docebis malum non esse? Quomodo opiniones tortus aeni, quibus proxinus infantia imbutitur, euincies? Quod auxilium inuenies? Quid dices imbecillati humanae? Quid dices quo in flaminis in media pericula irruant? qua oratione hunc ciuiiendi consensum, quibus ingenij virtibus obnoxiam contra te persuasionem humani generis auertes? Verba mihi captiosa componis, & interrogatiunculas necstis. Magnis telis magna portenta seruntur, Serpentem illum in Africa saecum, & Romanis legionibus bello ipso terribiliorem, frustra sagittis fundisq. petierunt. Ne Python quidem vulnerabilis erat, cum ingens magnitudo pro vastitate corporis solida, ferrum, & quicquid humanae torserant manus, reijceret. molariibus demum fracta faxis est, & aduersus mortem tu tam minuta iacularis? Sabula leonem excipis. Acuta suut ista quae dicas. Nihil est acutius arista, Quaedam iuilia & inefficacia, ipsa subtilitas eddit.

Epiſtola LXXXIII.

*S*Ingulos dies tibi meos, & quidem totos, indicari iubes. Benevoli me iudicas, si nihil esse in illis putas media dicuntur, diutius, viribus, formae, honoribus, regno: & contra, morti, exilio, malae valetudini, doloribus, quaeque alia aut minus aut magis pertinimus: aut malitia, aut virtus dat boni vel mali nomen. Massa per se nec calida nec frigida est. In fornacem coniecta concaluit. In aquam remissa refrixit. Mors honesta est, per illud quod honestum est. Id est virtus, & animus externa contempns. Est & horum, Lucili, quae appellamus media, grande discrimen. Non enim sic mors indifferens est, quomodo utrum capillos pares habeas. Mors inter illa est, quae mala quidem non sunt, tamen habent in ali speciem. Sui amor est, & permanendi conseruandique si infusa voluntas, atque apernatio dissolutionis, quia uidetur multa nobis bona eripere, & nos ex hac cui assuevimus rerum copia educere. Illa quoque res morti nos alienat, quod haec iam nouimus: illa ad quae transituri sumus, nescimus qualia sint, & horremus ignota. Naturalis praeterea tenebrarum metus est, in quas adductura mors creditur. Itaque, etiā si indifferens mors, non tamen inter ea est, quae facile negligi possint. Magna exercitatione durandus est animus, ut conspectum eius accessumque patiatur. Mors contemni debet, magis quam solet. multa enim de illa credimus. Multorum ingenij certatum est ad augendam eius infamiam. Descriptus est cancer infernus, & perpetua nocte oppressa regio, in qua ingens ianitor Orci

non est,

non est, vbi veritas quaeritur. Sed sanc hoc senserit: quod sequitur, falsum est, ei qui soleat ebrius fieri, non committi sermonem secretum. Cogita enim quam multis militibus, non semper sobrijs, & imperator, & tribanus, & centurio, tacenda mandauerit. De illa C. Caesaris caede, illius dico qui superato Pompeio Rempublicam tenuit, tam creditum est Tilio Cimbro, quam C. Cassio Cassius tota vita aquam bibit. Tilius Cimber & nimis erat in vino, & scordalus. In hanc rem iocatus est ipse: Ego, inquit, quemquam feram, qui vinum ferre non possum: Sibi quisque nunc nominet eos, quibus scit & viuum male credit, & sermonem bene. Vnum tamen exemplum, quod occurrit mihi, referam, ne intercedat. Instruenda est enim vita exemplis illustribus. Non semper consugamus ad vetera. L. Piso, viribus cunctis, ebrius ex quo fons factus fuit, maiorem partem noctis in conviuio exigebat: usque in horam sextam fere dormiebat: hoc erat eius matutinum. Officium tamen suum, quo tutela urbis continebatur, diligenter sine administravit. Huic & diu Augustus dedit secreta mandata, cum illum praeponebat Thraciae quam perdomuit: & Tiberius proficiscens in Campaniam, cum multa in urbe & suscepcta relinqueret & inuisa, puto quia illi bene celerrat Pilonis ebrietatis, postea Cossum fecit urbis praefectum, virum grauem, moderatum, sed mersum vino, & madentem: adeo, ut ex senatu aliquando, in quem e conviuio venerat, oppressus inexcitabili somno, tolleretur. Huic tamen Tiberius multa sua manu scriptis, quae committenda ne ministris quidem suis iudicabat. nullum Cossu aut priuatum secretum, aut publi cum elapium est. Itaque declamationes istas de medio remoueamus. Non est animus in sua potestate, ebrietate deuinctus. Quemadmodum multo dolia ipsa rumpuntur, & omne quod in imo iacet, in summam partem vis caloris efficit: sic vino exaustante, quicquid in imo iacet abditum, effertur, & prodit in medium. Onerati mero quemadmodum non continent cibum, vino redundante, ita ne secundum quidem, quod suum alienumque est, pariter effundunt. Sed quamvis hoc soleat accidere, ita & illud solet, ut cum his quos scimus libentius bibere, de rebus necessarijs deliberemus. Falsum est ergo hoc, quod patrocinij loco ponitur, ei qui soleat ebrius fieri, non dari tacitum. Quanto satius est, aperte accusare ebrietatem, & vita eius exponere: quae etiam tolerabilis homo vitauerit, nedum perfectus ac sapiens: cui satius, est, sit extingue: qui etiam si quando orta est hilaritas, aliena causa producta longius, tamen citra ebrietatem reficit. Nam de illo videbimus, an sapientis animus nimio vino turbetur, & faciat ebrijs solita. Interim si hoc colligere vis, virum bonum non debere ebrium fieri, cur syllogismis agis? dic quam turpe sit, plus sibi ingerere quam capiat, & stomachi sui non nosse mensuram: quam multa ebrij faciant, quibus sobrij erubescant: nihil aliud esse ebrietatem, quam voluntariam insaniam. Extende in plures dies illum ebrium habitum: nunquid de furore dubitabis? Nunc quoque non est minor, sed brevior. Refer Alexandri Macedonis exemplum, qui Clytum carissimum sibi ac fideliissimum inter epulas transfodit, & intellecto facinore, mori voluit, certe debuit. Omne vitium ebrietatis & intendit, & detegit: obstantem malis conatus verecundiam remouet. Plures enim pudore peccandi, quam bona voluntate, prohibitis abstinent. Vbi possedit animum nimia vis vini, qui quid mali latebat, emergit. Non facit ebrietatis virtus, sed prodit. tunc libidinosus ne cubiculi quidem expectat, sed cupiditatibus suis quantum petierint, sine dilatione permittit: tunc impudicus morbum profitetur ac publicat: tunc petulans non linguam, non manum continet. Crelcit insolenti superbia, crudelitas faeno, malignitas liuidus: omne vitium detegitur & prodit. Adiice illam ignorationem sui, dubia & parum explanata verba, incertos oculos, gradum errantem, vertiginem capit, testa ipsa mobilia, velut aliquo turbine circumagente totam dominum: stomachi tormenta, cum effervescit merum, ac viscera ipsa distendit. Tunc tamē vicinque tolerabile est, dum illi vis sua est. Quid cum somno viatatur, & quae ebrietates fuit, cruditas facita est? Cogit quas clades ediderit publica ebrietatis. Haec accerrimas gentes, bellicosaque hostibus tradidit: haec multorum annorum pertinaci bello defensa moenia patefecit: haec contumacissimos, & iugum recusantes, in alienum egit arbitrium: haec iniuctos acie mero domuit. Alexandrum, cuius modo feci mentionem, tot itinera, tot proelia, tot hienes, per quas, vieta temporum locorumque difficultate, transferat, tot flumina ex ignoto cadentia, tot maria tutum dimiserunt: intemperantia bibendi, & ille Herculaneus ac fatalis scyphus condidit. Quae gloria est, capere multum? Cum penes te palma fuerit, & propinaciones tuas strati somno ac vomitantes recusauerint, cum superstes toti coniunctio fuerit, cum omnes viceris virtute magnifica, & nemo tam vini capax fuerit, vinceris & dolo. M. Antonium, magnū virum & ingenij nobilis, quae alia res perdidit, & in externos mores ac vita non Romana traiecit, quam ebrietatis, nec minor vino Cleopatrae amor? Haec illum res hostem reipublicae, haec hostibus suis imparem reddidit: haec crudeliter fecit, cum capita principum ciuitatis coenanti referrentur, cum inter apparatus luxusque regales ora ac manus proscriptorum recognosceret, cum vino grauis, sicut tamen sanguinem. Intolerabile erat quod ebrius faciebat, etiam si sobrius faceret: quanto intolerabilius, quod haec in ipsa ebrietate faciebat? Fere vinolentiam crudelitas sequitur. violatur enim exasperaturque sanitas mentis. Quemadmodum difficiles faciunt oculos diutini morbi, etiam ad minimam radij solis offenditionem: ita ebrietates continuae efferant animos. Nam cum saepe apud se non sint, confluetudine insaniae durata vita, vino concepta, etiam sine illo valent. Dic ergo, quare sapiens non debeat ebrius fieri. Deformatem rei & importunitatem ostende, rebus, non verbis: quod fascillum est. Proba istas, quae voluptates vocantur, vbi transcedent modum, poenas esse. Nam si illud argumentaberis, sapientem multo vino inebriari, & retinere rectum tenorem, etiam si temulentus sit; licet

sit: licet colligas, nec veneno poto moriturum, nec opio sumpto dormitatum, nec elleboro accepto quicquid in visceribus haerebit, electarum, dielectarumque. Sed si tentantur pedes, lingua non constat: quid est, quare illum existimes in parte sobrium esse, in parte ebrium?

Epistola LXXXIV.

ITinera ista quae segnitiam mihi excutunt, & valitudinem meae prodeesse indicō, & studijs. Quare valitudinem adiuuent, vides. cum pigrum me, & negligenter corporis, litterarum amor faciat: aliena opera exerceor. Studijs quare protinus, indicabo. A lectionibus recessi, sunt autem, ut existimo necessariae. Primum, ne sim me uno contentus: deinde, ut cum ab alijs quae sita cognouero, tum & de inuenientis iudicem, & cogitem de inuenientis. Alit lectio ingenium: & studio fatigatum, non sine studio tamen, reficit. Nec scribere tantum, nec tantum legere debemus. Altera res contristabit, & vires exhaustiet: de stylo dico: altera soluet ac dilueret. Inuicem hoc illo comutandum est, & alterum altero temperandum: ut quicquid lectione collectum est, stilus redigat in corpus Apes (ut aiunt) debemus imitari, quae vagantur, & flores ad mel faciendum idoneos carpunt: Deinde quicquid attulere, disponant, ac per fauos digerant: & ut Virgilius noster ait,

----- liquentia mellus.

Stipant, & dulci distendunt nectarare cellas.

De illis non satis constat, vtrum succum ex floribus ducant, qui protinus mel sit: an quae collegerunt, in hunc saporem mixtuam quadam & proprietatem spiritus sui mutent. Quibusdam enim placet, non faciendi mellis scientiam esse illis, sed colligendi. Aut inueniri apud Indos mel in arundinam folijs, quod aut ros illius caeli, aut ipsius arundinis humor, dulcis & pinguior gignat. In nostris quoque herbis vim eandem, sed minus manifestam & notabilem ponit, quam perfequatur & contrahat animal huic rei genitum. Quidam existimant, conditura & dispositione in hanc qualitatem verti, quae ex tenerissimis viri rentium florentiumq. decerpserint, non sine quodam, ut ita dicam, fermento que in vnum diuersa coalescant. Sed ne ad aliud, quam de quo agitur, abducatur, nos quoque apes debemus imitari, & quae cuncte ex diuersa lectione congregimus, separare. melius enim distincta servantur. Deinde adhibita ingenij nostri cura & facultate, in vnum saporem varia illa libamenta confundere: ut etiam si apparuerit vnde sumptum sit, aliud tamē esse quam vnde sumptum est, apparet: quod in corpore nostro videmus sine villa opera nostra facere naturam. Alimenta quae accepimus, quamdiu in sua qualitate perdurant, & solida innatant stomacho, onera sunt. At cum ex eo quod erant, mutata sunt, tunc demum in vires & in sanguinem transeunt. Idem in his, quibus aluntur ingenia, praeterimus: ut quae cuncte haustimus, non patiamur integra esse, ne aliena sint: sed concoquamus illa: aliquo in memoriam ibunt, non in ingenium. Assentiamur illis fideliter, & nostra faciamus: ut vnum quiddam fiat ex multis: sicut vnu numerus fit ex singulis, cum minores summas & dissidentes computatio una comprehendit. Hoc faciat animus noster. Omnia quib. est adiutus, abscondat: ipsum tantum ostendat, quod effectit. Etiam si alicuius in te comparebit similitudo, quam admiratio tibi altius fixerit, similem esse te volo quomodo filium, non quomodo imaginem. Imago res mortua est. Quid ergo non intelligetur cuins imiteris orationem? cuius argumentationem? cuius tentativas? Puto aliquando ne intelligi quidem posse, si magni viri: nec enim omnibus quae ex quoque velut exemplaria traxit, formam suam impressit, ut in vnitatem illam competent. Non uides quam multorum vocibus chorus constet? unus tamen ex omnibus sonus redditur. aliqua illuc acuta est, aliqua grauis, aliqua media. accedunt uiris feminae: interponuntur tibiae: singularium illuc latent uoces: omnium apparent. De choro dico, quem ueteres philosophi nouerant. In comeditionib. nostris plus cantorum est, quam in theatris olim spectatorum fuit. cum omneis uias ordinantur impletur, & caeca aeneatoribus cincta est, & ex pulpite omne tibiarum genus organorumque consonuit, fit concensus ex diffonis. Talem animum esse nostrum uolo, ut multae in illo artes, multa praecepta sint, multarum aetatum exempla, fed in unum conspirata. Quomodo, inquis, hoc effici poterit? assida intentione. si nihil egerimus, nisi ratione suadente, hanc si audire uolueris, dicet tibi: Relinque ista iamdudum, ad quae discurretur. Relinque diuitias, aut periculum possidentium, aut onus. Relinque corporis atq. animi uoluptates, molliunt & eneruant. Relinque ambitum, tumida res est, uana, uento fa. nullum habet terminum. tam sollicita est, ne quem ante te uideat, quam ne se post alium laborat inuidia, & quidem duplicit. Vides autem quam miser sit is, cui inuidetur, si & inuidet. Intueris illas potentum domos, illa tumultuosa, rixa salutantium, limina? multum habent contumeliarū, ut intreres: plus, cum intrateris. Praeteri istos gradus diuitū, & magno aggredi suspensa uestibula. Non in praerupto tantū istuc stabis, sed in lubrico. Huc potius te ad sapientiam dirige, tranquillissimae res & simul amplissimas pete. Quaecunque uidentur eminere in rebus humanis, quamvis pitilla sint, & comparatione humillimorum extent, per difficiles tamen & arduos tramites adeuntur. Confragosa in fastigium dignitatis tua est. At si confundere hunc uerticem libet, cui se fortuna submisit, omnia quidē subte quae pro excelsissimis habentur, aspicias, sed tamen uenies ad summa per planum.

Epistola LXXXV.

Perpercaram tibi, & quicquid nodosi adhuc supererat, praetieram, contentus quasi gustum tibi dare, eorum quae à nostris dicuntur, ut probetur virtus ad explendam beatam vitā sola fari efficax. Iubes me, quicquid est interrogationum aut nostrarum, aut ad traditionem nostram excogitarum, comprehendere.

comprehendere: quod si facere voluero, non erit epistola, sed liber. Illud toties testor, hoc me argumentorum genere non delectari. Pudet in aciem descendere pro dijs hominibusque suscepsum, subula armatum. Qui prudens est, & temperans est. Qui temperans est, & constans. Qui constans est, & imperturbatus est. Qui imperturbatus est, sine tristitia est. Qui sine tristitia est, beatus est. Ergo prudens beatus est, & prudentia ad beatam vitam sat is est. Huic collectio hoc modo Peripateticorum quidam respondet, ut imperturbatum, & constantem, & sine tristitia, sic interpretentur, tamquam imperturbatus dicatur, qui raro perturbatur & modice, non qui nunquam. Item sine tristitia eum dici aut, qui non est obnoxius tristitia, nec frequens, nimisve in hoc vitio. Illud enim, humanam naturam negare, alicuius animalium immunem esse tristitia: sapientem non vinci maiores, ceterum tangi: & cetera in hunc modum festae suae respondentia. non his tollunt affectus, sed temperant. Quantulum autem sapienti damus, si imbecillimus fortior est, & maestissimus laetior, & effrenatissimus moderatior, & humillimus maior? Quid si miretur velocitatem suam Ladas, ad claudos debilesque respiciens?

*Illa vel intacte segetis per summa volaret
Gramina, nec curju teneras laesisset aristas,
Vel mare per medium fluctu suffensa tumenti,
Ferret iter, celcres nec tingeret aequore plantas.*

mala annica

Haec est perniciosa per se aestimata, non quae tardissimorum collatione laudatur. Quid si sanum voces, leviter febricitantem non est bona valetudo, mediocritas morbi. Sic, inquit, sapiens imperturbatus dicitur, quo modo apyrina dicuntur, non quibus nulla inest duritas granorum, sed quibus minor. Falsum est. Non enim diminutionem malorum in bono viro intelligo, sed vacationem. nulla debent esse, non parua. Nam si vlla sint, crefcent, & interim impedit. Quomodo oculos maior & perfecta suffusio excaecat, sic modica turbat. Si das aliquos affectus sapienti, impar illis erit ratio, & velut torrente quadam auferetur: praesertim cum illi non vnum, sed vniuersum affectuum coerum relinquas, cum quo colluctetur. plus potest quamvis mediocrity turba, quam vnius magni violentia. Haber pecuniae cupiditatem, sed modicam: habet ambitionem, sed non concitata: habet iracundiam, sed placabilem: habet inconstantiam: sed minus vagam ac mobilem: habet libidinem, non infaniam. Melius cum illo ageretur, qui vnum uitum integrum haberet, quam cum eo, qui leuiora quidem, sed omnia. Deinde nihil intereft, quam magnus sit affectus. quantuscunque est, parere nescit, consilium non accipit. quemadmodum rationi nullum animal obtemperat, non ferum; non domesticum & mite, natura enim illorum est surda suadent: sic non sequuntur, non audiunt affectus, quantulcumque sint. Tigres, leonesque nunquam feritatem exunt, aliquando submittunt: & cum minime expectaueris, exasperatur toruata mitigata. Nunquam bona fide via misuerunt. Deinde si ratio proficit, ne incipiēt quidē affectus. si inuita ratione coepirint, inuita perseverabunt. Facilius est enim, initia illorum prohibere, quam impetum regere. Falsa est vtique ista mediocritas & iniquis, eodemque loco habenda, quo si quis diceret modice insaniendum, modice aegrotandum. Sola virtus habet, non recipiunt animi mala, temperamentum. facilius susuleris illa, quam rexeris. Nunquid dubium est, quin via mentis humanae inueterata & dura, que morbos vocamus, immoderata sint: vt auaritia, vt crudelitas, vt impotentia, vt impietas? ergo immoderati sunt & affectus: ab his enim ad illa transiit. Deinde si das aliquid iuris tristitiae, timori, cupiditati, certisq. moribus prauis, non erunt in nostra potestate. Quare? quia extra nos sunt, quibus irritantur. Itaq. crescent, prout magnas habuerint minoresve causas, quibus concitentur, maior erit timor, si plus quo exterreat, aut propius, aspexerit: anterior cupiditas, quo illam amplioris rei spes euocauerit. Si in nostra potestate non est, an sint affectus, ne illud quidem est, quanti sint: si ipsi permisisti incipere, cum causis suis crescent, tantique erunt, quanti sient. Adiace nunc, quod ista quantumvis exigua sint, in maius excedunt. Nunquam perniciofa seruant modum. Quamvis leuia initia morborum, serpunt: & aegra corpora, minima interdum mergit accessio. Illud vero cuius dementiae est, credere, quarum rerum extra nostrum arbitrium posita principia sunt, earum nostri esse arbitrij terminos? Quomodo ad id si niendum sat is valeo, ad quod prohibendum parum valui? cum facilis sit excludere, quam admissa comprehendere. Quidam ita distinxerunt, vt dicent, Temperans ac prudens positione quidem mentis, & habitu tranquillus est, euenter non est, nam quantum ad habitum mentis sua, non perturbatur, nec constri stat, nec timet: sed multae extrinsecus causae incident, quae illi perturbatione afferant. Tale est quod volunt dicere, Iracundum quidem illum non esse, irasci tamen aliquando: & timidum quidem non esse, timere tamen aliquando: id est, vitio timoris carere, affectu non carere. Quod si recipitur, vnu frequenti timor transit in vitium, & ira in animum admittit, habitum illum ira carentis animi retexit. Praeterea si non contemnit venientes extrinsecus causas, & aliquid timet, cum fortiter eundum erit aduersus tela, ignes, pro patria, legibus, libertate, cunctanter exhibet, & animo recedente. Non cadit autem in sapientem haec diueritas mentis. Illud praeterea iudico obseruandum, ne duo quae separatim probanda sunt, miscamus. Per se enim colligitur, vnu bonum esse quod honestum: per se rursus, ad vitam beatam satis esse virtutem. Si vnu bonum est, quod honestum, omnes concedunt ad beate viuendum sufficere virtutem: contrario non remittetur, si beatum sola virtus facit, vnu bonum esse quod honestum est. Xenocrates & Speusippus putant beatum vel sola virtute fieri posse, non tamen vnu bonum esse, quod honestum est. Epicurus quoque iudicat, cum virtutem habeat, beatum esse, sed ipsam virtutem non satis

satis esse ad beatam vitam: quia beatum efficiat voluptas, quae ex virtute est, non ipsa virtus. Inepta distinctione. Idem enim negat vnuquam virtutem esse sine voluptate, ita si ei iuncta semper est, atque inseparabilis, & sola satis est, habet enim secum voluptatem, sine qua non est, etiam cum sola est. Illud autem absurdum est, quod dicitur beatum quidem futurum vel sola virtute: non futurum autem perfecte beatum: quod quemadmodum fieri possit, non reperio. Beata enim vita bonum in se perfectum habet, inexuperabile: quod si est, perfecte beata est. Si deorum vita nihil haber maius aut melius: beata autem vita divina est: nihil habet, in quod amplius possit attolliri. Praeterea si beata vita nullius est indigens, omnis beata vita perfecta est, eademque est & beata, & beatissima. Nunquid dubitas, quin beata vita summum bonum sit? ergo si summum bonum habet, summe beata est. Quemadmodum summum, adiectionem non recipit (quid enim supra summi erit?) ita ne beata quidē vita, quae sine summo bono non est. Quod si aliquem magis beatum induxeris, & multo magis innumerabilia discrimina summi boni facies: cum summum bonum intelligam, quod supra se gradum non habet. Si est aliquis minus beatus quam alius, sequitur, vt hic alterius vitam beatioris magis concupiscat, quam suam. beatus autem nihil suae praeferit. Vtrum liber ex his incredibile est: aut aliquid beato restare, quod esse quam quod est malit: aut id illum non malle, quod illo melius est. Utique enim quo prudentior est: hoc magis se ad id quod est optimum, extendet, & id omni modo consequi cupit. Quomodo autem beatus est, qui cupere etiamnum potest, immo qui debet: Dicam quid sit, ex quo veniat hic error. Nesciunt beatam vitam vnam esse. In optimo illam statu ponit qualitas sua, non magnitudo. Itaque in aequo est longa & breuis, diffusa & angustior: in multa loca, multasq. partes distributa, & in vnum coacta. Qui illam numero aestimat, & mensura & partibus, id illi quod habet eximium, eripit. Quid autem est in beata vita eximium? quod plena est, finis, vt puta, edendi bibendique satietas est: hic plus edit, ille minus, quid refert? vterque iam satur est. Hic plus bibit, ille minus, quid refert? vterque non sit. Hic pluribus annis vixit, hic paucioribus. Nil hil interest: si tam illum multi anni beatum fecerunt, quam hunc pauci. Ille quem tu minus beatum vocas, non est beatus, non potest nomen imminui. Qui fortis est, sine timore est: qui sine timore est, sine tristitia est: qui sine tristitia est, beatus est. Nostrorum haec interrogatio est. Aduersus hanc sic respondere conantur, falsam nos rem & controvrsiam pro confessa inducere, eum qui fortis est, sine timore esse. Quid ergo inquit, fortis imminentia mala non timebit? Istud dementis alienatique, non fortis est. Ille vero, inquit, moderatissime timet, sed in totum extra metum non est. Qui haec dicunt, rursus in idem reuo luuntur, vt illis virtutum loco sint minora vita. Nam qui timet quidem, sed rarius & minus, non caret malitia, sed leuiore vexatur. Atenim dementem puto, qui mala imminentia non extimescit. Verum est quod dicit, si mala sunt, sed si scit mala illa non esse, & vnam tantum turpitudinem malum iudicat, debet secure pericula aspicere, & alijs timenda contemnere: aut si stulti & amentis est, mala non timere: quo quis prudentior est, hoc timebit magis. Vt vobis, inquit, videtur, praebebit se periculis fortis. Minime. Non timebit illa, sed vitabit. cautio illum decet, timor non decet. Quid ergo inquis? mortem, vincula, ignes, alia tela fortunae non timebit? Non: scit enim illa non esse mala, sed videri: omnia ista humanae vitae formidines putat. Describe captiuitatem, verbera, catenas, egestatem, & membrorum lacrationes, vel per morbum, vel per iniuriam: & quicquid aliud attuleris, inter lymphaticos metus numeris. Ista timidis timenda sunt. An id existimas malum, ad quod aliquando nostra sponte veniendum est? Quaevis, quid sit malum? Cedere his quae mala vocantur, & illis libertatem suam dedere, pro qua cuncta patientia sunt. Perit libertas, nisi illa contemnimus, quae nobis iugum imponunt. Non dubitarent quid conueniret forti viro, si scirent quid esset fortitudo. Non est enim inconsulta temeritas, nec periculorum amor, nec formidabilis appetitio. Scientis est distinguendi quid sit malum, & quid non sit: diligentissima in tutela sua fortitudo est, & eadem patientissima eorum, quibus falla species malorum est. Quid ergo, si ferrum intentatur ceruicibus viri fortis, si pars subinde alia atque alia suffoditur, si viscera sua in sinu suo videntur, si ex interrullo, quo magis tormenta sentiat, repetitur, & per siccata viscera, recens demitterit sanguis, non timere istum tu dices, non dolere? Iste vero dolet: sensum enim hominis nulla exire virtus: sed non timet: inuictus ex alto dolores suos spectat. Quæreris, quis tunc animus illi sit? qui agru amicum adhortantibus. Quod malum est, nocet: quod nocet, deteriorem facit. Dolor & paupertas deterriorum non faciunt: ergo mala non sunt. Falsum est, inquit, quod proponitur: non enim si quid nocet, etiam deteriorem facit. Tempestas & procella nocet gubernatorum, non tamen illum deteriorem facit. Quidam Stoici ita aduersus hoc respondent: Deteriorem fieri gubernatorem tempestate ac procella, quia non possit id quod propoñuit efficere, nec tenere cursum suum: deteriorem illum in arte tua non fieri, in opere fieri, quibus Peripateticus: Ergo, inquit, & sapientem deterriorē facit paupertas & dolor, & quicquid aliud tale fuerit: virtutem enim illi non eripet, sed opera eius impedit. Hoc recte dicere, nisi dissimilis esset gubernatoris condicio, & sapientis. Huic enim propositum est in vita agenda, non vtique quod tentat efficere, sed omnia recte facere. Gubernatori propositum est vtique nauem in portu perducere. Artes ministrae sunt: praestare debent, quod promittunt. Sapientia domina rectrixque est. Artes seruunt viras, sapientia imperat. Ego aliter respondendum iudico, nec artem gubernatoris deterriorum vlla tempestate fieri, nec ipsam administrationem artis. Gubernator tibi non felicitatem promisit, sed vitem operam, & nauis regendae scientiam, haec eo magis appetet, quo illi magis aliqua fortuita vis obstitit. Qui hoc potuit dicere, Neptune nunquam hanc nauem, nisi rectam: aut satisfecit, tempestas

pestas non opus gubernatoris impedit, sed successum. Quid ergo inquis, non nocet gubernatori ea res quae il lum tenere portum verat? quae conatus eius irritos efficit? quae aut refert illum, aut detinet, & exarmat? Non tamquam gubernatori, sed tanquam nauiganti nocet. Alioquin gubernatoris artem adeo non impedit, ut ostendat. Tranquillo enim, ut aiunt, quilibet gubernator est. Nauigio ista obfunt, non rector ei us, qua rector est. Duas personas haber gubernator: alteram communem cum omnibus qui eandem concenderunt naem, qua ipse quoque rector est: alteram propriam, qua gubernator est. Tempes tanquam uectori nocet, non tanquam gubernatori. Deinde gubernatotis ars alienum bonum est, ad eos quos vehit, pertinet: quomodo medici ars ad eos quos curat. Sapientia commune bonum est, & eorum cum quibus vinit, & proprium ipsius. Itaque gubernatori fortasse nocetur, cuius ministerium alijs promissum tempestate impeditur. Sapienti non nocet à paupertate, non à dolore, non ab alijs tempestibus vitae. Non enim prohibentur opera eius omnia, sed tantum ad alios pertinentia; ipse temper in actu est: tunc maximus, cum illi fortuna se opposuit, tunc ipsius sapientiae negotium agit: quam diximus & alienum bonum esse, & suum. Praeterea ne alijs quidem tunc prodesse prohibetur, cum illum aliquae necessitates prement. Propter paupertatem prohibetur docere, quemadmodum tractanda res publica sit: at illud docet, quemadmodum tractanda sit paupertas, per totam vitam opus eius extenditur. Ita nulla fortuna, nulla res, actus sapientis excludit. Id enim ipsum agit, quo alia agere prohibetur. Ad virtusque casus aptus est: bonorum rector est, malorum viator. Sic, inquam, se exercuit, ut virtutem tam in secundis quam in aduersis exhibeat, nec materiam eius, sed ipsam intueatur. Itaque nec paupertas illum, nec dolor, nec quicquam aliud quod imperitos aperit & praecipites agit, prohibet. Tu illum premi putas malis? Vtitur. Non ex ebore tantum Phidias sciebat facere simulacra: faciebat ex aere: si marmor illi, si adhuc vilorem materiam obtulisset, fecisset quale ex illa fieri optimum posset. Sic sapiens virtutem, si licebit, in diuitijs explicabit: si minus, in paupertate: si poterit, in patria: si minus, in exilio: si poterit, in imperato: si minus, miles: si poterit, integrus: si minus, debilis. quamcumque fortunam accepit, aliquid ex illa memorabile efficiet. Ceteri sunt domitorum ferarum, qui saeuissima animalia & ad occursum exterrentia hominem, docent pati ingum: nec asperitatem excusisse contenti, vsque in contubernium mitiavit. Leonibus magister manum infert, osculatur Tigum suis custos. Elephantem minus Aethiops iubet subsidere in genua, & ambulare per funem. Sic sapiens est artifex domandi mala. Dolor, egesta, ignominia, cancer, exilium, & cetera horrenda: cum ad hunc peruenire, mansueti sunt.

Epistola LXXXVI.

In ipsa Scipionis Africani villa iacens haec tibi scribo, adoratis manibus eius & ara, quam sepulcrum esse tanti virti suspicor: animum quidem eius in caelum, vnde erat, redisse persuadeo mihi: non quia magnos exercitus duxit (hoc enim & Cambyses furosum, ac furore feliciter usus habuit) sed ob egregiam moderationem pietatemque magis in illo admirabilem, cu reliquit patriam, quam cum defendit. Aut Scipio Romae deesse debebat, aut Roma libertas Nihil, inquit, volo derogare legibus, nihil institutis, aequum inter omnes ciues insit, utere sine me beneficio meo patria, causa tibi libertatis fui, ero & argumentum. Exeo, si plus quam tibi expediri, creui. Quid ni ego admirare hanc magnitudinem animi? in exilium voluntarium secessit, & ciuitatem exoneravit. Eo perducta res erat, ut aut libertas Scipioni, aut Scipio libertati ficeret iniuriam. Neutrum fas erat. Itaque dedit locum legibus, & se Literis recipit, tam suum exilium Reip. imputaturus, quam Hannibal. Vidi villam struetam lapide quadrato, murum circumdatum filiae, tures quoque in propugnaculum villae vtrinque subrectas. Cisternam aedificis ac viridibus subditam, quae sufficere in vnum vel exercitus posset. Balneolum angustum, tene bricosum ex consuetudine antiqua. Non videbatur maioribus nostris caldum, nisi obscurum. Magna ergo me voluptas subit, contemplantem mores Scipionis ac nostros. In hoc angulo ille Carthaginis horror, cui Roma debet, quod tantum semel capta est, abluget corpus laboribus rusticis fessum: exercebat enim opere se, terramque (vt mos fuit priscis) ipse subigebat. Sub hoc techo tam sordido stetit, hoc illum paumentum tam vile sustinuit. At nunc quis est, qui sic lauari sustineat? pauper sibi videatur ac sordidus, nisi paries magnis & pretiosis orbibus resulferunt, nisi Alexandrina marmora. Num dicis crustis distincta sunt, nisi illis vndique operosa & in picturæ modum variata circumlitio praeteinxitur, nisi vitro absconditur camera, nisi Thalii lapis, quandam raram in aliquo spectaculū templo, piscinas nolstras circumdedit, in quas multa sudatione corpora exinanita demittimus, nisi aquam argentea epistomia fuderunt. Et adhuc plebeias fistulas loquor: quid cum ad balnea libertinorum peruenero? quantum statuarum, quantum columnarum est nihil sustinentum, sed in ornamento positarum impensa causa? quantum aquarum per gradus cum fragore labentium? Eo deliciarum peruenimus, vt nisi gemmas calcare nolimus. In hoc balneo Scipionis minimæ sunt rimæ, magis quam fenestrae, muro lapideo exectae, vt sine iniuria munimenti, lumen admirarent. At nunc blattaria vocant balnea, si qua non ita aptata sunt, vt to tuis diei solem fenestræ amplissimis recipient, nisi & lauantur simul & colorentur, nisi ex solo agro & maria proficiant. Itaque quae concursum & admirationem habuerant cum dedicarentur, haec in antiquorum numerum rei ciuntur, cum aliquid noui luxuria commenta est, quo ipsa se obrueret. At olim & pauca erant balnea, nec vlo cultu exornata. Cur enim ornaretur res quadrangularia, & in vnum, non in obiectamenta reperta? Non suffundebatur aqua, nec recens semper velut,

velut ex calido fonte currebat: nec referre credebant, in quam perlungida fordes deponerent. Sed, dij boni, quam iuuabat illa balnea intrare obscura, & gregali techorio inducta, quae scires Catonem tibi aedilem, aut Fabium Maximum, aut ex Cornelij aliquem mantua temperatu? Nam hoc quoque nobilissimi aediles fungebantur officio, intrandi ea loca, quae populum receptabant, exigendique munditas, & vtilem ac salubrem temperaturam, non hanc quae nuper invenia est, similis in incendio, adeo quidem ut convictum in aliquo sceleri sernum, viuum lauari oporteat. Nihil mihi videtur iam interesse, ardeat balneum, ancaleat. Quanta nunc aliqui rusticatis dominant Scipionem, quod non in caldarium suum lati specularibus diem admiserat, quod non in multa luce decoquebatur, & spectabat, ut in balneo concoqueret? O hominem calamitofum, necit vivere. Non pacata aqua lauabatur, sed saepe turbida, & cum plueret vehementius, paene lutulenta. Nec multum eius intererat, an sic lauaretur: veniebat enim, ut suorum illic ablueret, non ut vnguentum. Quas nunc quorundam futuras voces credis? non inuideo Scipioni: vere in exilio vixit, qui sic lauabatur. Immo si scias, non quotidie lauabatur. Nam, ut aiunt qui pri scis mores vrbis tradiderunt, brachia & cruta quotidie abluebant, quae scilicet fordes opere collegant: ceterum toti nudini lauabantur. Hoc loco dicer aliquis, liquet immundissimos fuisse. Quid putas illos oluisse? Militiam, laborem, virum, Postquam munda balnea invenia sunt, spurciores sunt. Descripturus infamem, & nimis notabilem delicijs Horatius Flaccus, quid ait?

Pastillos Rufillus olet.

Dares nunc Rufillum, perinde esset, ac si hircum oleret, & Gorgonij loco esset, quem idem Horatius Russus opposuit. Parum est sumere vnguentum, ni bis die terq, renouerit, ne euanscat in corpore. Quid, quod odore tanquam suo gloriantur? Haec si tibi nimium tristia videbuntur, villaे imputabis: in qua dico ab Aegialo diligentissimo patrefamiliae (is enim nunc huius agri possessor est) quamvis vetus arbustum posse transferri. Hoc nobis senibus discere necessarium est, quorum nemo non oliuetum alterius ponit. Quod vidi, hoc dico: illud arboretum trimum aut quadrum fastidenti fructus autumno deponere, te quoque proteger illa quae

Tarda venit seris factura nepotibus vmbra,

vt ait Virgilius noster: qui non quid verissime, sed quid decentissime diceretur, aspexit, nec agricolas do cere voluit, sed legentes delebare. Nam (ut omnia alia transeam) hoc quod hodie mihi necesse fuit reprehendere, ascribam:

Vere fabis satio est, tunc te quoque medica putres

Accipiunt fulci, & milio venit annua cura.

An uno tempore ista ponenda sunt: & an vtriusque verna sit satio, hinc aestimes licet, Junius mensis est quo tibi scribo, iam proclius in Iulium. Eodem die vidi fabam metentes, milium serentes. Ad oliuetum reuertor, quod vidi duobus modis dispositum. Magnarum arborum truncos circumcisus ramis, & ad vnum redactis pedem, cum scapo suo transstult, amputatis radicibus, relicto tantum capite ipso, ex quo illae peperderant. Hoc simo tinctorum in serobem demisit: deinde: terram non aggescit tantum, sed calcavit & pressit. Negat quicquam esse hac (ut ait) pisatione efficacius. videlicet frigus excludit & ventum. minus praeterea mouetur: & ob hoc nascentes radices prodire patiuntur, ac solum apprehendere, quas ne cesset est teneras adhuc, & precario haerentes, leuis quoque reuelat agitatio. parum autem arboris antequam obruat radix. ex omni enim materia quea nudata est, ut ait, exent radices nouae. Non plures autem super terram eminere debet truncus, quam tres aut quartorum pedes: statim enim ab imo vestiuntur: nec magna pars, quemadmodum in oliuetis veteribus, arida & retrorsa erit. Alter ponendi modus hic fuit. Ramos fortes, nec corticis duri, quales esse nouellarum arborum solent, eodem genere depositi. Hi paulo tardius surgunt: sed cum tanquam à planta processerint, nihil habent in se horridum, nec triste. Illud etiam nunc vidi, item ex arbusto suo annolam transferriri: huius capillamenta quoque (si fieri potest) colligendi sunt, deinde liberalius sternenda vritis, ut etiam ex corpore radicescat. Et vidi non tantum mense Februario positas, sed & iam Martio exacto tenent, & complexae sunt non suas vrbos. Opines autem iftas arbores, quae (ut ita dicam) grandis copiae sunt, ait aqua adiuuandas cisternina: quae si prodest, habemus pluiani in nostra potestate. Plura te docere non cogito: ne quemadmodum Aegialus nos noster me sibi aduersarium parauit, sic ego parem te mihi.

Epistola LXXXVII.

Nafragium, antequam nauim ascenderem, feci: quomodo acciderit, non adjicio, ne & hoc putemus inter Stoica paradoxam ponendum: quorum nullum esse falsum, nec tam mirabile quam prima facie videtur, cum volueris approbabio, immo etiam si nolueris. Interim hoc me iter docuit, quam multa habemus superuicia, & quam facile iudicio possimus contener, quae si quando necessitas abstulit, non sentimus ablata. Cum paucissimis seruis, quos vnum capere vehiculum potuit, sine vllis rebus, nisi quae corpore nostro continebantur, ego & Maximus meus biduimus iam beatissimum agimus. Culicetra in terra iacet, ego in culicetra. Ex duabus penulis, al tera stragulum, altera operitorum facta est. De prandio nihil detrahi potuit, paratum fuit non magis hora, nusquam sine caricis, nusquam sine pugilaribus. Illae, si panem habeo, pro pulmentario sunt: si non, pro pane: quotidie mihi annum nouum faciunt, quem ego faustum & felicem reddo bonis cogitationibus, & animi magnitudine: qui nunquam maior est, quam vbi aliena leposuit: & fecit sibi pacem, nihil timendo: fecit sibi diuicias, nihil concupiscono.

matera 220
Senus fui

scendo. Vehiculum in quod impositus sum, rusticum est. Mulae viuere se ambulando testantur, mulio exalceatus non propter aestatem. Vix a me obtineo, ut hoc vehiculum velim videri meum. Durat adhuc perueria recti verecundia: quoties in aliquem comitatum lautiorem incidimus, inuitus erubesco: quod argumentum est, ista quae probo, quae laudo, nondum habere certam sedem & immobilem. Qui lordido vehiculo erubescit, pretioso gloriabitur. Parum adhuc profeci, nondum audeo frugalitatem palam ferre, etiam nuac curio opiniones viatorum. Contra totius generis humani opiniones mittenda vox erat: Insanitas, erratis, stupitis ad supernacu, neminem aestimatis suo. Cum ad patrimonium ventum est, diligenter computatores, sic rationem ponitis singulorum, quibus aut pecuniam credituri estis, aut beneficia. Nam haec quoque iam expensa fertis. Late possidet, sed multum debet: haberet domum formosam, sed alienis nummis paratam: familiam nemo cito speciosiorē producit, sed nominibus non responderet. Si creditoribus soluerit, nihil illi supererit. Idem in reliquis quoque facere debebaris, excutere quantum propriū quisque habeat. Diuitiae illum putas, quia aurea supplex etiā in via eum sequitur, quia in omnibus prouincijs arat, quia magous kalendarij liber evolutur, quia tantum suburbani agri possidet, quantum inuidiose in defertis Apuliae possidet: & cum omnia dixeris, pauper est. quare? quia debet, quantum, in quis? omnia: nisi forte iudices interesset, vtrum aliquis ab homine, an à fortuna mutuum sumpererit. Quid ad rem pertinent mulae saginatae, vnius omnes coloris? Quid ista uehcula caelata?

--- Instrati ostro alipedes, pictisque tapetis,
Aurea pectoribus demissa monilia pendent.
Teclī auro, fuluum mandunt sub dentibus aurum.

Ista nec dominum meliorem possunt facere, nec mulam. M. Cato Censorius (quem tam Romano populo hercule profuit nasci quam Scipionem: alter enim cum hostibus nostris bellum, alter cum moribus gessit) cantello vehebatur, & hippoperis quidem impositis, ut secum vtilia portaret. O quam cuperem illi nunc occurtere aliquem ex his trofulis in via diuitibus, cursores & Numidas, & multum ante se pulueris agentem. Hic sine dubio cultior, comitiorumque quam M. Cato videtur: hic inter illos apparatus delicatos, qui cummaxime dubitat, vtrum se ad gladium loct, an ad cultrum. O quantum erat faeculi decus, imperatorem triumphalem Censorium (& quod super omnia haec est) Catonem, uno caballo esse contentum, & ne toto quidem. Partem enim sarcinae ab vtroque latere dependentes occupabant. Ita non omnibus obesis mannis & asturconibus & tollutarijs praeferrere vnicum illum equum ab ipso Catone defrictum? Video non futurum finem in ista materia illum, nisi quem mihi ipse fecero. Hic itaque conticetcam, quantum ad ista: quae sine dubio talia diuinavit futura, qualia nūc sunt, qui primus appellauit impedimenta. Nunc volo paucissimas adhuc interrogaciones nostrorum tibi redere ad virtutem pertinentes, quam satisfacere vitae beatae contēdimus. Quod bonum est, bonos facit. Nam & in arte musica quod bonum est, facit musicum. Fortuita bonū nō faciunt: ergo non sunt bona. Aduersus hoc sic respondent Peripatetici, ut quod primū proponimus, falsū esse dicant. Ab eo, inquit, quod est bonum, nō vtique sunt boni. In musica est aliiquid bonū, tanquā tibia, aut chorda, aut organū aliiquid aptatum ad v̄sus canendi: nihil tamen horum facit musicum. Hic respondebitur. Non intelligit quomodo posuerimus quod bonū est musicum. Nō enim id dicimus quod in diuitiis musicū, sed quod facit. Tu ad supellecitem artis, non ad artem venis. Si quid autem in ipsa arte musica bonum est, id v̄t que musicum faciet. Etiamnum facere id planius vlo. Bonum in arte musica diutibus modis dicitur: altero, quo effectus musici adiuvatur: altero, quo ars. Ad effectum pertinent instrumenta, tibiae, & organa, & chordae, ad artem ipsam non pertinent. Est enim artifex etiam sine ipsis. vti forsitan non potest arte. Hoc non est aeque duplex in homine. idem enim bonum & hominis & vitae. Quod contemptissimo cuique contingere ac turpissimo potest, bonum non est. Opes autem & lenoni, & lanistae contingunt: ergo non sunt bona. Falsum est, inquit, quod proponitur. Nam in grammatica & in arte mendici, aut gubernandi, videntur bona humillimis quibusque contingere. Sed istae artes non sunt magnitudinem animi professae, non consurgunt in altum, nec fortuita faltidiūt. Virtus extollit hominem, & supra cara mortalibus collocat: nec ea quae bona, nec ea quae mala vocantur, aut cupit nimis, aut ex-pauescit. Chelidon, vnu ex Cleopatrae mollibus patrimonium grande possedit, nuper Natalis, tam improbæ linguae quā in impuræ, in cuius ore feminæ purgabuntur, & multorum heres fuit, & multis habuit heredes. Quid ergo? vtrum illum pecuniam purum efficit, an ipse pecuniam confpurcavit? quae sic in quosdam homines, quomodo denarius in cloacam cadit. Virtus supra ista consistit, suo aere censetur: nihil ex ipsis quomodo libet incurrentibus bonum iudicat. Medicina & gubernatio non interdicit sibi ac suis admirationem talium rerum. Qui non est vir bonus, potest nihilominus medicus esse: potest gubernator, potest grammaticus, tam mehercules quam coquus. Cui contigit habere rem non quamlibet, hunc non quemlibet dixeris. Qualia quisque habet, talis est. Ficus tanti est, quantum habet: immo in accessione eius venit quod habet. Quis pleno sacculo vllum pretium ponit, nisi quod pecuniae in eo conditæ numerus efficit? Idē euénit magnorum dominis patrimoniorum: accessiones iliorum & appendices sunt. Quare ergo sapiens magnus est: quia magnum animum habet. Verum est ergo, quod contemptissimo cuique contingit, bonum non esse. Itaque indolentiam nunquam bonum dicam. habet illam cicada, habet pulex. Ne quietem quidem, & molestia vacare, bonum dicam. Quid est otio-

est otiosius verme? Quaeris, quae res sapientem faciat? quae Deum. Des oportet illi aliquid diuinum, aliquid caeleste, magnificum. Non in omnes bonum cadit, nec quemlibet possessorē patitur. Vide

Quid quaeque serat regio, & quid quaeque recusat.

Hic segetes, illuc venient felicis rurae:

Arborei fetus alibi, atque iniussa virescunt

Gramina nomine vides croceos vt Tmolus odores,

India mittit ebur, molles sua tura Sabaci?

At Chalybes nudi ferrum.---

Ista in regiones descripta sunt, vt necessarium mortalibus esset inter ipsos commercium, si inuitē alius ab alio aliquid peteret. Summum illud bonum & ipsum suam habet sedem: non nascitur vbi ebur, nec vbi ferrum. Quis sit summum boni locus, quaeris? Animus. hic nisi purus ac sanctus est, Deum non capit. Bonum ex malo non sit. diuitiae sunt ex avaritia: diuitiae ergo non sunt bonum. Non est, inquit, verum, bonum ex malo non nasci. Ex sacrilegio enim & furto pecunia nascitur. Itaque malum quidem est sacrilegium & furtum: sed ideo, quia plura mala facit quam bona. Dat enim lucrum, sed cum metu, sollicitudine, tormentis & corporis & animi. Quisquis hoc dicit, necesse est recipiat, sacrilegium sicut malum sit, quia multa mala facit, ita bonum quoque ex aliqua parte esse, quia aliquid boni facit: quod fieri portentosus potest, quām sacrilegium, furtum & adulterium inter bona haberi? Proximus persuasimus. Quām multi furto non erubescunt, quām multi adulterio gloriantur? Nam sacrilegia minuta puniuntur, magna in triumphis feruntur. Adiace nunc, quod sacrilegium, si omnino ex aliqua parte bonum est, etiam honestum erit, & recte factum vocabitur: nostra enim actio est: quod nullius mortalium cogitatio recipit, ergo bona nasci ex malo non possunt. Nam si, vt dicitis, ob hoc vnum sacrilegium malum est, quia multum mali affert: si remiseris illi supplicia, si securitatem spoponderis, ex toto bonum erit. Atqui maximum scelerum supplicium in ipsis est. Erras, inquam, si illa ad carnificē aut ad carcerem differt. statim puniuntur cum facta sunt, immo dum sunt. Non nascitur itaque ex malo bonum, non magis quam fucus ex olea, ad semen nata respondent, bona degenerare non possunt. Quē admodum ex turpi honestum non nascitur, ita ne ex malo quidem bonum: nam idem est honestum & bonum. Quidam ex nostris aduersus hoc sic respondent: putemus pecuniam bonum esse vnde cuncte sumptam, non tamen ideo ex sacrilegio pecunia est, etiam ex sacrilegio sumitur. Hoc sic intellige. In eadem vrna & aurum est, & vypera. Si aurum ex vrna sustuleris, quia illic & vypera est, non ideo mihi vrna aurum dat, quia vypera habet, sed aurum dat, cum & vypera habeat. Eodem modo ex sacrilegio lucrum sit: non qua turpe & sceleratum est sacrilegium, sed qua lucrum habet. quemadmodum in illa vrna vypera malum est, non aurum quod cum vypera iacet, sic in sacrilegio malum est scelus, non lucrum. Quibus opponitur. Diffimilima vtriusque rei condicio est. Illic aurum possum sine vypera tollere: hic lucrum sine sacrilegio facere non possum. lucrum istud non est apositum sceleri, sed immixtum. Quod dum confequi volumus, in multa mala incidimus: id bonum non est. Dum diuitias confequi volumus, in multa mala incidimus. ergo diuitiae bonum non sunt. Duas, inquit, significaciones habet propositione vestra. vnam, dum diuitias consequi volumus, in multa nos mala incidere. In multa autem mala in cidiimus, & dum virtutem consequi volumus. Aliquis, dum nauigat studij causa, naufragium fecit: aliquis caput est. Altera significatio talis est: Per quod in mala incidimus, id bonum non est. Huic propositioni non erit consequēs, per diuitias nos, aut per voluptates in mala incidere: aut si per diuitias in multa mala in cidiimus, non tantum bonum diuitiae non sunt, sed malum sunt. Vos autem illas dicitis tantum, bonum nō esse. Praeterea, inquit, cōceditis diuitias habere aliquid v̄sus. Inter cōmoda illas numeratis. Atqui eadē ratione ne cōmodum quidē erunt: per illas enim multa nobis incōmoda eveniūt. His quidam hoc respondent. Erratis, qui incommoda diuitiis imputatis. Illae neminem laedunt, aut sua ciuiq. nocet stultitia, aut aliena nequitia. Sic, quemadmodum gladius, qui nemini occidit, occidēt telū est. Nō ideo diuitiae tibi nocent, si propter diuitias tibi noceat. Posidonius (vt ego existimo) melius: qui ait diuitias esse causam malorum, non quia ipsae faciant aliquid, sed quia facturos irritant. Alia est enim causa efficiens quae protinus necesse est noceat: alia praecedens. hanc praecedentem causam diuitiae habent. Inflant animos, superbiam parunt, inuidiam contrahunt, & v̄sq. eo mentē alienāt, vt fama pecuniae nos etiam noctura delectet. Bona autē omni carere culpa decet. pura sunt, non corrumpūt animos, non soli citant: extollunt quidē & dilatāt, sed sine tumore. Quae bona sunt, fiduciām faciunt: diuitiae audaciam. Quae bona sunt, magnitudinē animi dant: diuitiae insolentia, quām species magnitudinis falsa. Isto modo, inquis, etiā malum sunt diuitiae, non tantū bonū non sunt. Escent malū, si per se nocerent, si (vt dixi) haberet efficientē causam: nunc praecedentē habent, & quidē non irritantem tantum animos, sed attrahentē. Speciem enim boni ostendunt verisimile, ac plausibile crediblē. Habet virtus quoq. praecedentem causam ad inuidiam: multis enim propter sapientiam, multis propter iustitiam inuidetur: sed nec ex se causam habet, nec verisimilem. Contra enim verisimilior illa species hominum animis obicitur à virtute, quae illos in amorem & admirationem vocet. Posidonius sic interrogandum ait: Quae neque magnitudinem animo dant, nec fiduciām, nec securitatem, non sunt bona: diuitiae autem, & bona valetudo, & similia his, nihil horum faciunt: ergo non sunt bona. Hanc interrogationem magis etiamnum hoc modo intendit: Quae neque magnitudinem animo

dant, nec fiduciam, nec securitatem, contra autem insolentiam, tumorem, arrogantiam creat, mala sunt: à fortuitis autem in haec impellimus: ergo non sunt bona. Hac, inquit, ratione ne commoda quidem ista erunt. Alia est commodorum condicio, alia bonorum. Commodum est, quod plus vius habet quam molestiae. Bonum sincerum esse debet, & ab omni parte innoxium. Non est id bonum, quod plus prodest: sed quod tantum prodest. Propterea commodum & ad animalia pertinet, & ad imperfectos homines, & ad stultos. Itaque potest ei esse inconveniens mixtum. Sed commodum dicitur à maiore sui parte aestimatum: bonum ad unum sapientem pertinet. Inviolatum esse oportet. Bonum animum habe. Vnus tibi nodus, sed Herculaneus, restat. Ex malis bonum non fit: ex multis paupertatis diuitiae sunt: ergo diuitiae bonum non sunt. Hanc interrogationem nostri non agnoscunt. Patetici & fingunt illam, & solunt. At autem Posidonius, hoc sophisma per omnes dialecticorum scholas iactatum, sic ab Antipatro refelli. Paupertas non per positionem, sed per detractionem dicitur, vel (ut antiqui dixerunt) per orationem: Graeci dicunt *κατά την πόσην*, non quod habeat, dicitur, sed quod non habeat. Itaque ex multis inanibus nihil impleri potest: diuitias multae res faciunt, non multae inopiae. Altera quam debes, paupertatem intelligis. Paupertas est, non quae pauca possidet, sed quae multa non possidet. Ita non ab eo dicitur quod habet, sed ab eo quod ei deest. Facilius quod volo exprimerem, si Latinum verbum esset, quo *secesserat* significatur. Hanc paupertati Antipater assignat. Ego non video quid aliud sit paupertas, quam parui possessio. De isto videbimus, si quando valde vacabit, quae sit diuitiarum, quae paupertatis substantia. Sed tunc quoque considerabimus, nunquid satius sit paupertatem permulcre, diuitijs demere supercilium, quam litigare de verbis, quasi iam de rebus iudicatum sit. Putemus nos ad concionem vocatos. Lex de abolitis diuitijs fertur. his interrogationibus sua furi aut diffusauri sumus? his effectuti, ut populus Romanus paupertatem, fundamentum, & causam imperij sui, requirat ac laudet? diuitias autem suas timeat: ut cogitet has se apud viatos reperiisse? Hinc ambitum, & largitiones, & tumultus, in urbem sanctissimam tempestans inquam irrupisse? nimis luxuriosè ostentari gentium spolia, quod vnuus populus eriperit omnibus, facilis vni ab omnibus eripi posse. Haec satius est suadere, & expugnare affectus, non circumscribere. Si possumus, fortius loquamur: si minus apertius.

Epiſtola LXXXVIII.

DEl liberalibus studijs quid sentiam, scire desideras. Nullum suspicio, nullū in bonis numero, quod ad aēs exit. Meritoria artificia sunt, haec tenus vtilia, si præparant ingenium, non detinent. Tandiu enim istis immorandum est, quamdiū nihil animus agere maius potest. rudimenta sunt nostra, non opera. Quare liberalia studia dicta sunt vides, quia homine libero digna sunt. ceterum vnum studium vere liberale est, quod liberum facit. Hoc sapientiae studiū est, sublime, forte, magnanimum; cetera pusilla & puerilia sunt. An tu quicquam in istis credit boni, quorum professores turpissimos omnium ac flagitosissimos cernis? Non discere debemus ista, sed didicisse. Quidam illud de liberalibus studijs querendū iudicauerunt, an virū bonum facerent. Ne promittunt quidem, nec huius rei scientiam affectant. Grammaticus circa curam sermonis versatur, & si latius euagari vult, circa historias. ita ut loī gissime fines suos proferat, circa carmina. Quid horū ad virtutem viam sternit? Syllabarum enatratio, & verborum diligentia, & fabularum memoria, & uersuum lex ac modificatio? Quid ex his metum demit, cupiditatem eximit, libidinem traenat? Ad geometriam transamus, & ad musicam: nihil apud illas inuenies, quod vetet timere, ueterē cupere: quae quisquis ignorat, alia frustra scit. Videndum vitrum doceant isti virtutem, an non? si non docent, nec tradunt quidem: si docent, philologhi sunt. Vis scire quam non ad docendam virtutem considerint? aspice quam dissimilia inter se omnia studia sint. Atqui similitudo est idem docentium. Nisi forte tibi Homerum philosophum fuisse persuadent, cum his ipsi quisibus colligunt, negent. Nam modo Stoicum illum faciunt, virtutem solam probantem, & voluptates refugientem, & ab honesto ne immortalitatis quidem pretio recentemmodo Epicureum, laudantem statim quietas ciuitatis, & inter coniuiis cantus que vitam exigentis: modo Peripateticum, bonorum tria genera inducentem: modo Academicum, incerta omnia dicentem. Apparet nihil horum esse in illo, quia omnia sunt. Ita enim iter se dissident. Demus illis, Homerum philosophum fuisse. nempe sapiens factus est, antequam carmina villa cognosceret, ergo illa discamus, quae Homerum fecere sapiens. Hoc quidem me quaerere, vitrum maior aetate fuerit Homerus an Hesiodus, non magis ad rē pertinet, quam scire, an minor Hecuba fuerit, quam Hēlena: & quare tam male tulerit aetatem. Quid, inquam, annos Patroclii & Achillis inquirere ad rem exstimas pertinere? Quacis, Vlices ubi errauerit potius, quam efficias, ne nos semper erreremus? Non vacat audire, utrum inter Italiani & Sicilianam iactus sit, an extra notum nobis orbem; neque enim potuit in tam angusto error esse tam longus. Temperantes animi nos quotidie iactant, & nequitia in omnia Vlices mala impellit, non deest forma, quae solliciter oculos, non hostis: hinc monstra effera, & humano crux gaudentia: hinc insidiosa blandimenta aurum: hinc naufragia, & tot uarietates malorum. Hoc me doce, quomodo patriam amem, quomodo vxorem, quomodo patrem, quomodo ad haec tam honesta vel naufragus nauigē. Quid inquiris, an Penelopa impudica fuerit, an uerba saeculo suo dederit, an Vlrixem illum esse quem uidebat, antequam sciēt, suspicata sit? Doce me, quid sit pudicitia & quantum in ea bonum in corpore, an in animo posita sit. Ad musicum transeo. doces me, quomodo inter se acuta ac graues uoces consonent, quomodo nero sum disparem reddentium sonum fiat concordia. Fac potius, quomodo animus secum meus conioret, nec

net, nec consilia mea discrepent. Monstras mihi, qui sint modi flebiles, monstra potius, quomodo inter aduersa non emittam flebilem vocem. Metiri me geometres docet latifundia, potius doceat. quomodo metier quantum homini sit satis. Numerare docet me arithmeticā, & auaritiae commodare digitos. potius doceat, nihil ad rem pertinere istas computationes, non esse feliciorem, cuius patrimonium tabularios lassat, immo quam superuacua possideat, qui infelicissimus futurus est, si quantū habeat, per se concupare cogatur. Quid mihi prodest, scire agellum in partes diuidere, si nescio cum fratre diuidere? Quid prodest colligere subtiliter pedes iugeri, & comprehendere etiam si quid decempedam effugit, si tristem me facit vicinus potens, & aliquid ex meo abradens? Doces me, quomodo nihil perdam ex finibus meis; at ego discere volo, quomodo totos hilares amittam. Paterno agro, inquit, & aucto expellor. Quid? Ante aum tuum quis istum agrum tenuit? Cuius, non dico hominis, sed populi fuerit, expedire potes? Non dominus isto, sed colonus intrasti. Cuius colonus es? Si bene tecum agitur, heredis. Negant iuris consulti qui quicquam visuaci, quod publicum est. Publicum est hoc quod tenes, & quidem generis humani. O egregiam artem: tuis rotunda metiri, in quadratum redigis quamcumque accepis formam: interna fiderum dicis: nihil est quod in menluram tuam non cadat. Si artifex es, metire hominis animum, dic quam magnus sit, dic quam pusillus sit. Scis quae recta sit linea: quid tibi prodest, si quid in vita regum sit, ignoras? Venio nunc ad illum qui caelestium notitia gloriatur.

Frigida Saturni quo se e stella receptet,

Quos ignis caeli Cyllenius erret in orbes.

Hoc scire quid proderit? vt sollicitus sim, cum Saturnus & Mars ex contrario stabunt, aut cum Mercurius vespertinum faciet occasum vidente Saturno. Potius hoc discam, vbi cuncte sunt ista, propitia esse, non posse mutari. Agit illa continuus ordo fatorum, & ineuitabilis cursus. Per statas vices remeant. Effectus rerum omnium aut mouent, aut notant. Sed siue quicquid euenit faciunt, quid immutabilis rei notitia proficiet? siue significant, quid refert prouidere, quod effugere non possis? Scias ista, nescias, fient.

Si vero solem ad rapidum stellasque sequentes

Ordine respicias, nunquam te craftina falles

Horā, nec in sidijs noctis capiere serenae.

Satis abunde prouisum est, ut ab in sidijs turus essem. Nunquid me craftina non fallit hora? fallit enim, quod nescienti euenit. Ego quid futurum sit, nescio: quid fieri possit, scio. Ex hoc nihil desperabo. totum expecto. Si quid remittitur, boni consulo. Fallit me hora, si parcit: sed nec sic quidem fallit. Nam quemadmodum scio omnia accidere posse, sic scio & non utique casura. Utique secunda expecto, malis paratus sum. in illo feras me necesse est non ad praescriptum euentum. Non enim adducor, ut in numerū liberalium artium pictores recipiā, non magis, quam statuarios, aut marmorarios, aut ceteros luxuriaē ministros. Aequi luctatores, & totam oleo ac luto constantem scientiam expello ex his studijs liberalibus: aut & vnguentarios recipiam, & cocos, & ceteros voluptatibus nostris ingenia accommodantes sua. Quid enim, oro te liberale habent isti ieuniū vomitores, quorum corpora in sagina, animi in macie & verno sunt? An liberale studium istud esse iuuentuti nostrae credimus, quam maiores nostri rectam exercuerunt, hastilia iacere, sudem torquere, equum agitare, arma tractare? Nihil liberos suos docebāt, quod discendum esset iacentibus. Sed nec hae nec illae docent, alunty virtutem. Quid enim prodest equum regere, & cursum eius fraeno temperare, affectibus effrenatissimis abstrahi? Quid prodest multos vincere ludatione vel cestu, ab iracundia vinci? Quid ergo? nihil liberalia nobis conferunt studia? ad alia multum, ad virtutem nihil. Nam & hae viles ex professo artes quae manu constant, ad instrumenta vitae plurimum conferunt, tamen ad virtutem non pertinent. Quare ergo liberalibus studijs filios erudimus? Non quia virtutem dare possunt, sed quia animum ad accipiendo virtutem præparant. Quemadmodum prima illa, ut antiqui vocabant, literatura, per quam pueris elementa traduntur, non docet liberales artes, sed mox percipiendis locum parat: sic liberales artes non perducunt animum ad virtutem, sed expedit. Quattuor autē Posidonius artium genera. Sunt vulgares & sordidae, sunt ludicrae, sunt pueriles, sunt liberales. Vulgares opificum, quae manu constant, & ad instruendam vitam occupatae sunt: in quibus nulla decoris, nulla honesti simulatio est. Ludicrae sunt, quae ad voluntatem oculorum atque aurium tendunt. His annumeres licet machinatores, qui pegmata per se surgentia excogitant, & tabulata tacite in sublimē crescentia, & alias ex inopinato voluptates, aut de his ceteris quae cohaerebat aut his quae distabat sua sponte coeuntibus, aut his quae eminebant, paulatim in se residentibus. His imperitorum feriuntur oculi, omnia subdita (quia cauſas non nouere) mirantur. Pueriles sunt, & aliquid habentes liberalibus simile, haec artes quas *λαθάρες* Graeci, nostri liberales vocant. Solae autem liberales sunt, immo (vt dicam verius) liberae, quibus curae virtus est. Quemadmodum, inquit, est aliqua pars philosophiae naturalis, est aliqua moralis, est aliqua rationalis, sic & haec quoq. liberalium artium turba locum sibi in philosophia vindicat. Cum ventū est ad naturales quaestiones, geometriae testimonio statur. Ergo eius quam adiuuat, pars est? Multa adiuuant nos, nec ideo partes nostrae sunt: immo si partes essent, non adiuarent. Cibus adiutorium corporis, nec tamen pars est. Aliiquid nobis praefat geometriae ministerium. Sic philosophiae necessaria est, quomodo ipli faber: sed nec hic geometriae pars est, nec illa philosophiae. Praeterea vtraque fines suos habet. Sapiens enim causas natura-

lum & quaerit & nouit, quorum numeros mensurasque geometres persequitur & supputat. Qua ratio ne constent cælestia, quae illis sit vis, quae natura, sapiens scit: cursus & recursus & obseruationes, per quas descendunt & alleuantur, ac speciem interdum stantium praebent, cum cælestibus stare non licet. colligit mathematicus. Quae causa in speculo imagines exprimat, scit sapiens. Illud tibi geometri potest dicere, quantum abesse debeat corpus ab imagine, & qualis forma speculi, quales imagines reddat. Magnum esse solem philosophus probabit: quantum sit, mathematicus, qui vñu quodam & exercitatio ne procedit: sed vt procedat, impetranda illi quedam principia sunt. Non est autem ars sui iuris, cui pre carium fundumentum est. Philosophia nil ab alio petit, totum opus à solo excitat. Mathematica (vt ita dicam) superficiaria est, in alieno aedificat, aliena accipit principia, quorum beneficio ad vteriora pertinēt: si per se iret ad verum, si totius mundi naturam posset comprehendere, dicerem multum collaturam mentibus nostris quae tractatu cælestium crescunt, trahuntque aliud ex alio. Vna re consummatur animus, scientia bonorum ac malorum immutabili, quae solum philosophiae competit. Nulla autem ars alia de bonis ac malis querit. Singulas lubet circumire virtutes. Fortitudo contemptrix timororum est: terribilia, & sub iugum libertatem nostram mittentia, despicit, prouocat, frangit. Nunquid ergo hæc liberalia studia corroborant? Fides sanctissimū humani pectoris bonū est, nulla necessitate ad fallendum cogitur, nullo corrumptur praemio. Vre, inquit, caede, occide, non prodam: sed quo magis secreta querer dolor, hoc illa altius condam. Nunquid liberalia studia hos animos facere possunt? Temperantia voluntatibus imperat: alias odit atque abigit, alia dispensat, & ad sanum modum redigit, nec vñquā ad illas propter ipsas venit. Scit optimum esse modum cupitorum, non quantum velis, sed quantum debes, funere. Humanitas vetat superbum esse aduersos socios, vetat auarum: verbis, rebus, affectibus coemere se, facileque omnibus praefat: nullum alienum malum putat, bonum autem suum id maxime, quod alicui bono futurum est, amat. Nunquid liberalia studia hos mores præcipiunt? non magis quam simplicitatem, ac modestiam, ac frugalitatem, ac parsimoniam: non magis quam clementiam, quae alieno sanguini tanquam suo parcit, & scit homini non esse homine prodige vtendum. Cum dicatis, inquit, sine liberalibus studijs ad virtutem non perueniri, quemadmodum negatis illa confere virtuti? quia nec sine cibo ad virtutem peruenientur, cibus tamen ad virtutem non pertinet. Ligna nihil naui conferunt, quamvis non fiat nauis sine lignis. Non est, inquam, cur aliquid putas eius adiutorio fieri, sine quo non potest fieri. Potest quidem etiam illud dici, sine liberalibus studijs veniri ad sapientiam posse: quamvis enim virtus descendat sit, tamen non per haec discitur. Quid est autem, quare existimem, non futurum sapientem eum, qui litteras nescit: cum sapientia non sit in litteris? Res tradit, non verba: & nescio an certior memoria sit, quae nullum extra se subsidium haber. Magna & spatiose res est sapientia: vacuo illi loco opus est: de diuinis humanisque discendum est, de praeteritis, de futuris, de caducis, de aeternis, de tempore: de quo vno vide quam multa querantur. Primum, an per se sit aliquid deinde, an aliquid ante tempus sit, si tempus cum mundo coepit, & ante mundū quia fuerit aliquid, fuerit & tempus. Innumerabiles quaestiones sunt de animo: unde sit, qualis sit, quando esse incipiat, quandiu sit: an aliunde alio transeat, & domicilium mutet, ad alias animalium formas, aliasque coniectus, an non amplius quam semel seruat, & emissus vagetur in toto: virum corpus sit, an non sit: quid sit facturus, cum per nos aliquid facere desideret: quomodo libertate sua vñs, cum ex hac effugerit cauea: an obliuiscatur prius, & illic nosse se incipiat, postquam de corpore abductus in sublimè fecerit. Quamecumque partem rerum humanarum diuinarumque comprehendenteris, ingenti copia quaerendorum ac descendendorum fatigaberis. Haec tam multa, tam magna, vt habere possint liberum hospitium, superuacua ex animo tollenda sunt. Non dabit se in has angustias virtus. Laxum spatiū res magna desiderat. Expellantur omnia: totum peccatum illi vacet. At enim delectat artium notitia multarū. Tantum itaq. ex illis refineamus, quantum est necessarium. An tu existimas reprehendendū, qui superuacua vñu sibi comparat, & pretiosarum rerum pompa in domo explicat: non putas eum, qui occupatus est in superuacua literarum suppellectile? Plus scire velle quam sit satis, intemperantia genus est. Quid, quid ita liberalium artium consecratio molestos, verbosos, intempestuos, sibi placentes facit, & ideo non discentes necessaria, quia superuacua didicerunt? Quattuor milia librorum Didymus græmaticus scriptit: miseri, si tam multa superuacua legiferit. In his libris de patria Homerū, quaeritur, in his de Aeneae matre vera: in his libidinosior. Anacreon, an ebriosor vixerit: in his, an Sappho publica fuerit: & alia, quae erant dedicenda, si scires. I nunc & longam esse vitam nega. Sed ad nostros quoq. cū peruenieris, ostēdam multa securibus recidenda. Magno impēdio temporū, magna alienariū auriū molestia, laudatio haec constat. O hominem litteratū. Simus hoc titulo rufiōiore contenti: O virum bonū. Itane est annales euoluā omnium gentiū, & quis prima carmina scriperit, quæra: quantū temporis inter Ophelia interī & Homerū, cum fastos non habeā, computabo: & Aristarchi notas quib. aliena carmina cōpūxit recognoscā: & aetatem in syllabis conteram? Itane in geometriae puluere haerebo? Adeo mihi præceptum illud salutare excidit: Tempori parce? Hac c̄ sciam, vt quid ignorem? Appiōn grammaticus qui sub C. Caelare tota circumlaus est Graecia, & in nomen Homerū ab omnibus cititatis adoptatus, aiebar: Homerū vtrique materia consummata, & Odyssaea, & Iliade, principium adieciſſe operi suo, quo bellum Troianum complexus est. Huius rei argumentum afferebat, quod duas litteras in primo versu posuisset ex industria librorum suorum numerum continententes. Talia sciat oportet, qui multa vult

vult scire. Nunc cogita, quantum temporis tibi auferat mala valetudo, quantum occupatio publica, quantum occupatio priuata, quantum occupatio quotidiana, quantum somnis. metire aetatem tuam. tam multa non capit. de liberalibus studijs loquor. Philosophi quantum habent superuacuū, quantum ab vñu recentis? Ipsū quoque ad syllabarum distinctiones, & coniunctionum ac praepositionum proprietates descenderunt, & inuidere grammaticis, inuidere geometris. Quicquid in illorum artibus superuacuum erat, transiit in suam. Sic effectum est, vt diligentius sciant loqui, quam vivere. Audi, quantum mali faciat nimia subtilitas, & quam infesta veritati sit. Protagoras ait, de omni re in vtrāque partem disputari posse, ex aequo: & de hac ipsa, an omnis res in vtrāque partem disputabilis sit. Nauphanes ait, ex his quae videntur esse, nihil magis esse, quam non esse. Parmenides ait, Ex his que videtur, nihil esse in vniuersum. Zenon Eleates omnia negotia de negotio deiecit: ait nihil esse. Circa eadem fere Pyrrhonij versantur, & Meganici, & Eretrici, & Academicī, qui nouam induxerunt scientiam, nihil scire. Haec omnia in illum superuacuum studiorum liberalium gregem coniice. Illi mihi nō profuturam scientiam tradunt, hi spem omnis scientiae eripiunt. Satus est superuacua scire, quam nihil. Illi non præferunt lumen, per quod acies dirigatur ad verū: hi oculos mihi effodiunt. Si Protagorae credo, nihil in rerum natura est, nisi dubium. Si Nauphanī, hoc vnum certum est, nihil esse certi. Si Parmenidi, nihil est præter vnum. Si Zenoni, ne vnum quidem. Quid ergo nos sumus? quid ista quae nos circūstant, alunt, sustinēt? Tota rerum natura vmbra est, aut inanis, aut fallax. Nō facile dixerim, vtrum magis irascar illis, qui nos nihil scire voluerunt: an illis, qui ne hoc quidem nobis reliquerunt, nihil scire.

Epistola LXXXIX.

Rem vtilem desideras, & ad sapientiam properanti vtique necessariam, diuidi philosophiam, & in gens corpus eris in membra disponi. Facilius enim per partes in cognitionem totius adducimur. Vtinam quemadmodum vniuersi mundi facies in conspectu venit, ita philosophia tota nobis posset occurtere, similimum mundo spectaculum. Projecto enim omnes mortales in admitionem sui rapere, relictis his, quae nunc magna, magnorum ignorantia credimus. Sed quia contingere hoc non potest, sic erit à nobis aſpicienda, quemadmodum mundi secreta cernuntur. Sapientis quidem animus totam molem eius amplectitur, nec minus illam velociter obit, quam caelū acies nostra. Nobis autem, quibus perrūni penda caligo est, & quorum visus in proximo deficit, singula quaque ostendi facilis posunt, vniuersi nondum capacibus. Faciam ergo quod exigis, & philosophiam in partes, non in frusta, diuidā. Diuidi enim illam, non concidi, vtile est. Nam comprehendere quemadmodum maxima, ita minima, difficile est. Describitur in tribus populis, in centuriis exercitus. Quicquid in maius crevit, facilis agnoscitur, si discessit in partes, quas (vt dixi) innumerabiles esse, & parvas non oportet. Idem enim viij habet nimia, quod nulla diuīsio. Simile confuso est, quicquid vñque in puluerem sectum est. Primum itaque, sicut videtur tibi, dicam, inter sapientiam & philosophiam quid interfit. Sapientia perfectum bonum est mentis humanae. Philosophia sapientiae amor est & affectio. Haec ostendit, quo illa peruenit. Philosophia vnde dicta sit, apparet: ipso enim nomine fatetur. Quidam sapientiam ita finierunt, vt dicere rent eam diuinorum & humanorum scientiam. Quidam ita: Sapientia est, nosse diuinā & humānā, & horum causas. Superuacua mihi videtur haec adiecio, quia cause diuinorum humanorumq. partes sunt. Philosophiam quoque fuerunt, qui aliter atque aliter definirent. Alii studium illam virtutis esse dixerunt, alij studium corrīgēndae mentis. A quibusdam dicta est appetitio rectae rationis. Illud quasi constet, aliquid inter philosophiam & sapientiam interesse. Neque enim fieri potest, vt idem sit quod affectatur, & quod affectat. Quomodo multum inter auaritiam & pecuniam interest, cum illa cupiat, haec concupiscatur: sic inter philosophiam & sapientiam. Haec enim illius effectus & praemium est. Illa venit, ad hanc itur. Sapientia est, quam Graeci ὑποτύπω vocant. Hoc verbo quoque Romani vtebantur, sicut philosophia nunc quoq. vñntur. Quod & togatae tibi antiquae probabant, & inscriptus Dossenni monumento titulus:

Hospes resiste, & sophiam Dossenni lege.

Quidam ex nostris, quamvis philosophia studium virtutis esset, & haec peteretur, illa peteret, tamen nō putauerunt illas distrahī posse. Nam nec philosophia sine virtute est, nec sine philosophia virtus est. Philosophia studium virtutis est, sed per ipsam virtutem. Nec virtus autem esse sine studio sui potest, nec virtutis studium sine ipsa. Non enim quemadmodum in his, qui aliquid ex distanti loco ferire conātur, alibi est qui petit, alibi quod petitur: nec quemadmodum itineria quae ad verbēs perducunt, extra ipsas sunt, ad virtutem veniunt per ipsam. Coharent ergo inter se philosophia virtusque. Philosophiae tres partes esse dixerunt & maximi, & plurimi auctores: Moralem, Naturalem, & Rationalem. Prima componit animum, secunda rerum naturam scrutatur, tertia proprietates verborum exigit, & structurā, & argumentationes, ne pro vero falsa surrepant. Ceterum inueniunt lunt & qui in pauciora philosophiā & qui in plura diducerent. Quidam ex Peripateticis quartam partem adiecerunt, Ciuilem: quia quādam propriam exercitationem desideret, & circa aliam materiam occupata sit. Quidam adiecerunt his partem, quam Graeci διατύπων vocant, administrandae rei familiaris scientiam. Quidam & de generibus vitae locum separauerunt. Nihil autem horum in illa parte morali non repertitur. Epicurei duas partes philosophiae putauerunt esse, Naturalem atque Moralem: Rationalem remouerunt. Deinde cum ipsi rebus cogerentur ambigua secernere, falsa sub specie veri latentia coarguere, ipsi quoque locum,

L 3 quem

quem de iudicio & regula appellant, alio nomine rationalem induxerunt: sed eam accessionem esse naturalis partis existimant. Cyrenaici naturalia cum rationalibus sustulerunt, & contenti fuerunt moralibus. Sed hi quoque quae remouent, alter inducunt. In quinque enim partes moralia diuidunt: vt una sit de fugiendis & expetendis, altera de affectibus, tercia de actionibus, quarta de causis, quinta de argumentis. Causae rerum ex naturali parte sunt, argumenta ex rationali, actiones ex morali. Aristoteles Chius non tantum superuacuas esse dixit naturalem & rationalem, sed etiam contrarias. Moralem quoque, quam solam reliquerat, circumcidit. Nam eum locum qui monitiones continet, fustulit, & paedagogi esse dixit, non philosophi: tanquam quicquam aliud sit sapientia, quam humani generis paedagogus. Ergo cum tripartita sit philosophia, moralē eius partem primum incipiamus disponere. Quam in tria rursum diuidit placuit: vt prima esset inspeccio suum cuique distribuens, & estimans quanto quidque dignum sit, maxime utilis. Quid enim est tam necessarium, quam pretia rebus imponere? Secunda de impetu: tercia de actionibus. Primum enim est, vt quanti quidque sit, iudices. Secundum, vt impetum ad illa capias ordinatum temperatumque. Tertium, vt inter impetum tuum, actionemque connentiat, vt in omnibus istis tibi ipsi consentiantur. Quicquid ex his tribus defuerit, turbas, & cetera. Quid enim prodest, intus acsi mata habere omnia, si sis impetu nimius? Quid prodest impetus repressus, & habere cupiditates in tua potestate, si in ipsa rerum actione tempora ignore, nec scias quando quidq. & vbi, & quem admodum agi debeat? Aliud est enim, dignitates & pretia rerum nostrae: aliud articulos: aliud impetus refranare, & ad agenda ire, non ruere. Tunc ergo vita sibi concors est, vbi actio non destituit impetum. Impetus ex dignitate rei cuiusque concipitur, perinde remissus acriorue, prout illa digna est peti. Naturalis pars philosophiae in duo dividitur: Corporalia, & incorporalia. Vtraque diuiduntur in suos, ut ita dicam, gradus. Corporum locus in hos primum, in ea quae faciunt, & quae ex his signuntur. Gignuntur autem elementa. Ipsi elementi locus, vt quidam putant, simplex est: vt quidam, in materiam & causam omnia mouentem, & elementa diuidit. Superest ut rationalem partem philosophiae diuidamus. Omnis oratio aut continua est, aut inter respondentem & interrogantem diuisa. Hanc *duas*, illam *in duas* placuit vocari. Haec verba curat, & sensus & ordinem. *duas* in duas partes diuiditur: in verba, & significaciones: id est, in res quae dicuntur, & vocabula quibus dicuntur. Ingens deinde sequitur vtriusque diuisio. Itaque hoc loco finem faciam:

--- Et summa sequar fastigia rerum.

Alioqui si volueru facere partium partes, quaestionum liber fiet. Haec, Lucili virorum optimè, quo minus legas non deterreo: dummodo quicquid legeris, ad mores statim referas. Illos compescere, marcentia in te excita, soluta constringe, contumacia doma, cupiditates tuas, publicasque quantum potes vexa: & istis dicentibus, Quousq. eadem? responde, Ego debeo dicere. Quousq. eadē peccabis? Remedia ante vultis, quam vitia desinere. ego vero eo magis dicā, & quia recusatis, perseverabo. Tunc incipit medicina proficere, vbi in corpore alienato dolore tacitus exprefsit. Dicam etiam inuitis profutura. Aliquando ali poteris, ne quidam putant, simplex est: vt quidam, in materia & causa omnia mouentem, & elementa diuidit. Superest ut rationalem partem philosophiae diuidamus. Omnis oratio aut continua est, aut inter respondentem & interrogantem diuisa. Hanc *duas*, illam *in duas* placuit vocari. Haec verba curat, & sensus & ordinem. *duas* in duas partes diuiditur: in verba, & significaciones: id est, in res quae dicuntur, & vocabula quibus dicuntur. Ingens deinde sequitur vtriusque diuisio. Itaque hoc loco finem faciam:

Epistola XC.

Q Vis dubitare, mihi Lucili, potest, quin Deorum immortalium munus sit, quod viuimus: philosophiae, quod bene viuimus? Itaque tanto plus nos debere hunc, quam Dij, quanto maius beneficium est bona vita, quam vita pro certo deberetur, nisi ipsam Dij philosophiam tribuissent: cuius scientiam

tiam nulli dederunt, facultatem omnibus. Nam si hanc quoque bonum vulgare fecissent, & prudentes nasceremur, sapientia quod in se optimū habet perdidisset, quod inter fortuita non est. Nunc enim hoc in illa pretiosum atq. magnificum est, quod non obuenit, quod illam sibi quisque debet, quod non ab alio petitur. Quid haberes, quod in philosophia suppercires, si beneficiaria res esset? Huius opus unum est, de diuinis humanisque verum inuenire: ab hac nunquam recedit iustitia, pietas, religio, & omnis alius comitatus virtutum consertarum, & inter se cohaerentium. Haec docuit colere diuina, humana diligere, & penes Deos imperium esse, & inter homines consortium: quod aliquandiu inuolatum mansit, antequam societatem auaritia distrxit, & paupertatis causa etiam his quos fecit locupletissimos, fuit. Desierunt enim omnia possidere, dum volunt propria. Sed primi mortalium, quique ex his geniti, naturalam incorrupti sequebantur, eandem habebant & ducem, & legem, commissi melioris arbitrio. Naturae est enim, potiorib. deteriora submittere. Mutis quidem gregibus aut maxima corpora praefunt, aut vehementissima. Non praecedit armenta degener taurus, sed qui magnitudine ac toris ceteros mares vicit. Elephantorum gregem excelsissimum ducit. Inter homines pro summo est optimus. Animo iraque rex eligeatur. Ideoq. summa felicitas erat gentium: in quibus non poterat potentior esse, nisi melior. Tantum enim quantum vult potest, qui se nisi quod debet, non putat posse. Illo ergo saeculo quod aureum perhibetur, penes sapientes fuisse regnum Posidonius indicat. Hi continebant manus, & infirmiores à validiorib. tuebantur. Suadebant, dissuadebantque, & utilia arte inutilia monstrabant. Horū prudenter, ne quid deesset suis, prouidebat. Fortitudo arcebat pericula, beneficentia augebat, ornabatq. subiectos. officium erat imperare non regnum. Nemo quantū posset aduersus eos experiebatur, per quos cooperari posse. Nec erat cuicquam aut animus in iniuriam, aut causa: cum bene in peranti bene parere, nihilque rex maius minari male parentib. posset, quam ut abiret e regno. Sed postquam surrepentibus vitijs, in tyrannidem regna vera sunt, opus esse coepit legibus, quas & ipsas inter initia tulere sapientes. Solon, qui Athenas aequo iure fundauit, inter septem aeuī sapientia notos. Lycurgum si eadem aetas tulisset, sacro illi numero accesseret octauus, Zaleuci leges Charondaeque laudantur. Hi non in foro, nec in consultorum atrio, sed in Pythagorae tacto ille sanctoque secesserunt iura, quae florenti tunc Siciliae, & per Italiam Graecie ponerent. Haec posidonio assentor: artes quidem à philosophia inuentas, quib. in quotidiano vīta vītū, non concessionem, nec illam fabricae afferam gloriā. Illa, inquit, pars & calulis testes, aut aliqua rupe suffossa, aut exesa arboris truncō, docuit testa moliri. Ego vero philosophiam iudico, non magis excogitasse has machinationes testorum supra testa super gentium, & vībes prementium, quam viuaria piscium in hoc clausa, vt tempestatum pericula non adiret gula, & quamvis acerrime pelago saeuiente, haberet luxuria portus suos, in quibus distinctos pisciū greges saginaret. Quid aīs? Philosophia docuit homines habere clavem & seram? & quid aliud erat, aquarum signum dare? Philosophia haec cum tanto habitantium periculo imminentia testa suspendit? Parum enim erat fortuitus tegi, & sine arte, & difficultate naturale sibi inuenire aliquod receptaculum. Mihi crede, felix illud saeculum ante architectonas fuit. Ista nata sunt, iam nascente luxuria, in quadratum signa decidere, & ferro per designata currente, certa manu trabem scindere.

Nam primi cunei sciudebant fissile lignum.

Non enim testa coenationum epulas receptura parabantur: nec in hunc vīsum pinus aut abies deferebatur longo vehicularum ordine, vīcis intrementibus, vt ex illa lacunaria auro grauia penderent. Furcae vtrinque suspensae fulciebant casam: spissatis ramalibus, ac fronde congesta, & in proclive disposita, de cursus imbris quamvis magnis erat. Sub his testis habitare feci. Culmus liberos texit. Sub marmore atque auro ferritus habitat. In illo quoque diffentio à Posidonio, quod ferramenta fabrilia excoagita à sapientibus viris indicat. Isto enim modo dicat licet, sapientes, per quos,

Tunc laqueis captare feras, & fallere vīso.

Inuentum, & magnos canibus circumdare saltus.

Omnia enim ista sagacitas hominum, non sapientia inuenit. In hoc quoque diffentio, sapientes fuisse, qui ferri metalla & aeris inuenient, cum incendio filiarum adusta tellus, in summo venas iacentes liquefacta fudisset. Ista tales inuenient, quales colunt. Ne illa quidem tam subtilis questio mihi videtur, quam Posidonio: Vtrum malleus in vītu esse prius, an forcipes coepirint. Vtraque inuenit aliquis exercitati ingenij, acuti, non magni, nec elati, & quicquid aliud corpore incurvato, & humum spectante quaerendum est. Sapiens facilis victo fuit. Quid ni, cum hoc quoque saeculo esse quam expeditissimus cupiat? Quomodo oro te conuenit, vt Diogenem mireris, & Talum? Vter ex his sapiens tibi videtur, qui ferram commentus est: an ille, qui cum vidisset puerum caua manu bidentem aquam, fregit protinus exemplum & perula calicem, hac obiurgatione sui: Quād diu homo stultus superuacuas sarcinas habui? qui se complicuit in dolio, & in eo cubitavit? Hodie vīrum tandem sapientiorem putas, qui inuenit quemadmodum in immensam altitudinem crocum latentibus fistulis exprimat, qui Euripos subito aquarum impetu implet, aut siccitat, versatilia coenationum laquearia ita coagmentat, vt subinde alia facies atque alia succedat, & toties ferula mutantur: an eum, qui & alijs & sibi hoc monstrat, quam nihil nobis natura durum ac difficile imperauerit? Posse nos habitare sine marmorario fabro, posse nos vestitos esse sine commercio Seram, posse nos habere vībus nostris necessaria, si contenti fuerimus his, quae terra posuit in summo? Quae si audire humanum genus voluerit, tam superuacuum

cuū sciet sibi coquū esse, quām militem. Illi sapientes fuerūt, aut certe sapientibus similes, quibus expedita erat tutela corporis. Simplici cura constant necessaria; in delicias laboratur. Non desiderabis artifices, si sequere naturam: illa noluit esse distictos: ad quaecunq. nos cogebat instruxit. Frigus intolerabile est corpori nudo. Quid ergo? Nunquid non pelles ferarum, & aliorum animalium à frigore satis abundeque defendere queunt? Non corticibus arborum plaeraeque gentes tegunt corpora? Non avium pluiae in vsum vestis conseruntur? Non hodieque magna Scytharum pars, tergis vulpium induit ac murinum, quae tactu mollia, & impenetrabilia ventis sunt? Opus est tamen calorem solis aestini umbra craf- fio propellere. Quid ergo? Non veritas multa abdidit loca, quae vel iniuria temporis, vel alio qualibet casti excavata in specum recesserunt? Quid ergo? Non quamlibet virgineam cratem texuerunt manus, & vili obliterunt luto, deinde stipula alijsque siluestribus operuere fastigium, & pluuijs per deuexa labentibus, hiemem transtire securi? Quid ergo? Non in defollo latent Syrticae gentes? quibus propter nimios solis ardores, nullum tegumentum satis repellendis caloribus solidum est, nisi ipsa arens humus. Non fuit tam inimica natura, vt cum omnibus alijs animalibus facilem actum vitae daret, homo solus non posset sine tot artibus vivere. Nihil horum ab illa nobis imperatum est, nihil aegre quaerendum ut possit vita produci. Ad parata natūrum: nos omnia nobis difficilia facilium fastidio fecimus. Tēta tegumenta & fomenta corporum & cibi & quae nunc ingens negotium facta sunt, obvia erant, & gratuita, & opera leni parabilia. Modus enim omnium, prout postulabat necessitas, erat: nos ista pretiosa, nos mira, nos magnis multisque conquirenda artibus fecimus. Sufficit ad id natura quod poscit. A natura luxuria deficiuit, quae quotidie seipsum incitat, & tota saeculis crescit, & ingenio adiuuat vitia. Primo superuacua coepit concupiscere, inde contraria, nouissime corpori animum addixit, & illius defervire libidini jussit. Omnes istae artes, quibus aut excitatur ciuitas, aut strepit, corporis negotium gerunt: cui omnia olim tanquam seruo praefabantur, nunc tamquam domino parantur. Itaque hinc textorum, hinc fabrorum officinae sunt, hinc odores coquentium, hinc molles corporis motus docentium mollesque cantus & infraactos. Recessit enim ille naturalis modus, desideria ope necessaria finiens. Iam ruficitatis & miseriae est, velle quantum sat est. Incredibile est, mihi Lucili, quam facile etiam magnos viros dulcedo orationis abducat a vero. Ecce Posidonius, vt mea fert opinio, unus ex ijs, qui plurimum philosophias contulerunt, dum vult describere primum, quemadmodum alia torqueantur fila, alia ex molli solutoque ducantur: deinde quemadmodum tela suspensis ponderibus, rectum stamen extendat, quemadmodum subtem in insertum, quod duritiam vtrinque comptimentis tramae remolliat, spata coire cogantur, & iungi, extricum quoq. artem à sapientibus dixit inuentam, oblitus postea repertum hoc subtilius genus, in quo

*Tela iugo iuncta est, stamen secernit arundo.
Inferiū medium radis subtemen acutis,
Quod late ferunt insecti pettine dentes.*

Quid si contigisset illi videre has nostri temporis telas, quibus vestis nihil celatura conficitur, in qua non dico nullum corpori auxilium, sed nullum pudori est? Tran sit deinde ad agricolas, nec minus facundè describit proscilium aratro solum, & iteratum, quo solutor terra facilis pateat radicibus: tum ipsa semina, & collectas manu herbas, ne quid fortuitum & agreste siccrescat, quod necet segetem. Hoc quoque opus ait esse sapientium: tanquam non nunc quoque plurima cultores agrorū noua inueniant per quae fertilitas augetur. Deinde non est contentus his artibus, sed in pistrinum sapientem submitit. Narrat enim quemadmodum rerum naturam imitatus, panem coepit facere. Recepitas, inquit, in os fruges, concurrens inter se duritiam dentium frangit, & quicquid excidit, ad eosdem dentes lingua referatur: tunc vero sialuae miscetur, vt facilis per fauces lubricas transeat. Cum peruenit in ventrem, aqualiculi feruore concoquuntur, tunc demum corpori accedit. Hoc aliquis secutus exemplar, lapidem asperum aspero imposuit, ad similitudinem dentium, quorum pars immobilis morum alterius expectat. Deinde vtriusque attritu grana franguntur, & saepius reteruntur, donec ad minutiam frequenter trita redigantur. Tunc farinam aqua sparbit, & assida tractatione perdomuit, finxitque panem: quem primo cinis calidus, & feruens testa percoxit. Deinde furni paulatim reperti, & alia genera, quorum feruor serviret arbitrio. Non multum absuit, quin sutrinum quoque inuentum à sapientibus diceret. Omnia ista ratio quidem, sed non recta ratio commenta est. Hominis enim, non sapientis inuenta sunt, tam mehrules quam nauigia, quibus annes, qui busque maria transimus, aptatis ad excipiendum ventorum impetum velis, & additus à tergo gubernaculis, quae huc atque illuc cursum nauigij torqueant: & exemplū à piscibus tractum est, qui cauda reguntur, & leui eius in vtrunque momento velocitatem suam flectunt. Omnia haec quidem, inquit, sapiens inuenit: sed minora, quām vt ipse tractaret, sordidioribus ministris dedit. Immo non ab alijs excogitata ista sunt, quām à quibus hodieq. curantur. Quaedā nostra deum prodisse memoria scimus: vt ipsiculariorum vsum, perlucente testa, clarum transmittentium lumen: vt suspensoria balneorum, & impressos parietibus tubos, per quos circumfunderetur calor, qui imma simul & summa fouret aequaliter. Quid loquar marmora, quibus templa, quibus domus fulgent? Quid lapideas moles in rotundum ac leue formatas, quibus porticus & capacis populorum testa suscipimus? Quid verborum notas, quibus quamuis citata excipitur oratio, & celeritatem linguae manus sequitur? Vilisimorum mancipiorum ista commenta sunt. Sapientia altius sedet, nec manus edocet, animorum

morum magistra est. Vis scire, quid illa eruerit, quidve effecerit? Non indecoros corporis motus, nec varios per tubam ac tibiam canthus, quibus exceptus spiritus, aut in exitu, aut in transitu formatur in vocem: non arma, nec muros, nec bella. Ut illa molitur, paci fauet, & genus humanum ad concordiam vocat. Non est inquam instrumentorum ad vsum necessarios opifex. Quid illi tam parvula assigna? Artificem vides vitæ, alias quidem artes sub dominio habet. Nam cui vita, illi vita quoque ornamenta seruiunt. Ceterum ad beatum statum tendit, illo dicit, illo vias aperit. Quae sint mala, quae videantur, ostendit vanitatem exuit mentibus, dat magnitudinem solidam: in flatam vero, & ex inani speciosam reprimit: nec ignorari finit, inter magna quid in ter sit & tumida totius naturæ notitiam, ac suæ tradit. Quid sint dij, qualesque declarati, quid inferi, quid lares & genij. Quid in secundam numinum sortem animae perpetuae, ubi consistant, quid agent, quid possint, quid velint. Haec eius initamenta sunt, per quae non municipale sacram, sed in gens omnium deorum templum mundus iste referatur: cuius vera simulacra, veraque facies cernendas mentibus protulit: nam ad spectacula tam magna hebes visus est, ad initia deinde rerum reddit, & aeternam rationem toti inditam, & vim omnium seminum singula proprie figurantem. Tum de animo coepit inquirere, unde esset, ubi, quamdiu, in quo membra diuisus. Deinde à corporalibus se ad incorporalia translulit, veritatemque & argumenta eius excusit. Post haec, quemadmodum discernerentur vitae ac necis ambigua. In vtraque enim falsa veris immixta sunt. Non abduxit, inquam, se, vt Posidonio videtur, ab illis artibus sapiens, sed ad illas omnino non venit. Nihil enim dignum inuenit iudicasset, quod non erat dignum perpetuo vniudicaturus. ponenda non sumeret. Anacharsis, inquit, inuenit rotam figuli, cuius circuite vasa formantur. Dein quia apud Homerum inuenitur figuli rota, maulli videri verius falsos esse, quām fabulum. Ego nec Anacharsim huius rei fuisse auctorem contend: & si fuit, sapiens quidem hoc inuenit, sed non tanquam sapiens. sicut multa sapientes faciunt, qua homines sunt, non qua sapientes. Puta velocissimum esse sapientem: cursu omnes anteibit, quā velox est, non qua sapiens. Cuperem Posidonio aliquem vitrarium ostendere, qui spiritu vitrum in habitus plurimos format, qui vix diligenti manu effingerentur. Haec inuenit sunt, postquam sapientem inuenire desiuimus. Democritus, inquit, inuenit se dicitur forniciem, vt lapidum curvatura paulatim inclinatorum medio faxo alligaretur. Hoc dicam falsum esse. Necesse est enim ante Democritum & pontes & portas fuisse, quarum fere summa curvantur. Excidit porro vobis eudem Democritum inuenisse, quemadmodum eburi poliretur, quemadmodum decoctus calculus in lamaragdum conuertetur, qua hodieque coctura inueni lapides coctiles colorantur. Ista sapiens licet inuenierit, non qua sapiens erat, inuenit. Multa enim facit, quae ab imprudentissimis aut aeque fieri videmus, aut peritus, aut exercitatus. Quid sapiens inuenit, quid in lucem protraxerit, quaeris? Primum veram naturam, quam non, vt ceteta animalia oculis fecutus est, tardis ad diuinam. Deinde vitae legem, quam ad inuenientia direxit: nec nosse tantum, sed sequi docuit deos, & accidentia non aliter expicere, quam in imperata. Vt invenit parere opinionibus falsis, & quanti quidque esset, vera estimatione perpendit: damnavit mixtas paenitentiae voluptates. Et bona semper placitura laudavit, & palam fecit, felicissimum esse, cui felicitate opus non est: potentissimum esse, qui se habet in potestate. Non de ea philosophia loquor, quae ciuem extra patriam posuit, extra mundum deos, quae virtutem donavit voluntati: sed de illa, quae nullum bonum putat, nisi quod honestū est, quae nec hominis, nec fortunae munieribus deleniri potest: cuius hoc pretium est, quae nec hominis, nec fortunae munieribus deferi potest: cuius hoc pretium est, non posse preio capi. Hanc philosophiam fuisse illo rudi saeculo, quo adhuc artificia decurrant, & ipsis vni discebant vtilia, non, credo: sicut ante fortunata tempora, cum in medio iacerent beneficia naturae promiscue videnta, antequam avaritia atque luxuria dissipauerent mortales, & ad rapinam ex confortio discurrerent, non erant illi sapientes viri, etiam si faciebant facienda sapientibus. Statum quidem generis humani, non aliū quām suspererit magis: nec si cui permittat Deus terrena formare, & dare gentibus mores, aliud probaverit, quām quod apud illos fuisse memoratur, apud quos nulli subigebant arua coloni,

*Nec signare quidem, aut partiri limite campum
Fas erat: in medium quarebant, ipsaque tellus
Omnia liberius, nullo poscente, ferebat.*

Quid hominum illo genera felicis? In commune rerum natura fruebantur: sufficiebat illa vt parentes, in tutelā omnium: haec erat publicarum opum secura possessio. Quid ni ego illud locupletissimi mortalium genus dixerim, in quo pauperem inuenire non posses? Irrupit in res optime possitis avaritia: & dum seducere aliquid cupit, atque in suum vertere, omnia fecit aliena, & in angustum ex immenso redita, paupertatem intulit, & multa concupiscendo, omnia amisi. Licet itaque velit nunc concurrere & reparare quod perdidit, licet agros agri adiiciat, vicinum vel pretio pellat agri, vel iniuria, licet in prouinciarum spatium rura dilatet, & possessionem vocet, per sua longam peregrinationem, nulla nos finiū propagatio eo reducat, vnde discessimus. Cum omnia fecerimus, multum habebimus, vniuersum habebamus. Terra ipsa fertilior erat illaborata, & in vsum populorum non diripientium larga. Quicquid natura protulerat, id non minus inuenisse, quām inuentum monstrare alteri, voluptas erat: nec aut vlli superare poterat, aut deesse, inter cōcordes diuidebatur. Nondum valentior imposuerat infirmiori manus, nondum avarus abscondebat quod sibi iaceret, alium necessarijs quoque excluserat. Par erat alterius, ac sui cura. Arma cessabant, incruentaque humano sanguine manus, odium omne in feras verterant.

Illi quos aliquod nemus densum à sole protexerat, qui aduersus saeuiam hiemis, aut imbris, vili recepcione tuta sub fronde viuebant, placidas transtigeant sine suspirio noctes. Sollicitudo nos in nostra purpura versat, & accerrimis excitat stimulis: mollem somnum illis dura tellus dabat. Non impendebant caelata laquearia: sed in aperto iacentes sidera superlabeabantur, & insigne spectaculum noctium, mundus in praeceps agebat, silentio tantum opus ducens: tam interdu illis quam noctu patebat prospectus huius pulcherrima domus. Libebat intueri signa, ex media caeli parte vergentia, rursus ex occulto alia surgentia. Quid ni iuaret vagari inter tam late sparsa miracula? At vos ad omnem teetorum paetus sonum, & inter picturas vestras si quid increpuit, fugitis attoniti. Non habebant domos instar vrbium. Spiritus ac liber inter aperta flatus, & leuis umbra rupis aut arboris, & perlucidi fontes, riuque non opere, nec fistula, nec vlo coacto itinere obsolefacti, sed sponte currentes, & prata sine arte formosa, inter haec agreste domicilium, rustica positum manu. Haec erat secundum naturam domus, in qua libebat habitare, nec ipsam, nec pro ipsa timenter. Nunc magna pars nostri metus, tecta sunt. Sed quamvis egregia illis vita fuerit, & carens fraude, non fuere sapientes, quando hoc iam in opere maximo nomen est. Non tamen negauerim fuisse alti spiritus viros, & vt ita dicam, à dijs recentes. Neque enim dubium est, quin meliora mundus nondum effter ediderit. Quemadmodum autem omnibus in doles fortior sunt, & ad labores parato: ita non erant ingenia omnibus consummata. Non enim dat natura virtutem. Ars est, bonum fieri. Illi quidem non aurum, nec argentum, nec perlucidos lapides im terrarum facie quaerebant, parcebantque adhuc etiam muris animalibus: tantum aberat, vt homo hominem non iratus, non timens, tantum spectaturus occideret. Nondum vestis illis erat picta, nondum texebatur aurum, adhuc non erubatur. Quid ergo? Ignorantia rerum innocentes erat. Multum autem interest, utrum peccare aliquis nolit, an nesciat. Deerat illis iustitia, deerat prudentia, deerat temperantia ac fortitudo. Omnibus his virtutibus habebat similia quedam rudis vita. Virtus non continentia, nisi instituto & edocto, & ad summum assida exercitatione perduco. Ad hoc quidem, sed sine hoc nascimur: & in optimis quoq. antequam erudias, virtutis materia, non virtus est.

Epistola XCII.

Liberalis noster nunc tristis est, nuntiato incendio, quo Lugdunensis colonia exulta est. Mouere hic calus quemlibet possit, nedum hominem patriae suae amantisimū. Quae res efficit, vt firmitatē animi sui querat, quam videlicet ad ea quae timeri posse putabat, exercuit. Hoc vero tam inopinatum malum, paene inauditum, non miror si sine metu fuit, cum esset sine exemplo. Multas enim ciuitates incendium vexauit, nullam abstulit. Nam etiam vbi hostili manu in tecta ignis immisus est, multis locis deficit; & quamvis subinde exciteatur, raro tamen sic cuncta depascitur, vt nihil ferro relinquat. Tetrarum quoque vix vñquam tam grauis & perniciosus fuit motus, ut tota oppida euerteret. Nunquam denique tam infestum ulli exarst incendium, ut nihil alteri superefset incendio. Tot pulcherrima opera quae singula illustrare urbes singulas possent, una nox stravit, & in tanta pace, quantum ne bello quidem timeri potest, accidit. Quis hoc credat? ubique armis quiescentibus, cum toto orbe terrarum diffusa securitas sit, Lugdunum quod ostendebatur in Gallia, quærerit. Omnibus fortuna quos publice affixit quod passuri erat, timere permisit. Nulla res magna, non aliquod habuit ruinae suae spatium. In hac vna nox interfuit inter urbem maximam & nullam. Denique diutius illam tibi perisse, quam perij, narrabo. Haec omnia Liberalis nostri affectum inclinan, aduersus sua firmum & erectum, nec sine causa cōculsus est. Inexpectata plus agravat. Non uitia adiicit calamitibus pondus: nec quisquam mortalium non magis quod etiam miratus est, doluit. Ideo nihil nobis improsum esse debet. In omnia praemittendus est animus: cogitandumque, non quicquid solet, sed quicquid potest fieri. Quid enim est, quod non fortuna cum voluit, & florentissimo detrahat? quod non eo magis aggrediatur & quatrat, quo speciosius fulget? Quid illi arduum, quidve difficile est? Non vna via semper, ne tota quidem incurrit. Modo nostras in nos manus aducat, modo suis contenta viribus, inuenit pericula sine auctore, nullum tempus exceptum est, in ipsis voluptatibus casiae doloris oriuntur. Bellum in media pace confurgit, & auxilia securitatis in metum transuent. Ex amico inimicus, hostis ex socio. In subitas tempestates, hibernisq. maiores agitur aestua tranquillitas: sine hoste patinum hostilia: & clavis causas, si alia deficiunt, nimia sibi felicitas innenit. Inuadit temperatissimos morbus, validissimos phthisis, innocentissimos poena, secretissimos tumultus. Eligit aliiquid noui casus, per quod velut oblitus vires suas ingerat. Quicquid longa series multis laboribus, multa Dei indulgentia struxit, id vnu dies spargit ac dissipat. Longam morā dedit malis properantibus, qui diem dixit, horā, momentumque temporis, euertendis imperijs sufficeret. Eset aliquod imbecillitatis nostrae solatium: rerumque nostrarum, si tanta celeritate repararentur cuncta, quanto finiuntur. Nunc incrementa lente exeuunt, festinatur in damnum: nihil priuatim, nihil publice stabile est: tam homiuum quam vrbium fata volvuntur. Inter placidissima terror existit, nihilque extra tumultibus causis, mala, vnde minime expectabantur, erumpunt. Quae domesticis bellis sterterant regna, quae externis, inpellente nullo ruunt. Quae quaque felicitatem ciuitas pertulit? Cogitanda ergo sunt omnia, & animus aduersus ea, quae possunt euenire, firmandus. Exilia, tormenta, bella, morbos, naufragia meditare. Potest te patriae, potest patriam tibi casus eripere: potest te in solitudinem abiecere, potest hoc ipsum, in quo turba suffocatur, fieri solitudo. Tota ante oculos fortis humanae condicio ponatur: nec quantum frequenter euenit, sed quantum plurimum potest euenire, praefumamus animo,

animo, si nolumus opprimi, nec vllis inusitatis velut nouis obstupefieri. In plenum cogitanda fortuna est. Quoties Aiae, quoties Achiae vrbes uno tremore ceciderunt: quot oppida in Syria? quot in Macedonia deuorata sunt? Cyprū quoties vastauit haec clades? Quoties in se Paphus corruit? Requēter nobis munitati sunt totarum vrbium interitus: & nos, inter quos frequenter ista nuntiantur, quora pars omnium sumus? Consurgamus itaque aduersus fortuita: & quicquid incident, sciamus nō esse tam magnū, quamrum rumor iactetur. Ciuitas ar sit opulent, ornamentumque prouincialium, quibus & inserta erat, & excepta, vni tamen imposita, & huic non altissimo monti. Omnim istarum ciuitatum, quas nunc magnificas ac nobiles audis, vestigia quoque tempus erader. Non vides, quemadmodum in Achaea clarissimū vrbium iam fundamenta consumpta sint, nec quicquam extet, ex quo appareat illas saltē fuisse? Non tantum manus & labuntur, non tantum humana arte atque industria posita verit dies. Iuga montium diffluunt, totae defedere regiones. Operata sunt fluctibus, quea procul à conspectu maris stabant. Vastauit ignis colles, per quos elicebat: erexit & quondam altissimos vertices, isolata natigantim, ac speculas, ad humilem arenam deduxit. Ipsius naturae opera vexantur. & ideo aequo animo ferre debemus vrbium excidia. Castra omnia extant: omnibus exitus manet: siue interna vi, flamine praeculsi venti, pondus, sub quo tenentur, excusserint: siue torrentium in abdito vis obstantia effregerit: siue flammariū violentia compaginem soli ruperit: siue ventistas, à qua nihil tutum est, expugnauerit minutatim: siue grauitas caeli eiecerit populos, & sius deserta corruerit. Enumerare omnes fatorum vias, longum est. Hoc vnum scio. omnia mortalium opera, mortalitate damnata sunt: inter peritura viuimus. Haec ego atque eiusmodi solatia admoueo. Liberali nostro, incredibili quodam patriae suae amore flagranti: quae fortasse consumpta est, vt in melius excitaretur. Saepe maiori fortuna locum fecit iniuria. Multa ceciderunt, vt altius surgerent, & in maius. Timagenes felicitati vrbis inimicus aiebat, Romae sibi incendiis ob hoc vnum dolori esse, quod sciret meliora resurrectura quam arsissent. In hac quoque vrbe verisimile est certaturos omnes esse, vt maiora certioraque quam amisere restituantur. Sint vtinam diurna, & melioribus auspicijs in acum longius condita. Nam huic coloniae ab origine sua centesimus annus est, aetas ne homini quidem extrema. Deducta in hac frequentiam, loci opportunitate connaluit. Quae tamen granissimos casus intra spatium humanae periret senectus. Itaque formetur animus ad intellectum, patientiamque fortis suae, & sciat nihil inausum esse fortunae. Aduersus imperia illam idem habere iuris, quod aduersus imperantes: aduersus vrbes idem posse, quod aduersus homines. Nihil horum indignandum est. In eum intrauimus mundum, in quo his legibus vivitur. Placet? pare, non placet? qualunque vis exi. Indignare, si quid in te inique proprie constitutum est. Sed si haec imos summosque necessitas alligt, in gratiam cum fato reuertere, à quo omnia resoluuntur. Non est quod nos tumulis metiari, & his monumentis, que viam disparia pretextum. Aequat omnes cinis, im pares nascimur, pares morimur. Idem de vrbibus, quod de vrbium incolis dico. Tam Ardea capta, quam Roma est. Conditor ille iuris humani, non natalibus nos, nec nominum claritate distinxit, nisi dum sumus. Vbi vero ad fine mortalium ventum est: Discede, inquit, ambitio: omnium que terram premunt, siemps lex esto. Ad omnia patienda pares sumus. Nemo altero fragilior est, nemo in crastinum sui certior. Alexander Macedonum rex discere Geometriam infelix cooperat, sciturus quam pusilla terra esset, ex qua minimum occupauerat. Ita dico infelix ob hoc, quod intelligere debebat falsum se gerere cognomen. Quis enim esse magnus in pusillo potest? Erant illa, quae tradebantur, subtilia, & diligent intentione discenda: nō quae percipere posset, vaclans homo, & trans oceanum cogitationes suas mittens. Facilia, inquit, me doce. Cui praeceptor: Ista, inquit, omnibus eadem sunt, aequa difficultia. Hoc puta terum naturam dicere. Ita de quibus quereris, omnibus eadem sunt: nulli dari faciliora possunt: sed quisquis volet, sibi ipsi illa reddet faciliora. Quomodo? aequanimitate. Et doleas op̄ter, & stias, & ciurias, & senecas, & si tibi longior contingit inter homines mora, & aegrotos, & perdas aliquid, & pereas. Non est tamen quod istis qui te circumstrepunt credas. Nihil horum malum est, nihil intolerabile, aut durum. Ex confusu istis metus est. Sic mortem times, quomodo famam. Quid autem stultus homine, verba metuente? Eleganter Demetrius noster solet dicere, eodem loco esse voces imperitorum, quo ventre redditos crepitus. Quid enim, inquit, mea refert, sursum isti an deorsum sonent? Quanta dementia est vereri, ne infameris ab infamibus? Quemadmodum fama extimistis sine causa, sic & illa, quae nunquam timeretis, nisi fama iussisset. Nunquid de trimenti faceret vir bonus, iniquis rumoribus aspersus? nec morti quidem haec apud nos noceat: & haec malam molitionem haberet. Nemo eorum qui illam accusant, expertus est. Interim temeritas est, damnare quod nescias. At illud scis, quam multis vtilis sit, quam multos libet tormenta, egestate, querelis, supplicijs, taedio. Non sumus in vllius potestate, cum mors in nostra potestate sit.

Epistola XCII.

Proto, inter me teque conuenit, externa corpori acquiri, corpus in honore animi coli, in animo esse partes ministras, per quas mouemur alimurque, propter ipsum principale nobis datas. In hoc principali est aliquid irrationale, est & rationale. Illud huic servit. Hoc vnu est, quod alio non refertur: sed omnia ad se perfert. Nam illa quoque diuina ratio omnibus praeposita est, ipsa sub nullo est. Et haec autem nostra eadem est, quia ex illa est. Si de hoc inter nos conuenit, sequitur ut de illo quoque conueniat, in hoc vno positam, esse beatam vitam, vt in nobis ratio perfecta sit. Haec enim sola non submittit animum,

stat contra fortunam. In quolibet rerum habitu, seruata seruatur. Id autem unum bonum est, quod nunquam defringitur. Is, inquam, beatus, quem nulla res minorem facit, tenet summa, & ne ulli quidem, nisi sibi, innixus. Nam qui aliquo auxilio sustinetur, potest cadere. Si aliter est, incipient in nobis multum valere non nostra. Quis autem vult constare fortuna, aut quis se prudens ob aliena miratur? Quid est beata vita? securitas & perpetua tranquillitas. Hanc dabit animi magnitudo, dabit constantia bene iudicati tenax. Ad hoc quomodo peruenitur? si veritas tota perspecta est, si fernatus est in rebus agendis ordo, modus, decor, & innoxia voluntas, aut benigna, intenta ratione, nec unquam ab illa recedens, amabilis simul, mirabilisque. Denique, ut breuiter tibi formulam scribam, talis animus sapientis esse virtutem debet, qualis Deum deceat. Quid potest desiderare is, cui omnia honesta contingunt? Nam si possunt aliquid non honesta conferre ad optimum statum, in ijs erit beata uita, sine quibus non est. Et quid stultius, turpisve, quam bonum rationalis animi ex irrationalibus necesse? Quidam tamen augeri summum bonum iudicant, quia parum plenum sit, fortius repugnantibus. Antipater quoq. inter magnos sectas huius auctores, aliquid se tribuere dicit externis, sed exiguum admodum. Vides autem quale sit, sole non esse contentum, nisi aliquis igniculus alluxerit. Quid potest in hac claritate solis habere scintilla momentum? Si non es sola honestate contentus, necesse est aut quietem adiici velis, quam hecchian vocant Graeci, aut voluptatem. Horum alterum vicinque recipi potest. Vacat enim animus molestia, liber ad conspectum uiuerti, nihilque illum auocat à contemplatione naturae. Alterum illud, voluptas, bonum pecoris est. Adjicimus rationali irrationali, honesto inhonestum. Magnam vitam facit titillatio corporis? Quid ergo dubitamus dicere, bene esse homini, si palato bene est? Et hunc tu, non dico inter viros numeros, sed inter homines, cuius summum bonum sapientibus, ac coloribus, ac sonis constat? Excedat ex hoc animalium numero pulcherrimo, ac dijs secundo, mutis aggregetur animal pabulo natum. Irrationalis pars animi duas habet partes: alteram animosam, ambitionem, impotentem, positam in affectionibus: alteram humilem, languidam, voluptatibus deditam. Illam effraenatam, meliorem tamen, certe fortiori ac digniorem viro, reliquerunt. Hanc necessariam beatam vitae putauerunt, eneruem & abiectam. Huic rationem seruare iussuerunt, & fecerunt animalis generosissimi bonum, demissum & ignobile. Praeterea mixtum, portentosumq. & ex diuersis animalium congruentibus membris. Nam, ut ait Virgilius noster in Scylla,

*Prima hominis facies & pulchro pectore virgo
Pubes tenuis, postrema immani corpore pistrix,
Delphinum caudas vetero commissa luporum.*

Huic tamen Scyllae fera animalia iuncta sunt, borrenda, velocia: at isti sapientiam ex quibusnam composuerent portentis? Prima hominis pars, est ipsa virtus. Huic committitur futilis caro, & fluida, & receperandis tantum cibis habilis, ut ait Posidonius. Virus illius in lubricum desinit, & superioribus partibus venerabilis atque celestibus, animal iners ac marcidum attexitur. Illa vincipue alta quies nihil quidem ipsa animo praestabat, sed impedimenta remouebat. Voluntas vltro dissoluit, & omne robur emollit. Quae inuenietur tam discors inter se iunctura corporum? Fortissimae rei inertissima astruitur, seuerissimae parum seria, sanctissimae in temperans usque & indigesta. Quid ergo, inquit, si virtutem nihil impeditura sit bona valetudo, & quies, & dolorum vacatio, non petes illa? Quid ni petam? Non quia bona sunt, sed quia secundum naturam sunt, & quia bono à me iudicio sumuntur. Quod erit in illici tunc bonum? hoc unum, bene eligi. Nam cum vestem quamdebet sumo, cum ambulo ut oportet, cū coeno quemadmodum debebo: non coena, aut ambulatio, aut vestis bona sunt, sed meum in his propositum, seruandi in quaque ratione conuenientem modum. Etiam nunc adjiciam: Mundae vestis electio appetenda est homini. Natura enim homo mundum & elegans animal est. Itaque non est bonum per se munda uestis, sed mundae uestis electio: quia non in re bonum est, sed in electione: quia actiones nostrae honestae sunt, non ipsa quae aguntur. Quod de ueste dixi, idem de corpore me existima dicere. Nam hoc quoque natura, ut quandam uestem, animo circumdedicit, velamentum eius est. Quis autem unquam vestimenta aestimauit arcula? Nec bonum, nec malura vagina gladium facit. Ego de corpore quoque idem tibi respondeo. Sumptum quidem me, si datur electio, & sanitatem & vires. Bonum autem futurum, iudicium de illis meum, non ipsa. Est quidem, inquit, sapiens beatus. Summum tamen illud bonum non assequitur, nisi illi & naturalia instrumenta respondeant. Ita miser quidem esse, qui virtutem habet, non potest: beatus autem non est, qui naturalibus bonis defitit, ut valetudine, & membrorum integritate. Quod incredibilius videatur, id concedis, aliquem in maximis & continuis doloribus non esse miser, esse etiam beatum: quod lenius est, negas, beatissimum esse. At qui si potest virtus efficer, ne miser aliquis sit, facilis efficit, ut beatissimus sit. Minus enim internulli à beato ad beatissimum restat, quam à misero ad beatum. An quae res tantum ualeat, ut eripiatur calamitatibus inter beatos locet: non potest adjicere quod superest, ut beatissimum faciat? In summo deficit clius? Comoda sunt in uita, & incomoda: utraque extra nos. Si non est miser ut bonus, quamvis omnibus prematur incommodis: quomodo non beatissimus, & si aliquibus commodis deficitur? Nam quemadmodum incommodorum onere usque ad miserum non deprimitur, sic commodorum inopia non deducitor a beatissimo. Sed tam sine commodis beatissimus est, quam non est sub incommodis miser. An non potest illi eripi bonum suum, si potest minui? Paulo ante dicebam, igniculum nihil conferre lumini solis. Claritate enim eius

q. 22

quicquid sine eo lucet, absconditur. Sed quaedam, inquit, soli quoque obstant. At solis vis & lux integra est, etiam inter opposita: & quamvis aliquid interiaceat, quod nos prohibeat eius aspectu, in opere est, cursu suo fertur. Quoties inter nubila luxit, non est sereno minor, nec tardior quidem: quoniam multum interest, utrum aliquid obsteret tantum, an impeditat. Eodem modo virtuti opposita nihil detrahunt. Non est minor, sed minus fulget: nobis forsitan non aequa appetit ac nitet: sibi eadem est, & more solis obscuri, in occulto vim suam exercet. Hoc itaque aduersus virtutem possunt calamitates, & damna, & iniuriae, quod aduersus solem potest nebula. Inuenitur qui dicat, sapientem corpore parum prospero vsum, nec miserum esse, nec beatum. Hic quoque fallitur. Exaequat enim fortuita virtutibus, & tantumdem tribuit honestis, quantum honeste caretibus. Quid autem foedius, quid indignius, quam comparare veneranda contemptus? Veneranda enim sunt, fides, iustitia, pietas, fortitudo, prudentia. E contrario vilia sunt, quae saepe contingunt pleniora vilissimis, crux solidum, & lacertus, & dentes, & horum sanitas, firmitasque. Deinde si sapiens cui corpus molestem est, nec miser habebitur, nec beatus, sed in medio relinquetur, vita quoque eius nec appetenda erit, nec fugienda. Quid autem tam absurdum, quam sapientis vitam appetendam non esse? Aut quid tam extra fidem, quam esse aliquam vitam nec appetendam, nec fugiendam? Deinde si damna corporis miserum non faciunt, beatum esse patientur. Nā quibus potentia non est in piorem transferendi statum, nec interpellandi quidem optimum. Frigidū, inquit, aliquid & calidum nouimus. Inter utrumque tepidum est. Sic aliquis beatus est, aliquis miser: alii quis nec miser, nec beatus. Volo hanc contra nos positan imaginem excutere. Si tepido illi plus frigidi ingessero, fieri frigidum: si plus calidi affudero, fieri nouissime calidum. At huic, nec misero, nec beato, quantumcumque ad miseras adiecero, miser non erit, quemadmodum dicitis. Ergo imago ista dissimilis est. Deinde trado tibi hominem, nec miserum, nec beatum. Huic adjicio caecitatem, non fit miser. Adjicio debilitatem, non fit miser. Adjicio dolores continuos & graues: non fit miser. Quā tā multa malā in miseram vitam non transferunt, nec ex beata quidem educunt. Si non potest, ut dicitis, sapiens ex beato in miserum decidere, non potest in nō beatū. Quare enim qui labi coepit, alicubi subiicit? Quae res non patitur illum ad unum deuolui, retinet in summo. Quid ni non possit beata vita rescindi? Nec remitti quidem potest: & ideo virtus ad illam per se ipsa satis est. Quid ergo? inquit. sapiens non est beator qui diutius vixerit, quem nullus auocavit dolor, quam ille qui cum mala fortuna saepe luctatus est? Responde mihi: Nunquid & melior est, & honestior? Si haec non sunt, nec beator quidem est. Rectius vivat, oportet, ut beatus vivat: si rectius non potest, ne rectius quidem. Non intenditur virtus: ergo ne beatus quidem vita, quae ex virtute est. Virtus enim tantum bonum est, ut istas accessiones minutis non sentiat, breuitatem aeuī, & dolorē, & corporum variis offensiones. Nam voluptas non est digna, ad quā respiciat. Quid est in virtute praecipuum? Futuro non indigere, nec dies suos computare. In quantolibet tempore bona aeretna consummat. Incredibilia nobis haec videntur, & supra humanam naturam excurrentia. Maiestatem enim eius ex nostra imbecillitate metimus, & vitis nostris nomen virtutis imponimus. Quid porro, non aequa incredibile videtur, aliquem in summis cruciatibus possum, dicere. Beatus sum: A tui haec vox in ipsa officina voluptatis est audita. Beatissimum, inquit, & ultimum diem ago. Epicurus: cum illum hinc vrinae difficultas torqueret, hinc in anabolis exul cerati dolor ventris. Quare ergo incredibili sunt ista apud eos, qui virtutem colunt: cum apud eos quoque reperiuntur, apud quos voluptas imperat? Hī quoque degeneres & humillimae mentis aiunt, in summis doloribus, in summis calamitatibus, sapientem nec miserum futurum, nec beatum. At qui hoc quoque incredibile est, immo incredibilius. Non video enim quomodo non in infimum agatur, è fatigio suo determinata virtus. Aut beatus praestare debet: aut si ab hoc depulla est, non prohibebit fieri miserum. Stans non potestvinci: aut vincatur oportet, aut vincat. Dijis, inquit, immortalibus solis, & virtus & beata vita contingit. Nobis umbra quedam illorum bonorum, & similitudo. Accedimus ad illa, nō peruenimus. Ratio vero dijs hominibusque communis. Haec in illis consummata est, in nobis consummabilis. Sed ad desperationem nos vita nostra perducunt. Nam ille alter secundus, ut aliquis parum constans ad custodienda optima, cuius iudicium labat etiamnum & incertum est, desiderat oculorum arque aurium sensum, bonam valetudinem, & non foodum a pectus corporis, sed habitu manentem suo, aetatis praeterea longius spatium. Per hanc potest non paenitenda agitare, ut imperfecto viro. Huic malitiae vis quaedam ineft, qua animum habet mobilem, ad praua: ille agit carens malitia, & ea agitatio abest à bono. Non est adhuc bonus, sed in bonum fingitur. Cuicunque autem deest aliquid ad bonum, malus est.

Sed si cui virtus animusq. in corpore praefens, hic deos aequat, illo tendit originis suae memor. Nemo improbe eo conatur ascēdere, unde descēderat. Quid est autem, cur non existimes in eo diuini aliquid existere, qui Dei pars est? Totum hoc quo continetur, & unum est, & Deus, & socij eius sumus, & membra. Capax est noster animus: perfertur illo, si vita non deprimitur. Quemadmodum corporum nostrorum habitus erigitur, & spectat in caelum, ita animus, cui in quantum vult, licet porrigi, in hoc à natura rerum formatus est, ut paria dijs velit, & sic vtratur suis viribus, ac se in spatium suum extendat. Nam si aliena vi ad summam interficitur, magnus erat labor, ire in caelum. Redit. cum hoc iter ad quod natus est, vadit audacter, & contemptor omnium, nec ad pecuniam respicit: aurum argenteumque, illis in quibus tacuere tenebris dignissima, non hoc aestimat splendore, quo imperitorum verberant oculos, & auerterunt à caelo, ex quo illa secreuit cupiditas nostra.

O & effo-

& effodit. Scit inquam, alibi positas esse diutias, quam quo congeruntur: animum impleri debere, non arcum. Hunc imponere dominio omnium rerum licet, hunc in possessionem rerum naturae inducere, ut suorum Oriens Occidensque terminus fiat, deorumque ritu cuncta possideat; cum opibus suis diuites superne despiciat: quorum nemo tam laetus est suo quam tristis alieno. Cum se in hanc sublimitatem tulit, corporis quoque, velut oneris necessarij, non amator, sed procurator est: nec se illi cui impositus est, subiicit. Nein liber est, qui corpori seruit. Nam vt alios dominos, quos nimia pro illo sollicitudo inuenit, transfas, ipsius morosum imperium delicatumque est. Ab hoc modo aequo animo exit, modo magno profili: nec quis deinde reliquijs eius futurus sit exitus, quaerit. Sed vt ex barba capillos detonos negligimus, ita ille diuinus animus egressurus hominem, quo receptaculum suum conferatur, ignis illud exurat, an ferae distrahanter, an terra contegat, non magis ad se iudicat pertinere, quam secundas ad editum infante. Vtrum protechum aues differant, an consumatur

ambus astra praevisa marinis,
quid ad illum? Qui tunc quoque, cum inter homines est, nullas minas timeret: villasne timebit post mortem minas eorum, quibus vltore ad mortem timeri parum est? Non conteret, inquit, me, nec vncus, nec projecti ad contumeliam cadaveris lacratio, foeda visuris. Neminem de supremo officio rogo. Nulli reliquias meas commendo, ne quis insepultus esset, rerum natura prospexit. Quem saevitia proiecerit, dies condet. Diserte Maecenas ait:

Nec tumulum euro, sepelit natura reliquias.

Alte cinctum putes dixisse. Habuit enim ingenium & grande & virile, nisi illud ipse discinxisset.

Epistola XCIII.

In epistola qua de morte Metroni & tis philosophi querebaris, tanquam & potuisse diutius vivere, & debuisse, aequitatē tuam desiderauit: quae tibi in omni persona, in omni negotio superest, in una re deest, in qua omnibus. Multos inueni aequos aduersus homines: aduersus deos neminem. Obiurgamus quotidie fatum. Quare ille in medio cursu raptus est? Quare ille non rapitur? Quare senectutem & sibi & alijs grauem extendit? Vtrum obsecro te, aequius iudicas, te naturae, an tibi pare naturam? Quid autem interest quam cito ex eas, vnde utique exequendum est? Non vt diu viuamus, curandum est: fed vt facias. Nam vt diu viuas, fato opus est: vt satis, animo. Longa est vita, si plena est. Impletur autem, cum animus sibi bonū suū reddidit, & ad se pote statē sui trāstulit. Quid illū octoginta anni iuvant, per inertiam exacti? Nō vixit iste, sed in vita moratus est, nec sero mortuus est, sed diu. Octoginta annis vixit. Interest, morte eius ex quo die numeres. At ille obiit viridis: sed officia boni ciuii, boni amici, boni filii executus est. In nulla parte cessavit, licet eius aetas imperfecta sit, vita perfecta est. Octoginta annis vixit. Immo octoginta annis fuit: nisi forte sic vixisse eū dicis, quomodo dicitur arbores vivere. Obsecro te mihi Lucili, hoc agamus, vt quemadmodū pretiosa rerū, sic vita nostra non pateat multū, sed multū pendat. Actu illā metiamur, non tempore. Vis scire, quid inter hunc inter sit vegetū contemptoremq. fortunae, functum omnibus vitae humanae stipendijs, atque in summum bonum euectum & illum: cui multi anni transmissi sunt? Alter post mortem quoque est, alter ante mortem, perijt. Laudemus itaque, & in numero felicium reponamus eum, cui quantumcumque temporis contigit, bene collocatum est. Vedit enim veram lucem, non fuit vnu & multis. & vixit, & viguit. Aliquando sereno, vsus est: aliquando vt solet, validi sideris fulgor per nubila emicuit. Quid quaeris, quamdiu vixerit? Vixit ad posteros usque, transiit, & se in memoriam dedit. Nec ideo mihi plures annos accedere reculauerim: nihil tamen ad beatam uitam defuisse dicam, si spatium eius inciduntur. Non enim ad eum diem me appetui quem ultimum mihi spes auida promiserat: sed nullum non tanquam ultimum aspexi. Quid me interrogas, quando natus sim? An inter iuniores adhuc censem? Habeo meum. Quemadmodum in minore corporis habitu homo esse perfectus, sic & in minore temporis modo potest esse nita perfecta. Actas inter externa est. Quamdiu sim, alienum est: quamdiu nō bonus sim, meum est. Hoc à me exige, ne uelut per tenebras aēuum ignobile emetiar, ut agam uitam, non ut preteruehar. Quaeris quod sit amplissimum uitiae spatiū? Utque ad sapientiam uiuere. Qui ad illam pertuenit, attigit non longissimum finem, sed maximum. Ille uero glorietur audacter, & dijs agat gratias, interque eos sibi & rerum naturae imputet, quod fuit. Merito enim imputabit: meliorem illi uitam reddidit, quam accepit. Exemplar boni viri posuit, qualis quantisque esse ostendit. Si quid adiecisset, fuisse simile praeterito. Et tamen quoniamque uiuimus? omnium rerum cogitatione fructus sumus. Scimus à quibus principaliis natura se attollat, quemadmodum ordiner mundum, per quas uices annum reuocet, quemadmodum omnia quae usquam erant, clauerit, & seipsum sui finem fecerit. Scimus, sidera impetu suo uadere: praeter terram nihil stare, cetera continua uelocitate decurrere. Scimus quemadmodum solem luna praeterere: quare tardior uelociorem post se relinquit: quomodo lumen accipiat, aut perdat: quae causa inducat noctem, quae reducat diem, illuc eundum est, ubi ista propius apicias. nec hac spes, inquit sapiens ille, fortius exeo, quod patere mihi ad deos meos iter iudico. Merui quidem admitti & iam inter illos fui: animumque illo meum misi, & ad me illi suum miserunt. Sed tolli me de medio puta, & post mortem nihil ex homine restare. Aequae magnum animum habeo, etiam si nusquam transiurus excedo? Non tam multis uixit annis, quam potuit. Et paucorum uersuum liber est, & quidē laudandus, atq. utilis. Annales Tamusi scis quam nō decori sint, & qui uocētur. Aeq. est uita quorundam longa,

longa, & quod Tamusi sequitur annales. Nunquid feliciorem iudicas eum, qui summo die muneris, quam eum qui medio occidit? Nunquid aliquem esse tam cupidum vitae putas, vt singulari in spolio, quam in arena malit? Non maiore spatio alter alterum praecedens. Mors per omnes it. Qui occidit, cōsequitur occidum. Minimum est, de quo sollicitissime agitur. Quid autem ad rem pertinet, quam diu vites, quod euitare non possis?

Epistola XCIV.

Em partem philosophiae, quae dat propria cuique personae pracepta, nec in vniuersum compertos: domino, quomodo seruos regat: quidam solam receperunt, ceteras quasi extra nostram utilitatem vagantes reliquerunt: tanquam quis possit de parte suadere, nisi qui summan prius totius vitas complexus est. Sed Aristoteles contrario hanc partem leuem existimat, & quae non descendat in perpetuū vltore. At illā non habentē pracepta, plurimum ait proficer, ipsaque decreta philosophiae, constitutionem esse summi boni, quam qui bene intellit & didicit, quid in quaque re faciendum sit, sibi ipse pracepit. Quemadmodum qui iaculari dicit, destinatum locum captat, & manum format, ad diligendā quae mitit: cum hanc vim ex disciplina & exercitatione percepit, quoconque vult, illa vitur. Didicit enim non hoc aut illud ferire, sed quodcumque voluerit. Sic qui se ad totam vitam instruxit, non desiderat particulatum admoniti, doctus in totum, non quomodo cum vxore aut cum filio viueret, sed quomodo bene viueret. In hoc est, & quomodo cum vxore ac liberis viueret. Cleanthes vtilē quidē iudicat & hanc partem, sed imbecille nisi ab vniuerso fluit, nisi decreta ipsa philosophiae & capita cognouit. In duas ergo quaestiones locus iste dividitur. Vtrum vtilis, an inutilis sit: & an solus virum longe possit efficere, id est, vtrum superuacuus sit, an omnes faciat superuacuos. Qui hāc partem videri volunt superuacuam, hoc aiunt. Si quid oculis oppositum moratur aciem, remouendum est. illo quidē non abiecto operam perdidit, qui pracepit. Sic ambulabis, illo manum porrigen. Eodem modo vbi alii res obcaecat animum, & ad officiorum dispiciendum ordinem impedit, nihil agit qui pracepit. Sic viues cum patre, sic cum vxore. Nihil enim proficit pracepta, quandiu menti error obsesus est, si ille discutitur, apparebit quid cuique debeatur officio. Alioquin doces illum, quid sano faciendum sit, non sanum effici. Pauperi, vt agat diuitem, monstras. Hoc quomodo manente paupertate fieri potest. Ostendis esurienti, quid tamquam satur faciat. Fixam potius medullis famem & etrahe. Idē tibi de omnibus vitijs dicam. ipsa remouenda sunt, non praeciendum, quod fieri illis manentibus non potest. Nisi opiniones falsas, quibus laboramus, expuleris, nec auarus, quomodo vtendum pecunia sit, exaudiens: nec timidus, quomodo pericula contemnat. Efficias oportet, vt sciat pecuniam nec bonum, nec malum esse. Ostendas illi miserrimos diuites. Efficias, vt quicquid publice expanius, sciat non esse tam timendum, quam fama circumfert, nec dolorem quoque nec mortem. Saepe in morte, quam pati lex est, magnum esse solatium, quod ad neminem redit: in dolore pro remedio futuram obſinationem animi, qui lenius facit sibi, quicquid contumaciter passus est. Optimam doloris esse naturam, quod non potest, nec qui extendit magnus esse, nec qui est magnus, extendi. Omnia fortiter excipienda, quae nobis mundi necessitas imperat. His decretis cum illum in conspectum suae condicione adduxeris, & cognoverit beatam vitam esse, non quae secundum volupatem est, sed secundum naturam: cum virtutem vnicum bonum hominis adamauerit, turpitudinem folium malum fugerit, reliqua omnia, diuitias, honores, bonam valetudinem, vires, imperia, scierit esse medianam partem, nec bonis anumerandam, nec malis: monitorem non desiderabit ad singula, qui dicat. Sic incede, sic coena: hoc viro, hoc feminæ, hoc marito, hoc caelibi conuenit. Ista enim qui diligentissime monent, ipsi facere non possunt. Haec paedagogus puer, haec autia nepoti praecipit: & irascendum non esse, magister iracundissimus disputat. Si ludum litterarium intraueris, scies ista, quae ingeni superficialis philosophia iacent, in puerili esse praescrito. Vtrum manifesta demū, an dubia praecipites? Non desiderant manifesta monitores: praecipienti dubia non creditur. Superuacuum est ergo praecipere. Id adeo sic disce. Si id mones quod obscurum est & ambiguum, probationibus addiuuandum erit. Si probatur es, illa per quae probas, plus valent, satisque per se sunt. Sic amico vtere, sic ciue, sic socio. Quare? quia iustum est. Omnia ista mihi locus de iustitia tradit. Illic inuenio aequitatem per se expertandam, nec metu nos ad illam cogi, nec mercede conduci. Non esse iustum, cui quicquam in hac virtute placet, praeter ipsam. Haec cum persuasi mihi, & peribibi, quid ista pracepta proficiunt, quae eruditum docent: Praecepta dare scienti, superuacuum est: nescienti, parum. Audire enim debet, non tantum quid sibi praecipiatur, sed etiam quare. Vtrum inquam, veras opiniones habent de bonis malisque, sunt necessaria, an non habent? Qui non habet, nihil te adiuua bitur. aures eius contraria monitionibus tuis fama possedit. Qui habet exactum iudicium de fugiendis petendisque, scit quid sibi faciendum sit, etiam te tacente. Tora ergo pars ista philosophiae submoueri potest. Duo sunt, propter quae delinquimus. Aut inest animo praus opinionibus malitia contracta: aut etiam si non est falsus occupatus, ad fallā proclivis est, & cito species quod non oportet trahente, corruptus. Itaque debemus aut curare mente aegram, & vitijs liberare aut vacante quidem, sed ad peiora pronam, praecoccupare. Vtrunque decreta philosophiae faciunt. Ergo tale praecipiendi genus nihil agit. Praeterea si pracepta singulis damus, in comprehensibile opus est. Alia enim dare debemus foenerantia, alia colenti agrum, alia negotianti, alia regum amicitias sequentia, alia pares, alia inferiores amatu-

O 2 In ma-

In matrimonio praecipias, quomodo viuat cum vxore aliquis quam virginem duxit, quomodo cum ea, quae alicuius matrimonium experta est, quemadmodum cum locuplete, quemadmodum cum indo-tata. An non putas aliquid esse discriminis inter sterilem, & foecundam inter proeuctorem, & puellam, inter matrem & nouercam? Omnes species complecti non possumus. Atqui singulae propria exigunt. Leges autem philosophiae breues sunt, & omnia alligant. Adiice nunc, quod sapientis praecepta finita esse debent, & certa: si qua finiri non possunt, extra sapientiam sunt. Sapientia rerum terminos nouit. Ergo ista pars praeceptiva submouenda est: quia quod paucis promittit, praeflare omnibus non potest. Sapientia autem omnes tenet. Inter infaniam publicam, & hanc quae medicis traditur, nihil interest: nisi quod haec morbo laborat, illa opinionibus falsis. Altera causas furoris traxit ex valetudine, altera animi mala valetudo est. Si quis furioso praecepta det, quomodo loqui debeat, quomodo procedere, quomodo in publico se gerere, quomodo in priuato, erit ipso quem monebit infanior. Bilis nigra curanda est, & ipsa furoris causa remouenda. Idem in hoc alio animi furore faciendum est. ipse discutit debet; alioquin abibunt in vanum monentium verba. Haec ab Aristotle dicuntur. Cui respondemus ad singula. Primum aduersus illud quod ait, si quid obstat oculo, & impedit visum, debere remoueri. Fateor, huic non esse opus praeceptis ad videndum, sed remedio quo purgetur acies, & officientem sibi moram effugiat. Natura enim videmus: cui visum sui reddit, qui remouet obstantia. Quid autem cuique debeatur officio, natura non docet. Deinde cuius curata suffusio est, is non protinus cum visum recepit, alijs quoque potest reddere. Malitia liberatus, & liberat. Non est opus exhortatione, nec consilio quidem: vt colorum proprietates oculus intelligat. a nigro album, etiam nullo momente, distinguunt. Multis contra praeceptis egit animus, vt videat quid agendum sit in vita. Quanquam oculos quoque aegros medicus non tantum curat, sed etiam monet. Non est, inquit, quod protinus imbecillam aciem committat improbo lumini: à tenebris primo ad umbratam procede, deinde plus aude, & paulatim claram lucem pati assuece. Non est quod post cibum studeas, non est quod plenis oculis, a cibis imperes. Afflatum & vim frigoris in os ocurrentis evita: alia eiusmodi, quae non minus quam medicamenta proficiunt. Adiicit remedijs medicina consilium. Error, inquit, est causa peccandi. Hunc nobis praecepta non detrahunt, non expugnare opiniones de bonis ac malis fallas. Concedo, per se efficacia praecepta non esse ad auertendam prauam animi persuasione: sed non ideo, ne alijs quidem adiecta proficiunt. Primum memoriam renouant. Deinde quae in vniuerso confusius videbantur, in partes diuisa diligentius considerantur. Aut tu isto modo licet & consolationes dicas superuacuas, & exhortationes. Atqui non sunt superuacuae. Ergo ne monitiones quidem. Stultum est, inquit, praecepere aegro, quid facere tanquam sanus debeat: cum restituenda sanitas sit, sine qua irrita sunt praecepta. Quid quod habent aegri tanique quaedam communia, de quibus admonendi sunt? tanquam ne aude cibos appetant, vt lasitudinem vitent. Habent quaedam praecepta communia pauper & diuines. Sana, inquit, avaritiam, & nihil habebis, quod admoneas aut pauperem, aut diuitem, si cupiditas viri, que confidet. Quid quod aliud est, non concupiscere pecuniam: aliud, vt pecunia scire: cuius avari modum ignorant, etiam non avari videntur. Tolle, inquit, errores. superuacua praecepta sunt. Falsum est. Puta enim avaritiam relaxatam: puta astrictam esse luxuriam, temeritati fraenos injectos, ignaviae subditum calcar. etiam remotis vitis, quid & quemadmodum debeamus facere, discendum est. Nihil, inquit, efficient monitiones admotae grauius vitis. Ne medicina quidem morbos infanabiles vincit; tamen adhibetur alijs in remedium, alijs in letamentum. Ne ipsi, quidem vniuersae philosophiae vis, licet tota in hoc vires suas aduocet, duram iam & veterem animis extrahet pestem: sed non ideo nihil sanat, quia non omnia. Quid prodeft, inquit, aperta monstrare? Plurimum. Interdum enim sciimus, nec attendimus. Non docet admonitio, sed aduerit, sed excitat, sed memoriam contunerit, nec patitur elabi. Plaeraque ante oculos posita transimus. Admonere, genus adhortandi est. Saepe animus etiam apera diffimulat. Ingerenda est itaque illi no titia rerum notissimorum. Illa hoc loco in Vatiniū Calui repetenda sententia est: Factum esse ambitum, scitis: & hoc vos scire, omnes sciunt. Scis amicitias sancte colendas esse: sed non facis. Scis im probum esse, qui ab vxore pudicitiam exigit, ipse alienarum corruptor vxorum. Scis vt illi cum adultero, sic nihil tibi esse debere cum pellice: & non facis. Itaque subinde reducendus es ad memoriam. Non enim reposita illa esse oportet, sed in promptu. Quae cuncte salutaria sunt, saepe agitari debent, saepe versari: vt non tantum nota sint nobis, sed etiam patrata. Adiice nunc, quod aperta quoque apertiora fieri solent. Si dubia sunt, inquit, quae praecepis, probationes adiicere debebis. Ergo illae, non praecepta proficient. Quid quod etiam sine probationibus, ipsa monentis autoritas prodest: sic quomodo iurisconsultorum valent responsa, etiam si ratio non redditur? Praeterea ipsi quae praecepuntur, per se multum habent ponderis: vtique si aut carmini intexta sunt, aut prosa oratione in sententia coartata. Sicut illa Catoniana: Emas, non quod opus est, sed quod necessesse est. Quod non opus est, has carum est. Qualia sunt illa, aut redita oraculo, aut similia: Tempori parce, Te nosce. Nunquid rationem exiges, cum tibi aliquis hos dixerit versus?

Iniuriarum remedium est obliuio.

Audentes fortuna iuuat.

Piger sibi ipse obstat.

Aduocatum ista non quærunt, affectus ipsos tangunt, & natura vim suam exercēte proficiunt. Omnia

nium honestarum rerum semina animi gerunt, quae admonitione excitantur; non aliter quam scintilla flatu leui adiuta, ignem suum explicat. Erigitur virus, cum tacta est & impulsa. Praeterea quaedam sunt quidem in animo, sed parum prompta, quae incipiunt in expedito esse, cum dicta sunt. Quaedam duerit in locis iacent sparsa, quae contrahere in exercitata mens non potest. Itaque in unum conferenda sunt, & iungenda, ut plus valeant, etiamq. magis alleuent. Aut, si praecepta nihil adiuvant, omnis in situatio tollenda est. Ipsa natura contenti esse debemus. Hoc qui dicunt, non vident alium ingenij esse mobilis & erecti, alium tardi & hebetis. Utique aliud alio ingeniosior est. Ingenij vis praeceptis altior & crescit, nouisque persuasiones adiicit innatis, & depravata corrigit. Si quis, inquit, non habet recta decreta, quid illum admonitiones iauabunt vitis obligatum? Hoc scilicet, ut illis liberetur. Non enim extinguita in illo indoles naturalis est, sed obscurata & oppressa. Sic quoque tentat resurgere, & contra prauitatem. Naclla vero praevidit, & adiuta praeceptis, conualescit: si tamen illam diutina pessis inficit, non enecuit. Hanc enim ne disciplina quidem philosophiae toto impetu suo connixa, restituet. Quid enim interest inter decreta philosophiae & praecepta, nisi quod illa generalia praecepta sunt, haec specialia? Vtique res praecepit: sed altera in totum, particulatum altera. Si quis, inquit, recta habet & honesta decreta, hic ex superuacio monetur. Minime. Nam hic quoque doctus quidem est facere, quae debet, sed haec non satis perspicit. Non enim tantum affectibus impedimur, quo minus probanda faciamus, sed imperita inueniendi, quid quaeque res exigat. Habemus interdum compositum animum, sed residem & inexcitatum ad inueniendam officiorum viam, quam admonitio demonstrat. Expelle, inquit, falsas opiniones de bonis & malis: in locum autem earum veras repone: & nihil habebit admonitio, quod agat. Ordinatur ista sine dubio ratione animus, sed non ista tantum. Nam quamvis argumentis collectum sit, quae bona, quae mala sint: nihil minus habent praecepta partes suas: & prudentia, & iustitia officijs constant: officia praeceptis disponuntur. Praeterea ipsum de bonis malisque iudicium confirmatur officiorum executione, ad quam praecepta perducunt. Vtique enim inter se consentiunt: nec illa possunt praecedere, ut non haec sequantur, & haec ordinem sequuntur suum. Vnde apparat illa praecedere. In finita, inquit, praecepta sunt. Falsum est. Nam de maximis ac necessarijs rebus non sunt infinita. Tenues autem differentias habent, quas exigunt tempora, loca, personae. Sed hls quoq. dantur praecepta generalia. Nemo, inquit, praeceptis curat infaniam, ergo nec malitiam quidem. Dissimile est. Nam si infaniam sustuleris, sanitas redditia est. Si falsas opiniones exclusimus, non statim sequitur disperitus rerum agendarum: & vt sequatur, tamen admonitio corroborabit rectam de bonis malisque sententiam. Illud quoque falsum est, nihil apud infanos proficeret praecepta. Nam quemadmodum sola non profunt, sic curationem adiuvant. Et denuntiatio, & castigatio infanos coercuit. De illis infanis nūc loquor, quibus mens mota est, non erecta. Leges, inquit, vt faciamus quod oportet, non efficiunt. Et quid aliud sunt, quām minis mixta praecepta? Primum omnium ob hoc illae non persuadent, quia minantur. At haec non cogunt, sed exorant. Deinde leges a scelere deterrent: praecepta in officium adhortantur. His adiice, quid leges quoque proficiunt ab bonos mores: vtique si non tantum imperant, sed docent. In hac re dissentio à Posidonio. Non probo, quod Platonis legibus adiecta principia sunt. Legem enim brevē esse oportet, quo facilius ab imperitis teneatur, velut emissā diuinitus vox sit. Iubeat, non dispergit. Nihil videtur mihi frigidius, nihil ineptius, quām lex cum prologo. Mone, dic quid me velis fecisse. Non disco, sed pareo. Proficiunt, itaque malis moribus vt videbis ciuitates vras malis legibus. At non apud omnes proficiunt. Ne philosophia quidem: nec ideo inutilis, & formandis animis inefficax est. Quid autem philosophia, nisi vitae lex est? Sed puremus non proficeret leges: non ideo sequitur, vt ne monitiones quidem proficiant. Aut sic & consolationes nego proficeret, dissuasionesque, & adhortationes, obiurgationes, & laudationes. Omnia ista monitionum genera sunt, per ista ad perfectum animi statum peruenient. Nulla res magis animos honesta induit, dubioque & in primum inclinantes reuocat ad rectum, quām bonorum virorum conuersatio. Paulatim enim descendit in peccata: & vim praeceptorum obtinet, frequenter audiri, aspici frequenter. Occursus mehercule ipse sapientium iuuat: & est aliquid quod ex magno viro vel consciente proficiat. Nec tibi facile dixerim quemadmodum profit, sicut illud intelligam, profuisse. Minuta quaedam, vt ait Phaedon, animalia, cum inordent, non sentiuntur, adeo tenuis illis & tamen in periculum vis est. tumor indicat morbum, & in ipso tumor nullum vulnus apparet. Idem tibi in contemplatione virorum sapientium euueniet, non reprehendes quemadmodum aut quando tibi profit, profuisse reprehendes. Quorsum, inquit, hoc pertinet? Aequae praecepta bona, si saepe tecum sint, profutura, quām bona exempla. Pythagoras ait, alium animum fieri intrantibus templum, deorumque simulachra ex vicino cernentibus, & alicuius oraculi operientibus vocem. Quis autem negauerit, feriri quibusdam praeceptis efficaciter etiam imperitissimos? velut his breuissimis vocibus, sed multum habentibus ponderis. Nihil nimis.

Avarus animus nullo satiatur lucro.

Ab alio expectes: alteri quod feceris.

Haec cum iuctu quodam audimus, nec vlli licet dubitare, aut interrogare, Quare? adeo etiam sine ratione ipsa veritas ducit. Si reuerentia fraenat animos, aut vitia compescit: cur non admonitio idem possit. Si imponit pudorem castigatio: cur admonitio non faciat, etiam si nudis praeceptis vtiuit? Illa vero efficiacior est, & altius penetrat, quae adiuuat ratione, quod praecepit, quae adiicit, quare quidque facien-

dum sit, & quis facientem oboedientemque praeceptis fructus expectet. Si imperio proficitur, & admonitione proficitur. Atqui proficitur imperio, ergo & admonitione. In duas partes virtus diuiditur, in contemplationem veri, & actionem. Contemplationem institutio tradit, actionem admonitio. Virtutem & exercet, & ostendit recta actio. Actu autem si prodest qui suader, & qui monet, proderit. Ergo si recta actio virtuti necessaria est, rectas autem actiones admonitio demonstrat, & admonitio necessaria est. Duæ res plurimum roboris animo dant, fides veri, & fiducia. Utramque admonitio facit. Nam & creditur illi, & cum creditum est, magnos animus spiritus concipit, ac fiducia impletur. Ergo admonitio non est superuacua. M. Agrippa, vir ingentis animi, qui solus ex his quos ciuita bella claros potentesq. fecerunt, felix in publicum fuit, dicere solebat, nullum se hunc debere sententiae: Nam concordia parvae res crescunt, discordia maxima dilabuntur. Hac se aiebat, & fratrem, & amicum optimum factum. Si eiusmodi sententiae familiariter in animum receptae formant eum: cur non haec pars philosophiae quae talibus sententijs constat, idem posuit? Pars virtutis disciplina constat, pars exercitatione. Et discas oportet, & quod didicisti, agendo conserues. Quod si ita est, non tantum scita sapientiae prosunt, sed etiam praecpta, quae affectus nostros velut editio coercent & obligant. Philosophia, inquit, diuiditur in haec, scientiam & habitum animi. Nam illam qui didicit, & facienda ac vitanda percipit, nondum sapiens est, nisi in ea quae dicit, animus eius transfiguratus est. Tertia pars ista praincipiendi ex vitroque est, & ex decretis & ex habitu. Itaque superuacua est ad implendam virtutem, cum duo illa sufficiant. Ita ergo modo & consolatio superuacua est, nam haec quoque ex vitroque est: & exhortatio, & suasio, & ipsa argumentatio. Nam & haec ab habitu animi compoti validiq. proficitur. Sed quamvis ista ex habitu animi veniant, optimus animi habitus & ex his est, & ex illis. Deinde istud quod dicas, iam perfecti viri est, ac summam consecuti felicitatis humanae. Ad hoc autem tarde peruenit. Interim euam imperfecto, sed proficien, demonstria est in rebus agendis via. Hanc forsitan etiam sine admonitione dabit sibi ipsa sapientia: quae iam eo perduxit animam, ut moueri nequeat, nisi in reatum. Imbecilloribus quidem ingenij necessarium praeceire: Hoc vitabis, hoc facies. Praeterea si expectat tempus quo se sciat, quid optimum faciat. interim errabit, & errando impeditur, quo minus ad ilud perueniat, quo possit esse contentus. Regi ergo debet, dum incipit possit se regere. Pueri ad praesciptum discunt, diligenter tenentur, & aliena manu per litterarum simulacra dicuntur. Deinde imitari iubentur proposita, & ad illa reformare chirographum. Sic animus noster dum eruditur ad praesciptum, iuuatur. Haec sunt per quae probatur, hanc philosophiae partem superuacuam non esse. Quærerit deinde, an ad faciendum sapientem sola sufficiat. Huius quæstionis suum diem dabimus. Interim omisimus argumentum, nonne apparet nobis esse opus aliquo aduocato, qui contra populi praeccepta praecipiat? Nulla ad aures nostras vox impune perfertur. Nocent qui optant, nocent qui execrantur. Nā & horum impetratio falsos nobis metus inserit, & illorum amor male docet bene optando. Mittit enim nos ad longinqua bona, & incerta & errantia, cum possimus felicitatem domo promovere. Non licet, inquam, ire recta via. Trahunt in prauum parentes, trahunt servi. Nemo errat vni sibi, sed dementia spargit in proximos, accipitque iniucem. Et ideo in singulis vita popolorum sunt, quia illa populus dedit, dum facit quisque peiorum, factus est. Didicit deteriora, deinde docuit: effectaque est ingens illa nequitia, congesto in vnum, quod cuique pessimum scitur. Sit ergo aliquis custos, & aures subinde peruellat; abigatque rumores, & reclamat populis laudantibus. Erras enim, si existimas nobiscum via nasci, superuenerunt, ingesta sunt. Itaque monitionibus crebris, opiniones quae nos circumsonant, compescimus. Nulli nos virtus natura conciliat. Nos illi integros ac liberos genuit. Nihil quidem quod auaritia nostram irritaret, posuit in aperto. Pedibus aurum & argentum subiecit, calcandumque ac premendum dedit, & quicquid est, propter quod calcamur ac premimur. Illa vultus nostros erexit in caelum, & quicquid magnificum mirumque fecerat, videri a suspicentibus voluit: orru occafusque, & properantis mundi volubilis cursus, interdui terrena aperientem, noctu caelestia: tardos siderum in celis, si compares toti: citatissimos, si cogites, quanta spatia nunquam intermissa velocitate circumeant, defectus solis & lunae iniucem obstantium. Alia deinceps digna miratu, sive per ordinem subeunt, sive subditis causis mota profiliunt, ut nocturni ignium tractus, & sine vlo iectu sonituque fulgore caeli fatiscant, columnaeque ac trabes, & varia simulacra flamarum. Haec supra nos natura disponit. Aurum quidem & argentum: & propter ita nunquam pacem agens ferrum, quasi male nobis committerentur, abscondit. Nos in lucem propter quae pugnaremus, extulimus. Nos & causas periculorum nostrorum, & instrumenta, disiecto terrarum pondera eruimus. Nos fortunae mala nostra tradidimus: nec erubescimus summa apud nos haberi, quae fuerant ima terrarum. Vis scire quādū falsus oculos tuos decipit fulgor? Nihil est istis, quamdiu mersa & inuoluta coeno suo iacent, foediis, nihil obscurius, quid nō quando pet longissimorum cuniculorum tensbras extrahuntur. nihil est illis dum sunt, & à saepe sua separantur, informius. Denique ipsois opifices inuere, per quorum manus sterile terrae genus & informe perpurga, videbis quanta fuligine obliniantur. Atqui ista magis inquinant animos, quādū corpora & in posse fore eorum, quādū in artifice plus est fordium. Necesarium itaque est admoneri, & habere aliquem aduocatum bonae mentis, & que tanto fremitu, tumultuque falsorum veram denique audire vocem. Quae erit illa vox? Ea scilicet quae tantis clamoribus ambitionis exsurdato, salubria insurget verba: quae dicat, Non est quid inuidas istis, quos magnos felicesq. populus vocat. Non est quid tibi compostae mentis

mentis habitum & sanitatem planus excutiat. Non est quid tibi tranquillitas tuae fastidiosa faciat ille, subillis fascibus, purpura cultus. Non est quid felicitatem eum indicet, quādū quē licet semita dicit. Si vis exercere tibi vtile, nulli autem graue imperium, submoue vita. Multa inueniuntur, qui ignem inferant viribus, qui inexpugnabilita faculis, & per aliquot astas tutu prosterant, qui aequum arcibus aggetem attollant, & muros in miram altitudinem adductos arrietibus ac machinis quassent: multi sunt, qui ante se agant agmina, & tergis hostium grancis instent, & ad mare magnum perfusi caede gentium veniant: sed hi quoque, ut vincerent hostem, cupiditate vici sunt. Nemo illis venientibus restitit, sed nec ipsi ambitioni, crudelitatiq. refuterant. Tunc cum agere visi sunt alios, agebantur. Agebat infelicem Alexandrum furor aliena deuastans, & ad ignota multebat. An tu putas sanum, qui a Graeciae primum cladibus, in qua eruditus est, incipit, qui quod cuique optimum est, eripiit? Lacdaemonia seruire tubet. Athenas tace. Non contentus tot ciuitatum strage quas aut vicerat Philippus, aut emerat, & alias alio loco projectat, & toto orbe arma circum fert: nec subfistit vnguam lassa crudelitas, immannum ferarum modo, quae plus quam exigunt famines, mordent. Iam in vnum regnum malta regna coniecit. Iam Graeci Persaeque eundem clement, Iam etiam à Dario liberae nationes iugum accipiunt, ite tamen vult ultra Oceanum. Solemque: indignatur ab Herculis Liberiique vestigijs victorijs flectere. Ipsi naturae vim parat. Non ille ire vult, sed non potest stare: non aliter, quādū in praeceps diecta pondera, quibus eundi finis est, iacuisse. Ne Cn. quidem Pompeio extrema inire bella aut domestica, virtus aut ratio suadebat: sed in sinu amore magnitudinis falsae, modo in Hispaniam & Sertorianam armam, modo ad cogendos piratas ac maria pacanda vadebat. Hae praetexabantur causae ad continuandam potentiam. Quid illum in Africam, quid in Septentrionem, quid in Mithridatem & Armeniam, & omnes Asiae angulos traxit. Infinita scilicet capido crescendi: cum sibi vni parum magnus videbatur. Quid C. Caesarem in sua fata pariter ac publica immisit? gloria & ambition, & nullus supra ceteros eminenti modus. Vnum ante se ferre non potuit, cum res supra se duos ferret. Quid tu C. Marium semel cōsulem (vnum enim consulatum accepit, ceteros rapuit) cum Theutonicos Cimbrosque conciderat, cum Iugurtham per Africæ deserra sequeret, tot pericula puras appetit, virtutis in finitu? Marius exercitum, Marium ducebatur ambitione. Iti cum omnia concuerent, cutiebantur turbinum more, qui rapta contulunt, sed ipsi ante voluntur, & ob haec maiore impegnu incurunt, quia nullum illis sui fraenum est. Ideoque cum multis fuerant mali, perfreram illam vim, qua plerique nocuerunt, ipsi quoque sentiunt. Non est quid credas quenquam fieri aliena infelicitate felicem. Omnia ista exempla, quae oculis atque auribus nostris ingeruntur, retexenda sunt, & plenum malis sermonibus peccus exhaustendum: Inducenda est in occupatum locum virtus, quae mendacia contra verum placenta exstirpet, quae nos à populo, cui nimis credimus, separet, ac sinceris opinionibus reddat. Haec est enim sapientia, in naturam conuerteri, & ea restituiri, vnde publicus error expulerit. Magna pars sanitatis est, hortatores insaniae reliquisse, & ex isto coetu innicem noxio procul abisse. Hoc ut esse verum scias, a spīce, quanto aliter vnuquisque populo viuat, aliter sibi. Non est per se magnifica solitudo innocentiae, nec frugalitatem docent rura: sed vbi testis ac spectator abscessit, virtus subsumunt, quorum monstrari & conspicere, fructus est. Quis eam quam nulli ostenderet, induit purpuram? Quis posuit secretam in auro dapem? Quis sub aliquius rusticæ arboris umbra, luxuriae sue pompa solus explicit? Nemo oculis suis laetus est, ne pancorum quidem & familiarium sed apparatus vitorum suorum pro modo turbæ spectantis expandit. Itaque irritamentum est omnium in quae insanimus, admirator & conscius. Ne concupiscamus efficiens, si ne ostendamus efficeris. Ambitio, & luxuria, & impotentia sca eniam desiderant. Sanabis ista, si abscondenis. Itaque si in medio urbium fremitu collocati sumus, stet ad latus monitor, & contra laudatores ingentium patrimoniorum laudet paruo diuitiem, & vbi opes metientem. Contra illos qui gratiam ac potentiam attollunt, otium ipse suscipiat traditū litteris, & animū ab externis ad sua reuersum. Ostendat ex constitutione vulgi beatos, in isto inuidio fastigio suo trementes & attonitos, longeque aliam de se opinionem habentes, quādū ab alijs habetur. Nam quae alijs videntur excelsa, ipsi praerupta sunt. Itaque exanimantur, & trepidant, quoties despicerunt in illud magnitudinis suae praeceps. Cogitant enim varios casus, & in sublimi maxime lubricos: tunc appetita formidant, & quae & illos graues alijs reddit, grauior ipsis felicitas incumbit. Tunc laudent otium lene & sui iuris. odio est fulgor, & fuga iam a rebus adhuc stantibus quaeritur: tunc demum videoles philosophantes metu, & aegre fortunae fana consilia. Nam quasi ista inter se contraria sint, bona fortuna, & mens bona, ita melius in malis sapimus. secunda rectum auferunt.

Epistola XCIV.

PEtis à me, vt id quod in diem suum dixerā debere referri, repreäsentē & scribam tibi, an haec pars philosophiae, quam Graeci *μαρτυρεῖσθαι* vocant, nos praecipiū dicimus, satis sit ad consummandam sapientiam. Scio te in bonam partem accepturum, si negaueris. Eo magis promitto, & verbum publicum perire non patior. Postea nō rogare quod impeirare nolueris. Interdui enim obnixe petimus id quod recusaremus, si quis offerret. Haec sive leuitas & sive vernitas, punienda est promittendi facilitate. Multa videri volumus velle, sed nolumus. Recitator historiam ingentem attulit, minutissime scriptam, arctissime plicatam, & magna parte perlecta: Definam, inquit, si vultus. Acclamatur, Recita, recita,

recita, ab his qui illum obmutescere illico cupiunt. Saepe aliud volumus, aliud optamus: & verum ne dij quidem dicimus, sed dij aut non exaudirent, aut milerentur. Ego me, omisla misericordia, vindicabo, & tibi ingentem epistolam impingam: quam tu si iniuitus leges, dico: Ego mihi hoc contraxi. te que inter illos numero, quos vxor magno ducto ambitu torquet: inter illos, quos diauitas per sumnum acquisitae sudorem, male habent: inter illos, quos honores, nulla non arte atque opera petiti discrunt, & ceteros malorum suorum compotes. Sed vt, omislo principio, rem ipsam aggrediar: Beata, inquit, vita constat ex actionib. rectis: ad actiones rectas praecepta perdudunt. Ergo ad beatam vitam praecpta sufficiunt. Non tamen semper ad actiones rectas praecepta perdudunt, sed cum obsecquens ingenium est. Aliquando frustra admouentur, si animum opiniones obsident prauae. Deinde etiam si recte faciunt, nesciunt facere se recte. Non potest enim quisquam nisi ab initio formatus, & tota ratione compositus, omnes exsequi numeros, vt sciat quando porteat, & in quantum, & cum quo, & quemadmodum. Quare non potest toto animo ad honesta conari, ne constanter quidem, aut libenter, sed respicere, sed haesitabit. Si honesta, inquit, actio ex praeceptis venit, ad beatam vitam praecepta abunde sunt. Atqui est illud, ergo & hoc. His respondemus, Actiones honestas ex decretis fieri, non tantum praeceptis. Si aliae, inquit, artes contentae sunt praeceptis, contenta erit & sapientia. Nam & haec ars vitae est. Atqui gubernatorem facit ille qui praecepit. Sic moe gubernaculum, sic vela submittre, sic secundo vento vtere, sic aduerso resistere, sic dubium communemque tibi vindica. Alios quoque artifices praecepta confirmant. Ergo non hoc idem poterunt artifices vivendi? Omnes istae artes circa instrumenta vitae occupatae sunt, non circa totam vitam. Itaque multa illas inhibent extrinsecus, & impediunt, spes, cupiditas, timor. At haec quae artem vitae professi est, nulla re, quo minus se exerceat, vetari potest. Discutit enim impedimenta, & tractat obstantia. Vis scire quam dissimilis sit harum artium condicio, & huius? In illis excusatus est voluntate peccare, quam casu: in hac maxima culpa est, sponte delinquere. Quod dico, tale est. Grammaticus non erubescit soloecismum, si sciens facit: erubescit, si nesciens. Medicus si deficere aegrum non intelligit, quantum ad artem magis peccat, quam si se intelligere dissimulat. At in hac arte viuendi, turpior volentium culpa est. Adiice nunc, quod artes quoque pleraeque, immo ex omnibus liberalissimae, habent decreta sua, non tantum praecepta, sicut medicina. Itaque alia est Hippocratis secta, alia Asclepiadi, alia Themisonis. Praeterea nulla ars contemplativa sine decretis suis est, quae Graci vocant *syuzza*: nobis vel decreta licet appellare: vel scita, vel placita, quae in geometria & in astronomia inuenies. Philosophia autem & contemplativa est, & activa: spectat, simulque agit. Eritas enim, si illam putas tantum terrestres operas promittere: altius spirat. Totum, inquit, mundum scutor, nec me intra contubernium mortale contineo, suadere vobis, ac dissuadere contenta. Magna me vocant, supraque vos posita.

*Nam tibi de summa caeli ratione deumque
Differere incipiam, & rerum primordia pandam,
Vnde omnis natura creet res, auget, alatique,
Quoque eadem rursus natura perempta resoluat.*

vt ait Lucretius. Sequitur ergo, vt cum contemplativa sit, habeat decreta sua. Quid, quod facienda quoque nemo rite obbibit, nisi is, cui ratio erit tradita, qua in quoque re omnes officiorum numeros exequi possit? Quos non seruabit, qui mera, praecepta acceperit. Imbecilla sunt per se, &c, vt ita dicam, sine radice, quae partibus dantur. Decreta sunt quae inveniunt, quae securitatem nostram, tranquillitatemque tuerantur, quae totam vitam, totamque rerum naturam simul contineant. Hoc interest inter decreta philosophiae & praecepta, quod inter elementa & membra. Haec ex illis dependent: illa & horum causae sunt & omnium. Antiqua, inquit, sapientia nihil aliud quam facienda & vitanda praecepit. Et tunc longe meliores erant viri. Postquam docti prodierunt, boni desunt. Simplex enim illa & aperta virtus in obsecram & solerter scientiam versa est, docemurque disputare, non viuere. Fuit sine dubio, vt dicitis, vetus illa sapientia, cum maxime nascens rudit, non minus ceterae artes, quarum in processu subtletas crevit. Sed ne opus quidem adhuc erat remedij diligentibus. Nondum in tantum nequitia surrexerat, nec tam late se sparserat. Poterant vitijs simplicibus obstatremedia simplicia. Nunc necesse est tanto operosiora esse inveniunt, quanto valentiora sunt quibus petimus. Medicina quandam paucarū fuit scientia herbarum, quibus sisteretur fluens sanguis, vulnera coirent paulatin. Deinde in hanc peruenit tam multiplicem varietatem. Nec est mirum, tunc illam minus negotij habuisse, firmis adhuc, solidisque corporibus, & facil cibo, nec per artem, voluptatemque corrupto. Qui postquam coepit, non ad tollendam, sed ad irritandam famem quaeri, & inuentae sunt mille conditiae, quibus auditas excitaretur: quae desiderantib. alimenta erant, onera sunt plenis. Inde pallor, & neruorum vino madentium tremor, & miserabilior ex cruditatibus quam ex fame maces. Inde incerti labantium pedes, & semper qualis in ipsa ebrietate titubatio. Inde in totam cutem humor admissus, distentusque venter, dum male assuevit plus capere, quam poterat. Inde suffusio luridae bilis, & decolor vultus, tabesque in se putrefactum, & retorti digiti articulis obrigescitibus, neruorum sine sensu iacentium torpor, aut palpitatio sine intermissione vibrantium. Quid capitis vertigines dicam? Quid oculorum auriumque tormenta, & cerebri aestuantis vermificationes, & omnia per quae exoneramur, internis ulceribus affecta? Innumerabilia praeterea febrium genera, aliarum impetu subiectum, aliarum tenui peste repentinum,

alarum

alarum cum horrore & multa membrorum quassatione venientium? Quid alios referam innumerabiles morbos, supplicia luxuria? Immunes erant ab ipsis malis, qui nondum se delicijs soluerant, qui sibi imperabant, sibi ministrabant. Corpora opere ac vero labore durabant, aut curru defatigati, aut venatu, aut tellure versata, excipiebat illos cibus, qui nisi esurientibus placere non poterat. Itaque nihil opus erat tam magna medicorum suppellectile, nec tot ferramentis atque pyxidibus. Simplex erat ex simplici causa valetudo. Multos morbos multa fercula fecerunt. Vide quantum rerum per vnam gulam transitorum permisceat luxuria, terrarum marisque vastatrix. Necesse est itaque inter se tam diuerfa diffideant, & hausta male digerantur, alijs alio nitentibus. Nec mirum, quod inconstans variusque ex discordi cibo morbus est. & illa ex contrarijs naturae partibus in eundem compulsa redundant. Inde tam nullo aegrotamus genere, quam vivimus. Maximus ille medicorum, & huius scientiae conditor, feminis nec capillos defluere dixit, nec pedes laborare. Atqui hae iam & capillis destituuntur, & pedibus aegrae sunt. Non mutata feminarum natura, sed vita est. Nam cum virorum licentiam aequaerint, corporum quoque virilium uitia aequauerunt. Non minus peruvigilant, non minus potant, & oleo & mero viros prouocant. Aequi inuitis ingestis visceribus per os reddunt, & vinum omne vomitu remetiuntur: aequi niuem rodunt, solatum stomachi aestuantis. Libidine vero, nec matibus quidem cedunt, pati natue. Dij illas deaeque male perdant: adeo peruersum cōmentae genus impudicitiae, viros ineunt. Quid ergo mirandum est, maximum medicorum ac naturae peritissimum, in mendacio prehendi, cum tota feminae podagrcae caluuaeque sint? Beneficium sexus sui, vitijs perdidunt: & quia feminam exuerunt, damnatae sunt morbis virilibus. Antiqui medici nesciebant dare cibum saepius, & vieno fulcire venas cadentes: nesciebant saniem emittere, & diutinam aegrotationem balneo sudoribus que laxare nesciebant crurum vinculo, brachiorumque, latentem vim, & in medio sedentem, ad extrema reuocare. Non erat necesse circumspiceri multa auxiliorum generia, cum essent periculorum paucissima. Nunc vero quam longe procererunt mala valetudinis? Has vſuras voluptatum pendimus, ultra modum falsque concupitarum. Innumerabiles esse morbos miraris, coquos numera. Cessat omne studium; & liberalia professi, sine ulla frequentia, desertis angulis praesident. In rhetorum ac philosophorum scholis solitudo est. At quam celebres culinae sunt, quanta nepotum focos iuuentus premit? Transego puerorum infelicium greges: quos post transacta conuiua, aliae cubiculi contumeliae expectant. Transego agmina exilotorum, per nationes coloresque descripta, vt eadem omnibus levitas sit, eadem primae mensura lanuginis, eadem species capillorum, ne quis cui rectior est coma, crispulis miscetur. Transego pistorum turbam, transego miniatorum, per quos signo dato ad inferendam coenam discutitur. Dij boni, quantum hominum unus uenter exercet. Quid tu illos boletos, uoluptarium uenenum, nihil occulti operis iudicas facere, etiam si praesentanei non furant? Quid tu illam aestuam niuem non putas callum iecinoribus obducere? Quid illa ostrea, inertissimam carnem, coeno sagittam, nihil existimas limoae grauitatis inferre? Quid illud Sociorum garum, pretiosam malorum pilicium saniem, non creditis urere salsa tabe praecordi? Quid illa purulenta, & quae tantum non ab igne in os tranferuntur, iudicas sine noxa, in ipsis uisceribus extingui? Quam foedi atque pestilentes ruetus sunt, quantum fastidium sui, exhalantibus crapulam veterem. Scias putrefacte sumpta, non concoqui. Memini fuisse quondam Aesopi nobilem patinam, in quam quicquid apud lautos solet diem ducere, properans in damnum suum popina congefflerat: veneriae spondylique, & ostrea catenus circumcis, qua eduntur, interuenientib. distinguuntur echinis, torti, distracti sine vllis ossibus nulli confrauerant. Piget esse singula, coguntur in vnum sapores. In coena fit, quod fieri debet saturo in ventre. Expecto iam vt manducata ponantur. Quantulo autem hoc minus est, testas excerpere atque ossa, & dentium opera coquum fungi? Graue est luxuriari per singula, omnia semel & in eundem saporem versa ponantur. Quare ego ad vnam rem manum porrigitam? Plura veniant simul. Multorum fercorum ornementa coeant & cohaereant. Sciant protinus hi, qui iactationem ex ipsis peti & gloriam aiebant, non ostendi ista, sed conscientiae dari. Pariter sint, quae disponi solent, iure uno perfusa. Nihil interfit, ostrea echinis, spondyli perturbati nullis concoctique ponantur. Non esset confusior vomentum cibus. Quomodo ista perplexa sunt, sic ex ipsis non singulares morbi nascentur, sed inexplicabiles, diuerfi, multiformes: aduersus quos & medicina armare le coepit multis generib. multis obseruationibus. Idem de philosophia dico. Fuit aliquando simplicior inter minora peccantes, & leui quoque cura medicabiles. Aduersus tantam morum euerionem, omnia conanda. Et vtinam sic denique lues ista vincetur: Non priuatim solum, sed publice furius. Homicidia compescimus, & singulas caedes. Quid bella, & occularum gentium gloriosum scelus? Non auaritia, non crudelitas modum nouit: & ista quamdiu furtim & a singulis fiunt, minus noxia, minusque monstrosa sunt. Ex senatus consultis plebis quescit sceleris excentur, & publice iubentur, vetita priuatim. Quae clam commissa capite lucent, eadem quia palam fecere laudamus. Non pudet homines, mitissimum genus, gaudere sanguine alterno, bella gerere, gerendaque liberis tradere: cum inter se etiam mutis ac feris pax sit? Aduersus tam potenterem explicitumque late furem, operosior philosophia facta est, & tantum sibi virium sumptis, quantum his, aduersus quae parabatur, accelerat. Expediut erat, obiurgare indulgentes mero, & petentes delicatiorem cibum. non erat animus ad frugalitatem magna vi reducendus, a quo paululum discesserat.

Nunc manibus rapidis opus est, nunc arte magistra.
 Voluptas ab omni parte quaeritur. Nullum intra se manet vitium. In auaritiam praeceps luxuria est, honestatis obliuio inuasit. Nihil turpe est, cuius placet pretium. Homo, sacra res, homo iam per lusum & iocum occiditur: & quem erudit ad inferenda accipiendaque vulnera nefas erat, is iam nucleus inermis que prouidetur: sat isque spectaculi in homine mors est. In hac ergo morum peruersitate, desideratur solito vehementius aliquid, quod mala inueterata discutiat. Decretis agendum est, ut reuelatur penitus falsorum recepta persuasio. His si adiunxerimus praecepta, consolationes, adhortationes, poterunt valere, per se inefficaces sunt. Si volumus soluere obligatos, & malis quibus iam tenentur, auellere, discat quid malum, quid bonum sit. Sciant omnia praeter virtutem murare nomen, modo mala fieri, modo bona. Quemadmodum primum militiae vinculum est religio, & signorum amor, & deserendi nefas: tunc deinde facile cetera exiguntur mandanturque ad insurandum adactis: ita in his quos velis ab beatam vitam perducere, prima fundamenta iacienda sunt, & insinuanda virtus. Huius quadam superstitione teneantur: hanc ament: cum hac vivere velint, sine hac nolint. Quid ergo? Non quidam sine institutione subtili euaserunt probi, magnisque profectus assentiunt, dum nudis tantum praeceptis obsequuntur? Fateor: sed felix ingenium illis fuit, & salutaria in transitu rapuit. Nam ut dij immortales nullam didicere virtutem, cum omni editi, & pars naturae eorum est, esse bonos: ita quidam ex hominibus egregiam fortitatem indolem, in ea quae tradi solent, peruenient sine longo magisterio: & honesta coem plementi sunt, cum primum audierunt. Vnde ista tam rapacia virtutis ingenia, vel ex se fertilia? At illis aut hebetibus & obtusis, aut mala consuetudine oblesfis diu, rubigo animorum effrindica est. Ceterum ut illos inbonum pronus, citius educit ad summa, & hos imbecilliores adiuabit, malisque opinionibus extrahet, qui illis philosophiae placita tradiderit: quae quam sint necessaria, licet videoas. Quaedam insident nobis, quae nos ad alia pigros, ad alia temerarios faciunt. Nec haec audacia reprimi potest, nec illa inertia sustinari, nisi causae eorum eximantur, falsa admiratio, falsa formido. Haec nos quandiu possident, dicas licet: Hoc pati praeferre debes, hoc liberis, hoc amicis, hoc hospitibus: tentantem auaritia retinet. Scier pro patria pugnandum esse: diffidaebit timor. Sciet pro amicis defudandum esse, ad extreum usque sudorem: fed deliciae vetabunt. Sciet in vxorem granissimum esse genus iniuriae, habere pellicem: fed illum libido in contraria impinget. Nihil ergo proderit dare praecepta, nisi prius amoueris obstantia praeceptis: non magis quam proderit arma in conspectu posuisse, propiusque admouisse, nisi virtutae manus expediuntur. Ut ad praecepta quae damus, possit animus ire, soluendus est. Putemus aliquem facere quod oportet, non faciet assidue, non faciet aequaliter: nec sit enim quare faciat. Aliqua vel casu vel exercitatione exibunt recta: sed non erit in manu regula, ad quam exigantur: cui credit recta esse quae fecit. Non promittet se tales in perpetuum, qui calu bonus est. Deinde praestabunt tibi fortasse praecepta, ut quod oportet facias: non praestabunt, ut quemadmodum oportet: & si hoc non praestant, ad virtutem non perducunt. Faciet quod oportet monitus, concedo. Sed id parum est: quoniam quidem non in facto laus est, sed in eo quemadmodum fiat. Quid est coena sumptuosa flagitious, & equum censem consumente? Quid tam dignum censoria nota, si quis, ut isti ganeones loquuntur, sibi haec & genio sui praeferet: & tricies tam en HS adiaceiles coenae frugalissimis viris constiterunt. Eadem res si gulæ datur, turpis est: si honori, reprehensionem effugit. Non enim luxuria, sed impensa solemnis est. Nullum ingentis formae (quare autem non pondus adiicio, & aliorum gulam irrito: quatuor pondo & ad felibrum suisse aiebant) Tiberius Caesar missum sibi, cum in macellum deferi & venire iussisset. Amici, inquit, omnia me fallunt, nisi istum nullum aut Apicius emerit, aut P. Octavius. Ultra spem illi conjectura processit. Licitati sunt. Vicit Octavius: & ingentem consecutus est inter suos gloriam, cum quinque millibus HS emisset pescem, quæ Caesar vendiderat, ne Apicius quidem emerat. Numerare tantum Octauio fuit turpe, non illi qui emerat, ut Tiberio mitteret. quanquam illi quoque reprehenderim. Admiratus est rex, qua putavit Caesarem dignum. Amico aegro aliquis assidet. probamus. At hoc si hereditatis causa facit. Vultur est, cadaver expectat. Eadem & turpia sunt, & honesta. Refert, quare, aut quemadmodum fiant. Omnia autem honeste sint, si honesto nos addixerimus, idque unum in rebus humanis bonum iudicauerimus, quaeque ex eo sunt: cetera in diem bona sunt. Ergo infigi debet persuasio ad totam pertinens vitam. Hoc est quod decretum voco. Qualis haec persuasio fuerit, talia erunt quae agentur, quae cogitabuntur. Qualia autem haec fuerint, talis vita erit. In particulas suasisse, totum ordinati parum est. M. Brutus in eo libro, quem *mei zygnoros* inscripsit, dat multa praecepta & parentibus & liberis & fratribus. haec nemo faciet quemadmodum debet, nisi habuerit quo referat. Proponamus oportet finem summi boni, ad quem nitamus, ad quem omne factum nostrum dictumque respiciat, veluti nauigantibus ad aliquod fidus dirigendus est cursus. Vita sine proposito uaga est. Quod si utique proponendum est, incipiunt necessaria esse decreta. Illud, puto, concedes, nihil esse turpius dubio, & incerto ac timido, pedem modo referente, modo producente. Hoc in omnibus rebus accident nobis: nisi eximantur quae reprehendunt animos ac detinent, & conari totos vetant. Quomodo sint dij colendi, solet praecipi. Accendere aliquem lucernam sabbathis prohibemus: quoniam nec lumine dij egent, & ne homines quidem delestantur fuligine. Vetemus salutarios, matutinis fungi, & foribus affidere templorum. humana ambitio istis officijs capit. Deum colit, qui nouit. Vetemus linteas & strigiles Ioui ferre, & speculum tenere Iunoni. Non querit ministros Deus.

Deus. Quid nisi ipse humano generi ministrat. Vbique & omnibus praefecto est. Audiat licet, quemadmodum se gerere in sacrificijs debeat, quam procul resiliere a molestis superstitionibus. nunquam fatus profectum erit, nisi qualis debet Deum, mente conceperit, omnia habentem, omnia tribuentem, beneficia gratis dantem. Quae caufa est dij beneficiendi natura. Errat, si quis putat illos nocere velle. Non possum, nec accipere iniuriam queunt, nec facere. Laedere etenim laedique coniunctum est. Summa illa ac pulcherrima omnium natura, quos periculo exemit, nec periculo flos quidem fecit. Primus est dorum cultus, deos credere. Deinde, reddere illis maiestatem suam, reddere bonitatem, sine qua nulla maiestas est. Scire, illos esse qui praefident mundo, qui vniuersa vt sua temperant, qui humani generis tutelam gerunt, interdum curiosi singulorum. Hi nec dant malum, nec habent. Ceterum castigant quosdā, & coercent, & irrogant poenas, & aliquando specie mali puniunt. Vis deos propitiare? onus esto. Satis illos coluit, quisquis imitatus est. Ecce altera quaestio, quomodo hominibus sit vtendum. Quid agimus? quae damus praecepta? Ut parcatur sanguini humano? Quantulum est ei non nocere, cui debes prodello? Magna scilicet laus est, si homo manuetus homini est. Praecipiemus vt naufragio manum porrigit, err. ni viam monstret, cum elutiente panem suum diuidat? Quando omnia quae praefenda sunt ac vitanda, dicam, cum possim breuiter, hanc formalam humani officij tradere? Omne hoc quod videt, quo diuina atque humana conclusa sunt, vnum est, membra sumus corporis magni. Natura nos cognatos edidit, cu ex ijsdem & in eadem gigneret. Haec nobis amorem indidit mutuum, & sociabiles fecit. Illa aequum iustitiam composuit. Ex illius constructione miserius est nocere, quam laedi. Ex illius imperio paratae sunt iuvantis manus. Iste versus & in pectore & in ore sit:

Homo sum, humani nihil a me alienum puto.

Habeamus in commune, quod natu rsum. Societas nostra lapidum formicationi simillima est, quae catura, nisi innicem obstante, hoc ipso sustinetur. Post deos hominesque, dispiciamus quomodo rebus sit vtendum. In superuacuum praecepta iactuimus, nū illud praecesserit, quem de quoque re habere debemus opinionē, de paupertate, de diuinitate, de gloria, de ignominia, de patria, de exilio. Aestimemus tinguula, fama remota: & queramus quid sint, nō quid vocentur. Ad virtutes trascamus, praecepit aliquis, ut prudentia magni aestimemus ut fortitudinem complectamur: temperantiam amemus: iustitiam, si fieri potest, proprius etiam quam ceteras nobis applicemus. Sed nihil agetur, si ignoramus, quid sit virtus: vna sit, an plures: separatae, an annexae, an qui vnam haberet, & ceteras habeat: quomodo inter se diffrerant. Non est necesse fabro de fabrica quaerere, quod eius initium, quis vius sit, non magis quam partitum de arte saltandi. Omnes istae artes se sciunt: nihil deest. Non enim ad totam pertinent vitam. Virtus & aliorum scientia est, & sunt: descendunt de ipsa est, ut ipsa voluntas dicatur. Actio recta nō erit, nisi recta fuerit voluntas. Ab hac enim est actio. Rursus voluntas non erit recta, nisi habitas animi rectus fuerit. Ab hoc enim est voluntas. Habitus porro animi nō erit in optimo, nū tortius vitae leges percepit, & quid de quoque iudicandum sit, exeg. sit, nū res ad verum redegerit. Non contingit tranquilitas, nisi immutabile certumque iudicium adeptis. Ceteri decidunt subinde, & reponuntur, & inter omis sa appetitaque alternis fluctuantur. Causa huius iactacionis est, quod nihil liquet incertissimo regimine ventibus, fama. Si vis eadem semper velle, vera oportet velis. Ad verum sine decretis non peruenitur: continet vitam. Bona & mala, honesta & turpia, iusta & iniusta, pia & impia, virtutes vsque virtutum, rerum commodarum possesso, existimatio ac dignitas, valetudo, vires, forma, sagacitas sensuum, haec omnia aestimatorem desiderant, quanti quidque in centrum deferendū sit. Falleris enim, & pluris quaedam quam sunt, putas: adeoq. falleris, vt quae maxima inter vos habentur, diutiae, gratia, potentia, festerio nummo aestimanda sint. Hoc nescis, nisi constitutionem ipsam, qua ista inter se aestimantur, inspexis. Quemadmodum folia virere per se non possunt, ramum desiderant, cui inhaereant, ex quo trahant succum, sic ista praecepta si sola sunt, marcent: in figi volunt. Praeterea non intelligunt hi qui decreta tollunt, eo ipso confirmari illa quo tolluntur. Quid enim dicunt? praeceptis latius vitam explicari, superflua esse decreta sapientiae, id est, dogmata. Atqui hoc ipsum quod dicunt, decretum est, tam hercule, quam si nunc ego dicere recedendum esse a praeceptis, & in haec sola studium conferendum: hoc ipso quo negarem curanda esse praecepta, praecepserem. Quaedam admonitionem philosophiae desiderant, quaedam probationem: & quidem multa ita inuoluta sunt, vix summa diligentia ac lumina subtilitate aperiuntur. Si probations necessariae sunt, & decreta, quae veritatem argumentis colligunt. Quaedam aperta sunt, quaedam obscura. Aperta, quae sensu comprehenduntur: obscura, quae extra haec sunt. Ratio autem non impletur manifestis. Maior eius pars pulchriorque in occultis est. Occulta probationem exigunt, probatio non sine decretis est. necessaria ergo decretata sunt. Quae res communem sensum facit, eadem perfectum, certarum rerum persuasio, sine qua omnia in animo natant. Ne cestaria ergo sunt decreta, quae dant animis inflexible iudicium. Denique cum monemus aliquem, ut amicum eodem habeat loco quo se, vt ex inimico cogit et posse fieri amicum, in illo amorem incitat, in hoc moderetur oditum, adjicimus iustum & honestum. Iustum autem honestumque decretorum nostrorum continet ratio. Ergo haec necessaria est, sine qua nec illa sunt. Sed viraque iungamus. Namque & sine radice iutiles rami sunt, & ipsae radices his quae genure adiuuantur. Quantum vilitatis manus habent, nescire nulli licet, a parte iuvat. Cor, illud quo manus viuunt, ex quo impetu sunt, quo mouentur, latet. Idem dicere de praeceptis possum, a parte sunt: decretata vero sapientiae in abdito. Sicut sanctiora sacra

ta sacrorum tantum initiati sciunt, ita in philosophia, arcana illa admissis receptisque in sacra ostenduntur. At praecerta, & alia huiusmodi, profanis quoque nota sunt. Posidonius non tantum praeceptionem (nihil enim nos hoc verbo vti prohibet) sed etiam suasionem, & consolationem, & exhortationem necessariam iudicat. His adjicit causarum inquisitionem, quam cura etiologian dicere non audeamus, cum Grammatici, custodes Latini sermonis, suo iure ita appellant, non video. Ait utile futuram esse descriptionem cuiusque virtutis. Hanc Posidonius etiologian vocat: quidam *zeugma* appellant, signa cuiusque virtutis & vitij ac notas redemptem, quibus inter se similia discriminentur. Haec res eadem habet, quam praecipere. Nam qui praecipit, dicit: Illa facies, si voles temperans esse. Qui describit, ait, Temperans est, qui facit illa, qui illis abstinet. Quaeris, quid interficiatur? Alter praecpta virtutis dat, alter exemplar. Descriptiones has, & (vt publicanorum utr verbo) *exponitur*, ex vnu esse confiteor. Proponamus laudanda: inuenietur imitator. Putas vnde tibi dari argumenta, per quae intelligas nobilem equum, ne fallaris empturus, ne operam perdas in ignauo. Quanto hoc vtilius est, excellentius animi nostre nosse, quas ex alio in se tranferre permititur?

*Continuo pecoris generosi pullus in aruis
Altius ingreditur, & mollia crura reponit.
Primus inire viam, & fluvios tentare minaces
Audet, & ignoto se committere ponto.
Nec vanos horret strepitus: illi ardua ceruix,
Argutumque caput, breuis alius, obesaque terga:
Luxuriatque toris animosum pectus.
--- tum si qua sonum procul arma dedere,
Stare loco nescit, micat auribus, & fremit artus,
Collectusunque premens voluit sub naribus ignem.*

Dum aliud agit Virgilius nostra, describit virum fortis. Ego, certe non aliam imaginem magno viro dederim, si mihi Cato exprimendus inter fragores bellorum ciuilium impavidus, & primus incessens admotos iam exercitus alpibus, ciuilique se bello ferens obuium, non alium illi assignauerim vultum, non aliū habitu: altius certe nemo ingredi potuit, quam qui simul contra Caesarem Pompeiumq. se sustulit, & alios Caesarianas opes, alios Pompeianas fuentibus, vtrumque prouocauit, ostenditq. aliquas esse reip. partes. Nā parū est in Catone dicere: Nec vanos horret strepitus. Quid ni, cū veros vicini que nō horrea: Cum contra decē legiones & Gallica auxilia, & mixta barbarica arma ciuilibus, vocē liberā mittat, & Remp. hortetur, ne pro libertate decidat, sed omnia experiat, honestus in feruitutem casula, quam itura? Quantum in illo vigoris ac spiritus, quantū in publica trepidatione fiduciae est: Scit se vnu esse, de cuius statu nō agatur: nō quaeri, an liber Cato, sed an inter liberos sit. Inde periculorum gladiorumque contemptus. Libet admirantem iniuctā constantiam viri, inter publicas ruinas non labantis, dicere: Luxuriatque toris animosum pectus. Proderit non tantum quales esse soleant boni viri, dicere, formamque eorum & linea menta deducere, sed quales fuerint, narrare, & expondere Catonis illud vltimum ac fortissimum vulnus, per quod liber amissit animam: Laelij sapientiam, & cum suo Scipione concordiam: alterius Catonis domi forisque egregia facta: Tuberonis ligneos lectulos, cum in publicum sternerentur, haedinaeque pro stragulis pellentes, & ante ipsius Iouis cellam proposta conuiuiis uasa fictilia, quid aliud est, paupertatem in Capitolio consecrare? Ut nullum aliud factum eius habeam, quo illum Catonibus inferam, hoc parum creditus? Censura fuit illa, non coena. O quam ignorant homines cupidiae, quid illa sit, aut quemadmodum petenda. Illo die populus Romanus multorum supellectilium spectauit, unius miratus est. Omnium illorum aurum argentumque fractum est, & millies consumatum. At omnibus saeculis Tuberonis fictilia durabant.

Epistola XCVI.

Tamen tu indignaris aliquid, aut quereris: & non intelligis, nihil esse in istis mali, nisi hoc unum, quod indignaris & quereris: Si me interrogas, nihil puto utro miserum, nisi aliquid esse in rerum natura putet miserum. Non feram me, quo die aliquid ferre non potero. Male ualeo? pars fati est. Familia decubuit: scenus offendit: dominus crepuit: Damna, uulnera, labores, metus incurruunt: solet fieri, hoc parum est: debuit fieri, decernuntur ista, non accident. Si quid credis mihi, intimos affectus meos tibi cum maxime detegor: in omnibus quae aduersa uidentur & dura, sic formatus sum. Non pareo Deo, sed assentior: ex anima illum, non quia necesse est, sequor. Nihil unquam mihi incidet, quod tristis exceptiam, quod malo vultu: nullum tributum inuitus conferam. Omnia autem ad quae gemitus, quae ex parte escimus, tributa uitae sunt. Horum, mi Lucili, nec speraueris immunitatem, nec petieris. Velsicae te dolor inquietauit. Epulae fuerint parum dulces, detrimenta continua: propius accedit, de capite timui. Quid tu nesciebas haec te optare, cum optares senectutem? Omnia ista in longa uitâ sunt, quomodo in longa uia & puluis & lutum & pluua. Sed uolebam uiuere, carere tamen in commodis omnibus. Tā effeminata vox uirum dedecet. Videris quemadmodum hoc uotum meum excipias. Ego illud, magno animo, non tantum bono facio. Neque dij. neque deae faciant, ut te fortuna in delicijs habeat. Ipse te interrogas, si quis potestatem tibi Deus faciat, utrum quiescere in macello, an in castris. Atqui uiuere, mi Lucili, militare est. Itaque hi qui iactantur, & per operosa atque ardua sursum atque deorum sunt,

& expe-

& expeditiones periculosis obeunt, fortes viri sunt, primoresque castrorum. Isti quos publica quies, alij laborantibus molliter habet, Turdilli sunt, ruti contumeliae causa.

Epistola XCVII.

Eras, mi Lucili, si existimas nostri saeculi esse vitium, luxuriam & negligentiam boni moris, & alia quae obijcit suis quisque temporibus. Hominum sunt ista, non temporum. Nulla aetas vacavit à culpa. Et si aestimare licentiam cuiusque saeculi incipias, pudet dicere: Nunquā apertius quam coram Catone peccatum est. Credat aliquis pecuniam esse veritatem in eo iudicio, in quo reus erat Clodius, ob id adulterium, quod cum Caesaris vxore in opero commiserat, violatis religionibus sacrifici, quod pro populo fieri dicitur, sic subnotis extra conspectum omnibus viris, ut picturæ quoque masculorum animalium contegantur. Atqui dati iudicibus nummi sunt, & quod hac etiamnum passione turpis est, stupra insuper matronarū, & adolescentularū nobilium salarij loco exacta sunt. Minus crimine, quam absolutione, peccatum est. Adulterij reus adulteria diuinit: nec ante fuit de salute securus, quam similes sui iudices fuos reddidit. Haec in eo iudicio facta sunt, in quo, si nihil aliud, Cato testimonium dixerat. ipsa ponam verba Ciceronis, quia res fidem excedit. Accersit ad se, promisit, intercessit, dedit. Iam vero, o dij boni, rem perditam, etiam noctes certarum mulierum atque adolescentularum nobilium perduciones, nonnullis iudicibus pro mercedis cumulo fuerunt. Non vacare de pretio queri, plus in accessionibus fuit. Vis seueri illius vxorem? dabo illam. Vis diuitis? huius quoq. tibi praestabo concubitum. Adulterium ubi feceris, damna. Illa formosa quam desideras, veniet: illius tibi noctem promitto, nec differo. Intra compunctionem fides promissi mei stabit. Plus est distribuere adulteria, quam face-re. Illud est matribus familiae denuntiare, hoc illudere. Hi iudices Clodiani à senatu petierant praefidum, quod non erat nisi damnaturis necessarium: & impetraverant. Itaque eleganter illis Catulus, absoluto reo: Quid vos, inquit, praefidum à nobis petebatis? An, ne nummi vobis eriperentur? Inter hos tamen iocos impune tulit ante iudicium adulteri, in iudicio leno, qui damnationem peius effugit, quam meruit. Quicquam fuisse corruptius illis moribus credis, quibus libido non sacris inhiberi, non iudicij poterat? quibus in ea ipsa quaestione quae extra ordinem senatus consulto exercebatur, plus quam quae rebatur admissum est: Quare rebatur, an post adulterium aliquis posset tutus esse. apparuit, sine adulterio tutum esse non posse. Hoc inter Pompeiū & Caesare, inter Ciceronē Catonemq. cōmissum est: Catonem inquam illum, quo sedēte negotiū populū permisit sibi postulare Florales iocos nudarum me retricū. Credis spētās tunc seuerius homines quam iudicasse? & fient, & facta sunt ista, & licentia vrbium, aliquando disciplina metueque, nunquam sponte considerit. Non est itaque quod credas, nunc plurimum libidini permisum esse, legibus minimum. Longe enim frugalior haec iuuentus, quam illa, est, cum reus adulterium apud iudices negaret, iudices apud reum confiterentur: cum stuprum committeretur rei iudicandae causa: cum Clodius iisdem virtijs gratiosus quibus nocens, conciliaturas exercebat in ipsa causae dictione. Credat hoc quisquam? qui damnabatur uno adulterio, absolutus est multis. Omne tempus Clodios, non omne Catones ferebant. Ad deteriora faciles sumus: quia nec dux potest, nec comes deesse: & res etiam ipsa sine duce, sine comite procedit: non prouin iter est tantum ad vitia, sed praeceps. Et quod plerisque inemendabiles facit, omnium aliarum artium peccata, artificibus pudori sunt, offenduntque: errantem in vita peccata delectant. Non gaudet nauigio gubernator euerio, non gaudet aegro medicus elato, non gaudet orator, si patroni culpa reus cecidit. At contra omnibus crimen sum voluntati est. Laetatur ille adulterio, in quod irritatus est ipsa difficultate: laetatur ille circumscriptione furtoque: nec ante illi culpa, quam culpe fortuna displicuit. Id prava consuetudine euenit. Alioqui vt scias subesse animis, etiam in pessima abductis, boni sensu, nec ignorari turpe, sed negligi, omnes peccata dissimulant, & quamvis feliciter cesserint, fructu illorum vtuntur, ipsa subducunt. At bona conscientia prodire vult, & conspici. Ipsa nequitia tenebras timet. Eleganter itaque ab Epicuro dictum puto. Poteſt nocenti contigere vt lateat, latendi fides non potest. Aut si hoc modo melius hunc explicari posse iudicas sensum: Ideo non prodest latere peccantibus, quia latendi etiam si facultatem habent, sceleram non habent. Ita est. tuta sceleris esse possunt: secura non possunt. Hoc ego repugnare fecit, & noſtra, si sic expediat, non iudico. Quare? quia prima & maxima peccantium est poena, peccata. Nec vnum scelus, licet illud fortuna exornet munieribus suis, licet tueatur ac vindicet, impunitum est: quoniam sceleris in sceleris supplicium est. Sed nihilominus & haec illa secundae poenae premunt ac sequuntur, timere semper & expaescere, & securitati diffidere. Quare ego hoc supplicio nequitiam liberem? Quare non semper illam in suspensiō relinquam? Illic dissentiamus cum Epicuro, vbi dicit nihil iustum esse natura, & crimina vitanda esse, quia vitari metus non possit. Hic consentiamus, mala facinora conscientia flagellari, & plurimum illi tormentorum esse, eo quod perpetua illam sollicitudo vrget ac verberat, quod sponsoribus securitatis sua non potest credere. Hoc enim ipsum argumentum Epicuri est, natura nos si seelere abhorrete, quod nulli non etiam inter tutu timor est. Multos fortuna liberat poena, metu neminem. Quare? quia in fixa nobis eius rei aueratio est, quam natura damnauit. Ideo nunquam fides latendi fit etiam latentibus, quia coarguit illos conscientia, & ipsis sibi ostendit. Proprium autem est nocentium, trepidare. Male de nobis actum erat, quod multa sceleris legem & iudicem effugint, & scripta supplicia, nisi illa naturalia & grauia de praesentibus soluerent, & in locum paenitentiae timor cederet.

Nunquam credideris felicem quenquam, ex felicitate suspensum, fragilibus innititur, qui aduentio laetus est, exhibet gaudium quod intravit. At illud ex te ortum, fidele, firmumque est, & crescit, & ad extremum usque prosequitur. Cetera quorum admiratio est vulgo, in diem bona sunt. Quid ergo? non vni ac voluptati esse possunt? Quis negat? Sed ita, si illa ex nobis pendent, non ex illis nos. Omnia quae fortuna intuetur, ita fructifera ac iucunda fiunt, si quis habens illa, se quoque habet, nec in rerum suarum perestate est. Errant enim, mihi Lucili, qui aut boni aliquid nobis, aut mali iudicant tribueret fortunam. Materiam dat bonorum ac malorum, & initia rerum apud nos in malum bonum exituram. Valentior enim omni fortuna animus est: in utrunque partem ipse res suas dicit, beataeque ac miserae vitae sibi causa est. Malus animus omnia in malum vertit, etiam quae specie optimi venerant. Relatus atque integer corrigit pravae fortunae, & dura atque apera, ferendi scientia molliit: idemque & secundum gratiae excipit modesteque & aduersa constanter atque fortiter. Qui licet prudens sit, licet exacto faciat cuncta iudicio, licet nihil supra vires suas tenerit: non contingit illi bonum integrum illud, & extra minas fortunae positum, nisi certus aduersus incerta est. Siue alios obseruare volueris (liberius enim inter aliena iudicium est) siue te ipsum fauore seposito: & senties hoc & confiteberis, nil ex his opribilibus & caris utile esse, nisi te contra levitatem casus, rerumque casum sequentium instruxeris: nisi illud frequenter & sine querela inter singula damna dixeris: *Dixi aliter vobis est.* Immo mehercule, ut carmen fortius ac iustius repetam, quo animum tuum magis fulcias, hoc dico, quoties aliquid alterum quam cogitabas euenerit: *Dixi melius.* Sic composito nihil accidet. sic autem componetur, si, quid humanarum rerum varietas possit, cogitauerit, antequam senserit. Si & liberos, & coniugem atque patrimonium si habuerit, tanquam non usque semper habitus, & tanquam non futurus ob hoc inferior, si habere desierit. Calamitosus est animus futuri anxius, & ante miseras miser, qui sollicitus est, ut ea quibus delectatur, ad extremum usque permaneant. Nullo enim tempore conquisceret, & expectatione futuri, praefert, quibus frui poterit, amittet. In aequo est autem dolor amissae rei, & timor amittendae. Nec ideo praeceps tibi negligientiam. Tu vero metuenda declina, & quicquid consilio prospici potest, prospice. Quodcumque laetitum est, multo ante quam accidat, speculare & auerte. In hoc ipsis tibi plurimum conferet fiducia, & ad tolerandum omnino obfirmata mens. Potest fortunam cauere, qui potest ferre. Certe in tranquillo non tumultuantur. Nil est nec miserius nec stultius, quam semper timere. Quae ista dementia est, malum suum antecedere? Denique, ut breuiter includam quod sentio, & istos fatigatos, ac sibi molestos describam tibi, tam intemperantes in ipsis miserijs sunt, quam ante illas. Plus dolet quam necesse est, qui ante dolet quam necesse sit. Eadem enim infirmitate dolorem non aestimat, qua non expectat. Eadem intemperantia singit sibi perpetuum felicitatem, singit sibi crescere debere quaecunque contigerunt, non tantum durare: & oblitus sat quo humana iactantur, sibi vni fortitorum constantiam spondet. Egregie itaque videtur mihi Metrodorus dixisse in ea epistola, qua sororem, amissae indolis filio, alloquitur: Mortale est omne mortalium bonum, de his loquitur boatis, ad quae concurretur. Nam illud verum bonum non moritur: certum est sempernumque, sapientia & virtus: hoc unum contingit immortale mortalibus. Ceterum tam improbi sunt, tamque oblii quo eant, quo illos singuli dies trudant, ut mirentur aliiquid se amittere, amissi vno dicimonia. Quicquid est, cui dominus inscriberis, apud te est, tuum non est. Nihil firmum infirmo, nihil fragili aeternum & inuctum est. Tam necesse est perire quam perdere: & hoc ipsum, si intelligimus, solatum est, aequo animo perdere, quod peritum est. Quid ergo aduersus has amissiones auxilijs inueniemus? Hoc, ut memoria teneamus amissam, nec cum ipsis fructum excidere patiamur, quem ex illis perceperimus. Hahere, eripitur: habuisse, nunquam. Peringratus est, qui cum amiserit, pro accepto nihil debet. Rem nobis eripit casus, usum fructumque apud nos relinquit, quem nos iniquitate desiderij perdimus. Dic tibi, Ex ipsis que terribilia videntur, nihil est iniurium. Singula vicere iam multi: ignem Mucius, crux Regulus, venenum Socrates, exilium Rutulus, mortem ferro adactam Cato. Et nos vincamus aliquid. Rursus ista, quae ut spectacula & felicia trahunt vulgum, a multis & saepe contempta sunt. Fabricius diuicias imperator retegit, censor notauit: Tubero paupertatem & se dignam & Capitolio iudicauit, cum scilicet in publica coena vobis ostendit debere his hominem esse contentum, quibus dicitur etiam uterentur. Honores repulit pater Sextius, qui ita natus, ut remper, deberet capessere, latum clavum diu Iulio dante, non recepit. Intelligebat enim, quod dari posset, & eripi posse. Nos quoque aliquis ex his faciamus animose. Simus inter exempla. Quare deficitus? Quare desperamus? Quicquid fieri potest? Nos modo purgemos animum, sequamurque naturam, a qua aberranti cupidum timendum est, & fortius sustinendum. Licit reuerti in viam, licet in integrum restituiri. Restituamur, ut possimus dolores, quoquem modo corpus innaserint, perferre, & fortunae dicere: Cum viro tibi negotium est, quare quem vincas. His sermonibus, & his similibus, lenitur illa vis viceris: quam opto mehercules mitigari, & aut sanari, aut stare, & cum ipso senescere. Sed securus de ipso sum, de nostro damno agitur, quibus senex egregius eripitur. Nam ipse vitae plenus est, cui adjici nihil defiderat sua caula, sed eorum, quibus utilis est. Liberaliter facit quodd viuit. Alius iam hos cruciatus finisset, hic tamen turpe putat mortem fugere, quam ad mortem configere. Quid ergo? non si suadebit, exhibet? Quid ne exeat? si nemo iam eo ut poterit? si nihil aliud quam dolori operam dabit? Hoc est, mihi Lucili, philosophia.

philosophiam in opere discere, & ad verum exerceri: videre quid homo prudens animi habeat contra mortem, contra dolorem: cum illa accedit, hic premat. Quid faciendum sit, a faciente descendit est. Adhuc argumentis actum est, an possit aliquid dolori resistere, an mors magnos quoque animos admodum submittere. Quid opus est verbis? In rem praesentem eamus: nec mors illum contra dolorem facit fortiorum, nec dolor contra mortem. Contra utrumque sibi fidit: nec spe mortis patienter dolet, nec tandem doloris liberetur moritur. hunc fert, illam expectat.

Epistola quam scripsi Marullo, cum filium parvulum amisisset, & diceretur molliter ferre, nisi tibi. In qua non sum morem solitum secutus, nec putavi leniter illum debere tractari, cum obiurgatione esset, quam consolatione dignior. Afflito enim, & magnus vulnus male ferenti, paulisper cedendum est. Exsistat se, aut certe primum impetum effundat. Hi qui sibi lugere sumperunt, protinus castigantur; & discant quidam etiam lacrimarum ineptias esse. Solatia expectas? conuicia accipe. Tam molliter tu feris mortem filii? quid faceres, si amicum perdidisses? Decectis filius incertae spei, parvulus: pusillum temporis perire. Causas doloris conquerimus, & de fortuna etiam inique queri volumus, quasi non sit iusta querendi causas praebitura. At mehercule satis mihi iam videbaris animi, habere etiam aduersi solidam malam, nedum ad istas umbras malorum, quibus ingemiscunt homines moris causa. Quod dampnorum omnium maximum est, si amicum perdidisses, danda opera erat, ut magis gauderet, quod habueras, quam maereres quod amiseras. Sed plerique non computant, quanta percepint, quantumve gaui si sint. Hoc haber inter reliqua malorum dolor, quod non superuacius tantum, sed ingratus est. Ergo quod habuisti talem amicum, perire opera? Totanis, tanta coniunctione vitae, tam familiaris, studiorum societate nihil aetum est? Cum amico effers amicitiam, & quid doles amississe, si habuisse non profest? Mihi crede, magna pars ex illis quos amauimus, licet ipsos casus abstulerit, apud nos manet. Nostrum est quod praeterit tempus: nec quicquam est loco tuatore, quam quod fuit. Ingrati aduersus percepta spe futuri sumus: quasi non quod futurum est, si modo successerit nobis, cito, in praeterita transiit. Angusto fructus rerum determinat, qui tantum praefertibus laetus est. Et futura & praeterita delectant: haec expectatione, illa memoriam, sed alterum pendet, & non fieri potest: alterum non potest, non fuisse. Quis ergo furor est, certissimo excidere? Acquiescamus his, que iam hausimus, si modo non perforato animo hauriebamus, & transmittente quicquid acceperat. Innumerabilia sunt exempla eorum, qui liberos iuvenes sine lacrimis extulerint: qui in senatum, aut in aliquid publicum officium arogant redierint, & statim aliud elegant: nec immerito. Nam primum superuacuum est dolere, si nihil dolendo proficis. Deinde iniquum est queri de eo, quod vni accidit, & omnibus restat. Deinde desiderij, stulta cōsuetudo est, vbi minimū interest inter amissum & desiderantē. Eo itaq. aequiore animo esse debemus, quod quo amissum sequimur. Respice celeritatem rapidissimi temporis: cogita brevitatem huius spatii, per quod citatissimi currimus. Observa hunc comitatum generis humani, eodem tendentis, minimis interuallis distinctum, etiam vbi maxima videntur. Quem putas perisse, praemissus est. Quid autem dementius, quam cum idem tibi iter emetendum sit, flere eum, qui antecessit? Flet, aliquis factum, quod non ignorauit futurum: aut si mortem in homine non cogitauit, sibi imposuit. Flet aliquis factū, quod aiebat non posse non fieri. Quisquis aliquem queritur mortuum esse, queritur hominem fuisse. Omnes eadem condicio deuinxit. Cui nasci contigit, mori restat. Interuallis distinguimur, exitu aequum. Hoc quod inter primum diem & ultimum iacet, varium, & incertum est. Si molestias aestimas, etiam puero longum: si velocitatem, etiam seni angustum. Nil non lubricum & fallax, & omni tempestate mobilius. Iactantur cuncta, & in contrarium transeunt, iubente fortuna: & in tanta volutatione rerum humanarum, nil cuiquam, nisi mors, certum. Tamen de eo queruntur omnes, in quo vno nemo decipitur. Sed puer decepsit. Non dum dico melius agi cum eo, qui vita defungitur. Ad eum transeamus qui confidunt: quantulo vincit in fantem? Propone profundi temporis vasitudinem, & vniuersum complectere: deinde hoc, quod aetatem vocamus humanam, compara immenso: videbis quam exiguum sit quod optamus, quod extendimus. Ex hoc quantum lacrimae, quantum sollicitudines occupant, quantum mors, antequam veniat optata, quantum valetudo, quantum timor, quantum tenebris aut rudes aut inutilis anni. Dimidium ex hoc edormitur. Adiace labores, luctus, pericula, & intelliges, etiam in longissima vita, minimum esse quod vivitur. Sed quis tibi concedat, non melius se habere eum, cui cito reuerti licet, cui ante laetitudinem peractum est iter? Vita, nec bonum nec malum est: boni ac mali locus est. Ita nihil perdit ille, nisi aleam in damnum certiore. Potuit euadere modestus ac prudens, potuit sub cura tua in meliora formari, sed quod iustius timebat potuit fieri plurib. similis. Aspicce illos iuvenes, quos ex nobilissimis domibus in arenam luxuria proiecit, aspice illos, qui suam alienamque libidinem exercent mutuo impudici: quorum nullus sine ebrietate, nullus sine aliquo insigni flagitio dies exit, plus timeri quam sperari potuisse manifestum erit. Non debes itaque causas doloris accertere, nec leuia incommoda indignando cumulare. Non horror, ut nitaris & vrgeas. Non tam male de te iudico, ut tibi aduersus haec totam putem virtutem aduocandā. Non est dolor iste sed mortis: tu illum dolorem facis. Sine dubio multum philophia proficit, si puerum nutrici adhuc quam patri notio, rem animo forti desideras. Quid nunc ego duritiam suadeo, & in funere ipso erigere vultum volo, & animum ne contrahi quidem patior? Minime, inhumanitas est ista, non virtus, funera funorum ijsdem

oculis, quibus ipsos videre, nec commoueri ad primam familiarium diuisionem. Puta autem me verate. Quaedam sunt sui iuris. Excidunt etiam retinentibus lacrimae, & animum profusæ leuant. Quid ergo est? Permittamus illis cadere, non imperemus. Fluunt quantum affectus eicerit, non quantum polcer imitatio. Nihil vero maerori adjiciamus, nec illum ad alienum augeamus exemplum. Plus ostentatio doloris exigit, quam dolor. Quotus quisque sibi tristis est? Clarius, cum audiuntur, gemunt: & taciti quietique, dum secretum est, cum aliquos viderint, in fletus nouos excitantur. Tum capiti suo manus ingerunt: quod potuerant facere, nullo prohibente, liberius: tunc mortem comprecaunt sibi, tunc lectulo denoluntur. Sine spectatore cessat dolor. Sequitur nos vt in alijs rebus, ita in hac quoque hoc vitium, ad plurim exempla componi, nec quid oporteat, sed quid soleat, aspicere. A natura discedimus: populo nos damus, nullius rei bono auctori, & in hac re, sicut in omnibus, inconstantissimo. Videt aliquem fortē in luctu suo: impium vocat, & efferratum. Videt aliquem collabentem, & corpori affusum: effeminatum ait, & eneruēt. Omnia itaque ad rationem reuocanda sunt. Stultus vero nihil est, quam famam captare tristitia, & lacrimas approbare: quas iudico sapienti viro alias permisſas caderē, alias vi sua latas. Dicam quid interst. cum primum nos nuntius acerbi funeris perculit, cum tenemus corpus ē complexu nostro in ignem transiit, lacrimas naturalis necessitas exprimit: & spiritus īctu doloris impulsus, quemadmodum totū corpus quatit, ita oculos, quibus adiacentem humorem premit & expellit. Hae lacrimae per elisionem cadunt, nolentibus nobis. Aliae sunt quibus extē dāmīs, cū memoria eorū quos amissimus, tractatur: & inest quiddam dulce tristitia, cum occurruunt sermones eorum incundi, conuersatio hilaris, officiosa pietas, tunc oculi uelut in gaudio relaxantur. His indulgemus, illis vincimur. Non est itaque, quod lacrimas propter circumstantes assidentesque aut contingentes, aut exprimas, nec fluant vñquam tam turpiter, quam finguntur. Eant sua sponte, Itē autem possunt placidis atque compositis. Saepe salua sapientis auctoritate fluxerunt, tanto temperamento, vt illis nec humanitas, nec dignitas deficit. Licit, inquam, naturae obsequi, grauitate seruata. Vidi ego in funere suorum verendos, in quorum ore amor eminebat, remota omni lugentium scaena. Nihil erat, nisi quod veris dabatur affectibus. Est aliquis & dolēdī decor. hic sapienti seruandus est: & quemadmodum in ceteris rebus ita & in lacrimis aliquid sit est. Imprudentium vt gaudia, sic dolores exundauere. Aequo animo excipe necessaria. Quid incredibile, quid nouum evenit? Quām multis cum maxime funus locatur, quam multis vitalia eruuntur: quām multi post luctum tuum lugent? Quoties cogitaueris puerum frustile, cogita & hominem, cui nihil certi promittatur, quem fortuna non vitiique perducit ad senectutem. vnde visum est, dimittit. Ceterum de illo frequenter loquere, & memoriā eius quantum pōtes, celebra: quae ad te saepius renertetur, si erit sine acerbitate ventura. Nemo enim libenter tristitia conuertatur, nedum tristitia. Si quos sermones eius, si quos quamvis parvūli oīcos cum voluptate audieras, saepius repe: portuissi illum implere spes tuas, quas paterna mente conceperas, audacter affirmā. Oblivisci quidem suotum, ac memoriam cum corporibus efferre, & effusissime flere, meminisse parcissime, inhumani animi est. Sic aues, sacerdotēs fētus suis diligunt, quārum concitatus est, & paene rabidus, sed cum amissis totus extinguitur. Hoc prudētē virum non decet. Meminisse perseueret, lugere desinat. Illud nullo modo probō, quod ait Metrodorus, esse aliquam cognatam tristitiae voluptatem, hanc ipsam caprandam in eiusmodi tempore. Ipla Metrodori verba subscripti. De quibus non dubito, quid sis sensurus. Quid enim turpius, quam capitare in ipso luctu voluptatem, immo per luctum & inter lacrimas quoq. quid iūet quaerere? Hi sunt qui nobis objiciunt nimium rigorem, & infamant pracepta nostra duritiam, quod dicamus dolorem in animum aut admittendum non esse, aut citō expellendum. Vtrum tandem est aut incredibilis, aut inhumanus, non sentire amissō amico dolorem, an voluptatē in ipso dolore auçupari? Nos quod precipimus, honestum est. Cum aliquid lacrimarum affectus effuderit, & vt ita dicam, despūauerit, non esse tradendum animum dolori. Quid tu dicis? miscendam ipsi dolori voluptatem. Sic consolamur crūstulō pueros, sic infantū fletum infuso lacē compescimus. Ne illo quidem tempore quo filius ardet, aut amicus exspirat, cessare patēs voluptatem, sed ipsum vis titillare maerorem. Vtrum honestius dolor animo submoetur, an voluptas ad dolorem quoque admittitur? admittitur, dico: captatur, & quidem ex ipso. Est aliqua inquit, voluptas cognata tristitiae. Illud nobis licet dicere: yobis quidem non licet. Vnū bonū nostis voluptatē, vñū malū dolorem. Quae potest inter bonū & malū esse cognitio? Sed pura esse. Nunc potissimum eruitur: & ipsum dolorem scrutamur an aliquid habeat iucundū circa se & voluptarium. Quaedam remedia alijs partibus corporis salutaria, velut foeda & indecora, adhiberi alijs nequeunt: & quod alibi prodesse sine danno verecundiae, id sit in honestum loco vulneris. Non te pudet luctum voluptate sanare? Seuerius ista plaga sananda est. Illud potius admone, nullum mali sensum ad eum qui perit, peruenire. Nam si peruenit, non perijt. Nulla, inquam, cum res laedit, qui nullus est. Viuit, si laeditur. Vtrum putas illi male esse, quod nullus est, an quod est adhuc aliquis? Atqui nec ex eo potest ei tormentum esse, quod non est: quis enim nullius sensus est? nec ex eo, quod est. Effugit enim maximum mortis incommodum, non esse. Illud quoque dicamus ei, qui desler ac desiderat in aetate prima rapum: Omnes quām ad breuitatem aeni, si vniuerso compares, & iuuenes & senes in aequo sumus. Minus enim ad nos ex omni aetate venit, quam quod minimum esse quis dixerit, quo-

rit: quoniam quidem minimum aliqua pars est. Hoc quod viuimus proximum nihil est: & tamē obdementiam nostram late disponit. Haec tibi scripsi, non tanquam expectatus esses remedium à me tam serum, liquet enim mihi te locutum tecum, quicquid lecturus es: sed vt castigarem illam, exiguum moram, qua à te recessisti, & in reliquum exhortarer, contra fortunam tolleres animos, & omnia eius tela, non tanquam possent venire, sed tanquam utique essent ventura, prospiceres.

Epistola C.

Fabiani Papirij libros, qui inscribuntur ciuilium, legisse te cupidissime scribis, sed non respondissem. Expectationi tuae. Deinde, oblitus de philosopho agi, compositionem eius accusas. Pura esse quod dicis: & effundi verba, non fingi. Primum haber ista res suam gratiam: & est decor proprius orationis lemiter lapsae. Multum enim interesse existim, vtrum exciderit, an fluxerit. Nunc in hoc quoque quod dicitur sum ingens differentia est. Fabianus mihi non effundere videtur orationem, sed fundere. Adeo larga est, & sine perturbatione, non sine cursu tamen, veniens. illud plane fatetur & praefert, non esse tractatam, nec diu tortam, sed ita, vt eius esse credamus. Mores ille, non verba composuit: & animis scriptis ista, non auribus. Praeterea ipso dicente non vacasset tibi partes intueri: adeo te summa rapuisse. & fere quae imperu placent, minus praestant ad manum relata. Sed illud quoque multum est, primo aspectu oculos occupasse, etiam si contemplatio diligens inuentura est, quod arguat. Si me interrogas, maior ille est qui iudicium abstulit, quam qui meruit. Et scio hunc tuorem esse: scio audacius, ibi de futuro promittere. Oratio sollicita philosophum non decet. Vbi tandem erit fortis & constans, si periculum sui faciet, qui timet verba? Fabianus non erat negligens in oratione, sed securus. Itaque nihil inuenies sordidum. Electa verba sunt, non captata, nec huius faeculi more contra naturam suam posita, & inuersa, splendida tamen: quamvis sumantur ē medio: sensus honestos & magnificos habent, non coactos in sententiam, sed altius duētos. Videbimus, quid parum recisum sit, quid parum structum, quid non huius recentis politurae. Cum circumspexis omnia nullas videbis angustias inaneis. Desit fane varietas marmorū: & concisura aquarū cubiculis interfluentū, & pauperis cella, & quicquid aliud luxuria, nō contenta decore simplici, misceret. Quid dici solet, domus recta est. Adiace nunc, quod de compositione non constat. Quidam illam voluit esse ex horrido comptam: quidam usque eo a spora gaudent, vt etiam quae mollius casus explicit, ex industria dissident, & clauſulas abrumpt, ne ad expeditū respondeant. Lege Ciceronē. Cōpositio eius una est: pedē seruat, curata, lenta, & sine infamia molliſ. At contra Pollionis Aſinj ſalebrofa & exſiliens, & vbi minime expectes, relictura. Denique apud Ciceronem omnia definunt: apud Pollionem cadunt: exceptis pauciſſimis, quae ad certum modum, & ad vnum exemplar aſtricta sunt. Humilia præterea tibi videri dicis omnia, & parum erecta: quo vicio, carere eum iudico. Non sunt humilia illa, fed placida. Sunt enim tenore quieto, compositoque forma, nec depreſſa, fed plana. Deest illis oratorius vigor, stimulique quos quaeris, & subiti iectus ſententiarum. Sed totum corpus vide, quamvis non sit compitum, honestum est. Non haber oratio eius dignitatem. Affer quem Fabiano poſſis præponere. Dic Ciceronem, cuius libri ad philosophiam pertinentes, paene totidem sunt, quorū Fabiani. Cedam, fed non statim pusillum est, si quid maximo minus est. Dic Aſinjū Pollionem. Cedam, fed vt respondeam: In re tanta emipere est, & post duos esse. Nomina adhuc Liuium. Scriptis enim & dialogos, quos non magis philosophiae annumerare possis, quam historiae: & ex professo philosophi continentis libros. Huic quōque dabo locum. Vide tamen, quam multos antecedat, qui a tribus vincitur, & tribus eloquentissimis. Sed non præstat omnia. Non est fortis oratio eius, quamvis elata sit: non est violenta, nec torrens, quamvis effusa sit: non est perspicua, sed pura. Desideras, inquis, contra vitia aliquid: alpere duci, contra pericula animose, contra fortunam superbe, contra ambitionem contumeliosē. Volo luxuriam obiurgari, libidinem traduci, impotentiam frangi. Sit aliquid oratorie acre, tragicē grande, comice exile. Vis illum affidere pusillae rei, verbis? Ille rerum se magnitudini addixit eloquentiam, velut umbram, non hoc agens, trahit. Non erunt, fine dubio singula circumſecta, nec in ſe collecta, nec omne verbum excitabit ac punget. Fateor, exhibunt multa, nec terient, & interdum otiosa præterlabetur oratio: fed multum erit in omnibus locis, & ingens sine tedium ſpatium. Denique illud præstabit, vt liqueat tibi, illum ſenſisse, quae scriptis. Intelliges actum hoc, vt tu ſcires quid illi placet, non veille placeret tibi. Ad profectionem omnia tendunt, & ad bonam mentem. Non queritur plausus. Taliſ effe ſcripta eius non dubito, etiam si magis reminiſcor, quam teneo; haeretque mihi color eorum, non ex recenti conuersatione familiariter, sed ſummatim, vt ſoler, ex vetere notitia. Cum audirem certe illum, talia mihi videbantur, non ſolida, ſed plena, quae adolescentem indolis bonae attollerent, & ad imitationem ſui vocarent, ſine deſperatione vincendi. Quae in hiachortatio videretur efficacissima. Deterret enim, qui imitandi cupiditatē modo fecit, ſpem abſtulit. Ceterum verbiſ abundabat, ſine commendatione partium singularium, in vniuersum magnificus.

Epistola CI.

Omnis dies, omnis hora, quam nihil sumus oftendit, & aliquo argumento recenti admonet fragilitatis oblitos, cum aeterna meditantes respicere cogit ad mortem. Quid ſibi ſtud principium veſtit, quaeris. Senacionem Cornelium, equitem Romanum ſplendidum & officiū ſum, noueras, ex tenui principio ſe ipfe promouerat, & iam illi declivis erat cursus ad cetera. Facilius enim crescit dignitas, quam incipit. Pecunia quoque circa paupertatem plurimam moram habet, dum, ex illa eruptat. Hic

etiam Senecio dicitur imminebat, ad quas illum duas res ducebant efficacissimae, & quaerendi, & custodiendi scientia, quarum vel altera locupletem facere potuisset. Hic homo summae frugalitatis, non minus patrimonij quam corporis diligens, cum me ex confuetudine mane vidisset, cum per totum diem amico grauter affecto, & sine specienti, vsque in noctem assedisset, cum hilaris cœnasset, genere valetudinis precipiti abreptus, angina, vix compressum arctatis fauibus spiritum traxit in lucem. Intra paucissimas ergo horas, postquam omnibus erat sani ac valentis officijs functus, decessit. Ille qui & maria & terra pecuniam agitabat, qui ad publica quoque, nullum reliquæ inexpertum genus quaestus, accesserat, in ipso actu bene cedentium rerum, in ipso procurantis pecuniae impetu, raptus est.

Insere nunc Meliboei pyros, pone ordine vites.

quam stultum est aetatem diponere. ne crastino quidem dominatur. O quanta dementia est spes longas inchoantium. Emam, aedificabo, credam, exigam, honores geram, tum demum lassam & plenam se necetum in otium referam. Omnia, mihi crede, etiam felicibus dubia sunt. Nihil sibi quisquam de futuro debet promittere. Id quoque quod tenetur, per manus exit, & ipsam quam premimus oram, casus incidit. Voluit tempus rata quidem lege, sed per obscurum. Quid autem ad me, an naturae certum sit, quod mihi incertum est? Nauigations longas, & pererratis littoribus alienis, seros in patriam reditus proponimus, militiam, & castrorum laborum tarda manupretia, procurationes, officiorumq. per officia processus: cum interim ad latus mors est: quae quoniam nunquam cogitatur, nisi aliena, nobis subinde ingerunt mortalitatis exempla, non diutius, quam dum miramur, haefura. Quid autem est stultus, quam mirari id vlo die factum, quod omni potest fieri? Stat quidem terminus nobis, vbi illu inexorabilis fatorum necessitas fixit: sed nemo scit nostrum, quam prope versetur. Sic itaque formemus animum, tanquam ad extremum ventum sit. Nihil differamus. Quotidie cum vita paria faciamus. Maximum vitae virtus est, quod imperfecta semper est, quod etiam aliquid ex illa differtur. Qui quotidie vitae suae summam manum imposuit, non indiget tempore. Ex hac autem indigentia timor nascitur, & cupiditas futuri exedens animum. Nihil est miserius dubitatione venientium, quorum euadant. Quantum sit illud quod restat, aut quale, collecta mens inexplicabili formidine agitatur. Quomodo effugiemus hanc volutationem? Vno, si vita nostra non prominebit, si in se colligetur. Ille enim ex futuro suspenditur, cui irritum est praefens. Vbi vero, quicquid mihi debui, redditū est, vbi stabilita mens scit, nihil interesse inter diem & laeculum, quicquid deinceps dierum rerumque venturum est, ex alto prospicit, & cum multo risu seriem temporum cogitat. Quid enim varietas mobilitasque casuum perturbabit, si certus sis aduersus incerta? Ideo, mi Lucili, propera viuere: & singulos dies, singulas vitas puta. Qui hoc modo se aptabit, cui vita sua quotidie fiuit tota, securus est. In spe viuentibus, proximum quodque tempus elabitur, subitque audiitas, & miserrimum atque miserrima omnia efficiens, metus mortis. Inde illud Maecenatis turpissimum vorum: quo & debilitatem non recusat, & deformitatem, & nouissime acutam crux, dummodo inter hacc mala spiritus prorogetur.

Debilem facito manu,

Debilem pede, coxa:

Tuber adstrue gibberum,

Lubricos quate dentes.

Vita dum supereft, bene eft.

Hanc mibi vel acutam,

Si das fusineq. crucem.

Quod miserrimum erat, si incidisset, optatur, & tanquam vita petitur, supplicij mora. Contemptissimum putarem, si viuere vellet vsque ad crux. Tu vero, inquit, me debiles licet, dum spiritus in corpore fracto & inutili maneat: depraues licet, dum monstruo & distorto, temporis aliquid accedit: suffigas licet, & acutam sensuro cruxem subdas. est tanti, vñlhus scutum premere, & patibulo pendere destrictum, dum differat id quod est in malis optimum, supplicij hisem. est rati, habete animam, ut agam. Quid huic optes, nisi deos faciles? quid sibi vult ista carminis effeminati turpitudo? quid timoris demissimi pactio? quid tam foeda vita mendicatio? Huic putas vñquam recitasse Virgilium,

Vsque adeone mori miserum eft?

Opat ultima malorum: & quae pati grauissimum est, extendi ac sustinéri cupit, quia mercede! scilicet viæ longioris. Quid autem huius viuere est? Diu mori. Inuenit enim aliquis, qui malit inter supplicia tabescere, & perire membratim, & tortes per stilicidia amittere animam, quam semel exhalare? Inuenitur qui vult adactus ad illud infelix lignum, iam debilis, iam praus, & in foedum scapularum ac pectoris tuber elitus, cui multae moriendi causæ etiam citra cruxem fuerant, ita hinc animam tot tormenta traheram? Nega nunc magnum beneficium esse naturae, quod necesse est mori. Multi peiora pacisci ad huc parati sunt: etiam amicum prodere, ut diutius viuant, & liberos ad stuprum manu sua tradere, ut contingat lucem videre, tot conscientiam scelerum. Excutienda vitae cupido est: descendimusque nihil interesse quando patiaris, quod quandoq. patiendum est: quam bene viuas referre, non quamdiu: saepe autem in hoc esse bene, ne diu.

Epiſtola CII.

Quando molestuſt eſt iucundum ſomnium videnti qui excitat: auferit enim voluptatem, etiam ſi falſam, effectum tamen veri habentem: ſic epiftola tua mihi fecit iniuriam. reuocauit enim me cogitationi

gitationi aptae traditum, & iturum, ſi licuiffet, vltterius. Iuuabat de aeternitate animarum quaerere, immo mehercule credere. Credebam enim facile opinionis magnorum virorum, rem gratissimam prominentium magis quam probantum. Dabam me ſpeī tantæ. Iam eram fastidio mihi, iam reliquias aetatis in fractæ contemnebam, in immensum illud tempus, & in poſſeſſionem omnis aeuī transiurus, cuſubito experrectus ſum, epiftola tua accepta, & tam bellum ſomnium perdi, quod repeatam, ſi te dimifero, & redimam. Negas me epiftola prima totam quaefitionem explicuisse, in qua probare conabar id, quod noſtris placet, claritatem quæ post mortem contingit, bonum eſſe. Id enim me non ſoluiffe, quod opponitur nobis. Nullum, inquit, bonum ex diſtantibus conſtat. Quod interrogas, mi Lucili, eiusdem quaefitionis eſt, loci alterius: & ideo non hoc tantum, ſed alia quoque eodē pertinentia diſtuleram. Quaedam enim, vt ſciſ, moralibus rationalia immixta ſunt. Itaque illam partem recta ad mores pertinentem traçtau. Nunquid ſtultum fit ac ſuperuacuum, ultra extremum diem curas tranſmittere. An cadant bona noſtra nobis ſcum, nihilque fit eius, qui nullus eſt. An ex eo quodcunque erit, ſenſu ſimus aliqd fructus, antequam percipi poſſit. Haec autem omnia ad mores ſpectant. Itaq. ſuo loco poſita ſunt. At quæ à dialeſticis contra hanc opinionem dicuntur, ſegreganda fuerunt: & ideo ſepoſita ſunt. Nunc quia omnia exigis, omnia que dicunt perſequar, deinde ſingulis occurrat. niſi aliqd praedixerō, intelligi non poſterunt quea refellentur. Quid eſt, quod praedicere velim? Quaedam continua, eſe corpora, ut hominem: quaedam composita, ut nauē, domum, omnia denique quorum diuerſae partes iuncta in vnum ſunt coactæ: quaedam ex diſtantibus, quorum adhuc membra ſeparata ſunt, tanquam exercitus, populus, ſenatus. Illi enim per quos iſta corpora efficiuntur, iure aut officio cohaerent, natura diuerti & ſinguli ſunt. Quid eſt, quod etiam nunc praedicere velim? Nullum bonum putamus eſſe, quod ex diſtantibus conſtat. Vno enim ſpiritu vnum bonum conſineri ac regi debet, vnum eſſe vniuſ boni principale. Hoc ſi quando defideraueris, per ſe probatur. Interim ponendum fuit, quo noſtra tela nitatur. Dicitis, inquit, nullum bonum ex diſtantibus eſſe. Claritas autem iſta, bonorum virorum opinio eſt. Nam quomodo fama non eſt vniuſ ſermo, nec infamia vniuſ mala exiſtimatio: ſic nec claritas, vniuſ boao placuisse. Conſentire in hoc plures in ſignes & praefantes vii debent, ut claritas ſit. Haec autem ex iudicijs plurimum efficitur, id eſt, diſtantium: ergo non eſt bonum. Claritas, inquit, laus eſt, à bonis bono reddita: laus oratio: oratio vox eſt aliquid ſignificans. Vox autem, licet virorum ſit bonorum, bonum non eſt. Neque enim quicquid vir bonus facit, bonum eſt. Nam & plaudit, & ſibilat: ſed nec plauſum quicquam, nec ſibilum, licet omnia eius admiretur & laudet, bonum dicit, non magis quam ſternutamentum aut tuffum. Ergo claritas bonum non eſt. Ad ſummarum, dicite nobis, vtrum laudantis, an laudati bonum eſt? Si laudantis bonum eſt, tam ridiculam rem facitis, quam ſi affirmitis meum eſſe, quod aliud bene valeat. Sed laudare dignos, honesta actio eſt: ita laudantis bonum eſt, cuius actio eſt, non noſtrum qui laudamur. Atqui hoc quaerebatur. Respondebo nunc ſingulis curſim. Primum, an ſit aliquid ex diſtantibus bonum, etiam nunc quaeritur, & pars vtraque ſententias habet. Dein de claritas non defiderat multa ſuffragia: poſteſt & vniuſ boni vii iudicio eſſe contenta. Nam omnes bonos bonus vniuſ iudicat. Quid ergo, inquit, & fama eſt vniuſ hominis exiſtimatio, & infamia vniuſ malignus ſermo? Gloriam quoque, inquit, latius fuſam intelligo. Conſenſum enim multorum exigit. Diuerſa horum condicio eſt, & illius. Quare? Quia ſi de me bene vir bonus ſentit, eodem loco ſum, quo, ſi omnes boni idem ſentirent. Omnes enim ſi me cognouerint, idem ſentier. Par illis idemque iudiciū eſt: aequo vero ſentitur ab his, qui diſfidere non poſſunt. Ita pro eo eſt, ac ſi omnes idem ſentiant: quia aliud ſentire non poſſunt. Ad gloriam & famam non eſt ſatis vniuſ opinio. Illic idem poſteſt vniuſ ſententia, quod omnium: quia omnium ſi rogentur, vna eſt. Hic diuerſa diſſimiliū iudicia ſunt, diſſimiles aefficiuntur. Dubia omnia inuenias, leui, ſuſpecta. Putas tu poſſe ſententiam vnam omnium eſſe? No eſt vniuſ vna. Illis placet verum. Veritatis vna viſ, vna facies eſt. Apud hos falsa ſunt, quibus aſſentuntur. Nunquam autem falsis conſtantia eſt. Variantur & diſſident. Sed laus, inquit, nihil aliud quam vox eſt. Vox autem bonum non eſt. Cum dicant claritatem laudem eſſe bonorum, à bonis redditam, iam non ad vocem referunt, ſed ad ſententiam. Licet enim vir bonus taceat, ſed aliqūm iudicet dignum laude, laudatus eſt. Praeterea aliud eſt laus, aliud laudatio. Haec & vocem exigit. Itaque nemo dicit laudem funebrem, ſed laudationem, cuius officium oratione conſtat. Cum dicimus aliquem laude dignum, non verbā illi benigna hominum, ſed iudicia promittimus. Ergo laus etiam taciti eſt bene ſentientis, ac bonum virum apud ſe laudant. Deinde, ut dixi, ad animum reſerſt laus, non ad verba, quae conceptam laudem egeſſunt, & in notitiam plurimum emittunt. Laudat, qui laudandum eſſe iudicat. Cum Tragicus ille apud nos ait, Magnificum eſſe laudari à laudato viro: laude digno, ait. Et cum aequo antiquis poeta ait, Laus alit artes: non laudationem dicit, quae corruſpit artes. Nihil enim aequo & eloquentiā, & omne aliud ſtudium auribus deditum vitiauit, quam popularis aſſenſio. Fama vtique vocem diſiderat, claritas non, poſteſt enim vtra vocem contingere, contenta iudicio: plena eſt, non tantum inter tacenteis, ſed etia in inter reclamanteis. Quid interſit inter claritatem & gloriam, dicam. Gloria multorum iudicijs conſtituta, claritas bonorum. Cuius, inquit, bonum eſt claritas, id eſt, laus bono à bonis reddita, vtrum laudati an laudantis? Vtriusque: meum qui laudor, quia natura me amantem omnium genuit, & beneficisse gaudeo, & gratios me inueniſſe virtutum interpretes laetor. Hoc plurimum bonum eſt, quod grati ſunt, ſed & meum. Ita enim animo compoſitus ſum, ut aliorum bonum, meum iudicem: vtique eorum quibus ipſe ſum

sum boni causa. Est illud laudantium bonum. Virtute enim geritur. Omnis autem virtutis actio bonum est. Hoc contingere illis non potuisse, nisi ego talis essem. Itaq. utriusque bonum est, merito laudari: tamen mehercule, quām bene iudicasse, iudicantis bonum est, & eius, secundum quem iudicatum est. Nūquid dubitas, quin iustitia & habentis bonum sit, & eius cui debitum soluit? Merentem laudare, iustitia est: igitur utriusque bonum est. Caullatoribus istis abunde respondimus. Sed non debuit hoc nobis esse propositum, argutias ferere, & philosophiam in has angustias ex sua maiestate detrahere. Quāto satius est, ire aperta via & recta, quām sibi ipsi flexus disponere, quos cum magna molestia debebas relegere. Ne que enim quicquam aliud istae disputationes sunt, quām inter se perite caprantium lusus. Dic potius, quām naturale sit, in immensum mentem suam extendere. Magna & generosa res est humanus animus: nullos sibi ponit nisi communes & cum Deo terminos patitur. Primum humilem non accipit patriam, Ephesum aut Alexandriam, aut si quod est etiam nū frequentius incolis, latius rectis solum. Illi patria sit, quodcumque superne vniuersa circuitu suo cingit. Hoc omne conuexum, intra quod iacent maria cū terris, intra quod aer humanis diuina fecernens etiam coniungit, intra quod disposita tot numina in actus suos excubant. Deinde arctam aetatem sibi dari non finit. Omnes, inquit, anni mei sunt. Nullum saeculum magnis ingenij clusum est, nullum non cogitatione peruum tempus. Cum venerit dies ille qui mixtum hoc diuinum humanique fecernat, corpus hoc, vbi inueni, relinquam: ipse me Dijs reddat: nec nunc sine illis sum, sed graui terrenoque detineor. Per has mortalis aeuī moras, illi meliori vitae longiori praeluditur. Quemadmodum nouem mensibus nos tenet maternus uterus, & præparat non sibi, sed illi loco in quem uidemur emitti, iam idonei spiritum trahere, & in aperto durare: sic per hoc spatium, quod ab infanthia patet in senectutem, in alium naturae sumimur partum. Alia origo nos expectat, alius rerum status. Nondum caelum nisi ex interullo pati possumus. Proinde intrepidus horam illum decretoria prospice. Non est animo suprema, sed corpori. Quiquid circa te iacet rerum, tanquam hospitales loci sarcinas specta. Transeundum est. Excudit redeuntem natura, sicut intrantem. Non licet plus efferte, quām intuleris. Immo etiam ex eo, quod in vitam attulisti, pars magna ponenda est. Detrahetur tibi haec circumiecta, nouissimum velamentum tui, cutis: detrahetur caro & suffusus sanguis, discurrensque per totum: detrahentur ossa neruque, firmamenta fluidorum ac labentium. Dies iste, quem tanquam extemum reformidas, aeterni natalis est. Depone onus. Quid cunctaris, tanquam non prius quoque reliquo, in quo latebas corpore, exieris? Haeres & relucentis, tum quoque magno nisi matri ex-pulsus es. Gemis, ploras: & hoc ipsum flere, nascentis est. Sed tunc debebat ignosci ruditus & imperitus omnium veneras: ex maternorum viscerum calido mollique fomento emisimus, afflauit aura liberior. Deinde offendit durae manus tactus, tenerque adhuc, & nullius rei gnatus obstupuit inter ignota. Nec tibi non est nouum separari ab eo cuius ante pars fueris: aequo animo membra iam superiacua dimittit, & istud corpus inhabitatum diu, pone. Scindetur, obruetur, abolebitur. Quid contristaris? Ita solet fieri. Pereunt semper uelamenta nascentium. Quid ista sic diligis, quasi tua? Iltis opertus es. Veniet qui te reuelet dies, & ex contubernio foedi atque olli uenitris educat. Hinc nunc quoque tu quantum potes, subuoluas: ab alijs, nisi quae etiam necessarij cohaerentur, alienus. Iam hinc, altius aliquid, sublimius que meditare. Aliquando naturae tibi arcana retegentur, discutitur ista caligo, & lux undique clara percutiet. Imaginare tecum, quantus ille sit fulgor, tot sideribus inter se lumen miscentibus. Nulla sene-num umbra turbabit: aequaliter splendebit omne caeli latus. Dies & nox, aeris infimi uices sunt. Tunc in tenebris nixisse dices, cum totam lucem totus asperxit, quam nunc per angustissimas oculorum vias obscure intheris, & tamen admiraris tam procul. Quid tibi uidetur diuina lux, cum illam suo loco uidaris? Hacc cogitatio nihil sordidum animo subsidere sinit, nihil humile, nihil crudele. Deos omnium rerum esse testes qit. Illis nos approbari, illis in futurum parari iubet, & aeternitate in propone: quam qui mente concepit, nullus horret exercitus, non terretur tuba, nullis ad timorem minis agitur. Quid non timeat, qui mori sperat: si is quoque qui tardiu animum iudicat inahere, quandiu retinetur corporis uinculo, solutum, totum spargi, id agit, ut etiam post mortem utilis esse possit? Quamuis enim ipse eruptus sit oculis, tamen

Multa viri virtus animo, multusque recursat

Gentis honor.

Cogita, quantum nobis exempla bona prosint. scies magnorum uirorum, non minus praesentia, esse utili memoriā.

Epistola CIII.

Quid ista circumspicis, quae tibi possunt fortasse eueniēre, sed possunt & non eueniēre: incendium dicco, ruinam, aliaque, quae nobis incident, non insidiantur. Illa potius uide, illa deuita, quae nos obseruant, quae captant. rari sunt casus, etiam si granes, naufragium facere, uehiculo eueri. Ab homine homini quotidianum periculum. Aduersus hoc te expedi, hoc intentis oculis intuere. Nullum enim malum frequentius, nullum pertinacius, nullum blandius. Tempestas minatur, antequam surgat. Crepat aedificia, antequam corrunt, prænuntiat fumus incendium. Subita est ex homine pernicio: & eo diligentius tegitur, quo proprius accedit. Erras, si istorum tibi qui occurruunt uultibus credis: hominum effigies habent, animos ferarum: nisi quod illarum perniciose primus incursum, quos transire non queunt. Nunquam enim illas ad nocendum nisi necessitas misit. Aut fame, aut timore coguntur ad pu-

ad pugnam. Homini perdere hominem liber. Tu tamen ita cogita, quod ex homine periculum sit: vt cognites, quod sit hominis officium. Alterum intuere, ne laedaris alterum ne laedas. Commodis omnium laeteris, mouearis incommodis: & memineris quae praefare debeas, quae cauere. Sic vinendo quid consequeris? Non, ne noceant: sed, ne fallat. Quantum autem potes, in philosophiam secede. illa te fini suo proteget. In huius sacrario eris aut tutus, aut tutior. Non arietant inter se, nisi in eodem ambulantes. Ipsam autem philosophiam non debebis iactare. Multis fuit periculi causa, in solente iactata, & contumaciter. Vitia tibi detrahant, non alij exprobent, non abhorreat a publicis moribus: nec ita agat, vt quicquid non facit, damnare videatur. Licet sapere sine pompa, sine inuidia.

Epistola CIII.

In Nomentanum meum fugi, quid putas: urbem immo febrem, & quidem surrepentem. Iam manū mihi iniecerat: protinus itaque parari vehiculum iussi, Paulina mea retinēte. Medicus initia esse dicebat, motis venis, sed in certis, & naturalem turbantibus modum. Exire perseverauit. Illud mihi in ore erat domini mei Gallionis: qui cum in Achaia, febrem habere coepisset, protinus nauem ascendit, clamitans non corporis esse, sed loci morbum. Hoc ego Paulinae maece dixi, quae mihi valetudinem meam commendat. Nam cum sciam spiritum illius in meo verti: incipio ut illi consulam mihi consulere: & quum me fortiorem senectus ad multa reddiderit, hoc beneficium aetatis amitto. Venit mihi in mentem in hoc sene & adolescentem esse, cui parcitur. Itaque quoniam ego ab illa non impetro, vt me fortius amet: impetrat illa a me, vt me indulgentius amem. Indulgendum est enim honestis affectibus, & interdum etiam si premunt causae, spiritus in honorem suorum vel cum tormento reticandus, & in ipso ore retinendus est, cum bono viro viuendum sit, non quamdiu inuit, sed quamdiu oportet. Ille qui non vxorem non amicum tantum putat, vt diutius in vita commoretur, qui perseverat mori, delicatus est. Hoc quoque imperet sibi animus, vbi utilitas suorum exigit, nec tantum sibi velit mori, sed & si coepit, intermittat, & suis se commodet. Ingentis animi est, aliena causa ad vitam reuerti: quod magni viri saepe fecerunt. Sed hoc quoque summae humanitatis existimo, senectutem suam, cuius maximus fructus est, securior sui tutela, & vitae usus animosior, attentius conseruare, si scias alicui tuorum esse dulce, uile, optabile. Habet praeterea in se non mediocre ista res gaudium & mercedem. Quid enim iucundius, quam vox ritam carum esse, vt propter hoc tibi carior fias? Potest itaque Paulina mea non tantum suum mihi timorem imputare, sed etiam meum. Quaeris ergo, quomodo mihi consilium profecitionis ceserit? Ut primum gratitatem virbis excessi, & illum nidorem culinatum fumantium, quae motae quicquid pestiferi vaporis obruerant, cum puluere effundunt, protinus mutatam valetudinem sensi. Quantum deinde adiectum putas viribus, postquam vineas attigi? In pascuum emissus, cibum meum inuasi. Repetiui ergo iam me, non permanet in auctor ille corporis dubius, & male cogitantis. incipio tota animo studere. Non multum ad hoc locus confert, nisi se sibi praefet animus, qui secretum & in occupationibus medijs, si volet, habebit. At ille qui regiones eligit, & otium captat, ubique quo distingatur inueniet. Nam Socratem quaerentem cuidam, quod nihil sibi peregrinationes prosuissent, respondisse ferunt: Non immrito hoc tibi euenit: tecum enim peregrinabar. O quam bene cum quibusdam ageretur, si a se aberrarent. Nunc primi seipso sollicitant, corrumpunt, terrant. Quid prodest mare traijere, & vrbes mutare? Si vis ista, quibus uigeris, effugere, non alibi sis oportet, sed alius. Puto uenisse te Athenas, puta Rhodon. Elige arbitrio tuo ciuitatem. Quid ad rem pertinet, quos illa mores habeat? Tuos afferes. Dinitias iudicabis bonum? Torquebit te paupertas, & (quod est miserium) falsa. Quamvis enim multū posse fideas, tamen quia aliquis plus habet, tanto tibi videberis defici, quanto vinceris. Honores iudicas bonū? Male te habebit ille confus factus, ille etiam refecus: ringens, quoties aliquem in fastis saepius legeris. Tantus erit ambitionis furor, vt nemo tibi post te videatur, si aliquis ante te fuerit. Maximum malum iudicabis mortem: cum illa nihil sit mali, nisi, quod ante ipsam est, timeri. Exterrebunt te non tantum pericula, sed suspiciones. Vanis semper agitaberis. Quid enim proderit, euafisse tot vrbes Argolicas, mediosque fugam tenuisse per hostes? Ipla pax timores subministrabit. Ne turis quidem habebitur fidis, conseruata semel mente: quae vbi confuetudinem paucoris improuidi fecit, etiam ad tutelam salutis tuae inhabilis es. Non enim vitat, sed fugit: magis autem periculis patemus auersi. Grauissimum iudicabis malum, aliquem ex his quos amabis amittere: cum interim hoc tam ineptum erit quam flere, quod arboribus amoenis, & domum tuam ornantibus decidunt folia. Quicquid te delectat, aequo viret. Aliud alio die casus excutiet. Sed quemadmodum frondium iactura facilis est, quia renascuntur: sic istorum quos amas, quoque oblectamenta vitae putas esse, damnum, quia reparantur, etiam si non renascantur. Sed nō erunt idem. Ne tu quidem idem eris. Omnis dies, omnis hora te mutat: sed in alijs rapina facilis appetit: hic latet, quia non ex aperto fit. Alij auferuntur: at ipsi nobis furto subducimur. Horum nihil cogitabis, nec remedia vulneribus appones, sed ipse tibi seres sollicitudinum cauas, alia sperando, alia desperando. Si sapi, alterum alteri misceas: nec speraueris sine desperatione, nec desperaueris sine spe. Quid per se prodebet peregrinatio cuiquam potuit? Non voluptates illa temperauit, non cupiditates refrerauit, non iras repressit, non indomitos amoris impetus fregit, nulla denique animo mala eduxit, non iudicium dedit, non excusit errorem, sed vt puerum ignota mirantem, ad breue tempus rerum aliqua nouitate detinuit. Ceterum inconstantiam mentis, quae cum maxime aegra est, lacerat, mobilorem leviorumq. reddit ipsa iactatio. Itaq. quae petierant cupidiſſime loca, cupidiſſus deseruit, & auium

& cum modo transiōlant, citiusque quām venerant, abeunt. Peregrinatio notitiam dabit gentium, nō tuas tibi montium formas ostendet, inusitatā spatiā camporum, & irriguas perennibus aquis vales, & alicuius fluminis sub obseruatione naturam, sive, vt Nilus, aēstiuo incremento tumet, sive, vt Tigris, erit pītū ex oculis, & acto per occulta cursu, integræ magnitudini redditur, sive, vt Maeander, poetarum omnium exercitatio & ludus, implicatur crebris anfractibus, & saepe in vicinum alueo suo admotus, an tequam sibi influat, flectitur: ceterum neque in meliorem faciet, neque saniorē. Inter studia versandum est, & inter auctores sapientiae, vt quae sita discamus, nondum inuenta quaeramus. Sic eximendus animus ex miserrima seruitute in libertatem. Quamdiu quidem nescieris, quid fugiendum, quid petendū, quid necessarium, quid supervacuum, quid iūlūm, quid honestum sit, non erit hoc peregrinari, sed errare. Nullam tibi opem feret iste discursus. Peregrinaris enim cum affectibus tuis, & mala te tua sequuntur. Vnam quidem sequentur, longius abeunt: nunc fers illa, non ducis. Itaque ubique te preinunt & paribus incommode vīunt. Medicina aegro, non regio, quaerenda est. Fregit aliquis crux, aut extorlit articulum? non vehiculum nauemque confundit, sed aduocat medicum, vt fracta pars iungatur, vt lūxata in locum repatorum. Quid ergo animum tot locis fractum & extortum credis locorum mutatione posse sanari? Maius est istud malum, quām vt gestatione curetur. Peregrinatio non facit medicum, non oratorem. Nulla ars loco discitur. Quid ergo? Sapientia res omnium maxima in itinere colligitur? Nullum, mihi crede, iter est, quod te extra cupiditates, extra iras, extra metus sistat. Aut si quod esset, agnire factō, gens illuc humana pergeret. Tantidu ista virgebunt mala, macerabuntque per terras ac maria vagum, quamdiu malorum gestaris causas. Fugam tibi non prodesse miraris? tecum sunt quae fugis. Te igitur emenda, onera tibi detrahe, & desideria saltem intra modum contine. Omnem ex animo erade nequitiam. Si vis peregrinationes habere iūtandas, tuum comitem sana. Haeredit tibi avaritia, quamdiu auaro sordidoque conuiixeris. Haeredit tumor, quamdiu cum superbo conuersaberis. Nunquam faciūtiam in tortoris contubernio ponas. Incident libidines tuas adulterorum sodalitatis. Si velis virtus exiū, longe à virtutum exēmplis recedendum est. Avarus, corruptor, faeuus, fraudulentus, multū nocitū si prope te fuissent, intra te sunt. Ad meliores transf. Cum Catonibus viue, cum Laelio, cum Tuberone: quod si constitueret etiam Graecis iūuat, cum Socrate, cum Zenone versare. Alter te docet, mori, si necesse erit: alter, antequam necesse erit. Viue cum Chrysippo, cum Posidonio. Hi tibi tradent diuinorum humanorumque notitiam. Hi inbebut in opere esse: nec tantum scite loqui, & in oblationem audientium verba iactare, sed animū indurare, & aduersus inimicas erigere. Vnus est enim huius vitae fluctuantis & turbidae portus, euentura contemnere, stare fidenter, aperte tela fortunae aduersō peccatore excipere, non latitantes, nec tergiversantem. Magnanimos nos natura produxit: & vt quibusdam anima libus ferum dedit, quibusdam fibidolim, quibusdam pauidum, ita nobis gloriosum & excelsum spiritum, querentem vbi honestissime, non vbi tutissime viuat, simillimum mundo: quē quantum mortalibus passibus licet, sequitur aemulatique. Profert se, laudari & aspici gestit. Dominus omnium est, supra omnia est. Itaque nulli se rei submitit, nihil illi videtur graue, nihil quod virum incuruet.

Terribiles visu formae, letumque labores,

Minime quidem, si quis rectis oculis intueri illa possit, & tenebras perrumpere. Multa per noctem habita terrori, dies vertit ad risum.

Terribiles visu formae letumque labores.

Egregie Virgilii noſter. Non re dixit terribiles esse, sed visu: id est, videri, non esse. Quid iniquam, in istis est tam formidabile, quam fama vulgari? Quid est, obsecro te, Lucili, cur timeat laborem vir, moitem homo? Totiens mihi occurruunt isti, qui non purant fieri posse quicquid facere non possunt, & aucti nos loqui maiora, quām quae natura humana sustineat. At quanto ego de illis melius existimo. ipsi quoque haec possunt facere, sed nolunt. Denique quem vñquam ista delitiuere tentantem? cui non faciliora appariere in actu? Non quia difficultia sunt, nō inauditus: sed quia non audemus: sed quia non audemus, difficultia sunt. Si tamen exemplum desideratis, accipe Socratem perpeſſum fēnem, per omnia aspera iactatum, inuidam fame & paupertate, quam grauiorem illi domesticā onera faciebat, & laborib. quos militares quoque pertulit, & quibus ille domi exercitus, sive vxorem eius species moribus feram, lingua, petulantem, sive liberos indociles, & matri quām patri similiores. Sic fere aut in bello fuit, aut in tyrannide, aut in libertate, bellis ac tyrannis saeuore. Viginti & septem annis pugnatū est: post finita arma, triginta tyranis noxae dedita est ciuitas, ex quibus plaeſique inimici erant. Nouissima dominatio est sub grauissimis criminibus impleta. obiecta est & religionum violatio, & iūuentutis corruptela, quā immittente in deos, in patres, in rem, dicitur est. Post haec carcer, & venenum. Haec vñque eo animū Socratis non mouerunt, vt ne vultum quidem mouerint. Illam mirabilem laudem, & singularem, vñque ad extremitum seruauit: non hilariorem quisquam, non tristiorē Socratem vidit: aequalis fuit in tanta inaequalitate fortunae. Vis alterum exemplum? Accipe hunc M. Catonem recentiorem, cum quo & infelix fortuna egit, & pertinacius. Cui cum omnib. locis obſlitisset, nouissime & in morte, ostendit tamē virum fortē posse inuita fortuna vivere, inuita mori. Tota illi aetas aut in armis est exacta ciuilibus, aut in aeta te concepiente iam ciuile bellum. Et hunc si sit dicas non minus quām Socratem in seruitute vixisse: nisi forte Cn. Pompeium & Caesarem & Crassum putas libertatis socios fuisse: Nemo mutatam Catonem,

nem, toties mutata Rep. vidi: eundem se in omni statu praestit. In praetura, in repulsa, in accusatione, in prouincia, in concione, in exercitu, in morte, denique in illa Reip. trepidatione cum illinc Caesar eslet decem legionib. pugnacissimis subinxus, hinc tot externarum gentium praefidijs: hinc Cn. Pompeius, satis vñus aduersus omnia. Cum alij ad Caesarem inclinarent, alij ad Pompeium, solus Cato fecit alias & Reip. partes. Si animo complecti volueris illius imaginem temporis, videbis illinc plebem & omnem erectum ad res nouas vulgum: hic optimates & equeſtre ordinē, quicquid erat in ciuitate sancti & lecti: daos in medio relictos, temp. & Catonem, Miraberis, inquam, cum animaduerteris

Attridē, Priamumque, & saeum ambobus Achillem.

Vtrunque enim improbat, vtrunque exarimat. Hanc fert de vtroque sententiam. Ait se, si Caesar vicerit, moritum: si Pompeius, exultatum. Quid habebat quod timeret, qui ea sibi & victo & victori constituerat, quae constituta esse ab hostib. iratissimis poterant? Perij tataque ex decreto suo. Vides posse homines labores pati: per medias Africæ solitudines pedes duxit exercitum. Vides posse tolerare stūm: & in collibus arentibus, sinc vñis impedimentis vieti exercitus reliquias trahens, in opiam humoris lorica tū tulit, & quoties aquae fuerat occasio, nouissimus bibit. Vides honorem & notam posse contemni? Eo dem quo repulsus est die, in comitio pila lūsit. Vides posse non timeri potentiam superiorum: & Pompeium & Caesarem, quorum nemo alterum offendere audebat, nisi vt alterum derereretur, simul prouocauit. Vides tam mortem posse contemni quām exilium? & exilium sibi indixit & mortem, & interim bellum. Possimus itaque aduersus ista tantum habere animi, libeat modo subducere iugo collum. In primis autem respondae sunt voluntates: eneruant, & effeminant, & multum petunt. multum autem à fortuna petendū est. Deinde spernandæ opes, auctoramenta sunt seruitutem. Aurum & argentum, & quicquid aliud felices domos onerat, relinquatur. Non potest gratis constare libertas. Hanc si magno aestimas, omnia patuo & estimanda sunt.

Epistola CV.

Quae obseruanda tibi sint, vt tutor viuas, dicam. Tu tamē sic audias censeo ista praecepta, quomodo si tibi praecepiterem, qua ratione bonam valetudinem in Ardeatino tueris. Considera, quae hnt que hominem in pernicem hominis instigent, inuenies spem, inuidiam, odium, metum, contemptum. Ex omnibus istis, adeo leuissimum est contemptus, vt multi in illo remedij causa delitentur. Quem quis contemnit, calcat sine dubio, sed transit. Nemo homini contemptu, pertinaciter, nemo diligenter nocet. Etiam in acie iacens praeteritur: cum stante pugnatur. Spem improborum vitabis, si nihil habueris quod cupiditatem alienam & improbam irriter, si nihil in signe possederis. Concupiscunt enim infigua, etiam si parum nota sunt. Sic vero inuidiam effugis, si te non ingesseris oculis, si bona tua non iactaueris, si scieris in finu gaudere. Odium autem ex offensa sic vitabis, neminem lacescendo gratuito, à quo te sensus communis taebitur, fuit enim hoc multis periculose. Quidam odium habuerunt, nec inimicum. Illud ne timearis, praestabit tibi & fortunæ medio critas, & ingenij lenitas: cum te esse homines scient quem offendere sine periculo possint. Reconciliatio tua & facili sit, & certa. Timeri autem tam domi molestum est, quām foris tam à servis, quām à liberis. Nulli non ad nocendum satis virium est. Adiace nunc, quod qui timeret, timeret. Nemo potuit terribilis esse secure. Contempsus supereſt: cuius modum in sua potestate habet, qui illum sibi adiunxit: qui contemnit, qui voluit, non quia debuit. Huius incommode & artes bonae discutunt, & amicitiae eorum, qui apud aliquem potenter potentes sunt: quibus applicari expediet, non implicari: ne pluris remedium, quām periculum conſter. Nihil tamen aequa prōderit, quām quiescere, & minimum cum alijs loqui, plurimum secum. Est quaedam dulcedo sermonis quae irrepit & blanditur, & non aliter quam ebrietas aut amor secreta producit. Nemo quod audierit, facebit: nemo quantum audierit, loquetur. Qui rem non tacuerit, non facebit auctorem. Habet vñusquisque aliquem cui tantum credit, quantum ipsi creditum est. Ut garrulitatem suam custodiat, & contentus sit vñus auribus, populū faciet. Sic quod modo secretum erat, rumor est. Securitatis magna portio est, nihil iniqui facere. Confusam vitam & perturbatam impotentia agunt: tantum metunt, quantum nocent: nec vñlo tempore vacant. Trepidant enim cum fecerunt. Haerent. Conscientia aliud agere non patitur, ac subinde respicere ad se cogit. Dar poenas, quisquis expectat: quisquis autem meruit, expectat. Tumultu aliqua res in mala conscientia praestat, nulla securū. Putat enim se, etiam si non deprehendit, posse deprehendi: & inter somnos mouetur, & quoties alicuius scelus loquitur, de suo cogitat. Non satis illi obliteratum videtur, non satis teatum. Nocent habuit aliquando latendi fortunam, nunquam fiduciam.

Epistola CVI.

Tardius rescribo ad epistolas tuas, non quia distrietus occupationibus sum: hanc excusationem cauebas. Vaco, & omnes qui volunt, vacant. Neminem res sequuntur: ipsi illas amplexantur, & argumentum esse felicitatis occupationem putant. Quid ergo fuit quare non protinus rescriberem tibi, de quo quaerebas? Veniebat in contextum operis mei: tis enim me moralem philosophiam velle complecti, & omnes ad eam pertinentes quaestiones explicare. Itaque dubitavi vñrum differrem te, an, donec sius isti rei veniret locus, ius tibi extra ordinem dicere. Humanius vñsum est, tam longe venientem non detinere. Itaque & hoc ex illa serie rerum cohaerentium excerptam, & si quā erunt huiusmodi, non quaerenti tibi vñtro mittam. Quae sint haec, interrogas? Quae scire magis iūuat, quām prodest: scit hoc

cut hoc de quo quaeris, an corpus bonum sit. Corpus est, facit enim. Quod facit, corpus est. Bonum; agit animum, & quodammodo format & continet: quae ergo propria sunt corporis. Et corporis bona sunt corpora: corpora ergo sunt & quae animi sunt. Nam & hic corpus est. Bonum hominis necesse est corpus sit, cum ipse corporalis. Mentior, nisi & quae alunt illud, & quae valetudinem eius vel cunctitudinem vel restituunt, corpora sunt. Ergo & bonum eius corpus est. Non puto te dubitaturum, an affectus corpora sunt, ut aliud quoque de quo non quaeris, in fulciam: tanquam ira, amor, tristitia. si dubitas, vide an tumultum nobis mutant, an frontem astringant, an faciem diffundant, an ruborem euocent, an fugent sanguinem. Quid ergo? tam manifestas corpori notas creditis imprimi, nisi à corpore? Si affectus corpora sunt, & morbi animorum, & avaritia, crudelitas, indurata vita, & in statum inemendabilem adducta: ergo & malitia, & species eius omnes, malignitas, inuidia, superbia. Ergo & bona. primum quia contraria istis sunt: deinde, quia eadem tibi indicia praestabunt. An non vides, quantum oculis det vigorem fortitudine? Quantam intentionem prudentia? Quantum modestiam & quietem reverentia? Quantum serenitatem letitiae? Quantum rigorem severitas? Quantum remissionem hilaritas? Corpora ergo sunt, quae colorum habitumque corporum mutant, quae in illis regnum suum exercent. Omnes autem quas retulisti virtutes, bona sunt, & quicquid ex illis est. Nunquid est dubium, an id quo quid tangi potest, corpus sit? Tangere enim & tangi, nisi corpus, nulla potest res, vt ait Lucretius. Omnia autem ista quae dixi, non mutant corpus, nisi tangenter: ergo corpora sunt. Etiannun, cui tanta vis est, vt impellar & cogat & retineat & iubeat, corpus est. Quid ergo? Non timor retinet? Non fortitudo impedit, & impetum dat? Non moderatio refranat ac reuocat? Non gaudium extollit? Non tristitia abducit? Denique, quicquid facimus, aut malitiae, aut virtutis gerimus imperio. Quod imperat corpori, corpus est. Quod vim corpori afferit, corpus. bonum corporis corporale est, bonum hominis, & corporis bonum est: itaque corporale est. Quoniam, vt voluisti, morem gessi tibi, nunc ipse dicam mihi, quod dictum esse te video. Laterunculus ludimus, in superuacuis subtilitas teritur. Non faciunt bonos ista, sed doctos. Aperio res est, sapere: immo simplicior. Paucis opus est ad mentem bonam litteris. Sed nos ut certa in superuacuis diffundimus, ita philopham ipsam. Quemadmodum omnium rerum, sic litterarum quoque intemperantia laboramus. Non vitae, sed scholae discimus.

Epistola CVII.

Vbi illa prudentia tua? Vbi in discendiis reb. subtilitas? Vbi magnitudo? Tam pusilla te agunt? servi occupationes tuas, occasionem fugae putauerunt. Si amici deciperent, habeant enim sane nomen, quod illis Epicurus noster imposuit: & ita vocentur, quora pars abesse rebus tuis? Defunct illi qui & operam tuam conterebant, & te alijs molestem reddabant. Nihil horum infolium, nihil inexpectatum est. Offendit rebus istis tam ridiculum est, quam queri, quod spargaris in publico, aut inquinantis luto. Eadem vitae condicio est, quae balnei, turbae, itineris: quaedam intermittentur, quaedam incident. Non est delicata res, vivere. Longam viam ingressus es, & labaris oportet, & arietes, & cadas, & lassiferis, & exclamis: O mors, id est, mortalitas. Alio loco comitem relinques, alio efferves, alio timebis. Per eiusmodi offensas emetiendum est confragosum hoc iter. Praeparetur animus contra omnia. Scias se venisse vbi.

Lucius & Ulricus posuerunt cubilia curae,

Pallentesque habitant morbi, tristisque senectus.

In hoc coartamento vita degenda est. Effugere ista non potes, contempnere potes. Contemnes autem, si saepe cogitaueris, & futura praesumpferis. Nemo non fortius ad id, cui se diu compulerat, accessit, & duris quoque si praemeditata erant, obstitit. At contra imparatus, etiam leuissima expauit. Id agendum est, ne quid nobis inopinatum sit. Et quia omnia nouitate grauiora sunt, haec cogitatio assidua praestabit, vt nulli sis malo tiro. Serui te reliquerunt. Alium compilauerunt, alium accusauerunt, alium occiderunt, alium prodiderunt, alium calauerunt, alium veneno, aliuum criminatione petierunt. Quicquid dixeris, multis accidit, dein cespq. acciderit. Multa & varia sunt quae in nos diriguntur. Quaedam in nos fixa sunt, quaedam vibrant, & cum maxime veniant, quaedam ad alios peruentura, nos constringunt. Nihil mirerum corum ad quae natu sumus, quae ideo nulli querenda, quia paria sunt omnibus. Ita dico patria sunt, nam etiam quod effugit aliquis, pati potuit. Aequum autem ius est, non quo omnes visi sunt, sed quod omnibus latum est. Imperetur aequitas animo, & sine querela mortalitatis tributa pendamus. Hiems frigori adducit, algendum est, aetas calores refert, aestuandum est: intemperies caeli valitudinem tentat, aegrotandum est. Et fera nobis loco occurrit, & homo perniciose feris omnibus. Alium aqua, aliud ignis eripit. Hanc rerum conditionem mutare non possumus. Id possumus, magnum sumere animam, & viro bono dignum, quo fortiter fortuna patiatur, & naturae consentiamus. Natura autem hoc quod vides regnum mutationibus temperat. Nubilo serena succedit. Turbantur maria, cū quieuerunt. Plant inuicem uenti. Noctem dies sequitur. Pars caeli consurgit, pars mergitur. Contrarijs rerum aeternitas conflat. Ad hanc legem animus noster aptatus est: hauc sequatur, hanc pareat: & quae cunque sunt, debuisse fieri putet: nec uelit obiurgare naturam. Optimum est pari, quod emendare non possis: Deum, quo auctore cuncta proueniunt, sine murmuratione comitari. Malus miles est, qui imperatorem gemens sequitur. Quare impiger atque alacres excipiamus imperia, nec deferamus hunc operis pulcherrimi cursum, cui, quicquid patimur, in textum est: & sic alloquamur Iouem, cuius gubernaculo

naculo moles ista dirigitur, quomodo Cleanthes noster versibus disertissimis alloquitur: quos mihi in nostrum sermonem mutare permititur, Ciceronis viri disertissimi exemplo. Si placuerint, boni consules: si displicerint, scies me in hoc secutum Ciceronis exemplum.

*Duc me parens, celsique dominator poli,
Quocunque placuit, nulla parendi mora est.
Assum impiger, fac nolle, comitabor gemens:
Ducunt violentem fatam, noletem trahunt.*

Sic viuamus, sic loquamur. paratos nos innuerat atque impigros fatum. Hic est magnus animus, qui se Deo tradidit. At contra ille pusillus ac degener, qui oblitus est, & de ordine mundi male existimat, & emendare manuit deos, quā se.

Epistola CVIII.

Id quo quaeris, ex his est, quae scire, tantum eo, vt scias pertinet. Sed nihilominus quia pertinet, pertinaciter properas, nec vis expectare liberos, quos cum maxime ordine continent, totā moralem philosophiae partem, statim expediam. Illud tamē prius scribam, quemadmodum tibi ista cupiditas di-icendi, qua flagrare te video, regenda sit, ne ipsa se impediatur. Nec passim carpenda sunt, nec aude inuanda vniuersa, per partes peruenitur ad totum. Aptari onus viribus debet: nec plus occupari, quā cui sufficere possumus. Non quantum vis, sed quantum capis, hauriendum est, bonum tantum habe animū: capies, quantum voles. Quo plus recipit animus, hoc ē magis laxat. Haec nobis praecipere Attalū memini, cum scholam eius ob sideremus, & primi veni remus, & nouissimi exiremus: ambulante quoq. illum ad alias disputationes euocaremus, nō tantum paratum discentibus, sed obuiū. Idem, inquit, & docenti & discenti deber est propositum: vt ille prodelle velit, hic proficeret. Qui ad philosophorum scholas venit, quotidie secum aliquid boni ferat: aut sanior domum redeat, aut sanabilior, Redibit autē. Ea enim philosophiae vis est, vt non solum studentes, sed etiam conuersantes inueni. Qui in solem venit, licet non in hoc venerit, colorabitur. Qui in vnguentaria taberna resederunt, & paulo diutius commorati sunt, odorem secum loci ferunt. Et qui apud philosophorum fuerint, traxerint aliquid necesse est, quod prodesse etiam negligenteribus. Attende quid dicam, negligentibus non repugnatibus. Quid ergo? Non nouimus quo sdam, qui multis apud philosophiam annis perfederint, & ne colorem quidem duixerint? Quid ni nouerim? Pertinacissimos quidem, & assiduos: quos ego non discipulos philosophorum, sed inquilinos voco. Quidam veniunt vt audiant, non vt discant: sicut in theatrum voluptatis causa ad delectandas aures, oratione, vel voce, vel fabulis dum dimur. Magnam hanc auditorum partem videbis, cui philosophi schola diuersorum ortū sit. Non id agunt vt aliqua illuc vita deponant, vt aliquam legem vitae accipiant, ad quam mores suos exigant, sed vt oblectamento aurum perfruantur. Alii qui tamē & cum pugillaris veniunt, non vt res excipiant, sed verba: quā tam sine profectu alieno dicant, quā sine suo audiant. Quidam ad magnificas voces excitantur, & transirent in affectum dicentium, slacres vultū & animo: nec aliter concitantur, quā solent. Phrygij tubicinis sono semiuiri & ex imperio furentes. Rapit illos instigatque rerum pulchritudo, non verborum inuianum sonitus. Si quid acriter contra mortem dictum est, si quid contra fortunā contumaciter, iūtiat protinus quae audias facere. A sufficiunt illi; & sunt quales iubentur, si illa animo formae permaneant, si non impetum insignem protinus populū honesti diffidator excipiat. Patet illam quām conceperant melitem domum perferre potuerunt. Facile est auditorem concitare ad cupiditatem recti. Omnibus enim natura fundamenta dedit, semenque virtutum: omnes ad omnia ista statuunt. Cum irritator accessit, tūc illa animi bona velut sopita excitantur. Non vides quemadmodum theatra consonent, quoties aliqua dicta sunt, quae publice agnoscimus, & consensu vera esse testantur?

Desunt in opere multa; avaritiae omnia.
In nullum avarus bonus est, in se pessimus.
Ad hos versus ille lordidissimus plaudit, & vitijs suis fieri cœlum gaudet. Quarto magis hoc radicas euenire, cum à philosopho ista discutuntur, cum salutaribus praecepsis versus inferuntur: efficacius eadē illa demissuri in animum imperitorum? Nam (vt dicebat Cleanthes) quemadmodum spiritus noster clariorem sonum reddit, cum illum tuba per longi canalis angustias trahit, patientiē nouissime exitu effudit: sic sensus nostros clariores carminis arcta necessitas efficit. Eadem negligentius audiuntur, in nusque percutiunt, quādū soluta oratione dicuntur: vbi accessere numeri, & egregium sensum astrinere certi pedes, eadem illa sententia velut lacerto excussa torqueatur. De contemptu pecuniae multa dicuntur, & longissimis orationibus hoc praecipit, vt homines in animo, non in patrimonio putent esse diuitias. Eum esse locupletem, qui paupertati suae aptus est, & parvo se dimittem fecit. Magis tamē feriuntur animi, cum carmine eiusmodi dicta sunt:

Is minimo eger mortalis, qui minimum cupit.
Quod vult habet, qui velle quod satis est potest.
Cum haec atque eiusmodi audimus, ad confessionem veritatis adducimus. Illi enim quibus nihil sit est, admirantur, acclamat, odium pecuniae indicant. Hunc illorum affectum vbi videntis, virges hoc probe, hoc onera, relictis ambiguitatis, & syllogismis, & catullationibus, & ceteris acuminis irritū ducis. Dic

cris. Dic in avaritiam, dic in luxuriam. Cum profecisse te videris, & animos audientium affeceris, instahementius. Verisimile non est, quantum proficiat talis oratio remedio intenta, & tota in bonum audiencium versa. Facillime enim tenera concitantur ingenia ad honesti rectique amorem. Adhuc docilibus leuiterque corruptis injicit manum veritas, si adiuvatum idoneum naecta est. Ego certe cum Attalum audirem, in vita, in errore, in mala vitae perorantem, saepe misertus sum generis humani, & illū sublimem altiorumque humano fastigio credidi. Ipse regem se esse dicebat: sed plus quam regnare mihi videbatur, cui liceret censuram agere regnantium. Cum vero commendare paupertatem cooperat, & ostendere, quicquid vnum excederet, pondus esse superuacuum & graue ferenti: faepe exire e schola pauperi libuit. Cum cooperat voluptates nostras traducere, laudare castum corpus, sobriam mensam, puram mentem, non tantum ab illicitis voluptatibus, sed etiam superuacuis: libebat circumscribere gulum & ventrem. Inde mihi quaedam permanse, Lucili. Magno enim in omnia, impetu veneram: deinde ad ciuitatis vitam reductus, ex bene coepitis pauca seruani. Inde ostreis boletisque in omnem vitam rentiatiatum est. Haec enim non cibi, sed oblectamenta sunt, ad edendum, saturos cogentia: quod gratissimum est edacibus, & se ultra quam capiunt farcientibus, facile descensura, facile reditura. Inde in omnem vitam vnguento abstinemus: quoniam optimus odor in corpore est nullus. Inde vino caret stomachus. Inde in omnem vitam balneum fugimus. Decoquere corpus, atque exinanire sudoribus, inutile simul delicatumque credimus. Cetera proiecta redierunt. Ita tamen, vt quorum abstinentiam interrupi, modum seruem, & quidem abstinentiae proximiorem, nescio an difficultorem: quoniam quaedam absinduntur facilius animo, quam temperantur. Quoniam coepi tibi exponere, quam tam maiori impetu ad philosophiam iuuenis accesserim, quam senex pergam, non pudebit fateri, quem mihi amorem Pythagorae iniecerit Sotion. Docebat, quare ille animalibus abstinuisse, quare postea Sextius. Dissimilis vtrique causa erat, sed vtrique magnifica. Hic homini satis alimentorum citra sanguinem esse credebat, & crudelitatis confuetudinem fieri, vbi in voluptatem esset adducta laceratio. Adiiciebat, contrahendam materiam esse luxuriae. Colligebat, bonaе valetudini contraria esse alimenta varia, & nostris aliena corporibus. At Pythagoras omnium inter omnia cognitionem esse dicebat, & aliorum commercium in alias atque alias formas transeuntium. Nulla (si illi credas) anima interit, nec cellat quidem, nisi tempore exiguo, dum in aliud corpus transfunditur. Videbimus per quas temporum vices, & quando pererratis pluribus domiciliis, in hominem reuertatur. interim sceleris hominibus ac parricidij metum fecit, cum possint in parentis animam inscijs incurrire, & ferro mortuue violare, in quo cognatus aliquis spiritus hospitaretur. Haec cum exposuisset Sotion, & implisset argumentis suis. Non credis, inquit, animas in alia corpora atque alia describi? & migrationem esse, quam dicimus esse mortem? Non credis in his pecudibus feris aut aqua mersis illum quondam hominis animum morari? Non credis nihil perire in hoc mundo, sed mutare regionem? Nec tantum caelestia per certos circuitus verti, sed animalia quoque per vices ire, & animos per orbem agi? Magni ista considerunt viri. Itaque iudicium quidem tuum sustine. Ceterum omnia tibi in integro serua. Si vera sunt ista, abstinuisse animalibus innocencia est: si falsa, frugalitas est. Quod istic crudelitati tuae damnum est? Alimenta tibi leonum & vulturum eripio. His instinctus, abstinerent animalibus coepi: & anno peracto non tantum facilis erat mihi consuetudo, sed dulcis. Agiorem mihi animum esse credebam: nec tibi hodie affirmauerim, an fuerit. Quaeris, quomodo desierit? In Tiberij Caefaris principatum ituentae tempus incidentat, alienigenarum gentium sacra mouebantur. Sed inter argumenta superstitionis ponebatur quorundam animalium abstinentia. Patre itaque meo rogante, qui non caluniam timebat, sed philosophiam oderat, ad pristinam consuetudinem redi: nec difficulter mihi, vt inciperem melius coenare, persuasit. Laudare solebat Attalus culcitram, quae resisteret corpori. Tali vtor etiam senex, in qua veltigium apparere non possit. Haec retuli, vt probarem tibi, quam vehementes haberent tiriculi impetus primos ad optimam quaque, si quis exhortaretur illos, si quis impelleret. Sed aliquid praecipientium vitio peccatur, qui nos docent disputare, non vivere: aliquid discentium, qui propositum ad praecipientes suos, non animum excolendi, sed ingenium. Itaque quae philosophia fuit, facta philologia est. Multum autem ad rem pertinet, quo propolito ad quam re accedas. Qui grammaticus futurus, Virgilium scrutatur, non hoc animo legit illud egregium, *littera nosterum*. *Fugit irreparabile tempus.* *Vigilandum est, nisi proprietas, relinquimus.* Agit nos, agiturque velox dies, inscijs rapimur. Omnia in futurum disponimus, & inter praecipientia lenti sumus. Sed vt obseruer, quoties Virgilius de celeritate temporum dicit, hoc vti verbo illum. Fugit. *Opima quaque dies miseris mortalibus aeni.* *Prima fugit, subeunt morbi, trifisiisque senectus,* *Et labor, & durae rapit incelementia moris.*

Ille qui ad philosophiam spectat, haec eadem quo debet, abducit. Nunquam Virgilius inquit, dies dicitur, sed fugere, quod currendi genus concitatissimum est: & optimos quosque primos rapi. Quid ergo cessamus nos ipsi concitare, vt velocitatem rapidissimam rei possimus aequare? Meliora praeteruolant, deteriora succedunt. *Quemadmodum ex amphora, primum quod est sincerissimum effluit, grauissimum quodque turbidumque subsidit: sic in auctate nostra, quod est optimum, primum est.* Id exhaustiri in alijs

alijs potius patimur, vt nobis faciem reseruemus Inhaerent istud animo, & tamquam missum oraculo placeat:

Optima quaque dies miseris mortalibus aeni.

Prima fugit. ---

Quare optima quia restat quod incertum est. Quare optima? Quia iuuenes possumus discere, possumus facilem animum, & adhuc tractabilem, ad meliora conuertere: quia hoc tempus idoneum est laboribus, idoneum agitandis per studia ingenij, & exercitandis per opera corporibus. Quod supereft, legius & languidius est, & proprius a fine. Itaque toto hoc agamus animo, & omisssis ad quae diuertimus, in re vnam laboremus: ne hanc temporis pernicissimi celeritatem, quam retinere non possumus, relieti demum intelligamus. Primus quisque tamquam optimus dies placeat, & redigatur in nostrum. Quod fugit, occupandum est, hoc non cogitat ille, qui grammatici oculus carmen istud legit. Ideo optimum queque primum esse diem, quia subeunt morbi, quia senectus premitt, & adhuc adolescentiam cogitantes supra caput est: sed ait, Virgilium semper vna ponere morbos & senectatem, non mehercule imerito. Senectus enim insanibilis morbus est. Praeterea, inquit, hoc senectuti cognomen imposuit, tristem iliam vocat.

--- *Subeunt morbi, trifisiisque senectus.*

Non est quod mireris, ex eadem materia suis quemque studijs apta colligere. In eodem prato bos herbam quaerit, canis leporem, ciconia lacertum. Cum Ciceronis libros de Rep. prehendit hinc philologus aliquis, hinc grammaticus, hinc philosophiae deditus: alius alio curam suam mitit. Philosophus admittatur, contra iustitiam dici tam multa potuisse. Cum ad hanc eandem lectioem philologus accessit, hoc subnotat, duos Romanos reges esse, quorum alter patrem non habet, alter matrem. Nam de Seruji matre dubitatur. Anci pater nullus. Num a nepos dicitur. Praeterea notat eum quem nos dictatorem dicimus, & in historijs ita nominari legimus, apud antiquos magistrum populi vocatum. Hodieque id extat in Auguralibus libris, & testimoniū est, quod qui ab illo nominatur, magister equitum est. Aequo notat, Romulum perisse solis defectione. Prouocationem ad populum etiam a regibus fuisse. Id esse in Pontificalibus libris putat, & Fenestella. Eosdem libros cum grammaticus explicavit, primum, Reapte, dicit ab Cicerone, id est, re ipsa in commentarium refert: nec minus sepe, id est, se ipse. Deinde transit ad ea, que consuetudo saeculi mutantur: tanquam quod ait Cicero, Quoniam sumus ab ipsa calcē, eius interpellatione reuocati: hanc quam nunc in circo metam vocamus, calcem antiqui dicebant. Deinde Enianos colligit versus, & in primis illos de Africano scriptos:

--- *Cui nemo ciuius neque hostis.*

Qui uit profactis reddere operae pretium.

Ex eo se ait intelligere, apud antiquos auxilium significasse operam, ait enim, neminem potuisse Scipionem neque ciuem, neque hostem reddere, operaе pretium. Felicem deinde se putat, quod inuenierit, vnde vi sum sit Virgilio dicere:

--- *Quem super ingens*

Porta tonat caeli. ---

Ennius hoc ait Homero surripuisse: Ennio Virgilium. Est Ennius apud Ciceronem in his ipsis de rep. hoc epigramma.

Si fas endo plagas caelestum ascendere cuquam:

Mi soli caeli maxima porta patet.

Sed ne & ipse, dum aliud ago, in philologum aut grammaticum dilabar, illud admoneo, auditionem philosophorum, lectioemque ad propositum beatæ vitae trahendam: non vt verba prisca aut ficta captemus, & translationes improbas figuralesque dicendi, sed vt profuturae praecepta, & magnificas voces, & animos, quae mox in rem transferantur. Sic ista dicamus, vt quae fuerunt verba, sint opera. Nullos autem peius mereri de omnibus mortalibus iudico, quam qui philosophiam velut aliquod artificium venale didicerunt: qui aliter vivunt, quam viuendum esse pracciipiunt. Exempla enim seipso inutilis disciplinae circumferunt, nulli non vitio quod insequuntur, obnoxij. Non magis mihi potest quisquam talis prodesse praecceptor, quam gubernator in tempestate naufragabundus. Tenendum est, rapiente fluetu, gubernaculum, luctandum cum ipso mari, eripienda sunt vento vela. Quid me potest adiuuare rector nauigij attonitus & vomitans? Quanto maiore putas vitam tempestate iactari, quam ullam ratem? Non est loquendum, sed gubernandum. Omnia quae dicunt, quae turba audiente iactant, aliena sunt. dixit illa Plato, dixit Zeno, dixit Chrysippus, & Posidonius, & ingens agmen torac talium. Quomodo probare possint sua esse, monstrabo. Faciant quae dixerint. Quoniam quae volueram ad te preferri, iam dixi, nunc desiderio tuo latisfaciam, & in alteram epistolam integrum quod exegeras transferam: ne ad spinosam, & auribus erectis curiosisque audiendam, lassus accedas.

Epistola CIX.
A N sapiens sapienti profit, scire desideras. Dicimus plenum omni bono esse sapientem, & summum adeptum. Quomodo prodesse aliquis possit summum bonum habenti, quaeritur. Prosum inter se boni, exercent enim virtutes, & sapientiam in suo statu continent, desiderat vterque aliquem, cu quo conferat, cum quo quaerat. Peritos luctandi, vslus exercet. Musicum, qui parva didicit, monet. Opus est &

Q 2 sapienti,

Sapienti, agitatione virtutum. Ita quemadmodum ipse se mouet, sic mouetur ab alio sapiente. Quid sapiens sapienti proderit? Impetum illi dabit, occasiones actionum honestarum commonstrarib. Praeter haec, aliquas suas cogitationes exprimet, docebit, quae inuenierit. Semper enim sapiens restabit quod inueniat, & quo animus eius excurrit. Malus malo nocet: facit peorem, iram, metum incitando, tristitia affentiendo, voluptates laudando. Et tunc maxime laborat mali, vbi plurimum vita misera est, & in vnu collata nequitas est. Ergo ex contrario bonus bono proderit. Quomodo inquis? Gaudium illi afferet, fiduciam confirmabit, ex conspectu mutuae tranquillitatis cresceret virtusque laetitia. Praeterea quarundam illi rerum notitiam tradet. Non enim omnia sapiens scit: etiam si sciret, breviores vias rerum aliquis excoigitare possit, & has indicare, per quas facilius totum opus circumfertur. Proderit sapiens sapiens: non scilicet tantum suis viribus, sed ipsius quem adiuuat. Potest quidem ille etiam relictus sibi, explicare partes suas. Vtetur propria velocitate: sed nihilominus adiuuat etiam, qui currentem hortatur. Non prodest tantum sapiens sapiens, sed sibi ipsi. Objicit. Detrahe illi vim propriam, & ille nihil agit. Isto modo dicas licet, non esse in melle dulcedinem. Nam ipse ille qui est, est debet ita aptatus lingua palatoque ad huiusmodi gustum, vt ille tali sapore capiatur, non offendatur. Sunt enim quidam, quibus morbi vitio mel amarum videatur. Oportet utrumque talen esse, vt & ille prodeft possit, & huic profectu idonea materia sit. In summum, inquit, productio calorem calefieri supervacuum est: & in summum producere bonum supervacuum est, quod profit. Nunquid instructus oīnibus febus agricola, ab alio instruere quaerit? Numquid armatus miles quantu in aciem exituro satis est, amplius arma desiderat? Ergo nec sapiens. Satis enim vitae instructus, satis armatus est. Qui in summo est calore, ei non opus est adieicto, vt summum teneat. Ipse se, inquit, calor continet. Ad haec respondet. Primus multum interest inter ista quae comparas. Calor enim unus est: prodest varium est. Deinde calor non adiuuatur adiectione caloris vt calet. Sapientis non potest in habitu suae mentis flaret, nisi aūicos aliquos similes sui admisit, cum quibus virtutes suas communicet. Adiace nunc, quod orūibus inter se virūibus amicitia est. Itaq. prodest, qui virtutes alicuius patet sui amat, amandasque inuicem praefat. Similia delectant: vbi honesta sunt, & probare ac probari sciunt. Etiam. Sapientis animū perire mouere nemo aliis potest, nisi sapiens: sicut hominem mouere rationaliter non potest, nisi homo. Quomodo ergo ad rationem mouendam ratione opus est: sic ut moueat ratio perfecta, opus est ratione perfecta. Prodest dicuntur, & qui media nobis largiuntur, pecuniam, gratiam, incolumentem, alia in vnu vita cara aut necessaria. In his dicetur etiam ita ut sapiens prodest. Prodest autem est, animū secundū naturam mouere virtute sua, aut eius qui mouebitur. Hoc non sine ipsius quoque quā proderit bono fiet. Necesse est enim, alienam virtutem exercēdo, exerceat & suam. Sed ut remoueras ista, quae aut summa bona sunt, aut summorum efficientia, nihilominus prodest inter se sapientes possunt. Inuenire enim sapientem, sapienti per se res petenda est: quia natura bonum omne caro est bono: & sic quisque conciliatur bono, quemadmodum sibi. Necesse est, ex hac quaestione, argumenti causa, in alteram transē. Quaeritur enim, an deliberatus sapiens, in consilium, aliquem sit aduocatus: quod facere illi necessarium est, cum ad haec ciuitalia & domestica venitur, & (vt ita dicam) mortalia. In his sic illi opus est alieno consilio, quomodo medico, quomodo gubernatori, quomodo aduocato, & litis ordinatori. Proderit ergo sapiens aliquādō sapienti. Suadebit enim. Sed in illis quoque magnis ac diuinis, vt diximus, cōmunitate honesta tractando, & animos cogitationeq. miscendo, utilis erit. Praeterea secundū naturā est & amicos complecti, & amicorū actū, vt suo proprioq. laetari. Nam si hoc non fecerimus, ne virtus quidem nobis permanebit, quae in exercendo se, vnu valet. Virtus autē suadet praeſentia bene collicare, in futurum consulere, deliberaſe, & intendere animū. Facilius intendet explicabitq. qui aliquem sibi assumperit. Quaerit itaque aut perfectum virum, aut proficientem, vicinumque perfecto. Proderit autem ille perfectus, si consilium communī prudentia inuerit. Aiuū homines plus in alieno negotio videre, quam in suo. Hoc illis euenit, quos amor sui exaecaſat, quibusque dipeſtum vilitatis, timor in periculis excutit. Incipiet sapere ſecurior, & extra metum positus. Sed nihilominus quaedam sunt, quae etiā sapientes in alio, quam in se diligenter vident. Praeterea illud quod dulcissimum honestissimumq. est, idē velle atq. idem nolle, sapienti praefat. Egregium opus pari ingo ducet. Persolui quod exegeras, quanquā in ordine rerum erat, quas moralis philosophiae voluminibus complectimur. Cogita, quod soleo frequenter tibi dicere: In istis nos nihil aliud quam acumen exercere. Toties enim illo reuerter: Quid ista mea res iuuat? Fortiorem faciet, iustiorem, temperatiorem? Nondum exerceri vacat. Adhuc medico mihi opus est. Quid me doces scientiam inutilē? Magna promisiſti: exigua video. Dicēbas intrepidum fore, etiam si circa me gladij micarent, etiam si mucro tangeret ingulum. Dicēbas ſecurum fore, etiam si circa me flagrare incendia, etiam si ſubitus turbo toto naūem mari rapeat. Haec mihi praefat tu, vt voluptatem, vt gloriam contemnam: postea docebis implicita ſoluere, ambiguā distinguere, obscura perſpicere. Nunc doce, quod necesse est.

Epistola CX.

EX Nomentano meo te faluto, & iubeo te habere mentem bonam, hoc est, propitiis deos omnes: quos habet placatos & fauentes, qui quis sibi se propitiavit. Seponit in praeſentia, quae quibusdā placent. Vnicuiq. nostrū paedagogum dari Deū, non quidē ordinariū, ſed hunc inferioris notae, ex eo rū numero quos Quidius ait, de plebe deos. Ita tamē hoc ſeponas volo, ut memineris maiores nostros, qui

qui crediderunt hoc, Stoicos fuisse. Singulis enim & geniū & lunonem dederunt. Postea videbimus, an tantum dijs vaset, vt priuatorum negotia procurent. Interim illud ſcito, ſue assignati ſamus, ſue negleci, & fortuna dat, nulli te poſſe imprecari quicquam gratius, quām ſi impreſcatus fueris, vt ſe habeat iratum. Sed non eſt, quare cuiquam, quem dignum poena putaueris, optes, vt infelos deos habeat. Habet, inquam, etiam ſi videtur eorum faore produci. Adhibe diligentiam tuam, & in ture, quid finis noſtræ, non quid vocentur, & ſcieſ plura mala coniungere nobis, quām accidere. Quoties enim felicitatis cauſa, & initium fuit quod calamitas vocabatur? Quoties magna gratulatione excepta res gradū ſibi ſtruxit in praecips, & aliquem iam eminentem alleuauit etiam ibi adhuc ſtarer, unde tuto caderet: ſed ipſum illud cadere non habet in ſe mali quicquam, ſi exiū ſpectes, ultra quem natura neminem deſicit. Prope eſt rerum omnium terminus, prope eſt, inquam, & illud, unde felix ejicitur & illud unde infelix emititur. Nos vita excludit, & longa ſpe ac metu facimus. Sed ſi ſapis, omnia humana coniunctione metire: ſimil & quod gaudeſ, & quod times coptrahe. Eſtant, diu nihil gaudere, ne quid diu timeas. Sed quare iſtuc malum aſtringo? Non eſt quod quicquam timendum putes. Vanitatis ſunt iſta quae nos mouent, quae attonitos habent. Nemo noſtrum quid veri eſſet, excuſit, ſed metu alteri tradidit. Nemo ausus eſt ad id quo perturbatur accedere, & naturam ac bonum timoris ſui noſſe. Itaque res falsa & inanis habet adhuc fidem, quia non coarguitur. Tanti putemus oculos intendere, apparebit quām breua, quām incerta, quām tutu timeantur. Talis eſt animorum noſtrorum confusio, qualis Lucretio vifa eſt.

Nam veluti pueri trepidant, atque omnia cœcis

In tenebris metunt: ita nos in luce timemus.

Quid ergo? Non omni puer ſtultiores ſumus, qui in luce timemus? Sed falſum eſt, Lucreti, non timemus in luce, omnia nobis fecimus tenebras, nihil videmus, nec quid noceat, nec quid expediāt. tota vita incurſamus, nec ob hoc reſiſtimus, aut circumſpectius pedem ponimus. Vides autem quām ſit furioſa res, in tenebris impetus. At mehercule id agimus, vt longius reuocandi ſimus: & cum ignoremus quo feramur, velociter tamen illo quo intendimus, ire perſeueraſus. Sed lucescere, ſi velimus, potest. Vno autem modo potest, ſi quis hanc humanorum diuinorumque notitiam accepit: ſi illa ſe non perſuderit, ſed inſecerit: ſi eadē quamuis ſciat, retractauerit, & ad ſe ſaepē retulerit: ſi quaſierit quae ſint bona, quae ſint mala: quibus hoc ſit falſo nomen ascriptum: ſi quaſierit de honestis, de turpibus, de prouidentia. Nec intra haec humani ingenij sagacitas ſiſtitur. Proſpicere & ultra mūdum libet, quo feratur, unde ſurrexerit, in quem exitum tanta rerum velocitas properet. Ab hac diuina contemplatione abductum animū in ſordida & humili pertraſimus, vt auaritiae ſeruerit, vt relicto mundo terminisque eius & dominis cuncta versantibus, terram rimaretur, & quaereret quid ex illa mali effoderet, non contentus oblatis. Quicquid nobis bono futurum erat, Deus & parens noſtrus in proximo poſuit. Non expeſtauit in quifitionem noſtram: vltro dedit: noctura altissime preſſit. Nihil niſi de nobis queri poſsumus. Ea quibus periremus, nolente terum natura & abscondeſte, protulimus. Addiximus animū voluntati: cui indulgere, initium omnium malorum eſt. Tradidimus ambitioni & famae, ceteris aeq. vanis & inanibus. Quid ergo nunc te horor vt facias? Nihil noui: nec enim nouis malis remedia quaeruntur. Sed hoc primum, vt tecum ipſe diſpicias, quid ſit neceſſarium, quid ſupervacuum. Neceſſaria tibi vbique occurrent: ſupervacua & ſemper, & toto animo quaerenda ſunt. Non eſt autem quid te nimis landes, ſi contempſeris aureos lectos, & gemmeam ſupelleſtitem. Quae eſt enim virtus, ſupervacua contempnere? Tunc te admirare, cum contempſeris neceſſaria. Non magnam rem facis, quid vivere ſine regio appetatu potes: quod non deſideras miliarios apros, nec linguas phoenicopterorum, & alia porteta luxuriaſ iam tota animalia fastidentis, & certa membra ex ſingulis eligentis. Tunc te admirabor, ſi non contempſeris etiam ſordidum panem: ſi tibi perſuaderis: herbas, vbi neceſſe eſt, non pecori tantum, ſed homini niſi: ſi ſciens cacumina arborum explementum eſſe ventris, in quem ſic pretiosi congerimus, tamquā recepta ſeruent, fine faſtido implendus eſt. Quid enim ad rem pertinet, quid accipiat, perditurus quicquid accepit? Delecat te diſpoſita, quae terra marique capiuntur. Alia eo gratiora, ſi recentia perferuntur ad mēſam: alia, ſi diu pasta & coacta pingueſcere, fluunt, ac vix ſaginam continent ſuam. Delecat te nidoſ horum, arte quaſitus. At mehercule iſta ſollicitate ſcrutata, varieque condita, cum ſubierint ventrem, una atque eadem foeditas occupabit. Vis ciborum voluptatem contempnere? Exiū ſpecta. At rālum memini cum magna admiratione omnium haec dicere: Diu mihi, inquit, imposuere diuitiae. Stupebam, vbi aliquid ex illis alio atque alio loco fulſerat. Existimabam ſimilia eſſe quae lateſtent, hiſ quea ostenderentur, ſed in quodam apparatu vidi totas opes vrbis, caelatas ex auro & argento, & hiſ quea pretium auri argenteique vicerunt, exquisitos colores, & vefteſ ultra non tārum noſtrum, ſed ultra fineſ hoſtium aduectas. Hinc puerorum perficuos cultu atque forma greges, hinc feminarum, & alia quea res ſuas recognoscē ſummi imperij fortuna protulerat. Quid hoc eſt, inquam, aliud quām irritare cupiditates hominum per ſe incitat? Quid ſibi vult iſta pecuniae pompa? Ad diſcendam auaritiam conuenimus. At mehercules minus cupiditas iſinc effero, quām artuleram. Contempſi diuitias, non quia ſupervacuae, ſed quia puſillae ſunt. Vidiſtine, quām intra paucas horas ille ordo, quām uis lentus diſpolitusque, transferit? Hoc totam vitam noſtram occupabit, quod totum diem occupare non potuit? Accessit illud quoque. Tam ſupervacuae mihi viſae ſunt habentibus quām fuerant ſpectan-

tibus. Hocitaq; ipsi mihi dico, quoties tale aliquid praefixinserit oculos meos, quoties occurrit domus splendida, cohors culta seruorum, lectica formosis imposita calonibus: Quid miraris? quid stupes? Poma est. Ostenduntur istae res, non possidentur: & dum placent, transiunt. Ad veras potius te conuerte diuitias: disce paruo esse contentus: & illam vocem magnus atque animosus exclama: Habeamus aquam, habeamus polentiam, Ioui ipsi de felicite contouresiam faciamus. Faciamus, oro te, etiam si ista defuerint. Turpe est, beatam vitam in auro & argento reponere: aequo turpe est in aqua & polenta. Quid ergo faciam, si ista non fuerint? Quaeris, quod sit remedium inopiae? Famem fames finit. Alioqui quid interest, magna sint, an exigua, quae ferire te cogunt? Quid refert quantum sit, quod tibi possit negare fortuna? Haec ipsa aqua & polenta in alienum arbitrium cadit. Liber est autem, non in quem parum licet fortunae, sed in quæ nihil. Ita est: nihil desideres, oportet, si vis: louem prouocare, nihil desiderantem. Haec nobis Attalus dixit: natura omnibus. Quae si voles frequenter cogitare, id ages, ut sis felix, non ut videaris, non alijs.

Epistola CXI.

Quid vocentur Latine sophismata, quæfisi à me. Multi tentauerunt illis nomen imponere, nullum haesit: videlicet quia res ipsa non recipiebatur à nobis, nec in vnu erat, nomini quoque repugnat um est. Aptissimum tamen uidetur mihi, quo Cicero usus est. Caillationes uocat: quibus quisquis se tradidit, quæsiunculas quidem iufras necit: ceterum ad uitam nihil proficit, neque fortior sit, neque temperantior, neque elatior. At ille qui philosophiam in remedium suum exercuit, ingens sit animo, plenus fiduciae, inexuperabilis, & maior adeunti. Quod in magnis evenit montibus, quorum proceritas minus appetit longe intuentibus. Cum accesseris, tunc manifestum sit quām in arduo summa sint. Talis est, mihi Lucili, uerus & rebus, non artificijs philosophus. In edito stat admirabilis, celsus, magnitudinis veræ. Non exurit in plantas, nec summis ambulat digitis, eorum more qui mendacio statu ram adiuuant, longioresque quam sunt, videri volunt. Contentus est magnitudine sua. Quid nī contentus sit eo vsque creuisse, quo manum fortuna non porrigit? Ergo & supra humana est. Par sibi in omni statu rerum, siue secundo cursu vita procedit, siue fluctuat per aduersa ac difficilia. Hanc constantiam caillationes istae, de quibus paulo ante loquebar, præfere non possunt. Ludit ictis animus, non proficit: & philosophiam à fastigio deducit in planum. Nec te prohibuerim aliquando ista agere, sed tunc, cum voles nihil agere. Hoc tamen habent in se pessimum: dulcedinem quandam sui faciunt, & animum specie subtilitatis inducunt tenent, ac remorantur: cum tanta rerum moles vacet, cum vix tota vita sufficiat, ut hoc vnum discas, vitam contempnere. Quid regere? inquis. Secundum opus est. Nam nemo illam bene rexit, nisi qui contemperat.

Epistola CXII.

Cvpio mehercule amicum tuum formari, ut desideras, & institui: sed valde durus capit, immo potius, quod est molestius, valde mollis capit, & consuetudine mala ac diuina fructus. Volo tibi ex nostro artificio exemplum referre. Non quelibet institutionem virtutis patitur. si vetus & exesa est, si infirma gracilisque, aut non recipiet surculum, aut non alet, nec applicabit sibi, nec in qualitate eius naturaliter transibit. Itaque solemus supra terram praecidere: vt, si non responderit, tentari possit secunda fortuna, & iterum repetita infra terram inseratur. Hic de quo scribis & mandas, non habet vires. Indulgit ictijs, simul & emarcuit, & induruit. Non potest recipere rationem, non potest nutritre. At cupit ipse. Noli credere. Non dico illū mentiri tibi, putat se cupere. Stomachum illi fecit luxuria: cito tamen redibit in gratiam. Sed dicit se offendit vita sua. Non negauerit. Quis enim non offenditur? Homines vitam suam & amant simul, & oderunt. Tunc itaq; de illo feramus sententiam, cum fidē nobis fecerit, inuisiam sibi esse luxuriam. Nunc illis male conuenit.

Epistola CXIII.

Desideras tibi scribi à me, quid sentiā de hac quaestione iactata apud nostros? An iustitia, an fortitudo, prudentia, cetera eque virtutes animalia sint. Hac subtilitate efficiimus, Lucili carissime, ut exercere ingenium iater irrita videamur, & disputationibus nihil profuturis otium terere. Faciam quod desideras, & quid nostris videatur, exponam. Sed me in alia sententia profiteor esse. Quae sunt ergo quae antiquos mouerint, dicam. Animum constat animal esse: cum ipse efficiat, ut simus animalia, & cum ab illo animalia nomen hoc traxerint. Virtus autem nihil aliud est, quām animus, quodammodo se habens: ergo animal est. Deinde: Virtus agit aliquid. Agi autem nihil sine impetu potest. Si impetum habet, qui nulli est, nisi animali: animal est. Si animal est, inquit, virtus, habet ipsam virtutem. Quid nī habet ipsam? Quomodo sapiens omnia per virtutem gerit, sic virtus per se. Ergo, inquit, & omnes artes animalia sunt, & omnia quae cogitamus, quaeque mente complectimur. Sequitur, ut multa animalium nullia habitent in his angustijs pectoris, & singuli multa simus animalia, aut multa habeamus animalia. Quaeris, quid aduersus ista respondeatur? Vnaquaquam res ex ictis animal erit, multa animalia non erunt. Quare? Dicam, si mihi accommodaueris subtilitatem & intentionem tuam. Singula animalia singulis debent habere substantias. Ita omnia vnum animalum habent. Itaque singula esse possunt, multa esse non possunt. Ego & animal sum & homo, non tamen duos esse dices. Quare? quia separati esse debent. Ita dico, alter ab altero debet esse diductus, ut duo sint. Quicquid vnum multiplex est, sub vnam cadit naturam: itaque vnum est. Et animus meus animal est, & ego animal sum, duo tamen non sumus.

Quare?

Quare? quia animus mei pars est. Tunc aliiquid per se numerabitur, cum per se stabit. Vbi vero alterius membrum erit, non poterit videri aliud: Quare? Dicam: quia quod aliud est, suum oportet esse, & proprium, & totum, & intra se absolutum. Ego in alia esse me sententia professus sum. Nobis enim tantum virtutes animalia erunt, si hoc recipitur: fed opposita quoque illis virtutis & affectus, tanquam ira, timor, luctus, suspicio. Ultra res ista procedet, omnes sententiae, omnes cogitationes animalia erunt: quod nullo modo recipiendum est. Non enim quicquid ab homine fit, homo est. Iustitia quid est? inquit, Animus quodammodo se habens. Itaque si animus animal est, & iustitia. Minime. Haec enim habitus animi est, & quaedam vis. Idem animus in variis figuris conuertitur, & non toties animal aliud est, quoties aliud facit: nec illud quod fit ab animo, animal est. Si iustitia animal est, si fortitudo, si ceterae virtutes, vtrum designant animalia esse subinde, ac rursus incipiunt, an semper sunt? Deinde virtutes non possunt: ergo multa animalia, immo innumerabilia in hoc animo verantur. Non sunt, inquit, multa: quia ex uno religata sunt, & partes vnius ac membra sunt. Talem ergo faciem animi nobis proponimus, quia est Hydrae, multa habentis capita, quorum vnumquodque per se pugnet, per se noceat. Atqui nullū ex illis capitibus animal est, sed animalis caput. Ceterum ipsa vnum animal est. Nemo in Chimaera leonem esse animal dixit, aut draconem. Hae partes erant eius. partes non sunt animalia. Quid est quo colligas iusticiam animal esse? Agit, inquit, aliquid, & prodest: quod autem agit aliquid, & prodest, impetum habet: quod autem impetum habet, animal est. Verum est, si sum impetum habet, sum autem nō habet, sed animi. Omne animal donec moriatur, id est quod coepit: homodonec moriatur, homo est: equus item, & canis: transire enim in aliud non possunt. Iustitia, id est, animus quodammodo se habens. Quis animus? Ille qui modo iustitia erat: tenetur in priore animali: in aliud animal ei transire non licet. In eo illi, in quo primum esse coepit, perfuerandum est. Praeterea vnuus animus duorum animalium esse non potest, multo minus plurimum. Si iustitia, fortitudo, temperantia, ceteraeque virtutes animalia sunt: quomodo vnuus animal habebunt? Singulos habent oportet, aut non sunt animalia. Non potest vnuus corpus plurium animalium esse: hoc & ipsi fatentur. Iustitiae quod est corpus? Animus. Fortitudinis quod est corpus? Idem animus. Atqui vnuus corpus esse duorum animalium non potest. Sed idem animus, inquit, iustitiae habitum induit, & fortitudinis, & temperantiae. Hoc fieri posset, si quo tempore iustitia esset, fortitudo non esset, quo tempore fortitudo esset, temperantia non esset. Nunc vero omnes virtutes simul sunt. Ista quomodo erunt singula animalia, cum vnuus animus sit, qui plus quam vnuus animal non potest facere? Denique nullum animal pars est alterius animalis. Iustitia autem pars est animali: non est ergo animal. Videor mihi in re confusa perdere operam. Magis enim indignandum de isto, quam disputandum est. Nullum animal alterius pars est. Circunspice omnium corpora, nulli non & color proprius est, & figura sua, & magnitudo. Inter cetera, propter quae mirabile diuini artificis ingenium est, hoc quoque existimo, quod in tanta copia rerum nunquam in idem incidit. etiam quae similia videntur, cum contuleris, diversa sunt. Tot fecit genera foliorum, nullum non sua proprietate signatum: tot animalia, nulli similitudo cum altero conuenit. Vtique aliquid interest. Exegit à se, vt quae alia erant, & dissimilia essent, & imparia. Virtutes, ut dicitis, omnes pares sunt: ergo non sunt animalia. Nullum non animal se aliud agit. Virtus autem per se nihil agit, sed cum homine. Omnia animalia aut rationalia sunt, ut homines, ut dicitur: aut irrationalia, ut pecora. Virtutes utrumque rationales sunt, atqui nec homines sunt, nec dicitur: ergo non sunt animalia. Omne rationale animal nihil agit, nisi primum species alicuius rei irritatum est: deinde impetum cepit, deinde assensio confirmavit hunc impetum. Quid sit assensio, dicam. Oportet me ambulare, tunc deum ambulo, cum hoc mihi dixi, & approbaui hanc opinionem meam. oportet me sedere, tunc deum sedeo. haec assensio in virtute non est. Puta enim prudentiam animal esse, quomodo assentietur? Oportet me ambulare, hoc natura non recipit: prudentia enim ei cuius est prospicit, non sibi. Nam nec ambulare potest, nec sedere: ergo assensio non habet, rationale animal non est. Virtus si animal est, rationale est: rationale autem nō est, ergo nec animal. Si virtus animal est: virtus autem bonum est: omne bonum animal est. Hoc nostri fatentur. Patrem seruare, bonum est: & sententia prudenter in senatu dicere, bonum est: & iuste decernere, bonum est. Ergo & patrem seruare, animal est: & prudentem dicere, animal est. Eousque res excedet, ut risum tenere non possit. Prudenter tacere, & coenare bene, bonum est: ita tacere & coenare, animal est. Ego mehercule titillare nō desinā, & ludos mihi ex ictis subtilibus ineptijs facere. Iustitia & fortitudo si animalia sunt, certe terrestria sunt. Omne animal terrestre alget, esurit, litit. Ergo iustitia alget, fortitudo esurit, clementia sitit. Quid porro non interrogabo illos, quam figuram habeant ista animalia, hominis, an equi, an ferae? Si rotundā illis, quam Deo, dederint formam: quæram, an & avaritia, & luxuria, & dementia aequa rotundae sint: sunt enim & ipsæ animalia. Si has quoq; rotundauerint, etiamnum interrogabo, an prudens ambulatio animal sit, nec ne: confiteantur necesse est. Deinde dicant, ambulationem esse animal, & quidem rotundū. Ne putas autem me primum ex nostris, non ex scripto loqui, sed meae sententiae esse: inter Cleanthem & discipulum eius Chrysippum non conuenit quid sit ambulatio. Cleanthes ait, spiritum esse à principiis vñque in pedes permisum: Chrysippus, ipsum principale quod est. Ergo cur non ipsius Chrysippi exemplo sibi quisque se vindicet, & ista tot animalia, quot mundus ipse non potest capere, derideat?

deæ? Non sunt, inquit, virtutes multa animalia, & tamen animalia sunt. Nam quæ admodum aliquis & poeta est & orator, & tamen vnu: sic virtutes istae animalia sunt; sed multa non sunt. Idem est animus & iustus, & prudens, & fortis, ad singulas virtutes quodam modo se habens. Sublata est quaestio, conuenit nobis. Nam & ego interim fateor, animalum animal esse: postea visurus, quam de ista re sententiam feram. Actiones eius animalia esse nego. Alioquin & omnia verba erunt animalia, & omnes versus. Nam si sermo prudens bonum est: bonum autem omne animal est, sermo ergo animal est. Prudens versus bonum est: bonum autem omne animal est: versus ego animal est. Itaque,

Arma virumque cano,
animal est: quod non possunt rotundum dicere, eum sex pedes habeat. Textorium, inquis, totum mehercule istud est, quod cum maxime agitur, diffilio risu: cum mihi propono solocatum animal esse, & barbaricum, & syllogisticum, & aptas illi facies, tanquam pictor, assigno. Haec disputamus, attractis supercilij, fronte rugosa. Non possum hoc loco dicere illud Caecilianum: O tristes ineptias: ridiculas sunt. Quin itaque potius aliquid vile nobis ac salutare tractamus, & quaerimus quomodo ad virtutes venite possimus, quae nos ad illas via adducat. Doce me, non an fortitudo animal sit: sed nullū animal felix esse sine fortitudine, nisi contra fortuita conualuit, & omnes casus antequā exciperet, meditando praedomuit. Quid est fortitudo? Mutuamentum humanae imbecillitatis inexpugnabile. Quod qui circumedit sibi, tunc in hac vita obficiione perdurat. Vtitur enim suis viribus, suis telis. Hoc loco ribi Posidonij nostri sententiam referre volo: Non est quod inquam fortunae armis putes esse te tutum. Tuis pugna contra ipsam, fortuita non armant. Itaq. contra hostes instructi, contra ipsam inermes sunt. Alexander quid Perfas, & Hyrcanos, & Indos, & quicquid gentium vñq. in Oceanum extendit Oriens, valvabat, fugabatque. Sed ipse modo occiso amico, modo amissis, iacebat in tenebris, alias scelus, alias desiderium suum macerans, vi etiæ regum atque populorum, irae tristitiaque succubuit. Id enim egreditur, vt omnia potius haberet in potestate, quām affectus. O quām magnis homines errorib. tenentur, qui ius dominandi trans maria cūpiunt mittere: felicissimōque se iudicant, si multas per milites prouincias obtinent, & nouas veterib. adiungunt, ignari quod sit illud ingens paratūque regnum. Imperare sibi, maximum imperium est. Doceat me, quām sacra res sit iustitia, alienum bonum spectans, nihil ex se petens, nisi vñsum sui. Nihil sit illi cum ambitione famaque, sibi placeat. Hoc ante omnia sibi quisque persuadeat. Me iustum esse gratis oportet. Parum est, adhuc illud persuadeat sibi, Me in hanc pulcherrimam virtutem ulro etiam impendere iubeor, vt tota cogitatio à priuatis commodis, quam longissime auera sit. Non est quod species, quod sit iustae rei praeium maius quām iustum esse. Illud adhuc tibi affige, quod paulo ante dicebam: nihil ad rem pertinet, quāti multi aequitatem tuam nouerint. Qui virtutem suam publicari vult, non virtutis laborat, sed gloriae. Non vis esse iustus sine gloria. At mehercules saepe iustus esse debebis cum infamia. Et tunc si sapis, mala opinio bene parta delectat.

Epistola CXIII.

Quare quibusdam temporibus prouenerit corrupti generis oratio, quaeris: & quomodo in quaeram virtus inclinatio ingeniorum facta sit, vt aliquando inflata explicatio vigeret, aliquando infracta, & in morem cantici ducta. Quare alias sensus audaces, & fidem egressi placuerint, alias abruptae sententiae, & suspiciose, in quibus plus intelligendum est, quām audiendum. Quare aliqua acta fuerit, quae translationis iure veterut inuerecunde. Hoc quod audire vulgo soles, quod apud Graecos, in prouerbium cessit, talis hominibus fuit oratio, qualis vita. Quemadmodum autem vniuersusque actiones similes est, sic genus dicendi aliquando imitatur publicos mores. Si disciplina ciuitatis laborauit, & se in delicias dedit, argumentum est luxuriae publicæ, orationis lascivitas: si modo non in uno aut in altero fuit, sed approbata est, & recepta. Non potest aliud esse ingenio, aliud animo color. Si ille sanus est, si compositus, grauius, temperans, ingenium quoque siccum ac sobrium est. Illo vitiato, hoc quoque astutus. Non vides, si animus languet, trahi membra, & pigre moueri pedes? si ille effeminatus est, in ipso incesu apparet mollescit? si ille acer est & velox, concitari gradum? Si furit, aut (quod furor simile est) irascitur, turbatum esse corporis motum, nec ire, sed ferri? Quanto hoc magis accidere ingenio putas, quod totum animo permixtum est? Ab illo fingitur, illi parer, inde legem petit. Quomodo Macenas vixerit, notius est, quām vt narrari nunc debeat. Quomodo ambulauerit, quām delicatus fuit, quām cupierit videri, quām virtus sua latere moluerit. Quid ergo? Nō oratio eius aequa soluta est, quām ipse discinctus? Non tam insignita illius verba sunt, quām cultus, quām cōmitatus, quām domus, quām vxor? Magni ingenij vir fuerat, si illud egisset via rectiore, si non vita set intelligi, si non etiam in oratione diffueret. Videbis itaque eloquentiam ebrij hominis inuolutam, & errantem, & licentiae plenam. Mecoenas in cultu suo. Quid purius amne, siluisque ripa comantibus? Vide Italicum lintribus arent, verfoque ad remittant hortos? Quid si quis femina cirro crispat, & labris columbatur? Incipitque suspirans, vt ceruice laxa feratur, nemo tyranni, irremediabilis factio rimantur, epulis, lagaenique tentant domos, & saepe mortem exigunt. Genium festo vix suo testem, tenuis cerei fila & crepacem mola focum materaut vxor inuestiunt. Non statim haec cum legeris, hoc tibi occurrit, hunc esse qui solutis tunicis in vrbe semper inceſſerit? Nam etiam cum absentis partibus Caefaris fungeretur, signum à discinto petebatur. Hunc esse qui in tribunali, in rostris, in omni publico coetu sic apparuerit, vt pallio velaretur caput, exclusis vtrinque auribus, non aliter quām in. Mimo diuites fugitiū solent? Hunc esse

cui

cui cummaxime ciuilibus bellis strepentibus, & sollicita vrbe & armata, comitatus hic fuerit in publico: spadones duo, magis tamen vñam ipse? Hunc esse, qui vxorem millies duxit, cum vnam habuerit? Haec verba tam improbe structa, tam negligenter abiecta, tam contra consuetudinem omnium posita, ostendunt mores quoque non minus nouos & prauos & singulares. fuisse. Maxima laus illi tribuitur mansuetudinis: pepercit gladio, sanguine abstinuit: nec vlla alia re, quid posset, quām licentia offendit. Hanc ipsam laudem suam corruptit, istis orationis portentosissimae delicijs. Apparet enim mollem fuisse, non mitem. Hoc istae ambages compositionis, hoc verba transuersa, hoc sensus magni quidem saepe, sed enerati dum exent, cuius manifestum facient, motu illi felicitate nimia caput: quod vietum homini esse interdum, interdum temporis solet. Vbi luxuriam late felicitas fudit, cultus premium corporum esse diligentior incipit. Deinde supellestili laboratur, deinde in ipsas domos impenditur cura, vt in laxitatem ruris excurrant, vt parieres adiectis trans maria marmoribus fulgeant, vt tecla varientur auro, vt lacunaribus paumentorum respondeat nitor: deinde ad coenas lauditia transferuntur, & illic commendatio ex nouitate, & soliti ordinis commutatione captatur: vt ea quae cludere coenam solent, prima ponantur, vt quae aduentibus dabantur, exentibus dentur. Cum asuevit animus fastidire, quae ex more sunt, & illi pro fôrdidis solita sunt, etiam in oratione quod nouum est, quaerit: & modo antiqua verba atque exoleta retrouat & profert: modo singit, & ignota deflectit: modo id quod nuper intrebuit, pro cultu habetur: audax translatio, ac frequens. Sunt qui sensus praecdant, & hinc granum sp̄ent, si sententia pependerit, & audiensi suspicionem sui fecerit. Sunt qui illos detineant, & porriganū. Sant qui non vñque ad virtutem accedant: necessè est enim hoc facere, aliquid grande tentanti, sed qui ipsum virtutum ament. Itaque vñcunque videris orationem corruptam placere, ibi mores quoque à recto deliciis, non erit dubium. Quomodo coniuiorum luxuria, quomodo vestium, aegre civitatis indicia sunt: sic orationis licentia (si modo frequens est) ostendit animos quoque, à quibus verba exēunt, procidisse. Mirari quidem non debes corrupta excipi, non tantum à corona fôrdido, sed ab hac turba quoque cultiore. Togis enim inter se isti, non iudicis distant. Hoc magis mirari potes, quod non tantum virtuosa, sed & vñta laudantur. Nam illud semper factum est. Nullum sine venia placuit ingenium. Da mihi quemcumque vis magni nominis virum, dicam, quid illi actas sua ignouerit, quid in illo sciens dissimulauerit. Multos dabo, quibus vñta non nocuerint: quosdam quibus profuerint. Dabo, inquam, maximæ famæ, & inter miranda propositos: quos si quis corrigit, delet. Sic enim vñta virtutibus immixta sunt, vt illas secum trahunt. Adiice nunc, quod oratio certam regulam non habet. Consuetudo illam ciuitatis, quae nunquam in eodem die stetit, versat. Multi ex alio saeculo pertunt verba. Duodecim tabulas loquuntur. Gracchus illis & Crassus & Curio nimis culti & recentes sunt. Ad Appium vñque & ad Coruncanum redeunt. Quidam contra, dum nihil nisi tritum & vñtatu volunt, in fordes incidunt. Vtrunque diuerso genere corruptum est, tam mehercules, quām si vellent splendidis vñi, ac sonantibus, & poeticis, necessaria & in vñli posita vitare: tam huc dicam peccare, quām illum. Alter se iusto plus colit, alter se iusto plus negligit, & crura, hic nec alas quidem vellit. Ad compositionem transeamus, quot genera tibi dabo in hac, quibus peccetur? Quidam praefractam & aspera probant, disturbant de industria, si quid placidius effluxit, nolunt sine salebra esse iuncturam, virilem putant, & fortem, quae aurem inaequalitate percutiat. Quorundam non est compositione: modulatio est: adeo blanditur. Quid de illa loquar, in qua verba differuntur, & diu expectata vix ad clausulas redduntur? Quid de illa in exitu lenta, qualis Ciceronis est, deuexa, & molliter definens, nec aliter quām solet, ad morem suum pedemque respondens? Non tantum in genere sententiarum virtutum est, si aut pulsae sunt, & pueriles, aut improbae, & plus ausae quām pudore falso licet sed si floridae sunt, & nimis dulces, si in vanum exēunt, & sine effectu, nihil amplius quām sonant. Haec vñta vñus aliquis inducit, sub quo tunc eloquentia est. Ceteri imitantur, & alter alteri tradunt. Sic Sallustio vigente, amputatae sententiae, & verba ante expectatum cadentia, & obscura breuitas fuere pro cultu. Arruntius vir rara frugalitatis, qui historias belli Punici scriptis, fuit Sallustianus, & in illum genus nitens. Est apud Sallustium. Exercitum argento fecit. id est, pecunia parauit. Hoc Arruntius amare coepit. Posuit illum omnibus paginis. Dicit quodam loco: Fugam nostri fecere. Alio loco, Hiero rex Syraculanorum, bellum facit. Et alio loco: Quae audita Panormitanos dedere Romanis fecere. Gustum tibi dare uolui. Totus his contextur liber. Quae apud Sallustium rara fuerunt, apud hunc crebra sunt, & paene continua, nec sine causa: ille enim in haec incidebat: at hic illa quaerebat. Vides autem quid sequatur, vbi ali cui virtutum pro exemplo est. Dixit Sallustius, Aquis hiemantibus. Arruntius in primo libro belli Punici ait, Repente hiemauit tempestas. Et alio loco, cum dicere vellet frigidum annum fuisse, ait: Totus hiemauit annum. Et alio loco: Inde sexaginta onerarias leues, praeter militem & necessarios nautarum, hiemante Aquilone misit. Non definit omnibus locis hoc verbum infalcire. Quodam loco Sallustius dicit: Inter arma ciuilia, aequi boni famas petit. Arruntius non temperauit: quominus primo ita in libro poneret, ingentes esse famas de Regulo. Haec ergo & huiusmodi uitia, quae alicui impressit imitatione, non sunt indicia luxuriae, nec animi corrupti. Propria enim esse debent, & ex ipso nata, ex quibus tu aestimes alicuius affectus. Iracundi hominis iracunda oratio est: commoti nimis incitata, delectati tenera & fluxa. Quod uides istos sequi, qui aut uellunt barbam, aut interuellunt: qui labra prellis tondent & abradunt, seruata & submissa certera parte: qui lacernas coloris improbi sumunt, qui perlucente togam,

Togam qui nolunt facere quicquam, quod hominum oculis transire liceat. Irritant illos, & in se aduentunt. Volunt vel reprehendi, dum conspiciantur. Talis est oratio Maeenatis, omniumque aliorum, qui non casu errant, sed scientes, volentesque. Hoc à magno animi malo oritur. Quomodo in vino non ante lingua titubat, quām mens cessit oneri, & inclinata vel prodita est: ita ista oratio, (quid aliud quām ebrietas?) nulli molesta est, nisi animus labet. Ideo ille curetur: ab illo sensus, ab illo verba exent, ab illo nobis est habitus, vultus, incessus. Illo sano ac valente, oratio quoque robusta, fortis, virilis est. Skille proculbus, & cetera sequuntur ruinam.

Rege incolumi, mens omnibus una est.

Amissa, rupere fidem.

Rex noster est animus. Hoc incolumi, cetera manent in officio, parent & obtemperant. Cum ille paulatim vacillauit, simul nstant. Cum vero cessit voluntati, artes quoque eius, actusque marcent, & omnis ex languido fluxo que conatas est. Quoniam hac similitudine vīus vīum, perseverabo. Animus noster modo rex est, modo tyrannus. Rex, cum honesta intuetur, salutem sibi commissi corporis curat, & nihil imperat turpe, nihil sordidum. Vbi vero impotens, cupidus, delicatus est, transit in nomen detestabile ac diuinum, & fit tyrannus. Tunc illum excipiunt affectus impotentes, instantq; qui initio quidem gaudent, ut soles populus largitione nocitura frustra plenus, & quae non potest haurire, contrectat. Cū vero magis ac magis vires morbus exedit, & in medullas neruosq; descendere deliciae, conspectu eorum, quibus se nimia auiditate inutili reddidit, laetus, pro suis voluntatibus habet spectaculū alienarū, subministrator libidinum, testisque, quarum sibi vīum ingerendo abstulit: nec illi tam gratum est abundare iucundis, quām acerbum, quād non omnem illum apparatum per gulam ventremque transmitit: non cum omnī exolerorum feminarūq; turba conuolutatur: maeretur, quād magna pars sua felicitatis exclusa corporis angustijs, cessa. Nunquid enim, mi Lucili, hic furor est, quod nemo nostrum mortalem se cogitat: quod nemo imbecillum, immo quād nemo nostrum vnum esse se cogitat? A spice culinas nostras, & concuriantes inter torques coquos nostros. Vnum videri putas ventrem, cui tanto tumultu comparatur cibas? A spice veteraria nostra, & plena multorum saeculorum vindemij hotrea. Vnum putas videiri ventrem, cui tota consulunt, regionumque vīa conduntur? A spice quot locis vertatur terra, quot milia colonorum arent, fodiant. Vnum putas videri uentre, cui & in Sicilia, & in Africa seritur? Sani erimus, & modica concupiscentia, si vīus quisque se numeret: metiatur similis corpus, sciatque, nec multū capere, nec diu posse. Nihil tamen aequa tibi profuerit ad temperantiam omnium rerum, quām frequens cogitatio breuis aeti, & huius incert. Quicquid facies, respice ad mortem.

Epistola CXV.

Nimis anxiū esse te circa verba & compositionem, mi Lucili, nolo. Habeo maiora quae cures. Quaere quid scribas, non quemadmodum: & hoc ipsum, non vt scribas, sed vt sentias; vt illa quaefenseris, magis applies tibi, & veluti signes. Cuiuscunque orationem videris sollicitam & politam, scito animū quoque nō minus esse pūlīs occupatū. Magnus ille remissius loquitur, & securius. Quaecunque dicit, plus habent fiduciae, quām curae. Noſt complures iuvenes, barba & coma nitidos, de capitulo to eos: nihil ab illis speraueris forte, nihil solidum. Oratio vultus animi est: si circumtonsa est, & facata, & manufacta, ostendit illum quoque non esse sincerum, & habere aliquid fracti. Non est ornamentum uirile concinnitas. Si nobis animū boni uiri liceret inspicere, o quam pulchrā faciem, quām sanctam, quām ex magnifico placidoque fulgentē uideremus: hinc iustitia, illinc fortitudine, hinc temperantia, prudentiaque lucentibus. Praeter has frugalites, & continencia, & tolerancia, & libertas, comitasque, & (quis credat?) in homine rarum humanitas bonum, splendorem illi suum affunderent. Tum prouidentia, tum elegancia, & ex istis magnanimitas eminentissima, quantum, dij boni, decoris illi, quantum ponderis, grauitatisque adderent: quanta esset cum gratia auctoritas? Nemo illum amabilē, qui non simul uenerabilem diceret. Si quis uiderit han faciem altiore fulgentioremque, quām cerni inter humana consuevit, nonne uelut numinis occurſu obstupefactus resistat, & ut fas sit uidisse, tacitus preceret: Tum auocante ipsum uultus benignitate productus, adoret ac supplicet: & diu contemplatus multum extantem, supraque mensuram solitorum inter nos aspici, elatam, oculis miti quidem, sed nihilominus uiuido igni flagrantibus, tunc demum illam Virgilij nostri uocem terrens atque attinuit emittat:

*O quam te memorem virgo? namque hāud tibi vultus
Mortalis, nec vox hominem sonat.*

Sis felix, noſtrumque leues quaecunque labore.

Aderit, leniabitque, si colere eam uoluerimus. Colitur autem non taurorum opīmis corporibus contradicatis, nec auro argentoque suspenso, nec in thesauros stipe infusa, sed pia & recta uoluntate. Nemo non, inquam, amore eius arderet, si nobis illam uidere contingeret. Nunc enim mulra obstrigillant, & aciem nostram aut splendore nimio reperciunt, aut obscurō retinent. Sed quemadmodum uifus oculorum quibusdam medicamentis acui folet, & repurgari: sic & nos, si aciem animi liberare impeditis uoluerimus, poterimus perspicere uirtutem, etiam obrutam corpore, etiam paupertate opposita, & humilitate, & infamia obiacentibus. Cernemus, inquam, pulchritudinem illam, quamvis sordido obteat. Rursus aequa malitia, & aerum nosi animi ueternum perspiciemus: quamvis multis circa diuinatarum

tiarum radiantium splendor impediat, & intuentem, hinc honorum, illinc magnarum potestatum falsa lux verberet. Tunc intelligere nobis licebit, quām contemnenda mitemur, simillimi pueris, quibus omne ludicum in pretio est. Parentibus quippe, nec minus fratribus praefuerunt paruo aere empta monilia. Quid ergo inter nos & illos interest, vt Aristo ait, nisi quod nos circa tabulas & statuas infantinus, carius inepti? Illos reperti in littore calculi leues, & aliquid habentes varietatis delectant: nos ingentium maculae columnarum: siue ex Aegyptijs arenis, siue ex Africae solitudinibus aduectae, porticum aliquam vel capacem populi coenationem ferunt. Miramus parietes tenui marmore inductos: cum sciamus quale sit, quod absconditur. oculis nostris imponimus. Et cum auro tecta perfundimus, quid aliud quām mendacio gaudemus? Scimus enim sub illo auro foeda ligna latitare. Nec tantum parietibus aut lacunaribus ornamentiū tenue praetenditur: omnium iſorum quos incedere altos vides, bracteata felicitas est. Inspice, & discis sub ista tenui membrana dignitatis, quantum mali lateat. Haec ipsa res totū magistratus, tot iudices detinet, quae magistratus & iudices facit, pecunia quae ex quo in honore esse coepit, verus rerum honor cedidit. Mercatoresque & venales inuicem facti, quaerimus, non quale sit quid, sed quanti. Ad mercedem pī sumus, ad mercedem impī. Honestā, quamdiu aliqua illis spes ineft, sequimur: in contrarium transiū, si plus scelerata promittant. Admirationem nobis parentes auri argenti que fecerunt: & teneris infusa cupiditas altius sedet, crevitque nobiscum. Deinde totus populus in alia discors, si hoc conuenit: hoc fulpiciunt, hoc suis optant, hoc Dijs velut rerum humanarum maximum, cum grati videri volunt, consecrant. Denique eo mores redacti sunt, vt paupertas maledicto probroque sit, contempta diuitibus, inuisia pauperibus. Accedunt deinde carmina poetarum, quae affectibus nostris faciem subdant, quibus diuitiae velut vnicum vitae decus ornamentiūque laudantur. Nihil illis melius nec dare videntur. Dij immortales posse, nec habere.

Regia solis erat sublimibus alta columnis.

Clara micante auro.

Eiusdem currum aspice.

Aureus axis erat, temo aureus, aurea summae

Curvatura rotæ, radiorum argenteus ordo.

Denique quod optimum videri voluit saeculum, auctum appellant. Nec apud tragicos defunt, qui lucro innocentiam, salutem, opinionem bonam mutant.

Sine me vocari pessimum, vt diues vocer.

An diues, omnes quaerimus: nemo, an bonus.

Non quare, & unde: quid habeas; tantum rogant.

Vbique tanti quisque, quantum habuit, fuit.

Quid habere nobis turpe sit, quaeritis: nihil.

Aut diues opto vivere, aut pauper mori.

Bene moritur, qui dum moritur, lucrum facit.

Pecunia ingens generis humani bonum,

Cui non voluptas matris, aut blandae potest

Par esse prolis, non sacer meritis parens,

Tam dulce si quid Veneris in vīlu micat,

Merito illa amores caelitum atque hominum mover.

Cum hi nouissimi versus in tragœdia Euripi dis pronuntiati essent, totus populus ad ei jacentū & actorem & carmen consurrexit uno impetu, donec Euripi dis in medium ipse prosiluit, petens, vt expectarent, viderentque quem admirator auri exitū faceret. Dabat in illa fabula poenas Bellerophontes, quas in sua quisque dat. Nulla enim auaritia sine poena est, quamvis satis sit ipsa poenarum. O quantum lacrimarum, o quantum laborum exigit: quām misera desideratis, quām misera partis est. Adjice quotidianas folicitudines, quae pro modo habendi quēnsque diseruant. Maiorē tormento pecunia possideretur, quām quaeritur. Quantum damnis ingemiscunt, quae & magna incident, & maiora videntur. Denique vt nihil illis fortuna detrahat, quicquid non acquiritur, damnum est. At felicem illum homines & diuitem vocant, & consequi optant, quantum ille possidet. Fateor. Quid ergo? Tu villos esse condicōis peioris existimas, quām qui habent & miserant & inuidiā? Utinam qui diuitias appetitū essent, cū diuitibus deliberarent. Utinam honores petitū, cum ambitiosis, & summum adeptis dignitatis statū profecto vota mutassent: cum interim illi noua suscipiant, qui priora damnauerant. Nemo enim est cui felicitas sua, etiam si cursu venir, satisfaciat. Queruntur & de consilijs, & de processibus suis: maluntq; semper, quae reliquerunt. Itaque hoc tibi philosophia praestabit, quo equidem nihil maius existimo. Nunquam te paenitebit tui. Ad hanc tam solidam felicitatem, quam tempes nulla concutiat, nō perducunt te apte verba contexta, & oratio fluens léniter. Eant vt volent, dum animo compostio sua constet, dum sit magnus, & opinionum securus, & ob ipsa quae alijs displicerit, sibi placens: qui profectum suum vita adest, & tantum scire se iudicet, quantum non cupit, quantum non timet.

Epistola CXVI.

Vtrum satius sit, modicos habere affectus, an nullos, saepe quaesitum est. Nostri illos expellunt: Peripateticī temperant. Ego non video, quomodo salubris esse aut vtilis possit villa mediocritas morbi.

morbis. Noli timere: nihil eorum quae tibi non vis negari, eripio: facilem me, indulgentemque praebeo rebus, ad quas tendis, & quas aut vitae necessarias, aut utiles, aut iucundas putes. Detrahiam vitium. Nam cum tibi cupere interdixero, velle permittam: vt eadem illa intrepidus facias, vt certiore consilio, vt voluptates illas magis sentias. Quid ni? Ad te magis peruenturae sunt, si illis imperabis; quām si seruies. Sed naturale est, inquis, vt desiderio amici torquear, da tempus lacrymis, tam iuste cadentibus. naturale est opinionibus hominum tangi, & aduersis contristari. Quare non permittas mihi hunc tam honestum malae opinionis metum: Nullum vitium est sine patrocino: nulli non iniurianz est verecundum & exorabile, sed ob hoc latius funditur. Non obtinebis vt definat, si incipere permiseris. Imbecillis est primo omnis affectus, deinde ipse se concitat, & vires dum procedit, parat: excluditur facilis: quām expellitur. Quis negat omnes affectus, à quadam quasi naturali fluere principio? Curam nobis nostri natura mandauit. Sed huic vbi nimium indulseris, vitium est. Voluptatem natura necessarijs rebus admisicuit, non vt illā peteremus, sed vt ea sine quibus nō possumus vivere, gratiore nobis illius ficeret accessio. Si suo veniat iure, luxuria est. Ergo intrāibus resultatis: quia facilis, vt dixi, nō recipiūtur quām exeant. Aliqua tenuis, inquis, dolere, aliquatenus timere permitte. sed illud aliquatenus lōge producit; nec vbi vis, accipit finem. Sapienti non sollicite custodire se tutum est, & lacrimas suas & voluptates vbi volet, siset. Nobis quia non est regredi facile, optimum est omnino non progredi. Eleganter mihi videtur Panaetius respondisse adulefcentulo, cuidam quaerenti. An sapiens amatus est? De sapiente, inquit, videbimus; mihi & tibi, qui adhuc à sapiente longe absimus, non est commitendum vt incidamus in rem commotam, impotentem, alteri emancipatum, vilem sibi. Sive enim nos respexit, humanitate eius irritatur, sive contempnit, superbia accendimur. Aequa facilitas amoris, quām difficultas nocet. Facilitate capimus, cum difficultate certamus. Itaque consilij nobis imbecillitas nostrae, quiescamus. Nec vi no infirmum animum committamus, nec formae, nec adulatio, nec vllis rebus blande trahentibus. Quod Panaetius de amore quaerenti respondit, hoc ego de omnibus dico. Quantum possumus nos, à lubrico recedamus. In sicco quoque parum fortiter stamus. Occurres hoc loco mihi illa publica contra Stoicos voce: Nimirum magna promittitis, nimirum dura praesipiatis. Nos homunciones sumus, omnia nobis negare non possumus. Dolebimus, sed parum. Concupiscentem, sed temperate. Ira, secundum, sed placabimur. Scis quare non possumus ista? Quia nos posse non credimus. Immo' meherentes, aliquid est in re. Virtus nostra, quia amamus, defendimus, & malum usus excusat illa, quām exutere. Satis natura homini dedit roboris, si illo vtatur, si vires nostras colligamus, ac totas pro nobis, cerre non contra nos concitemus. Nolle in causa est: non posse praetenditur.

Epistola CXII.

M Vltum mihi tibiq. negotium concinnabis, & dum, nescis, in magnam me ligem ac molestiam impinges, qui mihi tales quaestucularis ponis, in quibus ego nec dissentire a nostris, salua gratia, nec consentire salua conscientia possum. Quaeris, an verum sit, quod Stoicis placet, Sapientiam bonū esse, sapere bonum non esse. Primum exponam, quid Stoicis videatur tum dicere sententiam audebo. Placet nostris, quod bonum est, esse corpus: quia quod bonū est, facit. Quicquid facit, corpus est. Quod bonum est, prodest: faciat autem aliquid oportet, vt profit, si facit, corpus est. Sapientiam bonum esse dicunt. Sequitur, vt necesse sit illam corporalem quoque dicere. At sapere non patet eiusdem conditionis esse. Incorporale est & accidentis alteri, id est, sapientiae: itaque nec facit quicquam, nec prodest. Quid ergo, inquit, non dicimus, Bonum est sapere: dicimus, referentes ad id, ex quō penderit, id est, ad ipsam sapientiam. Aduersus hos, quid ab alijs respondeatur, audi, ante quam ego inceptio secedere, & in alia parte confidere. Isto modo, inquit, nec beatuere bonum est. Vult inquit, respondendam est, beatam vitam bonum esse, & beatuere bonum non esse. Etiam inquit, quaque in nostris illud: epponit. Vult sapere? Ergo experenda res est, sapere. si experenda res est, bonum est. Cogitatur nostri verba, ror, quere, & vnam syllabam experendo interponens, quam sermo nostri inferimur. Ego illam, si prateris, adiungam. Experendum est, inquit, quod bonum est: ad experendum quod bonū contingit, quod, cum bonum consecutum, non petitur tanquam bonum; sed: petitor bonū accedit. Ego non idem sentio, & nostros induco in hoc descendens: quod iam p̄timo vinculū tenētur, & in ultimis illis, formulam non licet. Multum dare solemus, praefuisse p̄tiorum hominum: p̄tiorum & vniuersitatis argumentum est, aliquid omnibus videri, tanquam deos esse, inter alia. Sic colligitur, quipdā omnibus deatis opinio insita est: nec vila gens vñquam est adeo extra leges, mores que probat, vt, non aliquos deducat. Cum de animalium aeternitate disserimus, non leue momentum apud nos habet: consensu hominum, aut timentiam inferos, aut coletum. Vtor, hac publica persuasio. Nemine in impietis, qui non putet & sapientiam bonum, & sapere. Non faciam quod vidi solent, vt pronocum ne populum. Nostris incipiems armis configere. Quod accidit aliqui, itum extra id, cui accidit est, inquit, eo cui accidit. Si in eo est cui accidit, tam corpus est, quām illud cui accidit. Nihil enim accidere sine actu potest. Quod tangit, corpus est. Si extra est, postquam acciderat, recedit. Quod recessit, motum habet; quod motum habet, corpus est. Speres me dicturum, non esse aliud, cuncte, aliud, aliud calorem, aliud calorem: nec aliud lucem, aliud lucem. Concedo ista alia, est, non sortis alterius. Si ualudo indifferentis est: & valere indifferentis est. Si forma indifferentis est: & formosum, esse indifferentis est. Si iustitia bonum est: & iustum, esse bonum est. Si turpitudine malum est: & turpem, esse malum est. Tam mehercules quām

quām si lippitudo malum est, & lippire malum est. Hoc vt scias, neutrum esse sine altero potest. Quod sapientis est: quod sapiens est, sapit. Adeo non potest dubitari, an quale illud sit, tale hoc sit, vt quibusdam vtrumque vnum videatur atque idem. Sed illud libenter quae fierim: Cum omnia aut bona sint, aut mala, aut indifferentia, sapere in quo numero sit. Bonum negant esse, malum vtrique non est: sequitur, vt medium sit. Id autem medium atque indifferens vocamus, quod tam malo contingere quam bono potest: tanquam pecunia, forma, nobilitas. Hoc, vt sapiat, contingere nisi bono non potest: ergo indifferens non est. Atqui ne malum quidem est, quod contingere malo non potest: ergo bonum est. Quod nisi bonus non habet, bonum est: sapere non nisi bonus habet: ergo bonum est. Accidens est, inquit, sapientiae. Hoc ergo quod vocas sapere, vtrum facit sapientiam, an patitur? siue facit illud, siue patitur, vtrumque modo corpus est. Nam & quod sit, & quod facit, corpus est. si corpus est, bonum est. Vnum enim deerat illi, quominus bonus esset, quod incorpore erat. Peripateticis placet, nihil intereste inter sapientiam & sapere, cum in vtrilibet eorum & alterum sit. Nunquid enim quenquam existimas sapere, nisi qui sapientiam habet? Nunquid quenquam qui sapiat, non putas habere sapientiam? Dialectici veteres ista distinguunt: ab illis diuisio vñque ad Stoicos venit. Qualis sit haec, dicam. Aliud est ager: aliud, agrum habere. Quid ni? Cum habere agrum ad habentem, non ad agrum pertineat. Sic aliud est sapientia: aliud, sapere. Puto concedes duo esse haec, id quod habetur, & eum qui habet. Habetur sapientia: habet, qui sapit. Sapientia est mens perfecta, vel ad summum optimumque perducta: ars enim vita est. Sapere quid est? Non possum dicere mens perfecta, sed id quod contingit perfectam mentem habenti. Ita alterum est, mens bona: alterum, quasi habere mentem bonam. Sunt, inquit, naturae corporum tanquam, hic homo est, hic equus: has deinde sequuntur motus animorum enuntiatiui corporum. Hi habent proprium quiddam, & à corporibus seductum: tanquam, video Catonem ambulante: hoc sensus ostendit, animus credit. Corpus est quod video, cui & oculos & animū intendi. Dico deinde, Cato ambulat, non corpus quidem est quod nunc loquitur, sed enuntiatiuum quidam de corpore: quod alij effatum vocant, alij enuntiantur, alij edicuntur. Sic cum dicimus sapientiā, incorpore quiddam intelligimus. Cum dicimus, Sapit: de corpore loquitur. Plurimum autem interest, vtrum illud dicas, an de illo. Putemus in praesentia ista duo esse: nondum enim quid mihi videatur, pronuntio: quid prohibet, quo minus aliud quidē sit sed nihilominus bonū? Dicebas paulo ante, aliud esse agrū: aliud habere agrum. Quid ni? in alia enim natura est qui habet, in alia quod habetur. Illa terra est, hic homo est. At in hoc de quo agitur, eiusdē naturae sunt vtraque, & qui habet sapientiā, & ipsa quae habetur. Praeterea illic aliud est quod habetur, alius qui habet: hic in codē est & quod habetur, & qui habet. Ager iure possidetur: sapientia natura, ille ab alienari potest, & alteri tradi, haec nō dificit à domino. Non est itaq. quod cōpares inter se dissimilia. Coepera dicere, posse ista d'uo esse, & tamen vtraq. bona. Et sapientiā, & sapiente duo esse: & vtrumq. bonū esse cōcedis. Quomodo nihil obstat, quo minus & sapientia bonū sit, & habens sapientiā: sic nihil obstat, quo minus & sapientia bonū sit, & habere sapientiā, id est, sapere. Ego in hoc volo sapientiā esse, vt sapit. Quid ergo? Non est id bonum, sine quo nec illud bonum est. Vos certe dicitis, sapientiam, si sine vñ detur, accipientiam non esse. Quis est vñ sapientiae? Sapere: hoc est in illa pretiosissimum: quo detracto, supernacua fit. Si tormenta mala sunt, torqueri malū est: adeo quidē, vt illa non sint mala, si quod sequitur, detraxeris. Sapientia habitus perfectae mētis est: sapere, vñ sapientiae mētis. Quomodo potest vñ eius bonū nō esse, quae sine vñ bonū nō est? Interrogo te, an sapientia sit expertenda. Fateris. Interrogo, an vñ sapientiae sit expertus. Fateris. Negas enim te illā recepturū si vti ea prohibeatis. Quod expertendū est, bonū est. Sapere, sapientiae vñ est: quomodo eloquentiae, loqui: quomodo oculorū, videre. Ergo sapere, sapientiae vñ est. Vñ autē sapientiae expertendū est. Sapere ergo expertendū est. Si expertendū est, bonū est. Olim ipse me damno, qui illos imitor dū accuso, & verba apertae rei impendo. Cui enim dubitū potest esse, quin si actus malū est, & aestuare malū sit: si algore malū est, malum (it algere). Si vita bonum est, & viuere bonū est. Omnia ista circa sapientiā, non in ipsa sunt. At nobis in ipsa commorandum est, etiam si quid euagari liber, amplos habet illa spatioflosq. secessus. De deorū natura quaeramus, dē siderum alimento, de his tam varijs stellarū discursibus: an ad illarum motus nostra moueantur corpora, an corporibus omniū, animisq. illinc impetus veniat? An & haec quae fortuna dicuntur certa lege conficit, nihilque in hoc mundo repentinū, aut expers ordinis volutetur. Ista iam à formatione morū recesserunt: sed levant animū, & ad ipsarum quas tractant rerum magnitudinē attollunt. Haec vero de quibus paulo ante dicebam, minūtū & deprimit, nec vt putas exacuant, sed extenuant. Obsecro vos, cur tam necessariam curam maioribus melioribusque debitam, in re nescio an falsa, certe inutili, terimus? Quid mihi profuturum est scire, an aliud sit sapientia, aliud sapere? Quid mihi profuturum est scire, illud bonum esse, hoc non esse? Temere me geram, subibo huius voti aleam. Tibi sapientia, mihi sapere contingat: pares erimus. Potius id age, vt mihi viam monstres, quād ad ista perueniam. Dic mihi quid vitare debeam, quid appetere: quibus animū labant studijs firmam: quemadmodum quae me extransuerſo ferunt aguntque, procul à me repellam? Quomodo par esse tot malis possim: quomodo istas calamitates remoueam, quae ad me irruperunt: quomodo illas, ad quas ego irrupi. Doce, quomodo feram aerumnā sine gemitu meo, felicitatem sine alieno: quomodo vñimum & necessarium vitæ terminum non expetem, sed ipsem, cum uisum erit, profugiam. Nihil mihi videtur turpissus, quām optare mortem. Nam si vis viuere, quid optas mori? si non vis, quid deos rogas, quod tibi nasci dederunt? Nā vt quan R doque.

doque moriaris, etiam inuitio positum est: ut cum voles, in tua manu est. Alterum tibi necesse est, alterum licet. Turpissimum his diebus principium diserti mehercules viri legi: Ita, inquit, quamprimum moriar. Homo demens, optas rem tuam. Ita quamprimum moriar. Fortasse inter has voces senex factus es. Alioqui quid in mora est? Nemo te tenet, euade qua viam est. Elige quamlibet rerum naturae partem, qua tibi praebeti exitum iubeas. Haec nempe sunt elementa, quibus hic mundus administratur: Aqua, terra, spiritus. Omnia ista tam causa viendi sunt, quam viae mortis. Ita quamprimum moriar. Quamprimum istud; quod esse vis? quem illi diem ponis? Cuius fieri quam optas, potest. Imbecillae mentis ista sunt verba, & hac detestatione misericordiam captant. Non vult mori, qui optat. Deos vitam roga, & salutem. Si mori placuit, hic mortis est fructus, optare desinere. Haec, mi Lucili, tractemus, his formemus animum. Haec est sapientia, hoc est sapere, non disputatiunculis inanibus subtilitatem vanissimam agitare. Tot questiones tibi fortuna posuit, nondum illas soluisti. Iam cauillaris. Quam stultum est, cum signum pugnae acceperis, ventilare. Remoue ista lusoria arma: decretoris opus est. Dicqua ratione nulla animi tristitia, nulla formido perturbet; qua ratione hoc secretarum cupiditatum pondus effundam. Agatur aliquid. Sapientia bonum est, sapere non est bonum. Sic sit. Negamus, sapere bonum esse: ut hoc totum studium derideatur, tanquam operatum superuacuis. Quid si scires etiam illud queri, an bonum sit futura sapientia? Quid enim dubij est, oro te, an nec messem futuram iam sentiant horrea, nec futuram adolescentiam pueritiam viribus aut vlio robore intelligat? Aegro interim nihil ventura sanitas prodest, non magis quam currentem luctantemque, post multos secuturum sensus otium reficit. Quis nescit hoc ipso non esse bonum id quod futurum est, quia futurum est? Nam quod bonum est, utique prodest. Nisi presentia, prodesse non possunt. Si non prodest, bonum non est utique: si prodest, iam est. Futurus sum sapiens: hoc bonum erit, cum fuerit: in terim non est. Prius aliquid esse debet, deinde quale esse. Quomodo, oro te, quod adhuc nihil est, iam bonum est? Quomodo autem tibi magis vis probari, non esse aliquid, quam si dixeris, futurum est? Nondum enim venisse appetit, quod venit. Ver secuturum est: scio nunc hincem esse. Aestas fecitura est: scio aestatem non esse. Maximū argumentum habeo nondum praesentis, futurum esse. Sapiam, spero: sed interim non sapiam. Si illud bonum haberem, iam hoc carerem malo. Futurum est, ut sapiam. ex hoc licet nondum ne sapere intelligas. Non possum simul, & in illo bono, & in hoc malo esse. Duo ista non coeunt; nec capiunt eundem sunt vna bonum & malum. Transcurramus solertia simis rugas, & ad illa quae nobis aliquam opem sunt latrata, properemus. Nemo qui obstetricem parturientem filiae sollicitus accersit, edictum & ludorum ordinem peragit. Nemo qui ad incendum doctius suus currit, tabulam laterunculariam perspicit, ut sciat, quomodo alligatus exeat calculus. At mehercules omnia tibi vndique nuntiantur, & incendium domus, & periculum liberorum, & obsidium patriae, & bonorum direptio. Adiace istis naufragium, motuq. terrarum, & quicquid aliud timeri potest. Inter ista distractus, rebus nihil aliud quam animum oblectantibus vacas? Quid inter sapientiam & sapere intersit, inquiris? Nodos neftis ac solitus, tanta mole impendente capit quo? Non tam benignus ac liberale tempus natura nobis detur, ut aliquid ex illo varet perdere: & vide quam multa etiam diligenteris pereant. Aliud valerudo sua cuique abstulit, aliud suorum: aliud necessaria negotia, aliud publica occupauerunt. Vitam nobiscum diuidit somnus. Ex hoc tempore tam angusto, & rapido, & nos auferente, quid iuvat maiorem partem mittere in vanum? Adiace nunc, quod assuevit animus delectare se potius quam sanare: & philosophiam oblectamentum facere, cum remedium sit. Inter sapientiam & sapere quid intersit, nescio. Scio mea non interesse, sciam ista, an nesciam. Dic mihi, cum quid inter sapientiam & sapere intersit, didiceris, sapiam? Cur ergo potius inter vocabula me sapientiae detines, quam inter opera? Fae me fortior, fac me securior, fac fortunac parem, fac superiorem. Possum autem superior esse, si fecero omne quod disco.

Epistola CXVIII. Intra
Xigis à me frequentiores epistolas. Rationes conferamus, solvendo non eris. Conuenerat quidem, ut tua priora essent, tu scriberes, ego rescriberem. Sed non ero difficilis, bene credi tibi scio. itaque in antecepsum dabo. Nec faciam, quod Cicero vir dilertissimus facere Atticum ipset, ut etiam si regnum nullum habebit, quod in buccam venerit, scribat. Nunquam potest deesse quod scribam, ut omnia illa quae Ciceronis implent epistolas, transeam: quis candidatus labore, quis alienis, quis suis viribus pugnet, quis consulatum fiducia Caesaris, quis Pompej, quis aperte petat: quamduas sit fenerator Cætius, à quo minoris centefinis propinquum numerum mouere non possunt: Sua satius est mala quam aliena tractare: se excutere, & videre, quam multarum rerum candidatus sit, & non suffragari. Hoc est mi Lucili, egregiū, hoc securū ac libérū, nihil petere, & tota fortuna e comitiis transire. Quam putas esse in cunctis tribubus votatis, cum candidati intenti suis pendeant, & aliis numeris pronuntiet, aliis per sequestrem agat, aliis eorum manus oculis conterat, quibus designatus contingendam manum negaturus est, omnes attroniti, vocem preconis expectant, statre otiosum, & spectare illas nundinas, nec euentem quicquam, nec vendentem. Quanto hic maiore gaudio fruitur, qui non praetoria, aut consularia comitia fecurus intuetur, sed magna illa, in quibus alii honores anniversarios petunt, alii perpetuas potestates, alii bellorum euentus prosperos triumphosque: alii diuitias, alii matrimonia ac liberos, alii salutem suam suorumque. Quantu animi res est, solū nihil petere, nulli supplicare, & dicere: Nihil mihi tecum fortuna, non facio mei tibi copiam. Scio apud te Catones repellit, Vatinios fieri. Nihil rogo. Hoc est priuatam facere fortunam. Libet ergo haec inuicem scribere, & hanc integrā semper egerere materiam,

teriam, circumspicientibus tot millia hominum inquieta: qui ut aliquid pestiferi consequantur, per malam intundunt in malum, petuntq. mox fugienda, aut etiam fastidienda. Cui enim affectu satis fuit, quod optanti nimium videbatur? Non est, ut existimat homines, auida felicitas, sed pusilla. Itaque neminem satiat. Tu ita credis excelsa, quia longe ab illis iaces. Ei vero qui ad illa peruenit, humili sunt. Melior, nisi adhuc quaerit ascendere. Istud quod tu summum putas, gradus est. Omnes autem male habet ignorantia veri, tanquam ad bona feruntur, decepti rumoribus. Deinde mala esse, aut inania, aut minora quam sperauerint, adepti ac multa passi vident: maiorque pars miratur ex interuallo fallentia, & vulgo magna pro bonis sunt. Hoc ne nobis quoque eueniat, quaeramus quid sit bonum. Varia eius interpretatione fuit. Finiuit hoc alius modo. Alius illud aliter expressit. Quidā ita finiunt: Bonum est, quod inuitat animos, quod ad se vocat. Huic statim opponitur: Quid si inuitat quidem, sed in perniciem? Scis quam multa mala blanda sint. Verum, & verisimile, inter se differunt ita. Qod bonum est, vero iūgitur: non est enim bonum, nisi verum est. At quod inuitat ad se, & allicit facie, verisimile est, subrepit. Iollicitat, attrahit. Quidam ita finierunt: Bonum est, quod appetitione sui mouet, vel quod impetum animi tendit ad se mouet. Et huic idem opponitur. Multa enim impetum animi mouent, quae peruntur potentiam malo. Melius illi qui si finierunt: Bonum est, quod ad se impetum animi secundum naturam mouet: & ita demum petendum est, cum coepit esse experendum. Iam & honestum est: hoc enim perfecte est petendum. Locus ipse me admonet, ut quid inter se inter bonum honestumque, dicam. Aliquid inter se habent mixtum & inseparabile: nec potest bonum esse, nisi cui aliquid honesti inest: & honestum utique bonum est. Quid ergo inter duo interest? Honestum est perfectum bonum, quo beata via completur, cuius contactu alia quoque bona fiunt. Quod dico, tale est. Sunt quaedam neque bona, neque inala: tanquam militia, legatio, iurisdictio. Haec cum honeste administrata sunt, bona esse incipiunt, & ex dubio in bonum transeunt. Bonum societate honesti fit, honestum per se bonum est. Bonum ex honesto fluit, honestum ex se est. Quod bonum est, malum esse potuit. Quod honestum est, nisi bonum esse non potuit. Hanc quidam finitionem reddiderunt: Bonum est, quod secundum naturam est. Attende quid dicam. Quod bonum est, & secundum naturam est: non protinus quod secundum naturam est, & bonum est. Multa quidem naturee consentiunt: sed tam pusilla sunt, ut non conueniat illis boni nomen. Levia enim sunt, & contemnda. Nullum nec minimum contemendum bonum. Nam qua midu exiguum est, bonum non est. Cum bonum esse coepit, non exiguum est. Vnde aliquid cognoscitur bonum? Si perfecte secundum naturam est. Fateris, inquis, quod bonum est, secundum naturam esse. Haec eius proprietas est. Fateris & alia secundum naturam quidem esse, sed bona non esse. Quomodo ergo illud bonum est, cum haec non sint? quomodo ad aliam proprietatem peruenit, cum utriusque praecipuum illud commune sit, secundum naturam esse? ipsa scilicet magnitudine. Nec hoc nouum est, quaedam crescendo mutari. Infans fuit, factus est pubes: alia eius proprietas fit: ille rationalis est, hic rationalis. Quaedam incremento non tantum in maius exunt, sed in aliud. Non fit, inquit, aliud quod maius fit. Vtrum lagenam an dolium impleas vino, nihil refert: in vitroque proprietas vini est. Exiguum mellis pondus, & magnum, & sapore non differt. Diuersa ponis exempla. In istis enim eadem qualitas est: quamvis augeantur, manent. Quaedam amplificata in suo genere, in sua proprietate perdurat: quaeada post multa incrementa, ultima demum vertit adiectio, & nouam illis, aliamque quam in qua fuerant, condicionem imprimet. Vnus lapis fecit fornicem. Ille qui latera inclinata cuneauit, & interuenit suo vinxit. Summa adiectio quare plurimū facit, vel exigua? Quia non auger, sed implet. Quaedam processu priorem exuunt formam, & in nouam transeunt. Vbi animus aliquid diu proculit, & magnitudinem eius sequendo lassatus est, infinitum coepit vocari, quod longe aliud factum est quam fuit, cum magnum videretur, sed finitum. Eodem modo aliquid difficulter secari cogitauimus: nouissime crescente difficultate, inseparabile inuentum est. Sic ab eo quod vix & aegre mouebatur, processimus ad immobile. Eadem ratione aliquid secundum naturam fuit: hoc in aliam proprietatem magnitudo sua transluit, & bonum fecit.

Epistola CXIX.

Q Voties aliquid inteni, non expecto donec das. In commune, ipse mihi dico. Quid sit quod inuenierim, quaeris? Simum laxa, merum lucrum est. Docebo quomodo fieri diues celerrime possis, quod valde cupis audire. Nec immerito: ad maximas te diuitias compendiaria ducam. Opus erit tamen tibi creditore. Ut negotiari possis, aet alienum facias oportet: sed nolo per intercessorem mutaueris, nolo proxenetae nomen tuum iacent. Paratum tibi creditorem dabo. Catonianum illud: A te mutuum sumes. Quantulum cunque est, satis erit, si quicquid deerit, id à nobis petierimus. Nihil enim, mi Lucili, interest, utrum non desideres, an habeas. Summa rei in vitroque est eadem: Non torqueberis. Nec ilud praecepio, ut aliquid naturae neges. Contumax est, non potest vinci, si sum pofcit: fed ut quicquid naturam excedit, scias precarium esse, non necessarium. Esurio: edendum est. Vtrum hic panis sit plebeius, an filigineus, ad naturam nihil pertinet. Illa ventrem non delectari vult sed impleri. Sitio. Vtrum haec aqua sit ex lacu proximo excepta, an ea quam multa niue clusero, ut rigore refrigeretur alieno, ad naturam nihil pertinet. Illa hoc vnum iubet, sitim extingui. Vtrum sit aureum poculum, an crystallinum, an murinum, an Tiburtinus calix, an manus concava, nihil refert. Finem omnium rerum specta, & supernaque dimittes. Fames me appellat: ad proxima queque tendatur manus: ipsa mihi commendabit, quod

R 2 cunque

cunque comprehendero. Nihil contemnit esuriens. Quid sit ergo, quod me delectauerit, quaeris? Videatur mihi egregie dictum: Sapiens diuitiarum naturalium est quaeſitor acerrimus. Inani me inquis, lance muneras. Quid est illud inane? Iam ego paraueram fiscos. Circumspiciebam in quod me mare negotiaturus immitterem, quod publicum agitarem, quas accersem in erces. Decipere est iſtud, docere paupertatem, cum diuitias promiseris. Ita tu pauperē iudicas, cui nihil deest? Suo, inquis, & patientiae tuae beneficio, non fortunae. Ideo ergo illum non iudicas diuitem, quia diuitiae eius desinere non possunt? Vtrum malis habere multum, an fatis? Qui multum habet, plus cupit, quod est argumentum, nondum illum fatus habere: qui fatus habet, consecutus est, quod numquam diuti contingit, finem. An has ideo non putas esse diuitias, quia propter illas nemo proscriptus est? Quia propter illas nulli venenum filius, nulli vxor impedit? Quia in bello tutae sunt? Quia in pace otiosae? Quia nec habere illas periculosa est, nec operosum disponere? An parum habet, qui tantum non aget, non esurit, non sitit? Plus Iupiter non habet. Nunquam parum est, quod fatus est. Nunquam multum est, quod fatus non est. Post Darium & Indos, pauper est Alexander Macedo: quaerit quod suum faciat, scrutatur maria ignota, in Oceanum classes mittit nouas, & vita dicam, mundi claustra perrumpit. Quod naturae fatus est, homini non est. Inuentus est qui concupisceret aliquid post omnia. Tanta est caecitas mentium, & tanata initiorum suorum vnicuique, cum processit, obliuio. Ille modo ignobilis anguli non sine controvicia dominus, de tanto fine terrarum per suum redditurus orbem tristis est. Neminem pecunia diuitem fecit, immo contra, nulli non maiorem sui cupiditatem incusit. Quaeris, quae sit huius rei causa? Plus incipit habere posse, qui plus habet. Ad summam, quem voles mihi ex his, quorum non inna cum Craf fo Licinoque numerantur, in medium licet protrahas: afferat censem, & quicquid habet, & quicquid sperat, simul computet. Iste, si mihi credis, pauper est, si tibi, potest esse. At hic qui se ad id quod natura exigit, compoluit, non tantum extra senum est paupertatis, sed extra metum. Sed vt scias quām difficile sit res suas ad naturalem modum coactare, hic ipse quem circa naturam diximus, quem tu vocas pauperem, habet aliquid & superuacui. At excaecant populum, & in se conuertunt opes, si numerati multum ex aliqua domo effertur, si multum auri recto quoque eius illinitur, si familia aut corporibus lecta, aut spectabilis cultu est. Omnia istorum felicitas in publicum sp̄eſtat: ille quem nos & populo & fortunae subduximus, beatus introrsum est. Nam quod ad illos pertinet, apud quos falso diuitiarum nomen inuasit occupata paupertas, sic diuitias habent, quomodo habere dicimur febrem, cum illa nos habeat. E contrario dicere debemus. Febris illum tenet. Eodem modo dicendum est, diuitiae illū tenent. Nihil ergo monuisse te malum, quā hoc quod nemo monetur fatus: vt omnia naturalibus desiderijs metiari, quibus aut gratis fatus fiat, aut parvo. Tantū miscere vitia desiderijs noli. Quaeris quali mēla, quali argēto, quā paribus ministerijs & levibus afferat cibis. Nihil praeter cibū natura desiderat.

*Num tibi, cum fauces viri sitis, aurea quaeris
Pocula? num eſuriens fastidis omnia, praeter
Paonem rhombumque?*

Ambitiosa non est famēs: contenta definire est. Quo definat, non nimis curat. Infelices luxuriae ista tormenta sunt. Quaerit quemadmodum post saturitatem quoque esuriat, quemadmodum non impleat vérem, fed farciat, quemadmodum sitini prima potionē fedatam reuocet. Eggregie itaque Horatius negat ad sitim pertinere, quo poculo aqua, aut quām eleganti manu ministretur. Nam si pertinere ad te iudicas, quām crinitus puer, & quām perlucidum tibi poculum porrigit, non sitis. Inter reliqua, hoc nobis natura praeſcipuum, quod necessitatī fastidiū excusſit. Recipiunt superuacua delectum. Hoc parum decens, illud parum lautum, oculos hoc meos laedit. Id actum est ab illo mundi conditore, qui nobis viuendi iura descriptis, vt salui essēmus, non delicati. Ad salutem omnia parata sunt & in próptu: delicijs omnia misere ac solicite comparantur. Vt amur ergo hoc naturae beneficio inter magna numerando: & cogitemus, nullo nomine melius illam meruisse de nobis, quām quia quicquid ex necessitate desideratur, sine fastidio sumitur.

Epistola CXX.

Epiſtola tua per plures quaetiunculas vagata est, sed in vna conſtitit, & hanc expediri desiderat: Quomodo ad nos boni honestique prima notitia peruenierit. Haec duo apud alios diuera sunt, apud nos tantum diuisa. Quid sit hoc, dicam. Bonum putant esse aliqui, quod vtile est. Itaque hoc & diuitijs, & equo, & vino, & calceo nomen imponunt. Tanta est apud illos boni vilitas, & adeo vſq; ad forcidā descendit. Honestum putant, cui ratio recti officij conſtat: tanquam pie curatam patris senectutē, adiutam amici paupertatem, forte expeditionem, prudentem moderatamque ſententiam. Ista duo quidem facimus, fed ex vno. Nihil est bonum, niſi quod honestum est: quod honestum est, vtiq; bonū. Superuacuum iudico adiucere, quid inter iſta discriminis sit, cum ſaepe dixerim. Hoc vnum dicam. Nihil nobis bonum videri, quo quis & male vti potest. Vides autem, diuitijs, nobilitate, viribus quām multi male vtrantur. Nunc ergo ad id reuertor, de quo defideras dici: Quomodo ad nos prima boni honesti, que notitia peruenierit. Hoc nos docere natura non potuit. Semina nobis scientiae dedit, ſcientiam non dedit. Quidā aiunt nos in notitiā incidit: quod, et in credible, virtutis alicui ſpecie caſu occurrit. Nobis videtur obſeruatio collegiſſe, & rerum ſaepē factarum inter ſe collatio per analogiam nostro intellectu & honestum & bonum iudicante. Hoc verbum cum latini grammatici ciuitate donauerint,

ego

ego damnandum non puto, nec in ciuitati suam redigendum. Vt ergo illo non tantum tanquam recepto, fed tanquam visitato. Quae fit haec analogia, dicam. Noueramus corporis sanitatem, ex hac collegimus esse aliquā & animi. Noueramus corporis vires: ex his collegimus esse & animi robur. Aliqua benigna facta, aliqua humana, aliqua fortia, nos obſtupfecerant: haec coepimus tanquam perfecta mirari. Suberant illis multa vitia, quae species alicuius conspicui facti fulgorque celabat. Haec diſſimulauimus, Natura iubet augere laudanda. Nemo non gloriam ultra verum tulit. Ex his ergo ſpeciem ingentis boni traximus. Fabricius Pyrrhi regis aurum repulit, maiusque regno iudicauit, regias opes polle contemnere. Idem medico Pyrrhi promittit venenum ſe regi daturū, monuit Pyrrhum, cauetet infidias. eiudem animi fuit, auro non vinci, veneno non vincere. Admirati ſumus ingentem virum, quem non regis, non contra regem promissa flexiſſent, boni exempli tenacem: quod difficillimum est, in bello innocentem: qui aliquod effe crederet etiam in hostes nefas: qui in ſumma paupertate qua ſibi decus fecerat, non aliter refutit diuitias quām venenum. Viue, inquit, beneficio meo Pyrrhe, & gaude, quod adhuc dolebas, Fabricium non posſe corrumpi. Horatius Cocles ſolus implenit pontis angustias, adimique à tergo ſibi redditum, dummodo iter hosti auferretur, iuſſit: & tam diu reſtituit prementibus, donec reuulſa ingenti ruina tigna ſounerunt. Postquam reſpexit, & extra periculū effe patriam periculo ſuo ſenſit: Veniat ſi quis vult, inquit, ſic euenter ſequi: deditque ſe in praeceps: & non minus ſolicitus in illo rapido alueo fluminis, vt armatus, quām vt ſaluis exire, reverto armorum viſtricium decore, tam tutus rediit, quām ſi ponte venifet. Haec & huiusmodi facta imaginem nobis ostendere virtus. Adiçiam quod militum fortaffe videatur. Mala interdum ſpeciem honesti obtulerunt, & optimū ex contrario nituit. Sunt enim, vt ſciſ, virtutibus vitia confinia, & perditis quoque ac turpibus recti ſimilitudo est. Sic mentitur prodigus liberalē: cum plurimum interſi, vtrum quis dare ſciat, an feruare neſciat. Multi, inquam, ſunt, Lucili, qui non donant, ſed proij ciunt. Non voco ego liberalē, pecuniae ſuæ iratum. Imitatur negligenter facilitatem, temeritas fortitudinem. Haec nos timilitudo coegit attendere, & diſtinguere ſpecie quidem vicina, re autē plurimum inter ſe diſſidentia. Dum obſeruamus eos quos in ſignes egregium opus fecerat, coepimus annotare, quis rē aliquam generoſo animo feciſſer, & magno impetu, ſed ſemel. Hunc vidimus in bello forte, in foro timidum, animoſe paupertatem ferentem, humiliter infamiam, factum laudauimus, contemptiſimus virum. Alium vidimus aduersus amicos benignum, aduersus inimicos temperatum, & publica & priuata ſancte ac religioſe adminiſtrantem: non deeffe ei & in his quae toleranda erant, patientiam, & in his quae agenda, prudentiam. Vidimus vbi tribuendum eſſet, plena manu dātem: vbi laborandum, pertinacem & obnoxium & laſitudinem corporis animo ſubleuantem. Praeterea idem erat ſemper & in omni actu par ſibi, iam non conſilio bonus, ſed more eo perductus, vt non tantum recte facere poſſet, ſed niſi recte, facere non poſſet. Intelleximus in illo perfectam eſſe virutem: hanc in partes diuīſimus. Oportebat cupiditates refraenari, metus comprimi, facienda prouideri, reddenda diſtribui. Comprehendimus temperantiam, fortitudinem, prudentiam, iuſtitiam, & ſuum cuique dedimus officium. Ex quo ergo virutem intelleximus? Oſteſit illam nobis ordo eius, & decor, & conſtantia, & omnium inter ſe actionum concordia, & magnitudo ſuper omnia efferens ſeſe. Hinc intellecta eſt illa beata vita ſecundo deſtuiſu, arbitrii ſui tota. Quomodo ergo hoc ipsum nobis appetiuit? dicam. Nunquam vir ille perfectus adeptusque virtutem, fortunae male diſit. Nunquam accidentia tristis exceperit, ciuem eſſe ſe vniuersi & militari credens, labores velut imperatos ſubijt. Quicquid in ciderat, non tanquam malumaspernatus eſt, & in ſe caſu delatum, ſed quām delegatum ſibi. Hoc quācunque eſt, inquit, meum eſt. aſperum eſt, durum eſt, in ipſo nauemus operam. Necſario itaque magnus apparet, qui nunquam malis ingemuit, nunquam de ſato ſuo queſtus eſt, fecit multis intellectum ſui, & non aliter quām in tenebris lumen effuſit, aduertitque in ſe omnium animos, cum eſſet placidus & lenis, & humanis diuinisque rebus pariter aequus. Habebat perfectum animum, ad ſumman ſui adiuctus, ſupra quam nihil eſt niſi mens Dei, ex qua pars & in hoc peccatum mortale defluxit: quod nunquam magis diuinum eſt, quām vbi mortalitatem ſuam cogitat, & ſicut in hoc natum hominem, vt uita defungereſet: nec domum eſſe hoc corpus, ſed hoſpitium, & quidem breue hoſpitium: quod relinquunt, ubi te graueſet, ſe hoſpitiuſe. Maximum, inquam, mi Lucili, argumentum eſt animi ab alio ventientis iude, ſi haec in quibus verſatur, humilia iudicat, & anguſta, ſi exire non metuit. Scit enim quo exiuit ſit, qui vnde venerit, meminit. Non videmus quām multa nos in commoda exigēt, quām male nobis conueniat hoc corpus. Nunc de ventre, nunc de capite, nunc de peccato ac fauibus querimur. Alias nerui nos, alias pedes vexant. Nunc dieſtio, nunc deſtilatio. Aliquando ſupereſt ſanguis, ali quando deefit. Hinc atque illinc tentamur, & expelliſſum. Hoc eueniare ſolet in alieno habitantibus. At nos corpus tam putre ſortiti, nihilominus aeterna proponimus, & in quātum potest aetas humana protendi, tantum ſe occupamus, nulla contenti pecunia, nulla potentia. Quid hac re fieri impudentius, quid ſtultiſſus potest? Nihil ſatis eſt morituri, immo morientibus. Quotidie enim propius ab ultimo ſtāmus, & illo vnde nobis cadendū eſt, hora nos omnis impellit. Vide in quanta caecitate mens noſtra ſit. Hoc quod futurum dico, cum maxime ſit, & pars eius magna iam facta eſt. Nam quod viximus tempus eo loco eſt, quo erat antequam viximus. Erramus autem, qui ultimum timemus diem: cum tantandem in mortem ſinguli conferant. Non ille gradus laſitudinem facit, in quo deficitus, ſed ille profitetur. Ad mortem dices extremus peruenit, accedit omnis. Carpit nos illa, non corripit. Ideo magnus animus;

R 3 cōſcius

conscius sibi melioris naturae dat quidem operam, vt in hac statione, qua positus est, honeste se atque industrie gerat. Ceterum nihil horum quae circa ipsum sunt, suum iudicat, sed vt commodatis virtut, per regitius & properans. Cum aliquem huius videremus constantiae, quid ni subiret nos species non visitatae indolis? Vtique si hanc, vt dixi, magnitudinem veram esse ostendebat. Qualitatis verae tenor permanet, falsa non durant. Quidam alternis Vatinij, alternis Catones sunt. Et modo parum illis seuerus est Curius, parum pauper Fabricius, parum frugi & contentus vili Tubero. Modo Licinum diuitijs, Apicum coenis, Maezenaten delicijs provocat. Maximum indicium est malae mentis, fluctuatio, & inter simulationem virtutum, amoremque vitiorum, assidua iactatio.

habebit saepe ducentos,

*Saepe decem seruos: modo reges atque tetrarchas,
Omnia magna loquens: modo, sit mibi mensa triples, &
Concha salis puri, & toga quae defendere frigus,
Quamvis crossa, queat, decies centena dediffes
Huic parco paucis contento. quinque diebus
Nil erat in loculis.*

Omnes isti tales sunt, qualem hunc describit Horatius: nunquam eundem, nec similem quidem sibi. Adeo in diuersum aberrat. Multos dixi: prope est vt omnes sint. Nemo non quotidie & consilium mutat, & votum: modo vxorem vult habere, modo amicam: modo regnare vult: modo id agit, ne quis sit officiosior seruus: modo dilatat se vsque ad inuidiam: modo subsidit, & contrahitur infra humilitatem vere iacentem: nunc pecuniam spargit, nunc rapit. Sic maxime coarguitur animus imprudens: alius prodit atq. alius, & (quo turpius nihil iudico) impar sibi est. Magnam rem puta vnum hominem agere. Praeter sapientem autem nemo vnum agit. Ceteri multiformes sumus: modo frigi tibi videbimur & graues, modo prodigi & vani. Mutamus subinde personam, & contrariam ei sumimus, quam exuimus. Hoc ergo à te exige, vt qualem institueris praestare te, talem vsque ad exitum serues. Effice ut possis laudari: si minus, vt agnosci. De aliquo, quem vidisti heri, merito dici potest: Hic quis est? Tanta mutatio est.

Epiſtola CXXI.

LItigabis, video: cum tibi hodiernam quaestuclam, in qua satis diu haefsimus, exposuero. Iterum clamabis, Hoc quid ad mores? Sed exclamanti tibi primum alios opponam, cum quibus litiges, Poſidonium & Archidemum. Hi iudicium accipient, deinde dicam. Non quicquid morale est bonos mores facit. Aliud ad hominem alendum pertinet, aliud ad exercendum, aliud ad uestiendum, aliud ad docendum, aliud ad delectandum. Omnia tamen ad hominem pertinent, etiam si non omnia melioreum eum faciunt. Mores alia aliter attingunt. Quaedam illos corrigunt & ordinant, quaedam naturam eorum & originem scrutantur. cum queratur, quare hominem natura produxit, quare praetulerit animalibus ceteris, longe me iudicas mores reliquiae? falso est. Quomodo enim scies, qui habendi sint, nisi quid homini sit optimum, inuenies? nisi naturam eius insperieris? Tunc demum intelliges, quid faciendum tibi, quid vitandum sit, cum didiceris quid naturae tuae debeas. Ego, inquis, volo discere, quomodo minus cupiam, minus timeam. Superstitionem mihi excute, doce leue esse vanumque, hoc quod felicitas dicitur: vnam illi syllabam facilite accedere. Desiderio tuo satis faciam, & ad virtutes exhortabor, & vita conuerberabo, licet aliquis nimium immoderatumque in hac parte me iudicet, non desistam perseguiri nequitiam, & affectus efferaſſimos inhibere, & voluptates ituras in dolorem compescere, & votis obſtrepere. Quid ni? Cum maxima malorum optauerimus, & ex gratulatione natum sit quicquid obloquimur. Interim permitte mihi ea, que paulo remotiora videntur, excutere. Quaerebamus, an eſſet omnibus animalibus constitutionis suae ſenſus. ſenſum autem eſſe ex eo maxime appetit, quod membra apte & expedite mouent, non aliter quam in hoc erudita. Nulli non partium ſtarum agilitas eſt. Artifex instrumenta sua tractat ex facili. Rector nauis ſcit gubernaculum flectere. Piloti colores quoſ ad reddendam ſimilitudinem multos varioque ante ſe poſuit, celerrime denotat, & inter ceram opusque faciliter vult ac manu commeat. Sic animal in omnē vnum ſui mobile. Mirari ſolemus ſcenae peritos, quod in omnem ſignificationem rerum & effectuum parata illorum eſt manus, & verborū velocitatem gemitus affequitur. Quod illis ars praefat, his natura. Nemo aegre molitus artus ſuos, nemo in vnu ſui haefit. Ad hoc edita protinus faciunt. Cum haſc ſcientia prodeunt, iuſtituta naſcuntur. Ideo, inquit, partes suas animalia apte mouebunt: quia ſi aliter mouerint, dolorem ſenſura ſunt. Ita, vt vos dicitis, coguntur, metu que illa in rectum, non voluntas mouet: quod eſt falſum. Tarda enim ſunt, quae neceſſitate impelluntur. Agilitas ſpontaneus motus eſt. Adeo autem non adigit illa ad hoc doloris timor, vt in naturalem motum etiam dolore prohibente nitantur. Sic infans qui ſtare meditatur, & ferre ſe affueſcit, ſimil tentare vires suas coepit: cadit, & cum fletu toties resurgit, donec ſe per dolorem ad id quod natura poſcit, exercuit. Animalia quaedam tergi durioris iuuerla tamdiu ſe torqueat, ac pedes exerunt, & obliquant, donec ad locum reponantur. Nullum tormentum ſentit ſupinata teluſdo. Inquieta eſt tamen desiderio naturalis status: nec ante defiſit nitit, quateret ſe, quam in pedes conſtitit. Ergo omnibus, constitutionis ſuae ſenſus eſt, & inde membrorum tam expedita traſtatio: nec vnum maius indicium habemus, cum hac illa ad viuendum venire notitia, quam quod nullum animal

animal ad vſum ſuoi rude eſt. Conſtituio eſt, inquit, vt vos dicitis, principale animi quodam modo ſe habens erga corpus. Hoc tam perplexum & ſubtile, & vobis quoque vix enarrabile, quomodo infans intelligit? Omnia animalia dialeictica naſci oportet, vt iſtam finitionem magnae partu togatorum obſcuram intelligent. Verum erat quod oponis, ſi ego ab animalibus conſtitutionis finitionem intelligi dicerem. Nam ipſa conſtituio facilius natura intelligitur, quam enarratur. Itaque infans ille, quid ſit conſtituio, non nouit: conſtitutionem ſuam nouit: & quid ſit animal neſcit, animal eſſe ſentit. Praeterea ipſam conſtitutionem ſuam crasse intelligit, & ſummatim, & obſcure. Nos quoque animum habere nos ſcimus: quid ſit animus, vbi ſit, qualis ſit, & vnde, neſcimus. Qualis ad nos peruenit animi noſtri ſenſus, quamvis naturam eius ignoremus, ac ſedem, talis ad omnia animalia conſtitutionis ſuae ſenſus. Neceſſe eſt enim id ſentiant, per quod alii quoque ſentunt. Neceſſe eſt ſenſum eius habent, cui parent, à quo reguntur. Nemo nō ex nobis intelligit, eſſe aliquid, quod impetus ſuos moueat: quid ſit illud, ignorat. Et conatum ſibi eſſe: quid ſit, aut vnde ſit, neſcit. Siue infantibus, ſic quoque animalibus principalis partis ſuae ſenſus eſt, non ſatis dilucidus, non expressius. Dicitis, inquit, omne animal primum conſtitutioni ſuae conciliari. hominis autem conſtitutionem rationalem eſt: & ideo conciliari hominem ſibi, non tanquam animali, ſed tanquam rationali. Ea enim parte ſibi carus eſt homo, qua homo eſt. Quomodo ergo infans conciliari conſtitutioni rationali potest, cum rationalis non dum ſit? Vnicuique aetati ſua conſtituio eſt. Alia in infantis, alia pueri, alia ſeni. Omnes enim conſtitutioni conciliantur, in qua ſunt. Infans fine dentibus eſt: huic conſtitutioni ſuae conciliatur. Enati ſunt dentes: huic conſtitutioni conciliatur. Nam & illa herba, quae in ſegemento frugemque ventura eſt, alienam conſtitutionem habet tenera, & vix eminenſ ſulco: aliam cum conualuit, & molli quidem culmo, ſed qui ferat onus ſuum conſtituit: aliam cum flauescit, & ad aream ſpectat, & ſpica eius induruit: in quācunque conſtitutionem venit, eam tuerur, in eam componitur. Alia eſt aetas infantis, pueri, adoleſcētis, ſeniſ. Ego tamen idem ſum, qui & infans fui, & puer, & adoleſcens. Sic quamvis alia atque alia cuique conſtituio ſit, conciliatio conſtitutioni ſuae eadem eſt. Non enim puerum mihi aut iuuenem, aut ſenem, ſed me natura commendat. Ergo infans ei conſtitutioni ſuae conciliatur, quae tunc infantis eſt, non quae futura iuueni eſt. Neque enim ſi aliquid illi maius in quod tranſeat refat, non hoc quoque in quo nascitur, ſecundum naturam eſt. Primum ſibi ipſi conciliatur animal: debet enim aliquid eſt, ad quod alia referantur. Voluptatem peto, cui? Mihi. Ergo mei curam ago. Dolorem refugio. Pro quo? Pro me. ergo mei curam ago. Si omnia propter curam mei facio, ante omnia eſt mei cura. Haec animalibus in eſt cunctis: nec inſerit, ſed innaſcitur. Producit foetus ſuos natura, non abſicet. Et quia tutela certissima ex proximo eſt, ſibi quicque commiſſus eſt. Itaque vt in priorib. dixi, tenera quoque animalia ē materno vtero vel quoquo modo effusa, quid ſit in ſtentum ipſis, protinus norunt, & mortifera deuitant: vmbra quoque transuolantium reformidant, obnoxia autibus rapto viuentibus. Nullum animal ad vitam prodit ſine metu mortis. Quemadmodum, inquit, editum animal intellectum habere, aut ſalutaris, aut moriferae rei potest: Primum quaeritur, an intelligat, non quemadmodum intelligat. Eſt autem illis intellectum, ex eo appetat, quod nihil amplius ſi intellexerint, faciant. Quid eſt quare paonem, quare anferrem gallina non refugiat, quum tanto minorem, & ne noctum quidem ſibi accipitrem fugiat? Quare pulli felem timent, canem non timent? Apparet illis in eſſe ſcientiam nocti, non experimentum collectam. Nam antequam poſſint experiri, cauent. Deinde, ne hoc caſu extimes fieri, nec meruent alia quam debent, nec vñquam obliuiscuntur. Huius tutelae & diligentiæ aequalis eſt illis à pernicioſo fuſa. Praeterea non ſunt timidiora viuendo. Ex quo quidem apparet, non vnu illa ad hoc peruenire, ſed naturali amore ſalutis ſuae. Et tardum eſt & varium, quod vſus docet. Quicquid natura tradit, & aequaliter eſt omnib. & statim. Si tamen exigis, dicam, quomodo omne animal pernicioſa intelligere conetur. Sentit ſe carne conſtar. Itaque ſentit, quid ſit, que fecari caro, quo vri, quo obtiri poſſit. Quae ſunt animalia armata ad nocendum, horum ſpeciem trahit inimicam & hostilem. Inter le ſita coniuncta ſunt. Simul enim conciliatur ſalutis ſuae quicque: & quae iuuent, illa petit, laefura formidat. Naturales à contrarijs aspernationes ſunt. Sine villa cogitatione, ſine conſilio fit, qui cquid natura praecipit. Non vides, quanta ſubtilitas fit apibus ad ſingenda domicilia? Quanta diuidit laboris obeundi concordia? Non vides quam nulli mortalium imitabilis ſit illa araneae textura? Quantus operis fit, fila diſponere? alia in reſtu immiſſa firmamenti loco, alia in orbem currētia ex deno rara, quae minoria animalia, in quorum perniciem illa tenduntur, velut retibus implicata teneant. Naſcitur ars iſta, non diſciptur. Itaque nullum eſt animal altero doctius. Videbis aranearū pares telas, par in fauis angulorū omniū foramen. Incertum eſt & inaequale, quicquid ars tradit, ex aequo venit quod natura diſtribuit. Haec nihil magis quam tutelam ſui, & eius peritiam tradidit. Ideoque etiam ſimil incipiunt, & diſcere & viuere. Nec eft mirum cu eo naſci illa, ſine quo fruſtra naſcerentur. Primum hoc instrumentum illis natura contulit, ad peruenientium in conciliacione & caritate ſui. Non poterant ſalua eſſe, ni vellent. Nec hoc per ſe profuturum erat: ſed fine nulla res profuſſet. Sed in nullo deprehendes viuendam ſui, ne negligentiam quidem. Tacitis quoque & brutis quamvis in cetera torpeant, ad viuendum ſolertia eſt. Videbis quae alijs inutilia ſunt, ſibi ipſa non deefit.

Epiſtola CXXII.

Dicitur iam dies ſenſit: reſiliuit aliquantulum: ita tamen, vt liberale adhuc ſpatium ſit, ſi quis cum

cum ipso, vt ita dicam, die surgat, officiosior, meliorque, quām si quis illum expectat, vt luce prima exeat. Turpis qui alto sole semifomnis facit, cuius vigilia medio die incipit. & adhuc multis hoc an telucanum est. Sunt qui officia lucis noctisque peruerunt: nec ante diducunt oculos hesterna graues crapula, quām appetere nox coepit. Qualis illorum condicio dicitur, quos natura (ut ait Virgilius) peribus nostris subditos econtrario posuit,

*Nosque vbi primus equis oriens astutus anhelis,
Illi sera rubens accedit lumina vesper.*

Talis horum contraria omnibus non regio, sed vita est. Sunt quidam in eadem vrbe antipodes, qui, vt M. Cato ait, nec orientem vnam solem viderunt, nec occidentem. Hos tu exstimas scire, quemadmodum videndum sit, qui nesciunt quando? Et hi mortem timent, in quam se viui considerunt, tam infasti omnis, quām nocturnae aues sunt. Licer in vno vnguentoque tenebras suas exigant, licet epulis, & in multa quidem fercula distinetis, totum peruersae vigiliae tempus diducant, non conuiuantur, sed iusta sibi faciunt. Mortuis certe interdiu parentur. At mehercules nullus agenti dies longus est. Extendamus vitam. Huius & officium & argumentum actus est. Circumscribatur nox, & aliquid ex illa in diem transferatur. Aves quae conuiuijs comparantur, vt immota facile pinguestant, in obscuro continentur: ita sine villa exercitatione iacentibus, tumor pigrum corpus inuidit, & super membra iners sagina succrescit. Ita istorum corpora qui se tenebris dicauerunt, foeda visuntur. Quippe non speciosior illis, quām morbo pallentibus color est: languidi, & euanidi albent, & in viuis caro morticina est. Hoc tamen minimum in illis malorum dixerim: tanto plus tenebrarum in animo est. Ille in se stupet, ille caligat, iniudicat caecis. Quis vnam oculos tenebrarum causa habuit? Interrogas, quomodo haec animo prauitas fiat, auerandi diem, & totam uitam in noctem transferendi? Omnia uitia contra naturam pugnant. Omnia debitum ordinem deferunt, hoc est luxuriae propositum, gaudere peruersis: nec tantum discedere à recto, sed quām longissime abire. Deinde etiam econtrario illi non uidentur tibi contra naturam uiuere, qui ieiuni bibunt, qui uiuum recipiunt inanibus uenis, & ad cibum ebrij transiunt? At qui frequens hoc adolescentium uitium est, qui uires excolunt, in ipso paene balnei limiae, inter nudos bibunt, immo potant, ut sudorem quem mouerunt potionibus crebris ac feruentibus, subinde distingat. Post prandiu aut coenam bibere, vulgare est. Hoc patres familie rustici faciunt, & uerae uoluptatis ignati. Merum illud delectat, quod non innat cibo, quod libere penetrat ad neruos. Illa ebrietas uiuat, quae in vacuum uenit. Non uidentur tibi contra naturam uiuere, qui commutant cum feminis uestem? Non uiuunt contra naturam, qui expectant, ut pueri splendeat tempore alieno? Quid fieri uel crudelius, uel miseri potest? Nunquam vir erit, ut diu virum pati possit: & cum illum contumeliae sexus eri puisse debuerat, ne aetas quidem eriperet? Non uiuunt contra naturam, qui hieme concupiscunt rotam? fomento que aquarum calentium, & calorū apta mutatione, bruma liliū, florem uernū exprimit? Non uiuunt contra naturam, qui pomaria in summis turribus serrunt, quorum siluae in tectis domorum ac fastigis nutant, inde ortis radicibus, quo improbe cacumina egissent? Non uiuunt contra naturam, qui fundamenta thermarum in mare iacent, nec delicate natare ipsi sibi uidentur, nisi calentia stagna fluēt ac tempestate feriantur? Cum instituerunt omnia contra naturae consuetudinem uelle, nouissime in totam ab illa desciscunt. Lucifer, somni tempus est. Quies est, nunc exerceamur, nūc gestemur, nūc prandeamus. Iam lux proprius accedit, tempus est coena. Non oportet id facere, quod populus. Res sordida est, trita ac vulgari uia uiuere. Dies publicus relinquatur, proprium nobis ac peculiare manū fiat. Iste uero mihi defunctorum loco sunt. Quantulum enim à funere absunt, & quidem acerbo qui ad faces & cereos uiuunt? Hanc uitam agere eodem tempore multos meminimus. Inter quos & Atilii Butani prætorium, cui post patrimonium ingens consumptum, Tiberius paupertatem confitenti: Serō inquit, experitus es. Recitatbat Mötanus Iulius carmen, tolerabilis poeta, & amicitia Tiberij notus & frigore. Ortu & occasu libentissime inferebat. Itaque cum indignaretur quidā illum tota die recitasse, & negaret accedendum ad recitationes eius, Natta Pinarius ait: Nunquid liberalius possum agere? Paratus sum illum audire ab ortu ad occasum. Cum hos versus recitasset:

Incipit ardentes Phœbus producere flamas,

Spargere se rubicunda dies, iam triflīs hirundo

Arguit reditura cibos immitere nidis,

Incipit, & molli partitos ore ministrat:

Varus eques Romanus L. Vinicij comes, coenarum bonarum affectator, quas improbitate linguae mētebatur, exclamauit: Incipit Buta dormire. Deinde cum subinde recitasset:

Iam sua pastores stabulis armenta locarunt,

Iam dare sopitis nox nigra silentia terris

Incipit:

Idem Varus inquit: Quid dicit? Iam nox est: ibo, & Butam salutabo. Nihil erat notius hac eius vita in contrarium circumacta, quam, vt dixi, multi eodem tempore egerunt. Causa autem est ita uiuendi qui busdam, non quia aliquid existimat noctem ipsam habere iucundius, sed quia nihil uiuat obuium, & grauis malae conscientiae lux est: & omnia concupiscenti aut contemnenti, prout magno aut paruo empta sunt, fastidio est lumen gratuitum. Praeterea luxuriosi vitam suam esse in sermonibus, dū uiuūt, volunt.

volunt. Nam si facitur, perdere se putant operam. Itaque male habent, quoties non faciunt quod extiterunt. Multi bona comedunt, multi amicas habent. Ut inter istos nomen inuenias, opus est nō tantum luxuriosam rem, sed notabilem facere. In tam occupata ciuitate fabulas vulgaris nequitia non inuenit. Pedonem Albinouanum narrantem audieramus (erat autem fabulator elegantissimus) habitat se supra domum Sp. Anij. Is erat ex hac turba lucifugarum. Audio, inquit, circa horam tertiam noctis flagellarum sonos: quaero quid faciat. Dicitur rationes accipere. Audio circa horam sextam noctis clamorem concitatum: quaero quid sit. Dicitur vocem exercere. Quaero circa octauam horam noctis, quis sit ille sonus rotarum, velle gestari dicitur. Circa lucem discurretur. Pueri vocantur, cellarij, coqui tumultuantur. Quaero quid sit. Dicitur mulsum & alicā poposcisse, à balneo exisse. Excedebat, inquit, coena eius diem? minime. Valde enim frugaliter viuebat, nihil consumebat nisi noctem. Itaque crebro dicentibus illum quibusdam auarum & sordidum: Vos, inquit, illum & lychnobium diceatis. Nō debes admirari si tantas inuenis vitiorum proprietates: varia sunt, & innumerabiles habent facies. Comprehendi eorum genera non possunt. Simplex recti cura est, multiplex praua, & quantumvis nouas declinationes capi. Idem moribus eueniit naturam sequentium. Faciles sunt, soluti sunt, exiguae differentias habent: ab his distorti plurimum, & omnibus & inter se dissident. Causa tamen praecipua mihi videtur huic morbi, vitae communis fastidium. Quomodo cultu se à ceteris distinguunt, quomodo elegantia coenarum, mundicijs vehicularum, sic volunt separare etiam temporum dispositione: nolunt solita peccare, quibus peccandi præmium infamia est. Hanc petunt omnes isti, qui, vt ita dicam, retro viuunt. Ideo, Lucili, tenenda nobis vita est, quam natura præscripsit, nec ab illa declinandum. Illam sequentibus, omnia facilia & expedita sunt: contra illam nitentibus, non alia vita est, quam contra aquam remigantibus.

Epistola CXXIII.

ITinere confectus incommode magis, quām longo, in Albanum meum nocte multa perueni. Nihil habeo paratum, nisi me. Itaque in lecto laßitudinem ponō: hanc coqui, hanc pistoris moram boni consulo. Mecum enim de hoc ipso loquor, quām nihil sit graue, quod leuiter excipias: quām indignandum nihil, nisi ipse indignando affras. Non habet panem meus pistor: sed habet villicus, sed habet atriensis, sed habet colonus. Malum panem, inquis. Expecta, bonus fiet: etiam illum tenerum tibi & fili gineū famēs reddet. Ideo non est ante edendū, quām illa imperet. Expectabo ergo: nec ante edam, quā aut bonū panem habere coopero, aut malū fastidire desero. Necellariū est, paruo assuefere. Multae difficultates locoru, multae temporū etiā locupletibus & instructis ac regibus octauā prohibet & occurrit. Quicquid vult, habere nemo potest, illud potest, nolle quod non habet: rebus oblatis hilaris vti. Magna pars libertatis est, bene moratus venter, & cōtumeliae patiens. Aestimari non potest, quantum voluptatem capiam ex eo, quod laſſitudine mea sibi ipsa acquiescit. Non vñctiones, non balneum, non vñlum aliud remedium quām temporis quaero. Nam quod labor contraxit, quies tollit. haec qualiscunq. coena adiūciali iucundior erit. Aliquando enim experimentum animi sumpsi subitū: hoc est, simplicius & verius. Nam vbi se præparavit, & indixit sibi patientiam, non aequa appetet, quantum habeat verae firmitatis. Illa sunt certissima argumenta, quae ex tempore dedit, si non tantum aequus molesta, sed placidus aspexit, si non excanduit, non litigavit, si quod dari deberet, ipse sibi non desiderando supplevit, & cogitauit, aliquid consuetudini suae, sibi nihil deesse. Multa quām superuacua essent, non intellectimus, nisi cum deesse cooperunt. Vt ebamur enim illis, non quia debebamus, sed quia habebamus. Quām multa autem paramus, quia alij parauerunt? quia apud plaoresque sunt? Inter causas malorum nostrorum est, quod viuimus ad exempla: nec ratione componimur, sed consuetudine abducimur. Quod si pauci facient, nollemus imitari: cum plures facere cooperunt, quasi honestus sit, quia frequentius, sequimur: & recti apud nos locum tenet error, vbi publicus factus est. Omnes iam sic peregrinantur, vt illos Numidarum præcurrat equitatus, vt agmen cursorum antecedat. Turpe est, nullus esse, qui occurrentes via deiçiant, qui honestum hominem venire magno puluere ostendant. Omnes iam mulos habent, qui crystallina & murrina & caelata magnorum artificum manu, portent. Turpe est, videri, eas te habere sarcinas, quae tuto concurri possint. Omnia paedagia obliterat facie vehuntur, ne sol, ne fugis teneram cutem laedat. Turpe est, neminem esse in comitatu puerorum, cuius sana facies medicamentum desideret. Horum omnium fermo vitandus est. Hi sunt, qui vitia tradunt, & alio aliunde tranferunt. Pessimum genus hominum videbatur, qui verba gestarent. Sunt quidam qui vitia gestant. Horum sermo multum nocet. Nam etiam si non statim officit, semina in animo relinquit, sequiturque nos etiam cum ab illis discessimus, resurrectorum postea malum. Quemadmodum qui audierunt symphoniam, ferunt secum in auribus modulationem ac dulcedinem cantus, quae cogitationes impedit, nec ad seria patitur intendi: sic adulatorium & praua laudantium sermo diutius haeret quām auditur: nec facile est, animo dulcem sonum excutere, prosequitur & durat, & ex interallo recurrit. Ideo claudenda sunt aures malis vocibus, & quidem primis. Nam cum initium fecerunt, admislaque sunt, plus audent. Inde ad hanc perueniunt verba. Virtus, & philosophia, & iustitia, verborum inanum crepitus est. Vna feli citas est bona vita: facere omnia libere, frui patrimonio: hoc est viuere, hoc est se mortalem esse meminisse. Fluunt dies, & irreparabilis vita decurrit. Dubitamus quod uiuat facere, & aetati non semper voluptates decerptrae, interim dum potest, dum poscit, ingerere? Quid uiuat frugalitate vltro mortem præcurrere, & quicquid illa abla-

Illa ablatura est, iam sibi interdicere? Non amicam habes, non puerum, qui amicae moueat inuidiam. Quotidie sobrius prodis: sic coenas, tanquam ephemeredem patri approbaturus. Non est istud vivere, sed alienae vitae interesse. Quanta dementia est, heredi suo procurare, & sibi negare omnia, ut tibi ex amico inimicum magna faciat hereditas? Plus enim gaudebit tua morte, quo plus acceperit. Isto tristes & superciliosos alienae vitae censores, suae hostes, publicos paedagogos, assis ne feceris. Nec dubitaueris, bonam vitam, quam opinionem bonam malle. Hae voces non aliter fugienda sunt, quam illae, quas Vixies nisi alligatus, praeteruehi noluit. Idem possunt, abducunt a patria, a parentibus, ab amicis, a virtutibus, & in turpem vitam miseros turpissimis illidunt. Quanto satius est, rectum sequi limitem, & eo se perducere, ut ea diem sint tibi incunda, quea honesta? Quod assequi poterimus, si fecerimus duo esse genera rerum, quae nos aut inuitant, aut fugent. Inuitant, ut diuidiae, voluptates, forma, ambitio, cetera blanda & arridentia. Fugent, labor, mors, dolor, ignominia, vietus astridior. Debemus itaque exerceri, ne haec timeamus, ne illa cupiamus. In contrarium pugnemus, & ab inuitantibus recedamus, aduersus potentia concitemur. Non vides quam diuersus sit ascendentium habitus, & descendenter? Qui per primum eunt, resipinunt corpora: qui in arduum, incurvant. Nam si descendas, pondus suum in priorem partem dare: si ascendas, retro abducere, cum vitio, Lucili, consentire est. In voluptates descendet: in res aperas & duras subeundum est. Hic impellamus corpora, illuc refranemus. Hoc nunc me existimas dicere, eos tantum perniciosos esse atribus nostris, qui voluptratem laudent, qui doloris metu, per se formidabilis rei, incurvum. Illos quoque nocere nobis existimo, qui nos sub specie Stoicae sectae hortantur ad vitia. Hoc enim iactant, solum sapientem & doctum esse amatorem. Solum apte ad hanc artem aequae combibendi & coniuandi sapiens est peritissimus. Quaeramus, ad quam usque aetatem iuuenies amandi sunt. Haec Graecae consuetudini data sunt. Nos ad illa potius aures dirigamus. Nemo est casu bonus: discenda virtus est. Voluptas humilis res & pusilla est, & in nullo habenda pretio, communis cum mutis animalibus, ad quam minima & contemptissima adulor. Gloria vanum & volatile quiddam est, auroaque mobilis. Paupertas nulli malum est, nisi repugnanti. Mors malum non est. Quid quereris? Sola ius aequum est generis humani. Supersticio error infanus est: amandos timet, quos colit, violat. Quid enim interest, utrum deos neges, an infames? Haec discenda, immo ediscenda sunt, non debet excusationes vitio philosophia suggerere. Nullam habet spem salutis aeger, quem ad intemperantiam me dicus hortatur.

Epistola CXXIII.

Possim multa tibi veterum pracepta referre,

Ni refugis, tenuisque piget cognoscere curas.

Non refugis autem, nec villa te subtilitas abigit. Non est elegantiae tuae, tantum magna sectari. Sicut illud probo, quod omnia ad aliquem profectum redigis, & tunc tantum offenderis, ubi summa subtilitate nihil agitur: quod ne nunc quidem fieri laborabo. Quae rur, utrum sensu an intellectu comprehendatur bonum. Huius adiunctum est, in mutis animalibus & infantibus non esse. Quicunque voluptatem in summo ponunt, sensibile iudicant bonum: nos contra intelligibile, qui illud animo damus. Si de bono sensu iudicarent, nullam voluptatem rei ceremus. Nulla enim non inuitat, nulla non delecat. Et econtra nullum dolorem subiremus: nullus enim non offendit sensum. Praeterea non essent, digni reprehensione, quibus nimium voluptas placet, quibusque summus est doloris timor. Atqui improbamus gulæ ac libidinæ deditos, & contemnimus illos qui nihil viriliter austri sunt doloris metu. Quid autem peccant, si sensibus, id est iudicibus boni ac mali, parent? His enim tradidisti appetitionis & fugae arbitrii. Sed videlicet ratio isti rei praeposita est, quemadmodum debeat de vita, quemadmodum de virtute, de honesto, sic & de bono maloque constitui. Nam apud istos vilissimæ parti datur de meliore sententia, ut de bono pronuntier sensus, obtusa res & hebes, & in homine quam in alijs animalibus tardior. Quid si quis velit non oculis, sed tactu minuta discernere? subtilior ad hoc nulla acies, quam oculorum & intentior daretur, bonum malumque cognoscere. vides in quanta ignorantia veritatis verisetur, & quam humi sublimia ac diuina proicerit, a pud quem de summo bono maloque iudicat tactus. Quemadmodum, inquit, omnis scientia atque ars aliquid debet habere manifestum, sensu comprehensum, ex quo oriatur & crescat: sic beata vita fundamentum & initium à manifestis dicit, & eo quod sub sensu cadit. Nempe uos à manifestis beatam vitam sui initium capere dicitis. Dicimus beatam esse, quae secundum naturam sunt. Quid autem secundum naturam sit, palam & protinus appetet, sicut quid sit integrum. Quid est secundum naturam? quod contingit & protinus nato, non dico bonum, sed initium boni. Tu summum bonum voluptatem infantiae donas, ut inde incipiat nascens, quo consummatus homo peruenit. Cacumen radicis loco ponis. Si quis diceret illum in materno utero iacentem uixq. inceptum, tenerum, & imperfectum, iam in aliquo bono esse, aperte uideretur errare. Atqui quantum interest inter eum qui cummaxime uitam accipit, & illum qui maternorum viscerum latens onus est? Vterque, quantum ad intellectum boni ac mali, aequo maturus est: quia non magis infans adhuc boni capax est, quam arbor, aut mutum aliquod animal. Quare autem bonum in arbore animalique muto non est: quia nec ratio. Ob hoc in infante quoque non est: nam & huic deest. Tunc ad bonum perueniet, cum ad rationem peruenierit. Est aliquod irrationale animal. Est aliquod nondum rationale. Est rationale, sed imperfectum. In nullo horum bonum. Ratio illud secum assert. Quid ergo

Ergo inter ista quae retuli distat? Nunquam erit bonum in eo quod nondum rationale est, tunc esse bonum non potest: in imperfecto iam potest esse bonum, sed non est. Ita dico, Lucili, bonum non in quolibet corpore, non in qualibet aetate inuenitur: & tantum ab infancia, quantum à primo ultimum, quantum ab initio perfectum: ergo nec in utero modo coalescente corpusculo est. Quid ni non sit non magis quam in semine. Ut si dicas, aliquod arboris, aut sati bonum: hoc non est in prima fronde, quae emissa cum maxime prorumpit. Est aliquod bonum tritici: hoc nondum est in herba lactente: nec cum folliculo se exerit spica mollis, sed cum frumentum aetas & debita maturitas coxit. Quemadmodum omnis natura bonum suum nisi consummata non profert: ita hominis bonum non est in homine, nisi cum in illo ratio perfecta est. Quod autem hoc sit bonum, dicam. Liber animus est a rectus, alia subiectus sibi, se nulli. Hoc bonum adeo non recipit infancia, ut pueritia non speret, adolescentia improbe speret. Bene agitur cum senectute, si illuc longo studio, in ento que pernent, ubi & hoc & bonum, & intelligibile est: Dixisti, inquit, aliquod bonum esse arboris, aliquod herbae. Potest ergo esse aliquod & infantis. Verum bonum nec in arboribus, nec in mutis animalibus est: hoc quod in illis bonum est, precario bonum dicitur. Quod est inquis, hoc quod secundum naturam cuiusque est. Bonum quidem cadere in mutum animal nullo modo potest. Felicioris meliorisque naturae est. Nisi ubi rationi locus est, bonum non est. Quatuor haec naturae sunt, arboris, animalis, hominis, & Dei. Haec duo quae irrationalia sunt, eadem naturam habent. Illa diuersa sunt, quod alterum mortale, alterum mortale est. Ex his ergo unius bonum natura perficit, Dei scilicet: alterius cura, hominis. Cetera in sua natura perfecta sunt, non vere perfecta, à quibus abest ratio. Hoc enim demum perfectum est, quod secundum uniuersam naturam perfectum est. Uniuersa autem natura rationalis est: cetera possunt in suo genere perfecta esse. In quo non potest beata vita esse, nec id potest quo beata vita efficitur. Beata autem vita bonis efficitur. In muto animali non est quo beata vita efficitur. Ergo in muto animali bonum non est. Mutum animal sensu comprehendit praesentia: praeteritorum reminiscitur, cum id incidit, quo sensus admonetur: tanquam equus reminiscitur viae, cum ad initium eius admotus est. In stabulo, quidem nulla via, quamvis saepe calcata, memoria est. Tertium vero tempus, id est futurum, ad muta non pertinet. Quomodo ergo potest eorum videri perfecta natura, quibus usus perfecti temporis non est? Tempus enim tribus partibus constat: praeterito, praesente, & futuro. Animalibus tantum quod breuissimum est in transcurso datum, praefens: praeteriti rara memoria est, nec unquam reuocatur, nisi praesentium occursu. Non potest ergo perfectae naturae bonum in imperfecto esse natura. Aut si natura habet, hoc habet, quod habent & iata. Nec illud nego, ad ea quae videntur secundum naturam, magnos esse mutis animalibus impetus & concitatos, sed inordinatum est bonum, aut turbidum. Quid ergo inquis, muta animalia perturbate & indisposito mouentur? Dicerem illa perturbate & indisposito moueri, si natura illorum ordinem caperet. Nunc mouentur secundum naturam suam. Perturbatum enim id est, quod esse aliquando & non perturbatum potest. Sollicitum est, quod potest esse securum. Nulli vitium est, nisi qui virtus potest esse. Mutis animalibus talis ex sua natura motus est. Sed ne te diu teneam, aliquod erit bonum in muto animali, erit aliqua virtus, erit aliquid perfectum: sed quale? Nec bonum absolute, nec virtus, nec perfectum. Haec enim rationabilibus solis contingunt, quibus datum est scire, quare, quatenus, quemadmodum. Ita bonum in nullo est, nisi in quo ratio. Quo nunc pertineat ista disputatione, queraris, & quid animo tuo profutura sit. dico. Et exercet illud, & acuit, & utique aliquid acturum; occupatione honesta tenet. Prodest autem & quod moratur ad praua properantem. Sed illud dico, nullo modo prodesse tibi possum magis, quam si tibi bonum tuum ostendo, si te a mutis animalibus separo, si cum Deo pono. Quid, inquam, vites corporis alii & exercit? Peccubus istas maiores feris que natura concessit. Quid excolis formam? Cum omnia feceris, a multis animalibus decore vinceris. Quid capillum ingenti diligentia comis? Cum illum vel effuderis more Parthorum, vel Germanorum nodo vinxeris, vel ut Scytha solent, sparseris: in quolibet equo densior iactabit iuba, horrebit in leonum ceruce formator. Cum te ad velocitatem paraueris, par lepusculo ratione eris. Vis tu, relictis in quibus vinci te necesse est, dum in aliena niteris, ad bonum reuerti tuis? Quod hoc est? animus scilicet emendatus ac purus, aemulator Dei, super humana se extollens, nihil extra se sui ponens. Quod ergo in te bonum est? Perfecta ratio. Hanc tu ad summum finem euoca, in quantum potest plurimum crescere. Tunc beatum esse te iudica, cum tibi ex te gaudium omnino nascerit. Cum in his quae homines eripiunt, optant, custodiunt, nihil inuenieris, non dico quod malis, sed quod velis. Breue tibi formulam dabo, qua te metiaris, qua perfectum esse iam sentias. Bonum tunc habebis, quum & cum intelliges infelicissimos esse felices.

Epistolarum finis.

M. AN.

loci sententia est, etiam si hostis nos in suam potestatem perductos duci iubeat, non alio tamen duci insursum quā quo natura ipsa nos ducit. Quod in extremo huīus epistolae legebatur, Cui cum paupertate bene conuenit, Diues est, tralatum buc erat ex epistola secunda Itaque hinc deleri iussi.

Ad Epistolam V.

Q uod pertinaciter studies.] Reprehendit consuetudinem quorundam, qui ut se philosophiae deditos esse, vel ostenderent vel persuaderent, intonso capillo, impexa barba, adducto supercilio, in cultu & fardibus, & aperiat vitae insignes esse cupiebant. Cuius generis ne nostris quidem temporibus exempla defant. Irridet & Horatius quosdam, qui eodem prope modo poetarum nomen aucupabantur.

Nanciscetur enim nomen pretiumque poetae,
Si tribus Anticyris caput insanabile, nunquam
Tonsori Licina commiserit.

Addit in extremo, quasi pro corollario, elegantem sententiam Hecatonis de naturali quadam metu & spei coniunctione.

Conspicui esse & differre a ceteris notabili aliquo discrimine. Hi sunt qui in sacris litteris dicuntur, scire omnia deus & deorum nōs & p̄tōs.

Cubile humi positum.] *Ex quaedam*

Ambitionem peruersa via sequitur.] Non enim sapientia solum, sed saepius etiam ambitio sub folido pallio latet: neque rūi homines sicutientiores gloriae sunt, quām qui eam, fugientium specie, persequuntur. Inde Plato Diogeni cynico, qui se Platonis fasolum calcare diceret, Calcas, inquit, sed alio fastu. Et Aristoteles solidum ac neglefatum Lacedemoniorum vestitum ad arrogantiam referit. De dicto Hecatonis quod sequitur, pluribus verbis disputauit cap. VI. lib. XII. variarum lectionum.

Ad Epistolam VI.

Inelligo Lucili.] Gratulatur sibi apud Lucilium, quod se quotidie progressus ad virtutem aliquos facere sentiat: qua de re extat per elegans commentarius Plutarchi. Tum docet intimam & ad fiduciam honorū conseruandam multo esse omnibus praceptis efficaciorem.

Quibzdam aegris. Nonnunquam enim ita diectae ac prostratae sunt vīres, ut aegrotus ipse aegrotare se non sentiat: quo nibil letalius. Tunc igitur spes aliqua salutis affulget, cum quīta affectus erat, morbum suum sentire incipit.

In diuersum itura.] Ab eo enim pro seminatae sunt philosophorum quasi familiæ: & ut ex Apennini iung fluminis, sic ex varijs eius multiplicibusque sermonibus sapientum diuertia extiterunt: ut est apud Ciceronem libro tertio de Oratore.

Plus ex moribus quam ex verbis Socratis.] Aristides quidem vel ex ipso aspectu ac contactu Socratis mirificam se quādam uilitatem percipere solitus esse proficitur his verbis. Ego enim, o Socrates, nibil unquā a te didici, ut & ipse nos, proficiebam autem, quoties tecum vna eram: et si tantum vna in domo eſsemus, quāquam non in eodem cubiculo: magis tamen, si quando in eodem etiam cubiculo. Et tum quoque magis, si in te dicente in tuuerer, quām si oculos aliam ullam in partem dirigerem: multo autem maxime ac plurimū proficiebam, si quando proxime te federem, tangere meq. te, & baererem tibi. Haec, ut potui, expressi e. Platonis Theage in extremo.

Ad Epistolam VII.

Q uid tibi vitandum.] Monet vitandum esse turham, vitanda spectacula: vitandam denique consuetudinem etiam singulorum, præterquam eorum, qui nos meliores efficere aut meliores a nobis effici possunt.

Interfectores interfecti iubentur obici.] Magnum videlicet periculum erat, ne qui mane interfecti erāt, meridie resurgerent pugnaturi aduersus interfectores suos. Vetus liber habebat, Interfectis. Deleui quatuor postremas litteras: ut esset Inter fe.

Sed latrocinium fecit aliquis.] Non enim fere solebant exhiberi, ac produci, nisi qui scelere aliquo mortem meriti essent.

Quare tam timide.] Solebat populus eos gladiatores odisse, eisque irasci, qui parum animose ferrum recipiunt, mortisque parum libenter occurrerent. Cicero pro Milone. Etenim si in gladiatorijs pugnis & in infiniti generis hominum condicione atque fortuna timidos & supplices, & ut viuere liceat obsecrantes etiam odisse solemus: fortes & animosos & se acriter ipsi morii offerentes seruare cupimus: eorumque nos magis miserei, qui non stram misericordiam non requirunt, quam qui illam efflagitant: quanto hoc magis in fortissimis ciuibus facere debemus?

Plagis.] id est, ait quidam, retibus. Ineptissime. Plagis enim, id est, icibus agebantur in vulnera: cum essent, qui timidos ac refugientes sequerentur a tergo, ac verberarent, cogerentque etiam inuitos ruere in ferrum.

Mala exempla.] Principes enim talibus spectaculis docentur crudelitatem, quam in nos postea exerceant. Eū docet esse crudelem.] Neronem dicere videtur, qui primis temporibus longissime aberat ab omni crudelitate.

Vnus mihi pro populo.] *Ex quoī p̄p̄oī.*

Ad Epistolam VIII.

Tame, inquis. Videri poterat Seneca disciplinae suae conditoribus contraria docere, cum Lucilio auctor esse, ut se a rebus agendis abducet, vitaretque omnium prope consuetudinem: otiumque, ac solitudinem amaret. Zeno enim & Chrysippus & ceteri Stoicorum duces suadebant, capessendam esse rem. neque sapienti esse

esse in otio consenescendum. At Seneca neque se id sibi consilij capere ait, neque cuiquam dare, ut se desidia et atque ignorantia tradat: tantum, ne nos improborum, quae maxima multitudo est, exempla transtueris agant, sed cedendum esse, & excolendum in otio animum, omissa aliarum rerum omnium cura: intereaque commendanda ac consignanda litteris sapientiae pracepta: quod qui faciunt, multo eorum vita humano generi fructuosis est, quād si forensibus negotijs intenti, levium & nihil ad beatam vitam pertinentium rerum tractatione tempus omne consumerent.

Quid ego tibi videor interim sedere?] Inepte in alijs legebatur, Quod ego tibi videor interim suadere. Sed ego talia plerunq. tacitus praetermitto. Quid enim lectoris interest, scire, quis primus ita emendauerit? Relinquamus haec adolescentulis, qui vnam aut alteram litteram corrigerem, putant esse idem, quod olim vincere Olympia. Ego quae scribo, non gloriolae meae causa scribo, sed utilitas alienae.

Posterorum negotium ago.] quibus fortasse scripta mea profutura sunt. Non minus autem, immo vero plus etiam, humano generi profunt homines erudit, qui in bibliothecas suas abdit, serunt, ut ait vetus poeta, arbores quae alteri saeculo profint, quam si vulgi more, in tractandis haud magni momenti negotijs industriam suam exercerent. Qua de re ita scriptam est apud Vegetum libro secundo de re militari. Cato ille maior, cum & armis inuitus esset, & exercitum saepe duxisset, plus se reip. credit profuturum, si disciplinam militarem conferret in litteras. Nam vnius aetatis sunt quae fortiter sunt: quae vero pro utilitate publica scribunt, aeterna sunt.

Suspicio.] Sunt qui evetere libro legant, Subsidiosi. Cum meus aperte haberet, Suspicio, nihil mutandum cenfui.

Infidiae sunt.] Hinc fortasse sumpsierit Martialis.

Qui potes infidias dona vocare tuas.

Habemur.] Talibus enim muneribus nos fortuna quasi quibusdam compeditibus vinctos tenet.

Aut rectis saltē aut temer fruere.] Ita vulgati libri, nullus, ut opinor, idoneo sensu. Vnus e meis, aut rectus statim aut semel fugere. Conieci legendum. Aut rectus ita, aut semel fuge.

Cernuas.] Quasi ludens in morem deicit. In glossario est Cernula: *υλιστα*. Cernuare igitur, & cernula-re, idem. Tres voces, que paulo supra haec legebantur, Qui hoc faciunt, non sunt in veteribus libris.

Circumagitur.] Ritus quidam erat manumittendi. Persius.

Verterit hunc dominus: momento temporis exit.

Marcus Dama.

Ad Epistolam IX.

An merito.] Explicat, quomodo sapiens, etiam si se ipso contentus sit, amico tamen indigeat. Pro corolla-

Ario addit, ut solet, sententiam Epicuri. *Απάθεια*] Vide quanto opere labore homo disertissimus, ut vnam vocem Graecā exprimat. *Απάθεια* est status animi ad eam firmitatem ac duritiam perduci, ut ne sentiat quidem ea, quibus ceteri turbari solent. Sed si quis pro eo impatientiam aut impatientem animum dixerit, periculum est, ne intelligatur, qui nihil ferre ac tolerare possit: quod vel maximum vitiū fuerit. Sic cum inestimabile vītū dicatur, quod ita magnum est, ut aestimari non queat: apud Ciceronem tamen Stoicorum placita latine interpretantem, inestimabile est, quod nulli pretiū est, quod nulla aestimatione dignum est.

Si vis amari, ama.] Vide alicubi legisse epigramma quoddam hoc argumento: cuius haec clausula est, Marce ut ameris ama. Neque tamen vbi legerim, memini. Non alienus hinc est Theocriti versiculos,

Στέρετε τοὺς φίλους οὐτας, ίν' αὐτούς φίλητε, φίλητε.

Qui quis amat, amet: ut & ipse, vbi amat, ametur.

Qui sibi aegro adsideat.] His enim & similibus de causis amicos sapienti parando monebat Epicurus. Hor.

At si aliquis casus lecto te affixit, habes qui

Adsideat, fomenta paret, medicum roget, ut te

Suscitet, ac reddat natūs, carisque propinquis.

Qui illam parat ad casus.] Id est, qui pro varietate casuum, modo amicus esse, modo ab amicūa recedere cogitat. Ita melius, quam, ut in alijs libris Ad bonos casus.

Volo tibi Chrysippi.] Ut quod hic ex Chrysippo adferatur, plane intelligatur: sciendum est, non idem esse apud Stoicos egere & indigere id est: δέος & σοδεός. Nam egere eum dicunt, qui ita caret aliqua re, ut angatur animo, & eius desiderium ferre non possit. Indigere autem eū modo, qui caret re aliqua, quā vītū scit, quaeque vītū esse ei potest. Hoc posito, colligebant, sapientem nulla re egere, quibusdam indigere: sicutum contra multis rebus egere, nulla indigere. Nam sapienti quidem nihil abest, quod impotenter desideret, aut cuius absentiam non aequo animo ferat. quippe qui possit aequissimo animo etiam e vita, si ita res ferat, discedere. Indiget tamen interdum quibusdam rebus, ut vītū, ut vestitū, ceterisq. eiusdem generis, quibus, si eorum copia fuerit, re esse vītū. οὐδος ποῦ εἰσενον χρέων εἴσει, neque enim hoc latine tam rotunde aut ī apte ad intelligendū exprimi potest. At sicutus multis rebus perpetuo egere: infatiables enim sunt cupiditates: neque tamen illa earum indiget: neque enim illa revītū fit: neque quidquā ei est vītū. Haec attigit vītū. Cicero libro primo Tusculanarū: sed & δέος εἰτε, non pro cetera sua elegantia & perspicuitate dicensi. Plutarchus mulio melius in libro de communibz notionibus aduersus Stoicos: qui hacc irritet quidem, neq. fortassis imērito, sed efficit tamen, ut intelligantur.

Qualis est Iouis.] Stoici Iouem, seu naturam ac principium aliarum omnium rerum, ignem esse dicebant.

S 2 eius

Timorem tuum taxat.] Aestima, adhibito iudicio, quanti sit id, quod metuis.

Quam ut percat?] Hic oscitania libratorum, omisae sunt aliquot voces. Legendum enim hoc modo. Quā ut vratur? Quam ut pendaat?

Excarnificandi particularitatem hominis?] In alijs quibusdam libris, Articulatum. Virta verior scriptura fit, hanc facile dixerim.

Lewis est, si ferre possum.] Et nartbecijs Epicuri sumptum. Si grauis, breuis, longus, si leuis. Epicurus autem illo Aeschylī sumperat.

Θερός πίνον γέρας ἀκρον ἐν ἔχει χρόνον.

Confide, summus non habet tempus dolor.

Quotidie morimur.] Saepe tractatur hic locus a Seneca. Tractatur & a Plutarcho pereleganter in libro τρίτῳ Βιβλίῳ Δελφοῖς. Cuius rebus ad scribam. Alli καὶ οὐδὲν εἴη φεύγει μετὰ μετεισθέντων, οὐδὲ τοσούτους τεθυνόμενος, καὶ θνάτους οὐδὲν, οὐδὲ θεάτρους, οὐδὲ μάρτυρας, οὐδὲ γέροντας, καὶ άρεστος θάνατος οὐδὲν γένεται, οὐδὲν σπουδήν οὐδὲν εἰς τὸν αὐτόν, μάρτυρας, γερόντος, οὐδὲ γέροντος, οὐδὲν εἰς τὸν αὐτόν, οὐδὲν σπουδήν οὐδὲν, καὶ οὐδὲν εἰς τὸν νέοντας δε τὸν παῖδες τὸν νεότονον, δε τὸν σημερονέτενταν, δε τὸν σημερονέτενταν εἰς τὸν αὔριον θανάτους.

Mors non vna venit.] Alij Mors non vltima venit: quo modo & sententia corrumpetur, & versus. Obiurgat Epicurus. Ab hac disciplina fortassis duxit Martialis hoc praeceptum.

Summum ne metuas diem, nec optes.

Timore mortis cogantur ad mortem.] Idem Martialis.

Hocst dum fugeret, se Fannius ipse peremit.

Hic, rogo, non furor est, nemoriare, mori?

Quousque eadem?] Hanc ipse alibi vocem rabidarum deliciarum vocat. Sunt quos vitae eaedium ac fastidium capiat: cum omnia perpetuo tanquam in orbem rotuli, & alia alijs succedere videant. Varietatem requiri, se ait: fine qua molestia & insueta sunt omnia. Exstat inter τις rupes Samosatenis sophistae, dialogus quidam Chironis & Menippi, qui mibi vnde videtur hoc pertinere.

Diem nox premit.] Horatius.

Truditur dies die:

Nouaeq; pergunt interire lunae.

Ad Epistolam XXV.

Q uod ad duos amicos.] Duorum Luciliū amicorum vnius adolescentis, alterius senicris non idem ingenium esse ait, neq; cādē ratione utrūq; corrigendi. Tum ex Epicuri schola sumit, quo cohortetur Luciliū, ut, naturae praescripto parens, assuecat paulo esse contentus. Addit ex eodem, omnia proficienii, tanquam sub oculis granis alicuius & seneri vii, agenda esse.

Tenera finguntur Horatius.

Fingit equum tenera docilem ceruice magister.

& Plato ait iuuenes κανένοις οὐδεν.

Panem & aquam.] Euripides.

Ἐπει οὐ δῆται βροτοῖσι, πατέται δυσῆν γάρον,
Δύμητρος διατῆς πάντας τοῦ θεοῦ,

Cum ipso Ioue,] Sic epistola CX. Habeamus aquam, habeamus potentiam. Ioui ipsi de felicitate controuer-
siam faciamus. Epicurus ipse apud Laertium. καὶ τοῦτο γέρας τὸν αὐτοτέλειον θανάτων οὐδεν. Stobaeus Επίκερος
οὐ γαρ ητος κένεστε λέγων, δηλοντες ιερον, τότε γε οὐδὲν ιερον. έλεγα δὲ έπειτας έχει γε τοῦ Διτοῦ δι' αὐτούς
νιας οὐ γενιέσθω, μαζάν σχον γενιέσθω.

Ad Epistolam XXVI.

Modo dicebā tibi.] Decrepitum iam esse se, non senem: & vigere tamen animo, neque villo mortis metu teneri.

Ad Epistolam XXVII.

Tu me, inquis, mones.] Ferendus nō videtur, qui ea via in alijs reprehendit, quibus & ipse obnoxius est:
& vt, Graeci proverbia dicunt, Alijs medetur, & viceribus ipsius scatens. Ne igitur in hanc reprehensionē incurat Seneca, ne ue nimium sibi sumat, si se iam arvitijs liberum profiteatur: ait se non ut medicum agere cū Lu-
cilio, sed cum eo de communib; morbis loqui, & remedia, si qua habet, cum illo communicare. Inserit historiam longe incundissimam de Calusio quodam Sabino: & ad finem addit ex more dictum Epicuri.

Quam paedagogos nostros nouimus.] nos, qui iam senes sumus, quibus omnis paedagogorum memoria excidit.

Ad Epistolam XXVIII.

Hoc tibi soli.] Nihil adiuuari mutatione regionum eos, qui secum via sua circumferunt. Hoc praeceptū saepe inculcat Horatius. Addit in fine egregiam Epicuri sententiam.

Animuū debes mutare non caelum.] Horatius.

Caelum non animuū mutant, qui trans mare currunt.

Graeci hoc juauis, τὸν τόνον & τὸν τρόπον.

Bene viuere omni loco positum. Horatius.

naubus atque

Quadrigis petimus bene uiuere. quod petis, hic est;

Est

Et Vlubris: animus si te non deficit aequus.

Ad Epistolam XXIX.

De Marcellino nostro.] Marcellinum, hominem ingenio um & orbanum, non esse quidem facilem ad corrigendum: nequidem tamē se de illo omnem spem abiecisse, & tentaturum omnia Addit ad finem dictum Epicuri, non esse optandum philosophanti, vt populo placeat.

Ad edendas operas.] Quasi de liberto, auctorato ue aliquo locutus est.

Et acerrime rabere.] Ita plane legendum, non, ut Erasmus inepte voluerat, rudere. De hoc autem verbo dixi capite IX. libri IX, variarum lectionum.

Vnde quo.] εξ οὐαν εἰς οἰα, ut dicebat Iphicrates.

Popularis fauor.] Etiam in leuioribus artificis, placere populo, signum olim habitum esse γρατεχνας, scribit Athenaeus.

Ad Epistolam XXX.

B Aſſum Aufidium.] Baffum scribit, quafū quidem corpore, sed firmo tamen animo, mortis appropinquans. Bis metu nullo affici. Inde sumpta occasione, de contemptu mortis, & quomodo se quisque ad eam parare debeat, differit.

Et componere.] Verbum vſitatum in mortuis. Horatius.

Omnes composui felices. nunc ego relitto.

Confice.

Septimo spatio.] Septies enim currebant. Propertius.

Septima quām metam triuerit ante rota.

Ad Epistolam XXXI.

A Gnoſco Lucilium meum.] Solam virtuem bonum esse.

Vinci ac strigare.] Strigare est dare aliquid spatiū equis in superando clivo ad interquiescendum ac recipiendum spiritum.

Nihil sine aere frigidum.] Haec sententia Stoicorum erat, omnium corporum aera frigidissimum esse. Vide de Plutarchum περὶ τῶν φυγῶν φυγῆς. Balbus apud Ciceron secundo de natura deorum. Ipse vero aer, qui natura est maxime frigidus, minime est expers caloris. Quoniam loco operae pretium est cognoscere Lambini temeritatem, vel exempli causa, ut intelligatur, quantum ei fidei haberi debeat. Qui cum in omnibus libris constantissime ita scriptum videret, ignorare eti. illam quam dico, Stoicorum sententiam, deleta voce Frigidus, substituit Humidus & in notis suis ita scripsit. Sic legendum est, vel libris omnibus inuitis. mirum quin dixerit, Ipso Cicerone inuitos: ut, ipfa veritate reclamante. Non ut habent, Frigidus. Eant nunc qui negant, multum huic homini debere Ciceronem. Non enim hoc tantum loco, sed innumerabilibus alijs eandem illi operam inuitis omnibus libris praefestit.

Laborem si non recuses, parum est, posce.] Mirifici homines sumus, quicunque corrigendis veterum libris operam damus. Quod damnamus in alijs, ipsi saepe numero admittimus. Ne longius abeamus: ego ipse qui modo correctorem Ciceronis reprehendebam, eidem culpea affinis deprehendor. Certe enim in omnibus, quos vidi, libris scriptum erat, Laborem si non recuses, parum est posse. Vapulemus igitur ambo, si ambo delinquimus.

Deus ille maximus potentissimusq; ipse vehit omnia.] Dicus hunc hominem legisse id quod de Deo in sacris litteris scriptum est, Portans omnia verbo virtutis suae.

Ad Epistolam XXXIII.

O Dorifera.] Est qui legat, Oculifera. idque se ex libro veteri facere dicat. Non damno.

Ad Epistolam XXXV.

P Ropera ad me.] In alijs, Propterea ad me. Coniecturam meam veterem libri veteris auctoritas comprobavit.

Ad Epistolam XXXVI.

A Micum tium.] Adolescens quidam, Luciliū, vtridetur hortatu, se ad philosophiae studium contulerat: quo nomine reprehendebatur a multis: vi semper optimā quacque plurimis displicent. Monet Luciliū, quemadmodum illum adducere debeat ad contemnendas eiusmodi stultas reprehensiones, & ad id quod suscepit, vrgendum.

Ariston aiebat.] Simillimum huic Attij poetae dictum extat libro xiiij. noctium Atticarum, capite ii.

Perbibere.] Verbum Horatianum. Nunc perbibe puro.

Pectore uerba puer, nunc te melioribus offer.

Veniet iterum qui nos in lucem reponat dies.] Stulta opinio, quae tamē illis temporibus multorum animos occuparat. Saepe fuisse nos in hac vita: sed oblitos esse: reddituros eisdem post aliquot annorum millia: sed rursus omnium oblitos: idque saepius factum esse: saepius factumiri. Haec admonere nos debent, quantopere auij ferantur à vero homines summis ingenij praediti, nisi aua eis diuinæ lucis affulserit. Magna gratia praeponenti Deo, qui nos à talium errorum caligine per filium liberavit.

Ad Epistolam XXXVII.

V Ri virginis ferroq; necari.] Verba erant corum qui in magistrorum, id est, lanistarum verbaverabant, seque eis auctorabant. Horatius.

Quid

Quid refert, viri virgis ferroq. necari.
Auctoratus eas.

Ad Epistolam XXXIX.

Q Vi notorem dat.] Notorem dicit, quem visitatius dicimus cognitorem. Petronius. At ego ne mea quidem vestimenta ab officio receperim, nisi notorem dedidem.

Ad Epistolam XL.

Q Vod frequenter.] De Serapione quodam pseudophilosopho scribit: qui quasi contiones habebat ad populum, in quibus nihil aequae cauebat, quam nequam haesitare atq. infestare videretur. Prouoluebat verba nusquam interrupio impetu, non illud laborans, vt qui audiebant meliores ficerent, sed vt ipse promptus in diendo ac copiosus haberetur. Tale disputandi genus ait circulatoribus magis quam philosophis conuenire. Huic ipsius virtutis exemplum, vel maxime illustris nota in quibusdam maximarum rerum ad populum interpretibus: quorum oratio, quae, non compita ac calamistrata, sed grauitatis, auctoritatis, maiestatis ac sanctimoniae plena esse deberet, tota papaver ac sesamo sparsa est, & ex mellitus verborum contexta globulis: ut ad eos, non tanquam ad vitae magistros, aut vitiorum correctores, sed tanquam ad comoedos aut histrioны eatur. Stant illi: & cum frontem his terue perficiebunt, barbamque permulcerunt, biante & mirificum aliud ac deoꝝ expecta te plebe, plebis autem etiam quosdam ex optime vestitis comprehendendo, laxant habenas linguae, & similiiter cadentia, similiterque desinentia coaceruentes, paria paribus, contraria contrarijs opponentes, multa etiam semel suo ordine dicta, sursum versum, aut alias variato ordine repetentes: eaque in re memoriam pueriliter ostentantes, atque haec saltatricularum in morem, gestularijs, neque r̄nquam quietis manibus adiuantes, argute multa, multa quibus risum excutiant, dicunt: nunquam interim aut sibi aut auditoribus respiendi facultate permissa: quibus omnibus rebus admirationem imperitis: cordatis & intelligentibus nauis ad stomachum conuenient. Hos igitur nouos Serapiones cuperem h̄ac epistolam cum cura legere, & inspicere num cuius virtus affines sint eorum, quae hic a Seneca reprehenduntur. Profuerit eisdem legere & ea, quae super eadem re, apud scriptorem noctium Acticarum a. Musonio disputantur: quae & ipsa subijciam. Musonium inquit, philosophum solitum dicere accepimus: Cum philosophus hortatur, monet, suadet, obiurgat, aliud ue quid disciplinarum differit: tum qui audiunt, si de summo & solito pectore obuias vulgatasque laudes efficiunt, si clamitant etiam, si gemitunt, si vocum eius festinatibus, si modulis verborum, si quibusdam quasi frequentamentis orationis mouentur, ex agitantur, & gestunt: tum scias, & qui dicit, & qui audi frustra esse: neque illic philosophum loqui, sed tibicinem canere. Animus inquit, audiens philosophum, si quae dicuntur, vilia ac salubria sunt, quaeque & errorum atque viitorum medicinas ferunt, laxamentum atque oitum prolixo laudandi non habet. Quisquis ille est qui audit, nisi ille est plane desperatus, inter ipsam philosophi orationem & perhorrescat necesse est, & pudeat tacitus, & paciente; & gaudeat, & admiretur: varios adeo vultus disparlesque sensus gerat, perinde vt eum conscientiamque eius affecterit virarumque animi partium aut sincerarum, aut aegrarum philosophi pertractatio.

Namque echterij.] Emendaui, Namq. Haterij. De hoc autem vide praefationem patris Senecae in quartum librum declamationum.

Nos etiam cum scribimus.] Omnia scribent veteres ijs litterarum formis, quas hodie maiusculas vocamus. Neque villa fere erant inter singulas voces interwalla. Puncis interiectis vocem a voce distinguabant, hoc modo:

Quanquam.te.marce fili.

Ad Epistolam XLI.

F Acis rem optimam.] In omnibus bonis viris quiddam in esse diuini. Hominem suis ac proprijs bonis, non externis, aetimandum esse.

Quam suatum est optare.] Impietatis & stultiae plena haec sententia Stoicorum fuit. Audiebant summum omnium genitum consenserit deos bonorum datore, vocari. Ipsi autem praeter virtutem, bonam mentem, rationem perfectam, & talia nihil in bonis habendum esse ducebant. & ea diuinus dari negabant. sibi ea quemque suis viribus parare dicebant. Itaque si sibi constare vellent, deos nullius boni dátore esse dicerent, necesse erat. Dari qui dem ab eis ea quae ipsi praeponita aut producta vocarent: opes, imperia, vires corporis, & similia: vera bona non dari. Hac stultitia imbutus Horatius, ita cecinit.

Haec satis est orare Iouem, qui donat & auferit:

De vita, de opes: aequum mihi animum ipse parabo.

Immo vero, nugator, iste aequus animus dei maximum Dei donum est: neque obtingere tibi nisi diuino beneficio potest. Nobis certum atque exploratum est: fontem esse omnium honorum Deum. Hic ipse philosophus, tanta vis veritatis est, fatetur paulo post, d' Deo dari magnifica & erecta consilia: neque posse quenquam, nisi ab eo adiunsum, supra fortunam exsurgere.

Quis Deus incertum est.] Versus e metamorphosi Ouidiana.

Ad Epistolam XLII.

I Am tibi.] Non facile credendum, quenquam virum bonum esse. Multis ad malefaciendum non animum deesse, sed vires.

Ad Epistolam XLV.

L Ibrorum.] Libris non multis opus esse, sed bonis. & in studijs non subtilia quaerenda esse, sed utilia.

Praefigiatorum acetabula & calculi.] Hi sunt quos Graeci psophopactas vocant, frequentissimum etiam bodie circulatorum genus, qui celeritate manuum, e pluribus acetabulis, quae in mensa

mensa exponunt, efficiunt, vt quos calculos sub uno ab eis conditos putares, eos statim sub alio ostendant: ita ut calculi illi ex uno acetabulo in aliud transisse videantur. Quod autem Seneca cum eorum ludo dialecticorum argumentas ineptias comparat, Arcefilai est. Is enim dicebat, τοις διαλεκτικοῖς εὐνέαν τοῖς φροντικοῖς τινες γαέτως. Στρατηγόντων οὐται Στοιχείου λέγεται.

Perdidit vium.] Neque enim amplius delectat, cum quomodo fiat, intelligimus.

Et hoc solum curantibus, non & hoc.] id est, nihil fere aliud curantibus, quam molestissimos & spinosissimos syllogismos ex repugnantibus: qui fere ita conformari solent: Non & hoc & illud. Hoc autem est, non igitur illud.

Ad Epistolam XLVII.

L Ibenter.] Reprehendit quorundam superbiam in seruos: & Lucilium laudat, quod cum suis familiariter vivat. Multa ex hac epistola impudenter compilavit. Macrobius libro primo Saturniorum. Quanto autem maiore odio digni sunt, qui hodie ingenuis hominibus non aliter vivuntur ac seruos?

Sic fit ut isti de domino loquuntur.] neque villam maiorem voluntatem capiant, quam cum eis absentibus aut male dicunt, aut male precentur. Ut ille in vetere comoedia.

μάλα γ' ἐποίει δύσκολων.

Οταν καὶ περισσουσαντας τοῦ θεοῦ την.

Totidem esse hostes quot seruos.] Catonis est.

Callisti.] Hic Claudij liberius erat. Dominum autem dicit, non Claudium, sed priorem.

Ad Epistolam XLVIII.

A D epistolam.] Hanc epistolam lacerarant in duas: & posterioris principium fecerant ab illis verbis: **M**us syllaba est. ego rursum membra diuina communxi.

Alium paupertas viri.] In alijs, Alium mors vocat, alium paupertas viri. Inepte, neque enim quidquam est, quod respondeat illi mēbro, Aliū mors vocat: neq. vero esse quidquā potest. Non enim vocat mors τὸ μὲν, τὸ δέ: sed omnes ex aequo. Est autem operae scire, quomodo locus hic corruptus fuerit: vt si quia similia incident, facilius animaduertantur. Librarius, aliud agens, ita scripserat. Alium mors, alium paupertas viri, deinde cum videtur, duas illas voces, Alium mors, vacare: neque tamen eas delere velle: scalo enim cauebant, ne quid, quod scripsissent, delerent: addidit notulam, & ad marginem scripsit. Vacat, quo significaret, illud Aliū mors vacare ac redundare. Secuti alij stultiores librarij non tantum duas illas supervacaneas voces retinebunt, sed ex illo Vacat, quod erat ad marginē fecerunt. Vocat. Ita duplicitus & propagatus error. Peccata in hoc genere in scriptis veterum multa reperiet, si quis paulo attentius considerabit.

Ad Epistolam XLIX.

E St quidem.] In tanta breuitate vitae, totum tempus, omisssis inutilibus, ad utilia conferendum.

Admouerilinesas.] Id est, me ad finem ipsum propius accedere. Jumplum a ludo duodecim sine scriptorum sive scruporum, ubi enim alter collusorum ad ultimam lineam, quae & hiera, id est, sacra dicebatur, calculos suis promoverat, necesse erat ludum finiri: & cum vinci, cui iam quo proferret viterius non erat. Quod si idem virisque contigerat, dicebantur hiera facere: & tunc neutrius vicitur erat. Ab eodem ludo jumplum est illud Horatij,

Mors ultima linea rerum est.

Plutarchus. τελεταίων, ὁπερ τὰ αὐτὰ λέγεται, εἰπούντων ἡλιον τὸ γῆρας intelligit enim τὸ λευκόν τὸ δέ τὸ γεράσημον. In ludo astragalorum iερά γεράμανιν vocabular media ex quinque: qua de re vide Pollucem libro IX.

Veritatis simplex oratio est.] Euripideum.

Απλεῖ δὲ μᾶλις τῆς ἀληθείας ἔφεν.

Ad Epistolam L.

E Pistolam tuam.] Peccare in eo pleroque homines, quod via sua rebus ad scribunt. Tenera facilis quidem corrigi: sed tamen inueterata quoque peritaci studio emendaris iuxta illud Horatij.

Inuidus, iracundus, iners, inofis, amoris,

Nemo adeo ferus est, vt non mitescere possit,

Si modo culturae patientem commoderet aurem.

Harpasten.] Simile quiddam notum in amico quodam meo, homine eruditissimo: qui cum aetate, est enim octogenario maior, surdafer effectus sit: hoc tanquam in levitatem non agnoscit: sed vere ac serio conqueritur, pessimam consuetudinem inuoluiss: homines multo summissius loqui, quam solebant, ita ut videantur reveri ne intelligantur.

Non deditcitur virtus.] Dogma Stoicum, virtutem non amitti: de quo, alio loco fortassis pluri bus differemus.

Ad Epistolam LI.

Q Vomodo.] Virtuanda esse ea loca in quibus periculum est, ne animi eneruentur, & effeminentur.

Canopum.] Et tota Aegyptus, & in ea praecipue Canopus omnium libidinum atque impuritatum do miculum fuit. Audiebant illuc noctes & dies turpissimi & obscenissimi cantus virorum & mulierum, qui quasi initiandi causa, eo ex Alexandria per fossam lynntribus vehebantur. Strabo. Αγρια τελεταὶ δέ τοις τοῖς τερψινοῖς οὐχ λαοῖς, οὐδὲ τοῖς Αλεξανδρείας κατοίκοις τοῖς διάρρυτοις, πάσαι τοῖς οὐδέ τοῖς πληθυσμοῖς κατατελεταὶ τοῖς παραχρημάτοις αἰδεῖσιν τοῖς ἐχαράσισ αἰσθανταῖς τοῖς εἰδέσιν τοῖς γνωσκαῖς. Canopum an Canobum di cas, nihil interest.

204

M V R E T I A D S E N E C A E

Vim Hannibalis hiberna fregerunt.] Ita conirci legendum: cum in alijs esset, vina Hannibalem hiberna fregerunt.

Philetas.] quasi tu dicas, basatores. Male alijs, Philistas.

Ad Epistolam LIII.

MEmor artificij mei veteris.] Solebat enim frigida lauari: & alicubi ait, se quotannis Kalendis Ianuarij ipsius sole in aquam virginem desilire.

Est aliquid quo sapiens antecedat deum.] Impia & intolerabilis arrogantia Stoicorum: qui non satis esse duebant sapientem suum cum Deo ex aequo componere nisi etiam anteponerent.

Ad Epistolam LIV.

LOngum Mihi.] Ait se asthmate, quo cebro laborabat, mortis admoneri: eam autem a se negligi.

Antequam nascetur] Sic & Seneca tragicus.

Quaeris, quo iaceas post obitum loco?

Quo non nata iacent.

Sed multo satius est timere mortem, quam tam impia opinione metum ipsius discutere Quid autem est, quod se hic Seneca innuit putare, nibil ex homine supereesse post mortem: cu alibi tam aperte profiteatur, bonorum virorum animos, morte obita, in caelum ferri, atque illic beatissime vivere? Nimirum certum ac stabile esse nihil potest, nisi quod vero ac solido fundamento nititur: ideoque semper veterum philosophorum, de Deo, de animorum immortalitate, & similibus iudicia fluctuarunt. Socrates ipse paulo post moriturus, de animorum immortalitate dubitabat. Magnū igitur in nos ac singulare beneficium Dei, qui harum rerum veritatem ipsius aeternae veritatis voce nobis pati facere dignatus est.

Illum tu lauda.] Haec non cohaerent cum superioribus: ita ut multa deesse conset.

Ad Epistolam LVI.

Pream.] Nimiris delicatos esse, qui, nisi in altissimo silentio, operam studijs posse a se dari negant. Interdum autem non tam externa nobis, quam ipsum sibi animum obstrepare, cui nisi pacato ac composto, vera contingere tanquilitas non potest.

Pilicrepus.] Qui pilas crepat, aut crepante pila lusitat: quod facere solebant paulo ante balneum, vel dum hypocausa & sudationes calescerent: qui si plures, quād essent manus & vices numerarant, maximus excitabatur clamor ab aduersariis. Ita Turnebus capite IIII. libri VII. aduersiorum. At Mercurialis, pilicrepus fuisse ait, qui sphæria pice oblitus curabant ne ignis balneorum extingueretur. in se.

Scordalum.] Vide Turnebum eo ipso, quem modo citauit, loco.

Furem.] halnearium.

Alipilum.] eum qui alas vellit ac depilat.

Alium pro se, eum cui vellit alas.

Cum Chrysippum nostrum.] Tales videlicet salutatores fuisse oportet, quales Sebosum & Arrium de scribit Cicero libro secundo epistolarum ad Atticum.

Cuidam genti.] Vide hunc ipsum capite II. libri IIII. naturalium questionum.

Metam sudantem.] In decima regione vrbis erat: quam vocabant templum Pacis.

Ad Epistolam LVII.

ACeromate nos haphē exceptit.] Vtrumq. ab athletis sumptūt. Ceroma vnguentum est e cera: haphē, puluis quo inspergantur luctaturi.

Ad Epistolam LVIII.

QVanta verborū.] Primum ostendit magnam esse latini sermonis egestatem. Deinde docet eos inepte facere, qui lingua per se inopē contrahere potius, quā amplificare, nituntur. Tum ingreditur ad id ex quo ei huius coniecturam nata occasio est: & Platonicā quadam de ente, de essentia, de genere, ac specie & idea explicans, ostendit, multa noua vocabula necessario procudenda esse ei qui de philosophia latine differere instituit. Post tremo demonstrat, ex ijs quoque disputationibus, quae non alio referri ac dirigi quād ad accendūm & exercendum ingenium videntur, aliquid tamen, quod ad instituendā vitam moresque formandos pertineat elici posse.

Paupertas immo egestas.] Plus est egestas quam paupertas. Sic epistola XVII. Non est quod paupertas nos a philosophia resocet: ne egestas quidem. Martialis,

Non est paupertas Nestor habere nihil. Lucretius.

Propter egestatem linguae & rerum nouitatem.

Et cernere ferro.] Hanc scripturam & agnoscit & confirmat Seruius. Sunt tamen qui ex veteribus libris contendant legendum Decernere. At Seruius posteritatem hoc modo legere coepisse ait. Et despici, si quis plus tribuit illi libro, qui hodie reperiatur, quam aut Seruij testimonio aut Senecae.

Essentiam dicere.] Primus ut opinor, bunc locum emendaui: cum ante me alij omnes nullo sensu, legerent: Quid sentiam dicere. Vide quae scripti capite ultimo lib. XV. variarum lectionum.

Etiam ad nostrum fastidium.] Iam enim placuisse nomilla Ciceronis, & parum nitida & parum expedita fastidiebant Idque & ex multis Senecae locis, & ex dialogo de oratoribus, qui Tacito tribuitur, facile perspicere potest.

Vbia.] Stulte putauit Perionius, pro yria dici posse naturam. Neque nego esse quaedam, in quibus huic interpretationi locus esse possit. Sed certe aliter dicenda est in disputationibus philosophicis & ceteris, &

aliter

aliter φύσις. Neque satis aptum est, quod in scholis tritum est, substantia. Vbi enim haec subtiliter distinguenda sunt, aliud est υπόφερος, & aliud εύερος, aliud διάφερος. Substantia autem est υπέρφερος. Demique εύερος nulo modo melius latine dici potest quam essentia.

TO ON.] Ut essentiae, sic entis nomine viri necesse habent, qui latine philosophari volunt. Neque vero ita defungi queant, vt pro ente dicant id quod est: alioquin in magnas saepenumero se induent difficultates. Idem accedit ijs, qui possibile & impossibile dicere, saltem in disputationibus philosophicis, reformidant: cum Plato, Aristoteles, Epicurus, Zenō in lingua infinitis partibus copiose innumerabilia tamen vocabula fingere necesse habuerint. Equidem, vt de meo sensu liberè atque ingenue fatetur, multa puto ab istis deliciatis, in S. Thoma, in Iohanne Scoto, aliisque eiusmodi eruditissimis hominibus irrideri, quae & necessaria sunt, & talia, vt si quis ea vetustis illis temporibus protulisset, magnam ei gratiam omnes philosophiae studioſi habituri fuisse videantur: Nos dum teneris auribus videri volumus, tenera nobis ac puerilia esse ingenia, neque verae ac solidae erutionis capacia ostendimus.

Illud cui nomen.] Facit ens genus, quod dividatur in corporale & incorporale. Accipit igitur ens pro essentia. Nam entis quidem longe aliae sunt & apud Platonem & apud Aristotelem diuisiones.

Hoc ergo genus est primum.] Φυλαττον. at speciale, διός διός διώδημα πάλλιον peripateticorum vocant.

Homo genus est.] Immo vero εἶδος εἶδος τετρατον. Neque sunt hae diuersae hominum species, Graecus, Romanus, Parthus, aut albus, niger, blanus: neque singuli homines species sed numero tantum, differunt. Ac fatendum est, esse in his Senecam p̄silio crassiorē. Non dum valde manibus hominum terebantur Aristotelis scripta, e quibus solis accurata & exquisita harum rerum tractatio peti poterat.

Stoici volunt superponere.] Notandum est voluisse Stoicos, esse alius quoddam genus ipso ente superius.

Primum genus Stoicis quibusdam videtur & sed quare videatur subijciam.] Post verbum Videtur, deest nomen eius generis, quod quādam e Stoicis ipso ente superius esse volunt. Quodnam autem id fuisse dicimus? Diuinare difficile est. Neque sane eiusmodi res est, in qua peruestiganda torqueret se quisquam diuinus debeat. Proponam tamen conjecturam meam: ut de ea ab alijs indicetur. Supporcit igitur genus illud ente superius fuisse τὸ id est, aliquid: atque ita Stoicos illos dixisse esse aliquid τὸ νῦν διός διός, quod revera esset: aliquid autem, quod non revera quidem non esset, sed animo tamen ac cogitatione informaretur: quales sunt centauri, tragelaphi, chimerae & similia. Diuidi igitur, τὸ νῦν διός διός τὸ νῦν διός διός: atque ita esse superius: quoniam & entia complectuntur & non entia. In hinc suspicionem adducor ex loco quodam Platonis in Sophista, ubi quiddam ab hoc non valde abhorrens dicere videtur. Sed haec conjectura modo est: de qua quicque, vt volerit indicabit. Commodum haec scripsiteram, cum ad me, tanquam caelio delapsus, homo & nobilitate generis & multarum rerum cognitione, & virtute praeflans, Antonius Franciscus Neapolitanus summus amicus meus, renit: quem ego hos totos octo annos non viderā. Is post illa communia, quae in amicis, quos longo interullo videamus, visitata sunt. Affero, inquit, tibi libros veteres duos, in quibus plaeraq. Senecae scripta, sunt: quibus tu, cui eius scriptoris editionem iam in manibus esse audio, arbitratu tuo viraris licet Tu vero, inquam, & si aduentus tuus mibi per se iucundissimus est, nihil, quo is gratior ac iucundior fieret, adferre potuisti. Sed sunt ne in eis epistolae ad Lucilium? Sunt, inquit. Quae eo igitur, inspiciamus, ecquid tuus iste liber adimere mibi molestissimum scrupulum, quo nunc cum maxime torqueor, possit. Nec mora: hunc ipsum locum inspeximus: eumque in veteribus illis membranis ita scriptum deprehendimus. Primum genus Stoicis quibusdam videtur quiddam, quare videatur, subijciam. quae scriptura & perspicue vera est, & conjecturam illam meam non absurdam neque alienam fuisse demonstrat.

Nunc ad id.] Sit apud Platonem ens sex modis dici. Vno modo ens est τὸ νῦν διός διός, id est, quod sub sensu non cadit, sed mente tantum ac cogitatione comprehenditur. Secundo ens vocatur id quod supra alia omnia entia est. ἐπίκαια τὸ νῦν διός διός, τὸ νῦν διός διός τετρατον. Id est, Deus. Solus enim Deus vere est τὸ νῦν διός διός. Itaque ipse de se in libris diuini: Ego sum qui sum. Tertio entia vocantur Ideae. Quartio τὸ νῦν διός διός. Quinto, ea quae etiam vulgo esse dicuntur: id est, ea quae cernimus ac tangimus. Sexto ea quae non sunt, sed quasi sunt, & ut inane, & ut tempus, & ut motus. Haec duo potrema genera non satis proprie esse dicuntur.

Videtur autem species eius.] Immo ne equus quidem aut canis videtur, sed hic equus & hic canis.

Poeta.] εἰσι δέ τον ἡδονήν, αἱ Γαλενοὶ, τὰ πόντα δὲ τὸν ἀργόν, τὸν τετράδιον δὲ τὸν διάβατον. Cicero in topicis. Homerus, propter excellentiam, commune poetarum nomen, effectis apud Graecos suum. Plutarhus in symposiatis. πολλῶν δὲ τον τοντον, ἔτε τον κέρπον ἐξεργάτων ποντοῦ γαλάζιου.

Quae proprie sunt.] Plato in Timaeo aut ideas nunquam fieri, semper esse: corporea autem omnia non sunt, quam esse, semper fieri.

Omnia quae sunt.] Liber vetus Siculus. Omnia quae videmus sunt.

Quodcunque fieri.] Idem liber. Quicquid fieri.

Ante opus.] Idea est, τὸ νῦν διός διός τον πολλῶν. Εἶδος τὸ κερδόλα τὸ διός διός πολλῶν.

In idem flumen.] Plato Cratylus, λέγετο τὸν Ηγετατον, τὸν ποταμον, τοι εἰδέν μεν. τοι ποταμον διός διός τον τε νῦν διός διός τον αὐτὸν ποταμον εἰδέν μεν.

Vis tu timere.] Liber Siculus. Vis tu non timere: quod mibi melius & bene latine loquuntur consueti.

Inuenies.] Liber Siculus, Sumes.

Ex

Ex omni vacatione.] Puto legendum, Ex omni tractatione.
A Philosophia.] morali, hanc enim εξεργέτας philosophiam vocant.
Nihil horum stabile, nec solidum.] Idem liber. Nihil horum stabile, nihil solidum.
In sublime.] Idem, In sublimi.

Quia materia prohibebat.] Impie multa veterum opinio, Deum voluisse quidem a primo omnia immortalia facere, sed non potuisse, propter materiaci viuū. Quasi non, ut cetera omnia, ita materiam considerit ac procureat Deus. Recepte Laetanius. Idem materiae sicut est, qui et rerum materia constantium.

Contemnamus omnia.] Primum praecipuum, quod e superiori disputatione ducitur. Ea quibus homines vulgo superbunt, avarum, gerae, posse fuisse, non modo magni pretij non sunt, sed ne sunt quidem: ut Platonis videtur. Contemnenda igitur sunt: solaque immortalia et aeterna curanda.

Illud simul cogitemus.] Alterum praecipuum. Mundus per se caducus est: sed Dei prouidentia conservatur. Ergo corpus quoque nostrum, quod suapte natura fluxum fluidumque est, adhibita cura et prouidentia aliquatenus conservari potest.

Et illi nomen.] Cum prius Aristocles aucto nomine diceretur. Platys graece, latus. Quod autem hic de Platone dicitur, eum sibi vitam moderata vivendi ratione produxisse, idem fere de Herodico Selymbriano memoriae proditum est et ab Aristotele, et ab Plutarcho. Et Galenus quiddam de se non aliusmire narrat. Eiusdem rei luculentissimum maximeq. commemorabile exemplum vidi olim Patavii. Aloisium Cornelium Venetum, hominem splendidissimo genere natum, eundemque amoenissimo ingenio, et suauissimis moribus prae datum: cuius etiam libellus extat de commodis quae ex parca et moderata vivendi ratione capiuntur. Is cum anno fere quadragesimo ita profigata valetudine esset, ut a medicis prope depositus ac desperatus, mortem potius quam vitam ad breue aliquod tempus aegre extracturus videretur, ita vitam instituere coepit, ut cibum ad pondus, potum ad mensuram sumeret, neque unquam ne tantulo quidem modum quem ipse sibi praescriperat excederet, modicis corporis exercitationibus viteretur, curas omnes procul ab se ablegaret, animum sermonibus amicorum, aliisque honestis oblationibus hilararet: quibus rebus id consecutus est, et et morborum expers vir xerit, et diu medicis sui superstes ad extremam senectutem peruenierit.

Ex aedificio putrido ac ruenti.] Sumpū, ut opinor, edito quodam Gorgiae Leontini, de quo haec legitur. Τοπίος ὁ πότνιος της γυμνάσιος, επομένως, εἰς δέ τον οὐρανόν καὶ πέρας αὐτούς, στρέψας αὐτούς πάντας πολλούς.

Mortis meras.] Id est meras de morte disputationes, quales sunt haec meae. Mortis, est quarti casus, numeri pluralis.

Ad Epistolam LIX.

Magnam.] Cum se ex epistola Luciliū magnam voluptatem cepisse dixisset, per occasionem exponit, quid inter se gaudias et voluptas Stoicorum praescripto differant. Tum persequitur id quod instituerat, ostenditque quid se potissimum in epistola Luciliū delectauerit. Ad extrellum docet, qualis sit vita sapientis: quanquam rurisque nostrum feuerre de se indicare, et afflentioribus minime credere debeat.

Gaudium nisi sapienti non contingere.] Hoc est quod dicebat Afranius.

Gaudet sapiens, lactabuntur ceteri.

Tralationes verborum.] Quid tralatio et imago interfit, petendum ex Aristotele libro tertio rhetorico, et Demetrio οἰκουμένας Fabio, libro octavo, et alijs rhetoribus.

Apud quos non captabatur.] Ita ut constet eos illis rursus non esse ad petendum populi plausum.

Parabolis referti.] Tales esse solebant Syrorum et Palaestinorum sermones: ut et S. Hieronymus monet, et res ipsa loquitur.

Ad Epistolam LX.

Queror.] Et hanc et duas quae proxime sequuntur, puto non epistolas esse sed fragmenta epistolarum.
Ad Epistolam LXIII.

Moleste fers.] Liber Siciliensis pro his duabus vocibus habet, Grauiter fero. quod mibi sine controvensione melius videtur: et si librum illum citius habuisssem, utique scripturam illam sequutus essem.
Ipsa nos amaritudine delectat.] Inde est illud Catulli.

Minister vetuli puer falerni,

Ingere mi calices amariores.

Ad Epistolam LXV.

Hesterum,] Disputationem quandam sibi cum amicis fuisse de causis rerum, de quibus, expositis sententijs inter se dissidentibus Platonis, Aristotelis, Stoicorum, Lucilium arbitrum facit.

Ad Epistolam LXVI.

Claranum,] Primum Clarani exemplo qui et senex erat et deformi ac distorto corpore, docet satis magnum esse ipsius per se virtutis decorum: neque eam aut pulchritudine corporis cohonestari, aut deformitate foedari. Deinde exponit sermonem quandam a se cum Clarano habitum: quomodo, cum triplex quaedam honorum distinctio sit, bona tamen omnia sint paria. Ad postremum, bona quaedam, quae vulgo manus optabiliā videntur, sibi aut rursum iri omnium maxime optabilia, si tale rursum in bonis discriminem esse posset.

Vt adiiciam senem,] Hoc enim satis vel ex eo intelligi potest, quod condiscipuli fuimus.

Male collocauit,] Ita dictum, ut Galbae ingenium male habitare.

Quo

Quomodo possint paria bona esse.] In alijs Tria bona esse. Sed res ipsa clamat legendum esse, paria. Ergo virtutes inter se pares sunt.] Virtus rectum est. Rectum non recipit incrementum. Ergo ne virtus quidem. Si virtus incrementum non recipit, ne ea quidem que a virtute manant. Est autem illud. Et hoc igitur. Quo fit ut recte facta omnia paria sint. Stoica sunt bae: ut et peccata omnia paria esse.

In equuleo taceat, non indicet consciens: nihil eorum prodat, propter quae torquetur. Melius haud dubie, quam, ut in alijs, laceat.

In perfectum itura,] Liber Siciliensis, Per rectum itura, quod melius puto.

In quo bonum illud existit,] Idem liber, consilist.

Cum aliquis in Senatu sententiam sequimur,] Idem liber, Cum alieuius Senatus sententiam sequitur, melius videtur.

Ad Epistolam LXVII.

Vta communibus,] Paucis quibusdam de senectutis sua imbecillitate praemisis explicat quaestionem, sint ne bona omnia optabilia: et ea etiam quae talia non videntur, talia tamen esse concludit.

Quod me lectulo affixit,] Sic apud Horatium.

Aut alias casus lecto te affixit.

vbi cum quidam contra omnium librorum fidem, legere vellet, affixit: obiecto sibi d me hoc Senecae loco, respondere auffis est, Senecam apud se tanu non esse. Ego hominis stultitiam risu et silentio excepti.

Distinguere mi Lucili ista,] Brevis et expedita mihi distinctio videtur ea, quae traditur ab Aristotele, libro septimo politicorum: bona quaedam simpliciter optabilia esse, quaedam et ex conditione. Bonum et optabile simpliciter est, nullum facinorum esse in ciuitate: sed si quis sint, hoc positio, bonum et optabile est, poenas ab eis exigi. Sic non aegrotare, simpliciter bonum et optabile est: si aliter euenerit, morbum magno et forti animo ferre. Eadem ceterorum omnium ratio est.

Velle quae velles,] De hoc loco tradidi quaedam iampridem capite octavo libri non variarum lectionum: quae atque postea, credo, ut sibi probari ostenderent, venditarent pro suis.

Ad Epistolam LXVIII.

Consilio tuo,] Secundum quidem otium, sed non ostentandum. Etiam si non praecerto, at exemplo,] Stoicorum enim principes, et si rem sapienti capessendam esse dicebant, ipsi tamen ad eam nianquam accesserunt. Atque hoc nomine in primis eos reprehendit Plutarchus, quod eorum cum vita pugnet oratio.

Nec ad omnem,] Non enim ad eam quae ita depravata est, ut neque sanari, neque corrigi queat.

Nec semper,] Dandum enim temporis altiquid etiam quieti et studijs.

Nec sine ullo fine,] οὐδὲ ἀδηματικός, οὐδὲ τολματικός, οὐδὲ κράτος οὐδὲ τάχη. Romae Senator a sexagesimo anno non cogebatur, a septuagesso ne citabatur quidem. Et tum Plato tum Aristoteles valde sensibus mandata sacerdotia dicunt, ut non fatis iam idoneis ad aliorum munerum procurationem, qua de re celebratus est apud Graecos versiculos.

Εγενέντος δὲ τούτοις, οὐδὲ τάχη.

Praeterea,] Sapientis mundum ipsum sibi patriam esse dicit. Ergo ne tunc quidem cum in rerum caelium contemplatione defixus est, a rep. sua recedit: sed tunc denique partem illius optimam et nobilissimam tractat.

Recesserit,] Liber vetus, Secesserit.

Quam humili loco federit,] Descendere videtur sapiens, cum sellum curulem concendet. omisa enim rerum sublimum tractatione, se ad inferiora demittere cogitur. Hac de re extat pulcherrimum nobilissimi philosophi Themistij epigramma, quo, cum consul ab impio Juliano creatus esset, cohortatur seipsum, ut relicta vanis illis honorum insignibus, concendet denuo ad studium sapientiae. Descendisse enim se, cum in sellam et tribunal concendiisse visus est.

Αντηρος αἰδηπίνες ζεφύνιος, εἰς τὸ δέντρον θάλασσας.

Αντηρος αἰδηπίνες, αἴρετος αἰδηπίνες.

Ηδη κρυπτονεφελών, αἴρετος δὲ φύσιον μέρη χειρῶν.

Δεῦτε αἰδηπίνες κρύπτην, νων γὰρ αἴρετος.

Hoc tam pulchrum epigramma, qui tribuerunt Palladae, nimis honorifice de insulis hominis ingenio iudicarunt.

Quasi causariae partes,] Ita dictum ut causarios milites dixit Luius.

Ad Epistolam LXX.

Post longum interuallum,] Effluere vita nobis non sentientibus. Stultū esse, de vita breuitate cōqueri. Mortē expectandū quidem aequo animo: sed si res ita posulet, ad cōscēdā: et interdum eligendum molissimum illius genus: interdum quodcumque se obtulerit occupandum. Hoc postremum ex illa stulta Stoicorum sapientia est, qua putabant multe euenerit posse, propter quae sapiens mortem sibi cōscīdere deberet. Velle, Seneca aut ab illa insanīa abfūset, aut saltē in ea cōmandanda parior ac moderatior fuisset.

Praenauigamus,] In quibusdam veteribus Praenauigamus, quod mibi quidem magis arridet.

Abscondimus,] Ναυτικον verbum hoc quoq. Virgilius.

Protinus aerias Phaeacum abscondimus arces.

Sine me vocari.] Horum Euripi deorum verbum extremi leguntur apud Stobacum.

Ἄγνωτος δέ τιμητος οὐκάντον βροτοῖς.
εἰς εὖδε μάρτυρος ἡδονας τοὺς ἔχει,
οὐ πούλεις αὐτὸν τοσούτον, φίλος παπύρος.
εἰς δὲ οὐκώφρος τοῖς τούτοις δέρει,
εἰς δὲ οὐκέποτες μηνεῖς αὐτῶν τρέφειν.

Sunt autem à Seneca liberius illi quidem conuersti. sed ita ut ne Graecis quidem elegancia cedere videantur.

Et summum adeptis dignitatis statum.] Haec verba in locum suum restitui, quo temere ab alijs mota erant.

Ad Epistolam CXVII.

MUltum mihi tibi q.] Haec quoque epistola meras prope Stoicorum inepias continet, nisi quod fere sub medium, cum quaerenti haec Lucilio satisficeret, ipse quoq. talium rerum studium damnat, ostenditque alia potiora, quae ex philosophia peti debeant.

Ad expetendum.] Expetendum vocat aīgētōv: ad expetendum, nonā voce aīgētōv. id est quandam quāsi περιέλθων τῆς aīgētōv Talia multa Stoici sine villa necessitate fringebant.

Praesumptioni.] Anticipatae opinioni, aīgētōv.

Hac detestatione.] Est qui legat Definitione. Ego veterem librum meum sequi malui.

Ad Epistolam CXIX.

In commune.] Ita dicebant, cum e pluribus, qui una iter facerent, unus boni aliquid in via iacentis repererat: cum significarent id cum ceteris quoque commune esse debere. Graeci pro eodem dicebant, κοινὸς ἐργαζόμενος. Nam Mercurius & Viri praefesse putabatur & lucro. Et in perantibus obiecta lucra vocabant ἐσχατα.

Ad Epistolam CXX.

Epistola tua.] Veri boni cognitionem ad homines per analogian, id est, collationem rationis peruenisse ait. Idq. ipsum dilucide explicat. Adem de re Cato apud Ciceronem libro tertio de finibus. Cumq. rerum notio res in animis fiant, si aut vnu cognitum sit, aut coniunctione, aut similitudine, aut collatione rationis: hoc quarto, quod extreum posuit, bonorum notitia facta est. Quinq. autem modis fieri rerum notitiae dicebat Zeno, vi est apud Laertium. καὶ τὰ περὶ τὴν φύσην, καὶ τὰ περὶ τὴν φύσην, καὶ τὰ περὶ τὴν φύσην, καὶ τὰ περὶ τὴν φύσην.

Magnam rem puta, vnum hominem agere.] Id est constare sibi, neque mutari ac fluctuare. Itaque de Hellenica patre Samuelis, principio Regum dicitur. Fuit vnum vir. Et hoc ita interpretatur S. Hieronymus principio commentariorum in Iob. Fuit vnum vir. Non enim per diuersa mobilis & instabilis ferebatur, sed firmus atq. inconcussus perfestens vir vnum erat.

Ad Epistolam CXXI.

Litigabis.] Esse vnicuiq. animali constitutionis suae sensum: etiamque esse primam naturae conciliationem. Laerius, πάντες δέ φασι τὸ ζωον ἕχειν τὸ πρᾶεν ἑαυτοῦ, διελέγοντος ἀντὸν ἐμπτεύοντος φύσεως ἀπὸ τοῦ, καὶ σά, φαντὶ χειροτοπος ἐντῷ πράτῳ φέντε τέλεται, πρῶτον δικένον λέγοντες τοῦ πατρὸς πατρὸς τοῦ αὐτοῦ σύστασην, γέποντα τοῦ πατρὸς σύστασην. Hinc sunt illa Ciceronis et primo de officiis. Princípio generi animalium omni est à natura tributum, ut servit corpusq. tuncatur. Et quae sequuntur. Et illa Catonis et tertio de finibus. Placeat ijs, inquit, quorum ratio mibi probatur, simul atque natū sit animal, ipsum sibi conciliari & commendari ad se conservandum, & ad suum statum, & ad ea quae conseruantia sunt eius status diligenda. Sed & in quinto de finibus idem locus a Pisone tractatus & saepe alias.

Judicium accipient.] Litem tecum contestabuntur.

Sensum autem esse.] Vnumquodq. animal sentire vim suam, probat ex eo, quod suapte sponte, etiā cum adhuc tenerum & infirmum est, secundum naturam mouetur. Qua de re ita Cicero. Serpere anguiculos, nare anaticulas, euolare merulas, cornibus vti videmus boves, vespas aculeis: suam denique cuique naturam esse ad viuen- dum ducem.

Omnia animalia dialectica.] Qui constitutionis suae sensum inesse a natura in animalibus a primo satu ne- gabant, hoc argumento nitebantur. Ne homines quidem, nisi per quam pauci, quidnam illa constitutio fit, intelligunt. Multo minus igitur bestiae. Respondeat Seneca, id tum demum processurum, si de exquisita illius cognitione loqueremur. Nunc de crassa quadam & confusa cognitione sermo est, qualis etiam in bestias cadit. Nam si nullius rei notitiam habere diceremur, nisi cuius vim ac naturam definendo explicare possemus, non multarum sane rerum cognitione gloriari nobis licet. Evidem quid lapis sit, quid aurū, quid argentinū, quid equus, quid bos, scire vñcūq. videor: quorū tamēt aliarum innumerabilium rerum in quotidiano vsu positarum, si quis à me definitionem requirat, tempus mibi ad cogitandum postulabo: fortassis etiam, cum bene ac diu cogitaro, non babebo quod respondeam. Ne bene quidem valere aut agrotarō me sentiam: cum inter ipsos quoque medicos de sanitatis ac morbi definitione ambigatur. Obmutescendum nobis fuerit, ait Galenus, si ea tantū nosse dicamur, quorum definitiones tenemus. Hac de re operae fuerit videre, quae is quem modo laudau, medicus scripsit, in commentario, quo respondet ad ea, quae in aphorismis Hippocratis reprehenderat Iulianus.

Ad Epistolam CXXII.

ET amicitia Tiberij notus & frigore.] Quid cum apud Tiberium aliquando plurimum potuisset, ab eo po- stea neglectus est. Ita dixit Frigore, vñ Horatius.

& maiorum ne quis amicus

Frigore te feriat.

Sic

Sic Terentius.

Nimirum hisce homines frigent.

Ad Epistolam CXXIII.

Octauam prohibent.] Non sinunt eos hora octaua coenare. Ab illa enim incipiebant, qui genio liberius indulgebant. Haec erant, quae vocabant tempestiuia: quod de die fierent, & tempestiuia quam frugi homines epulandi causa discumbere solerent. Catullus.

Vos conuiua sumptuosiora

De die facitis. Inuenialis.

Exul ab octaua Marius bibit, & fruitur dijs

Itatis: at tu viatrix prouincia ploras.

Placerunque tamen expectabant nonam. Cicero. Accubueram hora nona. Martialis.

Imperat extructos frangere nona thoras.

In sequentibus multa, vt & in superioribus, emendau, quae ex collatione cognosci ac diuidicari, quād a me appendi anumerariq. malo.

M. ANTONII MVR ETI
DISPUTATIO HABITA
CV M. SVB SEQVENTEM
SENECAE. LIBRVM. INTERPRETATVRVS. ESSET
ROMAE. III. NON. IVNII. CIC 15 LXXV.

DE Seneca nihil hoc loco constitui dicere, nam si vituperatores illius confutare vellem, necessario mihi ducenda essent praecipua argumenta e scriptis ipsius, vt ostenderem eum & doctrinæ copia, & scribendi elegantia longe multumque omnibus obrectatoribus suis præstitisse. Nunc cum apud eos differam, quibus Senecæ scripta nota non sunt: (quotus enim quisque vestrum ante hunc diem ea, non dicam, euoluit, aut legit, sed inspexit aut attigit?) puto me commodius esse facturum, si prius hunc libellum mole quidem, vt videotis, exiguum, sed & orationis ornamenti, & argumenti grauitate, vt sentietis, exi-
mum vobis proposuero, ac deinde permisero, vt ex eo Senecam, tanquam ex vngui, vt dicitur, leonem aestimantes, de ipsius sapientia & eloquentia arbitratu vestro iudicetis. Vrbane Vlices apud Euripidem in Cyclope, cum Sileno vinum venditus esset, ita eum alloquitur.

Vin tu prius gustare quid vini feram?

Cui Silenus *Ita conuenit, nam gustus emptorem vocat.*

Ego quoque cum vobis hunc scriptorem, non quidem vendere, sed certe commendare, atque vt apud vos in pretio sit efficere cupiam, debere videor eum vobis prius quasi gustandum dare. Hoc tantum à vobis peto, ne quid hic præiudicate opinionis adferratis, nène permoueamini stultis ac temere iactis vocibus quorundam, qui quae non intelligunt vituperant. Tribuite hoc mihi, vt me non quidem valde intelligentem & idoneum, sed tamè non multo deteriorem, quam isti sunt, harum rerum iudicem existimetis. Qui cum, & ex quo huic muneri præpositus sum, nihil antiquius habuerim, quam vt vos, quantum in me est, omni liberali doctrina excolam atque augeam: & mul-
torum annorum laboribus ac vigilijs hoc consequutus sum, vt non in vulgus modo, sed apud ipsos principes ciuitatis non omnino malus eloquentiae existimator habear: non debeo videri aut tam iniquus, vt obstat profectui veltro, aut tam stultus, vt existimationi meae nocere de industria velim. Sed haec quidem haec tenus. Iam enim quod hu-
ius libri argumentum sit, explicare decreui. Vos, quaeso, excitate atque expergetacite animos veltros: quaeque de rebus omnium maximis ac grauissimis dicere ingredior, ea
vt penitus percipiatis operam date.

Veteres illi quorum animi densissimis errorum tenebris inuoluti, ea, quae nobis di-
uinitus affulsi aeternae veritatis luce caruerunt, cum verum Deum ignorant, in va-
rias sententias distrahebantur, & vt nullo firme ac stabili fundamento subnixi, & comi-
menta opinionum sequentes, huc illuc, tanquam incertis acti tempestatibus, fluctua-
bant. Interdum itaque cum in caelum oculos sustulerant, & illam admirabilem innu-
merabilium stellarum sine vlla erratione decurrentium varietatem notauerant, facile
intelligebant, præpotens aliquod numen esse oportere, immensum, infinitum, aeter-
num, quod illi tantæ moli præfideret: a quo haec rerum vniuersitas, & a principio con-
stituta esset, & eius consilio ac voluntate regeretur. Rursus autem cum eorum quae
infra lunae orbem sunt inconstantiam ac mutabilitatem viderent: nihil in eis inesse cer-
tum, nihil perpetuum, nihil constans: eo prolabebantur impietatis, vt partim ex omni-
bus rebus diuinam prouidentiam tollerent, partim supera quidem & caelestia mente ac
consilio regi, hec autem inferiora sine vlo rectore incertis fortunae casibus agitari exi-
stima-

stimarent. Sed cum & dierum ac noctium vicissitudinem, & quadripertitam anni tem-
porum varietatem, & certa tum dierum tum noctium, & incrementa & decessiones, &
omnia humanis vñibus seruientia viderent, haerebant attoniti, vt qui perspicerent, tan-
tum & tam sapienter institutum ordinem nisi a deo esse non posse. Conturbabantur ta-
men cum alijs argumentis, tum hoc præcipue, quod in rebus humanis multa viderent
secus euenire, quam ipsi diuinæ sapientiae ac bonitati conuenire existimarent. Etenim
ita statuebant, si humanarum rerum procurationem haberet deus, fore vt bonis ac pijs
& iustitiae cultoribus bene esset, malis, impijs & iniustis male. Nunc autem contra vi-
debant, optimos quoque plerunque premi paupertate, cū multi improbi diuinijs abun-
darent: ignominiam, exilium, orbitatem, morbos, tormenta, cruciatus, proprium quo-
dammodo bonorum virorum patrimonium esse: cum interea multi omnibus flagitijs
cooperti in summis delicijs viuerent, & in omnibus negotijs suis secundissima fortuna
vterentur. Ergo alij fortunam accusabant vt iniquam & iniustum, quae, quasi dedita
opera, improbis mater, bonis nouerca esset: alij vt caecam & temerariam, quae nunc bo-
nos nunc malos, nullo discrimine aut extolleret, aut deprimeret: idemq. dicebat de Plu-
to, quem diuinarum deum esse fingebant: & vt fit in erroribus, defutora quadam le-
uitate in contrarias sententias ferabantur. Nam vbi quid bonis bene euenerat, aut vbi
improbis aliquis, & diu diuina patientia abusus poena s dederat, tum deum & esse & hu-
mana curare clamabant. Estis io superi, ait Statius, cum conualuissest a periculo mor-
bo vir eximiae probitatis Rutilius Gallicus. At contra vbi quid contigerat, contra quā
aequum esse censerent, deos aut nullos esse, aut crudeles & iniustos esse dicebant.

Marmoreo Licinus tumulo jacet: at Cato parvo:

Pompeius nullo credimus esse deos?

Mortuus erat alicius amicus, quem ipse diutius viuere cupiisset? Negabat deos esse: id
enim ab eorum iustitia alienum videri. Itaque in morte Tibulli Ouidius.

Cum rapiant mala fata bonos, ignoscite fasso,

Solicitor nullos esse putare deos.

Apud Senecam Iason, cum Medeanti occisis filijs euolantem videret,

Testare, inquit, nullos esse, qua veheris, deos.

Neque vlla tam leuis aut ridicula causa erat; quae non ad suscipiendam impietatem fa-
tis idonea videretur. Reliquerat amicam amator? Nulli dij erant. Propertius.

Et queritur nullos esse reliqua deos.

Cupidum & libidinosum adolescentem impudica muliercula sefellerat? Nutabat ma-
le de dijs fundata opinio. Ouidius.

Esse deos credam ne? fidem iurata sefelli.

Et manet in solito qui fuit ore decor.

Valde scilicet id dijs curandum fuit. Apud Virgilium amissio immatura morte filio,

Atque deos atque astra vocat crudelia mater.

Ecce tibi alter, quia serpentes vna cum pelle senium exuere dicuntur, deos crudeles vo-
cat, quod non idem beneficium formosis tribuerint.

Crudeles diu, serpens nouus exuit annos:

Formae non ullam fata dedere moram.

At illa quidem leua, & a poetis fortasse per iocum dicta: et si tales ioci nullo modo
ferendi videntur. Serio quidem loqui videtur apud Aristophanem Chremylus, qui se-
cum pius ac iustus esset, & male tamen rem gereret, grauiq. paupertate premeretur, ac
videret interea alios sacrilegos, calumniatores, improbos diuinijs abundare, profectum
esse dicit ad Apollinem, vt ex eo sciscitaretur, quae eius rei causa esset. multoq. magis
ille in vetere tragedia. Τολμων γερεταίν, μη ποτέ έπιστήθει θεοί; κακοὶ δὲ οὐτοχωρίτες σκοπλι-
τούσι με & codem argumento delusi, vt ait Iuuenalis,

Sunt qui in fortunæ iam casibus omnia ponant,

Et mundum nullo credant rectore moueri,

Natura volente vices, & lucis & anni.

Grauissime autē dubitationē ea de re suā expressit optimus aeuī sui poeta Claudio.

Saepe mihi dubiam traxit sententia mentem,

Curarent superi terras, an nullus inesset

Rector, & incerto fluarent mortalia casu.
Nam cum dispositi quae sism foeda mundi,
Praescriptosq. mari fines, amiq. meatus,
Et lucis noctisq. vices, tunc omnia rebar
Consilio firmata dei, qui lege moueri
Sidera, qui fruges diuerso tempore nasci,
Qui variam Phocben alieno iussit igne
Compleri, solemq. suo: porrexerit undis
Litora, tellurem medio libraverit axe.
Sed cum res hominum tanta caligine volvi-
Aspicerem, laetosq. diu florere nocentes,
Vexariq. pios, rursus labefacta cadebat
Relligio: causaeq. viam non sponte sequebar
Alterius, vacuo quae currere semina motu
Affirmat: magnumq. nouas per inane figuras
Fortuna non arte regi. quae nuninā sensu
Ambiguo vel nulla putat, vel nescia veri.
Absumit hunc tandem Rufini poena tumultum,
Absoluuntq. deos.

Multo autem neruosius ac vehementius apud Ciceronem Cotta in tertio de natura
deorum. Telamon, inquit, uno versu totum locum conficit, utrum dij homines negligat.

Num si carent, bene bonis sit, male malis: quod nunc abest.
Debebant illi quidem omnes bonos efficere, si quidem hominum generi consulebat: Sin id minus, bonis certe consulere debebant. Cur igitur duo Scipiones fortissimos, & optimos viros in Hispania Poenus oppreserit? cur Maximus extulit filium consularem? cur Marcellum Hannibal interemerit? Cur Paullum Cannae sustulerunt? cur Poenorum crudelitati Reguli corpus est praebitum? cur Africanum domestici parietes non texerunt? Sed haec vetera, & alia permulta, propiora videamus. Cur auunculus meus, vir innocentissimus in exilio est? cur sodalis meus imperfectus domi suae Dursus? cur temperantiae prudentiaeque specimen ante simulacrum Vestae pontifex maximus est Q. Scaeuola trucidatus? Cur etiam ante tot ciuitatis principes a Cinna interempti? cur omnium perfidiosissimus C. Marius Q. Catilum, praestatissima dignitate virum mori potuit iubere? Dies deficiat, si velim numerare, quibus bonis male euenerit: nec minus si cōmemorem quibus improbis optime. Cur enim Marius tam feliciter septimum consul domi suae fēnēx est mortuus? Cur omnium crudelissimus tam diu Cinna regnauit? At dedit poenas. prohiberi melius fuit, impediriq. ne tot summos viros interficeret, quam ipsum aliquando poenas dare. Et paulo infra. Anaxarchum Democriteum a Cyprio tyranno excarnificatum legimus: Zenonem Eleaten in tormentis necatum. Quid dicam de Socrate? cuius morti illacrimari soleo Platonem legens. Videsne igitur, Deorum iudicio, si viderent res humanas, discriminē esse sublatum? Diogenes quidem Cynicus dicere solebat, Harpalii, qui temporibus illis praedo felix habebatur, contra deos testimonium dicere, quod in illa fortuna tādiū viueret. Piget plura recitare. est enim ipse Ciceronis liber in manibus Seneca igitur cum & ab ea disciplina esset, quae omnia maxima minima diuino consilio gubernari statuit, & ei quem ynice diligebat Lucilio idem persuasisset: quia tamen scrupulus in Luciliū animo aliquis residet ex eo, quod perspicere non poterat, cur deus optimos quoq. tot acerbitatibus vexari sineret, eius rei causas ad eum missō hoc commentariolo tractandas explicandasq. suscepit. Vnde constat, veram illius inscriptionem non esse eam, quae vulgo recepta est, *De prouidentia*: sed *Quare bonis viris multa mala accidunt cum sit prouidentia*. vt constat ex Lactantio in libro de ira dei: cuius verba huc pertinetia in eis notis, quas vestra causa ad huius libri finem addidi, reperietis. Quod sit huius libri argumentum videtis: quod mihi quidem ita pulchrum & cognitu dignum videtur, vt iniuriā quodammodo vobis facturus videar, si tam male de uobis existimem, vt vos pluribus verbis ad eius tractationem, & cognitionem excitandos putem. Mihi credite: qui me attente audient, perficiā, cum deo volente, vt & grauiissimā ac pulcherrimam quaestionē tractatam diuinitus à Seneca, & a me ipsum Senecam nō negligenter tractatū esse fateantur.

Operae

Opera et prestitum autem facturus videor, si antequam ad expendenda Senecæ dicta veniam, exponam vobis quid super ea ipsa quaestione, quae hoc libello continetur, homines eruditissimi, iijdemq. sanctissimi senserint. Nam si, vt vasa eum odorem quo primum imbuta sunt, ita animi quas primas opiniones combiberunt, constantissime feruant: diligenter nobis videndum est, vt in grauibus & serijs rebus, statim a principio videamus quid verissimum sit, idq. animo conceptum ac comprehensum perpetuo retineamus. Iohannes igitur Chrysostomus qui singularem vitae sanctitatem admirabili quadam & doctrinæ abundantia & dicendi facultate cumularat, cum dixisset, multis absurdum quodammodo videri, quod Deus pios viros, quosq. ipse apertissimis signis sibi carissimos esse declarat, plerunq. tamen omni genere acerbitatum agitari vexariq. patiatur, vnde decim causas adfert, cur ita fieri expedit: quas singulas non modo exponere, sed etiam breuiter illustrare ac confirmare decreui. Prima igitur est, ne qui res magnas ac paeclaras gerunt, propterea inflentur ac su perbiant, sed summittant animos, memores imbecillitatis suae. Confirmatur hoc testimonio Dauidis & Pauli, quorū ille bono sibi fuisse ait, quod a Deo depresso, castigatusq. sit, seq. ex eo magis illius iustitiā perspicere: hic autē, cum vsq. ad tertium caelum raptus esset, eaq. vidisset, quae vix homini in hac vita videre fas est, ne propterea sibi placeret, néye in soleceret, additū sibi esse ait angelū Satanae, a quo quasi colaphis caederetur. Haec igitur prima causa est. Altera, ne ceteri mortales in errorē trahantur, & de praestantibus viris, nō vt de hominibus, sed vt de dijs quibusdam existimēt: a cuius erroris periculo liberantur, cum illos magnos & egregios viros multa perpeti vident, quae illos non deos, sed homines esse declarant. Nam si qui multa bella gesserant multas vrbes expugnauerant, multa hominum millia occiderant, antiquitus in deorum numerum stulta vulgi opinione refrebantur: quid putatis euenturum fuisse ijs, qui verbo, qui nutu, qui contactu, qui vmbra sua fugabant morbos, claudis incessum, surdis auditum, caecis vsum oculorum restituebant, mortuos in vitā reuocabāt, nisi vulgus hominum eos ipsos per quos tam multa admirabilia opera edebantur, esurire, algere, aegrotare, caedi, mutilari, eiusdemq. generis alia innumerabilia quotidie subire ac perferre vidisset? Sic quoque, quamuis vociferarentur, nihil eorum sua virtute fieri, Christum esse qui per doctrinæ suae paecones ea perficeret, vix tamen impedire poterant, ne sibi diuinī honores haberentur. Ad Paulum quidem, & ad Barnabam Lystrenses aliquando etiam tauros coronatos adduxerant, quos eis tanquam dijs immolare cupiebant, nisi id ipsi summa vi prohibuissent. Tertia causa est, vt potestas dei tanto magis elucescat, qui per homines imbecilles, morbis obnoxios, egentes, carceribus & ergastulis clausos, vinculis & compedibus impeditos, catenis onustos, ea faciat, quorum magnitudinem ceteri omnes obstupescant. Itaque Paulus ipse cum fessus malis quodam tempore petiisset a Deo, vt a se tantas illas & tam multas acerbitates amoueret, responsum hoc tulit: Satis tibi sit, quod mihi carus acceptusq. es. Quo enim tu infirmior es, & pluribus difficultatibus conflictaris, eo magis peripicitur potestas mea. Quarta est, quod si bonis viris omnia prosperè succederent, si diuitijs abundantaret, si colerentur ac suspicerentur a ceteris, si nūquam aegrotarent, numquam dolerent, nullum incommodum sentirent, fortassis existimaret vulgus eos pietatem colere, non suapte sponte, sed illa quasi mercede allectos & inuitatos. Nunc cum eos non egestas, non ignominia, non cruciatus corporis, non tyranorum saeuitia, non mortis metus a dei cultu & a vera pietate possit abducere, manifesto constat, honestatem ac virtutem, & Deum in primis ipsum ab eis propter se, non propter ullam mercedem amari. Non gratis te colit Iob, dicebat deo perpetuus ille humani generis hostis. tu enim eum cumulasti opibus, auxisti liberis, perpetua denique vitae prosperitate prosecutus es. At Deus, Tu vero, inquit, domos eius inflamma, messes combure, pecora interfice, liberos eneca, totum ipsius corpus arbitratu tuo lacera ac laniā: nullus restet nouis ulceribus locus: iaceat in sterquilinio, cui prius somnum capere licebat in purpura: ne sit quidem quo se abstergeat, sed testa manantem ex ulceribus saniem abradat: vt liquido constet, eum mei gratuitum non mercennarium esse cultorem. Eadem aequitate animi homo sanctissimus tulit aduersa, qua & prospere exceperat. Quinta, vt homines tanto certius atque exploratius habeant, non om-

nia morte terminari, sed superesse aliam vitam, in qua & praemium tribuatur iustis, & ab improbis ac conseleratis poena exigatur. Nam si ne homines quidem vsque eo iniusti reperiuntur, vt eos quos causa sua multa perpeccos vident, sine praemio abire patiantur, quanto minus id de Deo aut cogitare aut suspicari possumus? Cum igitur multos plerunque videamus homines optimos & innocentissimos, quantum quidem hominis natura fert, in hac vita numquam interquiescere ac respirare a molestijs, sed perpetua quadam calamitatum serie vsque ad extremum spiritum premi: cogitemus necesse est, aut, quod natura ipsa abhorret ac refudit, Deum iniustum esse, aut post hanc vitam sua esse hominum generi praemia, pro suis cuique actionibus, diuinitus constituta. Si spes nostra, ait Paulus, ijsdem quibus haec vita terminis ac finibus circumscripta teneretur, nihil nobis infelicius foret. Sexta, vt nos quoque, si quando tale aliquid nobis eueniat, patienter feramus, neque despondeamus animum, aut statim propterea Deo iniustos esse nos arbitremur: cum ijs quoque, qui Deo carissimi & acceptissimi erant, aut eadem, aut grauiora contigisse videamus. Septima, ne villus tergiversationi locus sit, si quis nos ad illorum praestantium virorum imitationem cohorteatur, quasi eos non eiusdem, cuius & nos sumus, sed diuinioris cuiusdam naturae fuisse causemur. Octava, vt sciamus quibus rebus felicitatem metiri ac dirigere, quosq; ex omni hominum numero felices ac beatos, quos contra infelices ac miseros ducere debeamus. Non enim qui multa possidet, beatus est: sed multo ille beatior, qui non tantum diuitias non concupiscit, sed ijs quas habet, vltro se spoliat, vt copijs suis aliorum inopiam subleuet. Non qui innocens exulat, miser est: sed tanto felicior, si id aequo animo ferens, operam det, ne ab illa aeterna ac caelesti patria exulare cogatur. Non qui firmo ac valenti corpore est, felix: sed ille qui in corpore quamlibet infirmo perpetuam retinet animi firmitatem. Non cui multa dura & perpeccu aspera eueniunt, miser: sed is potius qui prosperis successibus ebrius, neque altius oculos mentis attollens, in caducis ac fallacibus huius vitae bonis acquiescit. Nona, vt magis illustretur eorum patientia ac fortitudo qui se a calamitatibus vinci non sinunt: neque enim a nobis cognoscerentur, nisi a Deo in huiusmodi certaminibus exercerentur. Aurum, vt dicturus est Seneca, probat ignis, miseria fortis viros. Decima, quoniam humanae naturae imbecillitas, ne optimos quidem viros omnis peccati expertes esse patitui: neque quisquam aut est, aut fuit praeter paucissimos, quibus id singulari Dei beneficio tributum est, quin aliquando offenderet ac prolaberetur: ut hic potius quam alibi peccata expientur, vt si qua macula ex illis prolapsionibus suscepta est, temporarijs illis acerbitatibus quasi nitro quodam aut lomento eluatur ac deleatur. Nam cum iustitiae diuinae consentaneum sit, neminem in caelum peruenire, qui vlla ex parte pollutus contaminatnsq; sit: expedit ijs ipsis qui Deo cari sunt, ita in hac vita purgari, vt cum e corporis vinculis excesserint, nulla alia purgatione egentes, sine vlla mora in caelum euolare expediti ac liberi possint. Undecima, vt quo plura acerba patiuntur, quo plures difficultates superant, quo dimicant acrius, eo maioribus praemijs ornentur, eo plures coronas accipiant, eo maiorem in omni aeternitate gloriam consequantur. Haec igitur vir ille sanctissimus, non, vt ego nunc, arido & inculto dicendi genere, sed ornat, splendido, efficaci: aureo denique illo eloquentiae flumine, quod ei Chrysostomi nomen meritissimo comparauit. Ac vereor, ne quis interdum me, quod e talium scriptorum fontibus hauriam, quo disputationes meas irrigem, reprehendendum putet. Vnde igitur, per Deum immortalem, potius repeatam, quod honestius aut maiori cum frumentu vel a me dicatur, vel a vobis audiatur? An totos dies nunc in poeticis fabulis, nunc in Stoicorum aut Epicureorum stultiissimis opinionibus perscrutandis ac peruestigandis conteremus, idque cum faciemus, tempus bene collocare putabimur: ad ea cognoscenda quae ignorare sine pernicie non possumus, nullam partem temporis confereamus? At haec, inquiet aliquis, in theologorum scholis, aut contionibus tradi solent: a te alia quaedam requiruntur. Fatoeque ab eis haec omnia non tempestiuus modo ac conuenientius, sed etiam melius copiosiusq; tractari. Sed tamen vtinam talibus praeceptis, & templo & scholae, & porticus, & ambulationes, & fora, & compita omnia perfec-

personarent. Mandatum est mihi, vt vobis iter ad eloquentiam commonstrarē conarer. Numquid igitur vos eloquentiores effecturus sum, si hoc quantulumcunque est, quod in dicendi facultate confecutum esse me nonnulli putant, in nugis & fabulis exercuero, quam si vos ad graues & serias res bonis & lectis verbis explicandas, quantum vires meae ferent, exemplo meo & incitare, & assuefacere studuero? Mihi vero certum ac constitutum est, ea vobis perpetuo tradere, quibus vos non disertiores modo & in loquendo argutiores, sed etiam meliores ac sapientiores redditum iri arbitrabor. Eloquentiam esse ait Cicero, non inanem loquendi profluentiam, sed sapientiam copiose loquentem. Quod si est, qui nihil praeter verborum flosculos & pigmenta tradunt, minima partē eloquentiae tradūt. Si quis est, qui & res cognitu dignas adferat, & eas non vulgari neque sordido orationis genere efficerat, is demum bonus & vtilis dicendi magister habendus est. Vera autem sapientia aut illo ex quo hodierna mea disputatione prompta est, aut nullo proflus genere scriptorium continetur. Sed longior fui quam pugnabam. Qua igitur de re Chrysostomi disputationem audijtis, de eadem perendie, si Deus volet, disputantem Senecam audietis.

L. AN-

V 3

L A N N A E I . S E N E C A E
Q V A R E . B O N I S . V I R I S
M A L A . A C C I D A N T . C V M
S I T . P R O V I D E N T I A .

Liber unus.



V A E S I S T I à me, Lucili, quid ita, si prouidentia mundus ageretur; multa bonis viris acciderent mala. Hoc commodius in contextu operis redderetur, cum praefit vniuersis prouidentiam probaremus, & interesse nobis Deum. Sed quoniam à toto participlam re uelli placet, & vnam contradictionem manente lite integra soluere, faciam rem non difficilem, causam deorum agam. Superuacuum est in praefientia ostendere, nō sine aliquo custode tantum opus stare, nec hunc siderum certum discursum fortuitu impetus esse, & quae casus incitat, saepe turbari, & cito arietare: hanc inoffensam velocitatem procedere aeternae legis imperio, tantum rerum terra marique gestantem, tantum clarissimorum luminum & ex dispositione lumentium; non esse materiae errantis hunc ordinem: neque quae temere coierunt, tanta arte pendere, vt terrarum grauissimum pondus sedeat immotum, & circa se properantis caeli fugam spectet, vt infusa valibus maris mollient terras, nec vnum incrementum fluminum sentiant, vt ex minimis feminibus nascantur ingentia. Ne illa quidem quae videntur confusa & incerta, pluuias dico nubesque, & elisorum fulminum iactus, & incendia ruptis montium verticibus effusa, tremores labantis soli, & alia que tumultuosa pars rerum circa terras mouet, sine ratione, quamvis subita sint, accidunt: sed suas & illa causas habent non minus, quām quae alienis locis conspecta miraculo sunt, vt in medijs fluctibus calentes aquae, & noua insularum in vasto exilientium mari spatiā. Iam vero si quis obseruerit nudari litora pelago in se recedente, eademq. intra exiguum tempus operiri, credet caeca quadam volutatione modo contrahi vndas, & introrsum agi, modo erumpere, & magno cursu repertore sedem suam: cum illae interim portionibus crescent, & ad horam ac diem subeunt, ampliores minoresque, prout illas lunare sidus elicuit, ad cuius arbitrium oceanus exundat. suo ista temporis referuentur. Eo quidem magis, quod tu non dubitas de prouidentia, sed quaereris. In gratiam te reducam cum dijs, aduersus optimos optimis. Neque enim natura patitur, vt bona bonis noceant. Inter bonos viros ac Deum amicitia est, conciliante virtute. Amicitia dico immo etiam necessitudo & similitudo: quoniā quidem bonus ipse tempore tantum à Deo differt, discipulus eius, aemulatorque, & vera progenies, quem parens ille magnificus, virtutum non lenis exactor, sicut seueri patres, durus educat. Itaque cum videris bonos viros acceptosque dijs, laborare, sudare, per arduum escendere, malos autem lascivire, & voluptatibus fluere: cogita filiorum nos modestia delectari, vernularum licentia: illos disciplina tristiori contineri, horum ali audaciā. Idem tibi de Deo liqueat. Bonum virum in delicijs non haber experitur, indurat, sibi illum praeparat.

C A P . II.

Q Vare multa bonis viris aduersa eueniunt: Nihil accidere bono viro mali potest. Non miscentur contraria. Quemadmodum tot amnes, tantum superne deiectorum imbrum, tanta mediterraneorum vis fontium non mutant saporem maris, nec remittūt quidem: ita aduersarum impetus rerum viri fortis non vertit animum. Manet in statu, & quicquid euenit in suum colorem trahit. Est enim omnibus externis potentior: nec hoc dico, non sentit illa, sed vincit, & alioquin quietus placidusque contra incurrentia attollitur. Omnia aduersa, exercitationes putat. Quis autem, vir modo, & erectus ad honesta non est laboris appetens iusti, & ad officia cum periculo promptus? Cui non industrio otium poena est? Athletas videmus, quib; virium cura est, cum fortissimis quibusque configere, & exigere ab his, per quos certaminis praeparantur, vt totis contra ipsos viribus vrantur. caedi se vexarique patiuntur: & si non inueniunt singulos pares, pluribus simul obiiciuntur. Marces sine aduersario virtus. Tunc appetat quanta sit, quāntum valeat, polleatque, cum quid possit, patientia ostendit. Scias licet idem viris bonis esse faciendum, vt dura ac difficultate non reformidet, nec de fato queratur. Quicquid accedit, boni consulunt, in bonum vertant. Non quid, sed quemadmodum dum feras, interefit. Non vides quanto alter patres, aliter matres indulgeant? Illi excitari iubent liberos ad studia obeunda mature, feriatis quoque diebus non patiuntur esse otiosos, & sudorem illis, & interdum lacrimas extuunt. At matres fouere in sinu, continere in umbra volunt: nunquam flere, nunquam tristari, nunquam laborare. Patrium habet Deus aduersus bonos viros animum, & illos fortius amat: &, Operibus, inquit, doloribus, ac damnis exigitur, vt verum colligant robur. Languent per inertiam saginata: nec labore tantū, sed

SENECAE QVARE BONIS VIRIS ETC.

225

sed mole, & ipso sui onere deficiunt. Non fert vnum iētum illaesa felicitas. At ubi assidua fuit cum incommidis suis rixa, callum per iniurias dicit, nec vlli malo cedit: sed etiam si cederit, de genu pugnat. Miraris tu, si Deus ille bonorum amansissimus, qui illos quam optimos esse atq. excellens ussimos vult, fortunam illis cum qua exerceantur, assignat? Ego vero nō miror, si quando voluptatem capiunt dij, dū spectant magnos viros colluctantes cū aliqua calamitate. Nobis interdū voluptati est, si adolescentis constantis animi irruentem feram venabili excepti, si leonis in cursum interritus pertulit: tantoq. spectaculum est gratius, quanto id honestior fecit. Non sunt ista, quae posunt deorum in se vultum conuerte-re, sed puerilia, & humanae oblectamenta levitatis. Ecce spectaculum dignum, ad quod respiciat intentus operi suo Deus. Ecce par Deo dignum, vir fortis cum mala fortuna compositus, vñq. si & prouocauit. Non video, inquam, quid habeat in terris Iupiter pulchrius, si convertere animum velit, quam ut spectet Catonem, iam partibus non semel fractis stantem nihilominus inter ruinas publicas rectum. Li-
cet, inquit, omnia in viuis ditionē concederint, custodiantur legionibus terrae, classibus maris, Caesarianus portas miles obsideat, Cato qua exeat, habet. Vna manu latam libertati viam faciet. Ferrum istud etiam ciuili bello purum & innoxium, bonas tandem ac nobiles eder operas. Libertatem quam patriae non potuit, Catoni dabit. Aggrēdere anime diu meditatum opus, eripe te rebus humanis. Iam Petreius & Iuba concurrerunt, iacentq. alter alterius manu caesi. Forus & egregia fati conuentio: sed quae non deceat magnitudinem nostram. Tam turpe est Catoni mortem ab vilo petere, quām vitam. Liquet mihi, cum magno spectasse gaudio deos, quum iam ille vir, acerimus, si vindicta, alienae saluti conculit, & instruit discedentium fugam: dum etiam studia nocte ultima tractat, dum gladium sacro pectori infigit, dum viscera spargit, & illam sanctissimam animam, indignamq. quae ferro contaminaretur, manu educit. Inde crediderint, fuisse parum certum & efficax vulnus. Non fuit Dijs immortalibus sat, spectare Catonē semel. retenta ac reuocata virtus est, vt in diffi ciliori parte se ostenderet. Non enim tam magno animo mors inuitur, quām repetitur. Quid nō libenter spectarent alium suum, tam claro ac memoria bili exitu euidentem? Mors illos consecrat, quorum exitum & qui timent, laudant.

C A P . III.

S Ed iam procedente oratione ostendam, quam non sint quae videtur, mala. nunc illud dico, ista quae tu vocas aspera, quae aduersa & abominanda, primum pro ipsis esse, quibus accidit, deinde pro vniuersis; quorum maior Dijs cura est, quam singularum. Post haec volentibus accidere ac dignos malo esse, si nolint. His adjiccam, fato ista fieri, recte eadem legi bonis eueniare qua sunt boni: persuadebo inde tibi, ne vñquam boni viri miserearis, potest enim miser dici, non potest esse. Difficillimum ex omnibus quae proposui, videtur quod primum dixi: pro ipsis esse quibus eueniunt, ista quae hōremus ac tre-
mimus, pro ipsis est, inquisit, ex ilium projectum, negetatem deduci, liberos, coniugem efferre, ignominia affici, debilitari. Si miraris, hoc pro aliquo esse, miraberis quod sām ferro & igne curari, nec minus fame acfici. Sed si cogitaueris tecum, remedij causa quibusdam & radi ossa, & legi & extrahi venas, & quaedā amputari membra, quae sine toto pernicie corporis haerere non poterant, hoc quoq. patieris probari tibi, quaedam incommoda pro his esse, quibus accident: tam mēhercules quam quaedam quae laudantur atque appetuntur, contra eos esse, quos delectauerunt, simillima cruditatibus, ebrietatibusque, & ceteris quae necant per voluptatem. Inter multa magnifica Demetrij nostri & haec vox est, à qua recens sum, ionat adhuc & uiuunt in auribus meis. Nihil, inquit, mihi videtur infelicius eo, cuī nihil vñquam eueniit aduersi. Non licuit enim illi se experiri, vt ex voto illi fluxerint omnia, vt ante votum: male tam de illo Dij indicauerunt. Indignus visus est, a quo vinceretur aliquando fortuna, quae ignauissimū quemq. refutit, quasi dicat. Quid ego istum mihi aduersarium assumam? statim anima submittet. Non opus est in illi tota potentia mea, leui comminatione pelletur. Non potest sustinere vultum meū. Alius circumspiciatur, cum quo conferre possimus manū: pudet congregari cum homine vinci parato. Ignominiani iudicat gladiator, cum inferiore componi: & scit eum sine gloria vinci, qui sine periculo vinciatur. Idem facit fortuna, fortissimos sibi pares quaerit, quosdam fastidio transit. Contumacissimum quēque & rectissimum aggreditur, aduersus quem uim suam intendant. Ignem experitur in Mūcio, paupertatem in Fabricio, exilium in Rutilio, tormenta in Regulo, uenenum in Socrate, mortem in Catone. Magnum exemplum, nisi mala fortuna, non inuenit. Infelix est Mūcius, quod de xterā ignes hostium premit: & ipse a se exigit erroris sui poenas: quod Regem, quem armata manu non potuit, exusia fugat? Quid ergo, felicior esset, si in sinu amicai foueret manū? Infelix est Fabricius, quod rus suum, quantum à repub. uacuus, fudit: quod bellum, tam cum Pirrho, quām cum diuitijs gerit: quod ad focum coenat illas ipsas radices, & herbas, quas in agro repurgando triumphalis senex uisit? Quid ergo, felicior esset, si in uentre suum longinquū littoris pisces, & peregrina aucupia congereret? Si conchylijs superatq. inferi maris, pigritiam stomachi nauantis exigeret? Si ingenti pomorum fratre cingueret primae formae feras, captas multa caedi uenantium? Infelix est Rutilius, quod qui illum damnauerunt, causam dīcent omnib; faeculis: quod aequiore animo passus est se patriae eripi, quam sibi exilium? quod Sullae dicatori solus aliquid negauit, & reuocatus non tantum retro cessit, sed longius fugit? Viderint, inquit, hoc isti, quos Romae deprehendit felicitas tua. Videant largum in foro fanguinem, & supra Seruiliū calum (id enim proscriptionis Sullanae spoliarium est) senatorum capita, & paſsim uagantes per urbem percussorum greges: & multa millia ciuium Romanorum, uno loco post fidem, immo per ipsam fidem trucidata.

trucidata. Videant ista, qui exulare non possunt. Quid ergo? felix est L. Sylla, quod illi descendenti ad forum gladio submoetur, quod capita consularium virorum patitur appendi, & pretium caedis per quaestorem ac tabulas publicas numeratur? Et haec omnia facit ille, qui legem Corneliam tulit. Venianus ad Regulum, quid illi fortuna noctis, quod illum documentum fidei, documentum patientiae fecit? Figū etem clavi, & quoque fatigatum corpus reclinauit, vulneri incumbit, & in perpetuam vigiliam tūspensa sunt lumina. Quanto plus tormenti, tanto plus erit gloriae. Vis scire, quām non paeniteat hoc pretio aestimasse virtutem? Refixa tu illum, & mitte in fenatum: eadem sententiam dicit. Feliciorum ergo tu Maeccenatem putas, cui amorphis anxi, & morosae vxoris quotidiana repudia, deflenti somnis per symphoniarum cantum ex longinquō lene resonantium queritur? Mero se licet sopia, & aquaram fragoribus auocet, & mille voluptatibus mentem anxiā fallat: tam vigilabit in pluma, quām ille in cruce. Sed illi solatium est, pro honesto dura tolerare, & ad cauam à patientia respicit: hunc voluptatibus marcidum, & felicitate nimis laborantem, magis his quae patitur vexat causa patendi. Non usque eo in possessionem generis humani vitia venerunt, ut dubium sit, an electione fati data, plures Reguli nasci quām Maeccenates velint. Aut si quis fuerit, qui audiat dicere, Maeccenatem se quām Regulum nasci maluisse, idem iste, taceat licet, nasci se Terentiam maluit. Male tractatum Socratem iudicas, quod illam positionem publice mixtam non aliter quam medicamentum immortalitatis obduxit, & de morte disputauit usque ad ipsam? Male cum illo actum est, quod gelatus est sanguis, ac paulatim frigore inducto venarum vigor constitut? Quanto magis huic inuidendum est, quām illis quibus gemma ministratur, quibus exolutus omnia pati doetus, suspensum auro niuem diluit. Hi quicquid biberint, vomitu remetentur tristes, & bilem suam regustantes. At ille venenum laetus & libens hauriet. Quod ad Catonem pertinet, sat is dictum est: summamque illi felicitatem contigit confensus hominum fatebitur. Quem sibi rerum natura de legit, cum quo metuenda collideret. Inimicitiae potentium graues sunt. Opponatur simul Poma peio, Caefari & Crasso. Graue est, à deterioribus honore anteiri, Vatinio postferatur. Graue est, cibis bellis interesse, toto terrarū orbe pro causa bona tā in feliciter quām pertinaciter militet. Graue est, sibi manus affera, faciat. Quid per hoc consequar? ut omnes sciant, non esse haec mala, quibus ego dignum Catonem putau.

C A P. IIII.

Prospera in plebem ac vilia ingenia denunciunt. At calamitates terroresq; mortalium sub iugum mettere, proprium magni viri est. Semper vero esse felicem, & sine mortu animi velle tranfire vitam, ignorare est rerum naturae alteram partem. Magnus es vir, sed unde scio, si tibi fortuna non dat facultatem exhibendae virtutis? Descendisti ad Olympia. Sed nemo praeter te, coronam habes, victoriā non habes. Non gratulos tanquam viro forti, sed tanquam consulatum praeturamq; addepto, honore auctus es. Idem dicere & bono viro possum, si illi nullam occasionem difficultor casus dedit, in qua via vim sui animi ostenderet. Misericordia te iudico, quod nunquam fusi miser, traxisti sine aduersario vitam. Nemo scier quid potueris: ne tu quidem ipse. Opus est enim ad mortuam sui, experimento, quid quisq; posset, si tentando non didicis. Itaque quidam vltro se cessantibus malis obtulerunt, & virtuti iturae in obscurum occasionem per quam enitesceret, quefuerunt. Gaudent, inquam, magni viri aliquando rebus aduersis, non aliter quām fortis milites bellis. Ego mirmillonem sub C. Caesare de raritate munerum audiui querentem: Quam bella, inquit, aetas perit. Auda es periculi virtus, & quo tendat, non quid pallida sit, cogitat: quoniam & quod passura est, gloria pars est. Militares uiri gloriantur vulneribus, laeti fluentē meliori casu sanguinem offentant. Idem licet fecerint, qui integrē reuertuntur ex acie, magis spectatur, qui sauciū redit. Ipsius inquam Deus consulit, quos esse quam honestissimos cupit, quoniam illis materiā praeberet aliquid animose fortiterque faciendi. Ad quam rem opus est aliqua rerum difficultate. Gubernarem in tempestate, in acie militem intelligas. Vnde possum scire, quantum aduersus paupertatem tibi animi sit, si diuījs diffilius? Vnde possum scire, quantum aduersus ignominiam & infamiam, odiumque popule constantiae habeas, si inter plausus senescis, si te inexpugnabilis, & inclinatione quadam menium pronus fauor sequitur? Vnde scio, quam aequo animo latus sis orbitatem, si quoque sustulisti, vides? Audiui te, cum alios consolarec: tunc confixis, si te ipse confolatus es, si te ipse dolere vetus es. Nolite, obsecro vos, expatescere ista, quae dij immortales velut stimulos admouent animis. Calamitas, virtutis occasio est. Illis merito quis dixerit miseros, qui nimia felicitate torpescunt, quos velet in mari lento tranquillitas iners detinet. Quicquid illis inciderit, nouum veniet. Magis vrgent saeuia inexpertos. Graue est tenerae certuci iugum. Ad suspicionem vulneris tiro palleseit; audaciter veteranus exuere siuam spectat, qui sic se saepe vicisse post sanguinem. Hos itaque Deus, quos probat, quos amat, indurat, recognoscit, exercet. Eos autem quibus indulgere videtur, quibus parcere: molles venuris malis seruat. Erratis enim, si quem iudicatis exceptum. Veniet ad illum diu felicem sua portio. Quisquis videatur dimissus esse, dilatus est. Quare Deus optimum quenq; aut mala valetudine, aut luxuria, afficit? Quare in castis quoque periculo fortissimis imperantur? Dux lectissimos mittit, qui nocturnis hostes aggreditur in fidis, aut explorent iter, aut praesidiū loco deiçiant. Nemo eorum qui exēunt, dieit. Male de me Imperator meruit: sed, Bene iudicauit. Idem dicant quicunque iubentur pati, timidis ignauisque flebilis: Digni visi sumus Deo, in quibus experiretur, quantum humana natura posset pati. Fugite delicias, fugite energetam felicitatem, qua animi permadeſcunt, nisi aliquid interuenit, quod humanae sortis

tis admoneat velut perpetua ebrietate sopiti. Quem specularia semper à flatu vindicarunt, cuius pedes inter somenta subinde mutata teperunt, cuius coenationes subditus & parietibus circumfulsus calor temperauit, hunc leuis aura non sine periculo stringet. Cum omnia quae excesserunt modum, noceant, periculosisima felicitatis intemperantia est. Mouet cerebrum, in vanas mentes imagines euocat, multū inter falsum ac verum mediae caliginis fundit. Quid si satius sit, perpetuam infelicitatem quae aduocat ad virtutem, sustinere, quām infinitis atque immodicis bonis rumpi? Leuior ieiuno mors est: cruditate diffiliunt. Hanc itaque rationem dij sequuntur in bonis viris, quam in discipulis suis preceptores: qui plus labořis ab his exigunt, in quibus certior spes est. Nunquid tu iniūs esse Lacaedemoni liberos fuos credis, quorum experiūr indolem publice verberibus admotis? Ipsi illos patres adhortantur, ut iſtus flagellorum fortiter perferant, & laceros ac semianimes rogant, perseuerent vulnera praebere vulneribus. Quid mirum, si dure generos spiritus Deus tentat? Nunquam virtutis molle documentum est. Verberat nos & lacerat fortuna. Patiamur. Non est saeuia: certamen est. quo saepius adierimus, fortiores erimus. Solidissima pars est corporis, quam frequens vsus agitat. Praebendi fortunae sumus, ut contra ipsam ab ipsa durem ur. Paulatim nos sibi pares faciat, Contemptum periculorum assiduitas perlicit dabit. Sic sunt nauticis corpora ferendo mari duta: agricolis manus tritae. Ad excutienda tela militares laceru valent. Agilia sunt membra curforibus. Id in quoque solidissimum est, quod exercuit. Ad contemnendam malorum potentiam, animus patientia peruenit: quae quid in nobis effice re possit, scies, si aspiceris, quantum nationibus nudis & inopia fortioribus, labor praefert. Omnes considera gentes, in quibus Romana pax definit: Germanos dico, & quicquid circa Istrum vagarum gentium occursat. Perpetua illos hiems, triste caelum premit, maligne solum sterile sustentat, imbreu cultu aut fronde defendunt, super durata stagna persulant, in alimentum feras captant. Miseri tibi videntur? Nihil miserum est, quod in naturam conuentudo perduxit. Paulatim enim voluptati sunt, quae necessitate cooperūt. Nulla illis domicilia, nullae fedes sunt, nisi quas laſſitudo in diem posuit. Vilis, & hic quaerendus manu vičtus, horrenda iniquitas caeli, intacta corpora: hoc quod tibi calamitas videtur, tot gentium vita est. Quid miraris bonos viros, ut confirmetur, concuti? Non est arbor solida, nec fortis, nisi in quam frequens ventus incursat: ipsa enim vexatione constringitur, & radices certius figit. Fragiles sunt, quae in aprica valle creuerunt. Pro ipsis ergo bonis viris est, ut esse interriti possint, multū inter formidolosa versari, & aequo animo ferre quae non sunt mala, nisi male sustinenti.

C A P. V.

ADijce nunc, quod pro omnibus est, optimum quemque, ut ita dicam, militare, & edere operas. Hoc est propositum Deo, quod sapienti viro, ostendere haec quae vulgas appetit, quae reformidat, nec bona esse nec mala. Apparebunt autem bona esse, si illa non nisi bonis viris tribuerit: & mala esse, si malis tantum irrogauerit. Detestabilis erit cæcitas, si nemo oculos perdidit, nisi cui eruendi sunt. Itaq; careant luce Appius & Metellus. Non sunt diuitiae bonum. Itaq; habeat illas & Ellius leno, ut homines pecuniam cum in templis consecrarent, videant & in fornicē. Nullo modo magis potest Deus concupita traducere, quām si illa ad turpissimos deferat, ab optimis abigit. At iniquum est, bonum virum debilitari, aut constringi, aut alligari, malos integris corporibus solitos ac delicatos incedere. Quid porro? non est iniquum, fortis viros arma sumere, & in castris pernoctare, & pro vallo obligatis stare vulneribus: intertin in vrbe securos esse, praecisos & professos impudicitiam? Quid porro non est iniquum, nobilissimas virginēs ad sacra facienda noctibus excitari, altissimo somno inquinatas frui? Labor optimos citat. Senatus per totū diem saepe consulitur: cum illo tempore vilissimus quisque, aut in campo otium suum oblectet, aut in popina lateat, aut tempus in aliquo circulo terat. Idem in hac magna republica fit: boni viri laborant, impendunt, impendunt, & volentes quidem: non trahuntur à fortuna, sequuntur illam, & aequant gradus, si scilicet, antecessissent. Hanc quoque animosam Demetrij fortissimi viri vocem audire me memini: Hoc vnum, inquit, dij immortales, de vobis queri possum, quod non ante mihi voluntatem vestram notā fecistis. Prior enim ad ista venissem, ad quae nunc vocatus aſſum. Vultis liberos sumere? illos vobis sustuli. Vultis aliquam partem corporis? sumite. Non magnam rem promitto, cito totum relinquam. Vultis spiritum? Quid nī? nullam moram faciam, quominus recipias quod dedisti. A volente feretis, quicquid petieritis. Quid ergo est? maluſtem offerre, quām tradere. Quid opus fuit auferre? accipere potuſtis, sed ne nunc quidem aufereris: quia nihil eripitur, nisi retinenti. Nihil cogor, nihil patior inuitus: nec seruio Deo, sed aſſentio: eo quidem magis, quod scio omnia certa, & in aeternum dicta lege decurrere. Fata nos ducunt: & quantum cuique restet, prima nascientium hora dispositum. Causa pendet ex causa, priuata ac publica longus ordo rerum trahit. Ideo fortiter omne ferendum est: quia non, ut putamus, incedunt cuncta, sed veniunt. Olim constitutum est, quid gaudeas, quid fleas: & quamvis magna videatur varietate singularium vita distinguunt, summa in vnum venit, accepimus peritura perituri. Quid ita indignatur? quid querimur? Ad hoc parati sumus. Vtatur, ut uult, suis natura corporib. Nos laeti ad omnia & fortis cogitemus, nihil perire de nostro. Quid est boni uiri? praebere se fato. Grande solatium est, cum uniuerso rapi. Quicquid est quod nos sic uiuere iussit, sic mori: eadem necessitate & deos alligat. irreuocabili humana pariter ac diuina cursus uehit. Ille ipse omnium conditor ac rector scripsit quidem fata, sed sequitur. Semper pareat, semel iussit. Quare tamen Deus tam iniquus in distributione fati fuit, ut bonis uiris paupertatem, uulnera, & acerba funera adsceret?

beret? Non potest artifex mutare materiam. Haec passa est. Quaedam separari à quibusdam nō possunt, cohaerent: indiuidua sunt. Languida ingenia, & in somnum itura, aut in uigiliam somno simillimam, inertibus necuntur elementis: ut efficiatur uir cum cura dicendus, fortiore fato opus est. Non erit illi planum iter: sursum oportet ac deorsum eat, fluctuetur, ac nauigium in turbido regat. Contra fortunam illi tenēdus est cursus. Multa accident dura, aspera, sed quae molliat & complanet ipse. Ignis aurum probat, miseria fortis uiros. Vide quam alte escendere debeat uirtus. Scies illi non per secura uadendum esse.

*Ardua prima via est, et quae vix mane recentes.
Enituntur equi: medio est altissima caelo:
Vnde mare et terras ipsi mibi saepe videre
Fit timor, et pauida trepidat formidine pectus.
Ultima prona via est, et eget moderamine certo.
Tunc etiam quae me subiectis excipit vndis,
Ne ferar in praeceps, Thetis solet ipsa uereri.*

Haec cum audisset ille generosus adolescens: Placet, inquit, uia.escendo. Est tanti per ista ire casuero. Nō definit acrem animum metu territare.

*Vtq. viam teneas, nulloq. errore traharis,
Per tamen aduersi gradieris cornua tauri,
Aemoniosq. arcus, violentiq. ora leonis.*

His quibus deterrei me putas, incitor. Libet illic stare, ubi ipse sol trepidat. humili & inertis est, tuta fester, per alta uirtus it.

C A P. VI.

Q Vare tamen bonis viris patitur aliquid mali Deus fieri? Ille vero non patitur. Omnia mala ab illis remouit, scelera & flagitia, & cogitationes improbas, & auida consilia, & libidinem caecam, & alieno imminentem auaritiam. Ipsos tuetur ac vindicat. Nunquid hoc quoque à Deo aliquis exigit, vt bonorum virorum etiam sarcinas ferueret? Remittunt ipsi hanc Deo curam: externa contemnunt. Democritus diuinitas proiecit, onus illas bona mentis existimans. Quid ergo miraris, si id Deus bono accidere patitur, quod vir bonus aliquando vult sibi accidere? Filios amittunt viri boni. Quid ni, cum aliquando & ipsi occidunt? In exilium mittuntur. Quid ni, cum aliquando ipsi patriam non repetituri relinquant? Occiduntur. Quid ni, cum aliquando ipsi sibi manus afferat? Quare quaedam dura patiuntur? vt etiam alios pati doceant. Nati sunt in exemplar. Puta itaque Deum dicere: Quid habetis, quod de me queri positis vos, quibus resta placuerunt? Alijs bona falsa circumdedi, & animos inanes, velut longo fallacie somnio lusi. Auro illos, argento & ebore ornauit: intus boni nihil est. Iste quos pro felicibus aspicitis, si non qua occurruunt, sed qua latent, videritis, miseri sunt, sordidi, turpes, ad similitudinem parietum suorum extrinsecus culti. Non est ista solida & sincera felicitas: crux est, & quidem tenuis. Itaq. dum illis licet stare, & ad arbitrium suum ostendi, nitent & imponunt: cum aliquid incidit, quod distractet ac detegat, tunc appetat quantum altae ac uerae foeditatis alienus splendor abscondit. Vobis dedi bona certa, mansura: quanto magis versaueritis, & vnde inspexeritis meliora maioraq. permisi vobis, metuenda contemnere, cupienda fastidire. Non fulgetis extrinsecus: bona vestra introrsus obuersa sunt. Sic mundus exteriora contempnit, speculo sui laetus. Intus omne posuit bonum. Non egere felicitate felicitas vestra est. At multa incident tristia, horrenda, dura toleratu, quia non poteram vos ipsis subducere, animos vestros aduersus omnia armaui. Ferte fortiter. hoc est, quo Deum antecedatis. Ille extra patientiam malorum est, vos supra patientiam. Contemnite paupertatem. Nemo tam pauper viuit, quam natus est. Contemnite dolorem: aut soluetur, aut soluet. Contemnite fortunam: nullum illi telum quo feriret animum, dedi. Contemnite mortem. quae vos aut finit, aut transfert. Ante omnia caui, ne quis vos teneat in uitio. Patet exitus. Si pugnare non vultis, licet fugere. Ideoq. ex omnibus rebus, quas esse vobis necessarias volui, nihil feci facilius, quam mori. Prono animam loco posui. trahitur. Attendite modo, & videbitis quam breuis ad libertatem & quam expedita ducat via. Non tam longas in exitu vobis quam intrantibus moras posui: alioqui magnū in vos regnum fortuna tenuisset, si homo tam tarde moreretur, quam nascitur. Omne tempus, omnis vos locus doceat, quam facile sit renuntiare naturae, & munus suum illi impingere. Inter ipsa altaria & sollemnes sacrificantium ritus, dum optatur vita, mortem condiscite. Corpora opima taurorum exiguo concidunt vulnere, & magnarum virium animalia humanae manus ictus impellit. tenti ferro commissura ceruicis abrum pitur, & cum articulus ille, qui caput collumq. committit, incisus est, tanta illa moles corruit. Non in alto latet spiritus, nec utique ferro eruendus est. Non sunt vulnere impresso scrutanda praecordia. In proximo mors est. Non certum ad hos ictus destinai locū. quacunq. perire est. Ipsum illud quod vocatur mori, quo anima discedit à corpore, breuius est, quam vt sentiri tanta velocitas possit. siue fauces nodus elisit: siue spiramentum aqua praeclusit: siue in caput lapsos subiacentis soli durititia comminuit: siue haustus ignis cursum animae remeantis intercidit: quicquid est, properat. Ecquid erubescitis? Quod tam cito fit, timetis diu?

M· A N T O N I I · M V R E T I · A D
LIBRVM PRAECEDENTEM

N O T A E.



V E R A huius libri inscriptio haec est: *Quare bonis viris multa mala accidunt, cum sit prouidentia. Ea non tantum in libro Siculo totidem litteris legitur, sed, quod pluris est, apud Lactan- tium in libro de iustitia.*

Quid ita si prouidentia.] Ita impius quidam philosophus apud Plutarchum, si is liber Plutarchi est, quod non credo: neq; me à sententia aut Stobaei aut Eusebij demouet auctoritas, libro primo ἀεὶ τῷ φρεσκόντων τοῖς φιλοσόφοις. Πᾶς δὲ, εἴπερ ὁ θεός εἰ, καὶ τῇ τούτῳ φροντίδι τὰ τέλη αὐθεάτων σικουμεῖται, τὸ μὲν κύβεντον δύναχεῖ, τὸ δὲ ἀστένον τ' αὐγάντα πάσχει; Αγαθέμυνον τέ γένεται.

Αμφότερον, βασιλές τ' ἀγάθος, κρατερός τ' ἀχρηστίς.
Ἇσδε παραχρῆμα τὸν πατέρα τοῦ θεοῦ τὸν δὲ συγγενέαν Ηρακλῆν πολλὰ δῆλα διπλωματομένων τὸν αὐτόν πρώτον βίον καθάριας, ὃντα Δημαρέας φαμανδεῖς ἐδιλοφούντε. *Et Cyniscus Iouem alloquens.* Διὶ τέλευτον οὐκοῦ μηδὲ εἰμένον ὑμῖς ἔρωμα, σέτε καὶ τὸν περιβόλου, καὶ τὸν ἐμαρτύριον, τὸ δὲ ποτε φωκίων μὲν ὁ ξενιστὴ σὺ πενίακην πασαίει τῇδε αὐτογεγονόντες αὐτές, καὶ Αρεσέδης ταχέα ἀπέ, Καλλίας δὲ καὶ Αλκιβίαδης ἀκόλαστα μετράκια νέφελάτους, καὶ Μετίας ὁ οὔτερος, ὁ χέρον ὁ Αἰγανήτης, κίνασθες αὐτὸν πατος, τὸν μετέρα λιμῷ ἀπεκτούσας. καὶ πάλιν Σωκράτης μὲν παρεδεῖ τῷ τοῖς ἔνδεικν, Μέλιτος δὲ ὁ παρεδεῖ τῷ. ὁ Σαρδανάπαλος μὲν ἐβασίλεσσε, Θίλυς ἄν, Περαῶν δὲ ποσοῦ τοις καλοὶ καράσοι αὐτοῖς αὐτοῖς αὐτοῖς αὐτοῖς, διότι μὲν πρέσοντα τοῖς γιγνομένοις. ἴνα δὲ μηδὲ ταῦτα λέγω, κατέχεσσον ἐπεξειλόν, τοῖς μὲν πονηροῖς δὲ δαιμονοῦτας, ἡ τοῖς πλεονέκτας, ἀγρομένοις δὲ καὶ φερομένοις τοῖς ξενισταῖς, εἰ πεντέ καὶ νόοις ἡ μηρίοις κακοῖς περιέμενοις.

Si prouidentia.] Pronoean aut prouidentiam cum dicebant Stoici, nullo addito, diuinam prouidentiam intelligebant. Cicero 11. de natura deorum. Ut si quis dicat, Aheniensium remp. concilio regi: desit illud, Ariopagi: Sic cum dicimus, prouidentia mundum administrari, deesse arbitrator, deorum. plane autem & perfecte sic dic existimato, prouidentia deorum mundum administrari.

In contextu operis.] Quod non extat, significat autem magnum illud opus, quo vniuersam moralem philosophiam complexus erat: cuius crebra in epistolis mentio.

Manente lice integra.] De prouidentia: non quidem tecum : sed *cum* ijs qui eam negant.
Superuacuum est.] Tam quia per se notum est : tum quia tu id non negas. Breuiter tamen tagit, quasi prae-
teriens, multa argumenta, quibus, diuinum esse aliquod numen, quod huic rerum universitati praesideat, intelli-
gatur. quorum primum est, mundi ipsius magnitudo, quae carere custode non potest. Sic apud Ciceronem Balbus
An vero, inquit, si dominum magnam pulchramq. videris, non possis adduci, vt, et si dominum non videas, muribus
illam & mustellis aedificatam putes: tantum vero ornatum mundi, tantam varietatem pulchritudinemq. rerum
caelestium, tantam vim & magnitudinem maris atq. terrarum si tuum, ac non deorum immortalium domiciliu-
m putes, non plane desipere videare? Sed haec argumenta & in secundo de natura deorum, & a Laetantio in libro
de ira dei, & a Theodoreto, decem aureolis orationibus diuinitus explicata sunt.

Et quae casus.] In ijs quae casu aguntur, nullus ordo, nulla constantia est. In mundo omnia ordinatim constanterq; fuit. Non igitur casu aguntur. Quod si est, sequitur, ut mente ac consilio regantur.

Aeternae legis.] Ita vocabant mentem, ac consilium diuinum: siue, ut Cicero libro I. de legibus loquitur, ratione rectam summi Iouis. Et eo sensu dixerat Pindarus, ρόμου ἐπί πάντων βασιλέα δυνάστη τον θεόν, ut est apud Platonem in Gorgia. quod etiam a Pindaro sumptum posuerat Chrysippus libro primo τοῦ ρόμου οὐτούτῳ est in libro secunda D. de legibus. Et apud Euripidem Hecuba ait, legi illi etiam deos parere ac subesse.

Ημεῖς μὲν οὐδὲ δύναοι τε καὶ δύναταις ἴσως.
Αλλ' οἱ θεοὶ δένουσι, χάρικέντων κρατῶν
Νέας Εορτής επικατέληγεν αὐτὴν περιθάτην, καὶ λαμπεῖσαν ἀπὸ δασῶν

Non esse materiae errantis hunc ordinem.] Aduersus Epicureos, qui haec omnia temerario atomorum concursu fieri ac constare dicebant.

Molliant terras.] *Suapte sponte aridissimas, ideoq. durissimas.*
Nec nullum incrementum.] *Omnia flumina intrant in mare: ita mare non redundat. Ecclesia&stae capit*

Ex minimis seminibus.] Cicero. Seminis enim vim esse tantam, ut id quanquam sit per exiguum, tamen, si in

ciderit in concipientem comprehendenteq. naturam, nactumq. sit materiam, qua ali augeriq. possit, ita firga
Efficiat in suo quidque genere. Vtitur eodem arguento ad ostendendam prouidentiam & Simplicius in
Epictetum.

Ne illa quidem.] Non tantum ea, quae ita certa sunt & composita, ut in eis manifesto vis consilij & rationis appareat, sed ea etiam quae videntur incerta & temeraria, certo tamen consilio administrantur.

Noua

Noua insularum in vasto exilientium mari spatia.] Exemplum huius rei est apud Liuium ad finem libri XXXIX. Vide Plinii capite XCIV. libri secundi.

Vt bona bonis noceant.] Hac de re copiose dixi libro secundo commentariorum in libros Platoni de rep.

Inter bonos viros ac deum amicitia est.] Vnde colligebat Diogenes cynicus, omnia bonorum virorum esse: quod & deorum omnia essent, & amicis omnia inter ipsos communia.

Conciliante virtute.] Quam eadem esse dicebant in nomine & in deo. Cicero primo de legibus.

Bonus ipse tempore tantum a deo differt.] Itaq. dicebant, hominem esse mortalem deum, deum vero hominem immortalē. Sed hoc multo quam par est, audacius ac superbius dictum est.

Discipulus eius.] οὐτε τοῖς δέοντας τοις δέονταις.

Aemulatione.] E/foe imitatores dei.

Et vera progenies.] Erunt filij Dei. Dicas interdum hunc hominem litteras sacras attigisse ac degustasse.

Nec hoc dico, non sentit illa.] Nisi evadet omnia vitium potius esset. Notum est quid Plato dixerit in Diogenem: cum is ostendat etiam causam columnā marmoream nudus media bieme amplectetur. Si sentis, stulte facis: si non sentis, nihil magnificis.

Exercitationes.] Rechte sunt enim aut κρυπτήν την τάξιν, aut ὑγρόν την γραμμάτων. Simplicius in Epictetum.

Ecce par deo dignum.] Vstatio in gladiatoriis verbosus est, vt & statim, Compositus. Lucilius. Cum Placide in hoc componitur. & in hoc ipso libro. Ignominiam iudicat gladiator cum inferiore componi.

Iam Petreius & Iuba concurrerunt, iacentq. alter alterius manu caesi.] Mirabilis in horum morte narranda historiorum dissensio est. Hic noster ait eos mutuū vulneribus caesos; idq. factum Catone nondum mortuo. At Hirtius in libro de bello Africano. Rex interim Iuba, inquit, ab omnibus cuitatibus exclusus, desperata salute, cum omnia conatus esset, cum Petreio, vt per virtutem interfecti esse viderentur, ferro inter se depugnant. Firmior imbecilliorem Iuba Petreium facile ferro consumpsit. Deinde ipse sibi cum conaretur gladio traiecte pectus, nec posset, precibus a seruo suo impetravit, vt se interficeret, idq. obtinuit. Sed hoc Catone iam mortuo factum esse dicit. Huius igitur testimonio, valentior fuit Iuba. At Florus libro quarto, hoc modo, Iuba cum se receperisset in regiam, magnifice epulat cum Petreio fugae comedite; super mensas & pocula, interficiendum se ei praebuit. Ille & regi sufficit & sibi. En tibi valentorem, Petreium. In hoc autem consenit Florus cum Seneca, quod id factum narrat, antequam manus sibi adserret Catonem. Linus, quantum ex epitoma libri CXIV. colligitur, de Petreio cum Floro facit: de tempore dissensio. Prius enim narrat mortem Catonis. Dio libro XLIII. idem sentire videtur, quod Seneca. Appianus Hirtij sententiam sequitur. Quid in hac varietate facias? Quid, nisi ut dormias potius, quid in his, quibus neq. melior quisquam, ncq. sapientior sit, subtiliter conquirendis otium conteras?

Si miraris hoc pro aliquo esse.] Hoc ipsum argumentum ita exposuit Simplicius. Et εἰ τὸν θεόν σφι σφέαπον λαζαλού γενέσθεντον οὐ γένεσθεντον, καὶ μέσα απόσθεντον, καὶ τὸ δύνατον τοῦ αρχέων καλούμενον αὐτὸν ποιεούν, εἰ τοντούς λέγουν, δηλαδὴν οὐ τὸν τετέλευτον τοῦ λαζαλού, διὸ τὸν τοῦ λαζαλού διὸ δέ τοιπον

Et radi ossa & legi, & extrahi uenas.] Legebantur ossa mortuis. Homerus.

Hōdei δίνοι λέγουν λευκούς οὐδὲ Αχλαῖς. Virgilius.

Ossa, lecta cado lexit Corinnae aheno. Propertius.

Ossaq. legitisti, non illa aetate legenda

Patris. Hic noster libro secundo de ira. Dignus fuit, cui permitteret a conuiuio ad ossa filii legenda discedere. Atq. hoc quamlibet multis veterum testimonij confirmari potest. Sed & in curandis varicibus non raduntur modo, sed & exciduntur: vt vide est apud Celsum libro octavo. quibus autem exciduntur: ijs etiam viuis legitur. Venae etiam noxiæ, vt in varicibus, aut aduruntur, aut exciduntur, & eximuntur. Vide Celsum libri septimi capite XXXI.

Longinqui littoris pices.] Vt muraenas & anguillas Siculas, Ostrea Lucrina, Coracinos Niliacos, lupos ex Timauo, acipenseris Rhodios. Horatius.

Sed non omne mare est generosae fertile testae.

Murice Baiano melior Lucrina peloris.

Ostrea Circaeis, Mifeno oriuntur Echini.

Pectinibus patulis iactat se molle Tarentum.

Talia multa collegunt Arro. Vide Agellum libri VII. capite XVI. Scripserat & Ennius eodem argumento φαντασίᾳ, ex quibus verius aliquot leguntur apud Appuleium apologia prima: sed valde corrupi. Scripserant & Antiphanes & Hermippus: quorum multa extant apud Atheneum. Vide et Macrobius libro tertio Saturnaliorum, & Clementem libro secundo paedagogi.

Peregrina aucupia.] Vt attagenas Ionicas. Martialis.

Inter sapores fertur alitum primus.

Ionicarum gustus attagenarum.

Phoenicopetos: quorum etiam linguis patinas implebantur & in superioribus diximus. Idem.

Dat mihi penna rubens nomen. sed lingua gulosis

Nostra sapit.

Phisianos, gallinas Numidicas, porphyrones, pauones Samios & similia. Feras.] Vt apes. Iuuenalis.

quanta est gula, quae sibi totos

Ponit apes, animal propter conuiua natum.

Martialis.

Spumeus in longa cuspide fumat aper.

Idem.

Qui Diomedeis metuendus setiger agris.

Aetola cecidit cuspide, talis erat.

Mirum est autem tantopere illis placuisse vestos illos & immanes apes, cum tenellos constet esse suauiores: nisi forte qui minore periculo capiebantur, minus placebant. Oryces. Martialis.

Matutinarum non ultima praedat ferarum,

Saenus oryx, constat quot mihi morte canum.

Onagros, laliones, dorcas, cervus, eiusdemq. generis alia.

Pigritiam stomachi naufragis.] In eum enim sum illa sumebant. Horatius.

Tostis marcentem squillis recreabis & Afra

Potorem cochlea.

Idem. Languidus in cubitum cum se conuiua reponit.

Itaque quod alij cibum capiunt, vt esurire desinant: illi eo capiebant, vt pleni ac distenti denso esurirent.

Ingenti pomorum fratre.] Ita enim apponebant aprum, vt indicarent, eum talem pomorum quasi stragem edere solitum esse. Sic quillias cingebant apfaragis. Iuuenalis.

Aspice, quam longo distendat pectore lacentem.

Quae fertur domino squilla, & quibus vndiq. cincta

Asparagis, qua despiciat conuiua cauda,

Cum venit, excelsi manibus sublata ministri,

Sullae dictator.] Petentivit Romam redire.

Supra Seruiliū lacum.] Cicero pro Sex. Roscio Amerino. Multos caesos, non ad Trasimenum lacum, sed ad Serniliū vidimus.

Spollarum.] Panicularia sunt ea, quae in custodiā receptus secum attulit: spolia, quibus induitus est, cum ad supplicium ducitur. L. Diuus Hadrianus. D. de bonis damnatorum. Ea milites pharumq. inter se diuidebant. Inde spoliarium locus ubi exi solebant. Seneca. Nunquid aliquem tam cupidum esse vitae putas, vt ingulari in spoliario quam in arena malit? Plinius in Panegyrico. Nunc templum, non spoliarium ciuium, cruentarumque praediarum saeum receptaculum. Lampridius in Commodō. Gladiatori cadaver trabatur: gladiatori cadaver in spoliario ponatur.

Vomitū tementur.] Frequens erat apud veteres vomendi consuetudo. Iuuenalis. Bibit & vomit. Idem. Cruditus paonem in balnea portas. Suetonius de Vitellio. Nec temere unquam tridinio abscessit, nisi distentus ac madens; & vt statim supino ac per loquacem hianti pinna in os indeteretur ad exonerandum stomachum. Sed & Caesarem vomere solitum ostendunt illa ex oratione pro Deiotaro. Cum te post coenam vomere velle dixisses. Et puto eum, diem sibi unum solitum deligere ex menfe, quo coenaret copiosius vt postea vomeret. Cicero de eo ita scribit libro XIII. ad Atticum. Vnctus est, accubuit, Emetikhn agebat. Itaq. & edit & bibit A.D.E.O.S., & iucunde, opipare sane & appetare. In illo autem ευτηλού, puto intelligendum, οὐ παν. S. Hieronymus libro secundo aduersus Iouinianum. Multi impatientiam gulæ vomiti remeuntur, male vulgo legitur, remediantur.) & quod turpiter ingesserint, turpis egrent. Adhibebant ciuii rei causa drimyphagian, id est esum acrium, & salforum, sumebantq. omotarichum, raphanum, erucam, salfumentum vetus, origanum viridem, caepas, porrū, & talia. Auctores Dioscorides libro primo, Panlus Aegineta libro primo, & libro quarto. Itaq. hoc commendat Galenus libro quinto de vesti partium & laudat vertices medicos, qui tales vomitiones imperarent aut semel aut etiam bis quo mensibus. At Plinius lib. XI. cap. LIII. ait eis frigidiora effici corpora, oculosq. ac dentes insignerit laedi. Plutarchus quoq. in libro de valedidine tuenda, vomitum & purgationem aliud per medicamenta vocat turpia redundantiae remedia: & dannat.

Qua animi permadefcunt.] Ita hoc verbosus est & Plautus.

Continuo pro imbre amor aduenit in cor meum.

Is vñq. in pectus permanauit; permadefcit cor meum.

Non est arbor solida.] Klymatis, Κλυματίας, αράβια, αράβια, ait Hippocrates.

Fata nos ducent.] Sic alibi:

Ducunt volentem fata, nolentem trahunt. & Manilius.

Fata regunt orbem: certa stant omnia lege.

Nascentes morimur: finisq. ab origine pender.

& Seneca tragicus.

Fatis agimus, cedite fatis,

Fatum vocabant antiquissimi consilium Louis: quo regerentur omnia. Itaq. apud Homerum cum legerent: Διὸς δ' επελέσθε βαλλ, fatum intelligebant. Eundem διὸν vocabant, quam ait Homerus vnicuiq. hominum nasci nere id quod ipsi ententurum est. Iuno Iliados iū de Aenea loquens, οὐ περ ἀντετελεσθεῖσαν διὸν.

Eandem, τὸν τὸν παντὸς λόγου, id est, mentem ὃ animum mundi. Οὐ οὖν, tanquam εἰδέσιον πάντα omnium quae fierent. Οὐ δίαι, ὅπερ πανταχοῦ. Οὐ παραμένειν, quod certa ac definita esset. eandem Plato libro x. de rep. vocat. ἀδημοσίας νόμου. His autem omnibus nihil aliud significabant, quam Deum, ut praeclare disputatur ad finem θεολογίας τοιούτου. libelli de mundo ad Alexandrum. Οὐ apud Ciceronem in Academicis. Hic si substituissent, ferri poterant. Sed progressi sunt ulterius, ut dicerent, esse ordinem quendam necessarium in rebus omnibus ex omni aeternitate constitutum; cui non inferiora modo haec, sed Οὐ Deus ipse seruire: ita ut cum mutare non posset. Hunc ita definiebat Chrysippus, ut diceret, fatum esse sempiternam quandam Οὐ indeclinabilem seriem rerum Οὐ catenam, quae semet ipsa volueret, Οὐ implicaret per aeternos consequentiae ordines ex quibus apta conexaque esset. Ergo Iupiter ipse Iliados καὶ dolet se Sarpedona morti eripere non posse, quod ei fatale esset, tunc à Patroclo interfici.

Ωμοι ἐγών ὅτε μοι Σαρπιδόνα φίλατον αὐδῆσαι
Μοιρέων παρβόλοι Μενοικάδοι δεμύνειν.

¶ inde est illud Simonidis: ἀνύκη ἐδὲ θεοὶ μάχονται. ¶ Veteris cuiusdam poetae apud Ciceronem.

Quod fore paratum est, id sumimum exuperat Iouem.

In quo insaniebant. In deo enim libera & absoluta rerum omnium potestas est: necessitas nulla. Hoc tamen diligenter obseruabant, ne Deum mali auctorem facerent. Itaq. in illa oratione Lacheseos, quae Necessitatis filia dicitur, libro decimo de rep. ita scriptum est. ἀπὸ τοῦ δέ ἀδεστρον. οὐ πλεῖς καὶ ἀπομένων, πλέον καὶ ἔλετον ἀνθρώπους εἴησεν. αὐτά ταῦτα εἰπούμενοι. θεός αὐτάντος. Et apud Homerum libro primo odyssae, Iupiter autem despere homines, cum malorum causam referunt in deos, in quae ipsis sua se stultitia coniungant.

Ωπόποι, οἵον δὲ νῦν θεάς βροτοὶ αἴπερωνται
Εξ ἡμέρων γαρ φαστικῶν ἐμμενεῖν. οἱ δὲ καὶ ἀντί^τ
Σφήνοιν ἀπανταλίστον τοῦτο μόρον ἀλλ' εἶχονται

Nobis Christianis satius est, ut fortunae ita fati nomine abstinere. Quod si quis cum fato omnia regi ait, diuinū consilium ad se fati nomine intelligi dicit sententiā, ut ait S. Augustinus, teneat, linguam corrigat. Vulgo enim fati nomine accipiunt commenticiam quandam necessitatem, quae ex sideribus pendeat: quae merum somniū est. Absit, ait S. Gregorius, a fidelium cordibus, ut fatum esse aliquid dicant. Ut a tam impiorum opinionum faeditate longissime abesse, ita omnes voces quae illarum suspicionem mouere aliquam possint, studiosissime vitare debemus. Si Christiani sumus, viam, & moribus & vocibus Christianis.

Non potest artifex mutare materia[m].] Stulta & haec opinio de origine malorum. Materia[m] continuuisse in se malorum omnium semina: eam autem a Deo non potuisse mutari. Tangit hanc Arnobius libro primo aduersus gentes, his verbis. Quid enim si prima materies, quae in rerum quattuor elementa digesta est, misericordiarum omnium causas suis continet rotationibus inuolutas? Non cogitabant videlicet, ut cetera omnia, sic materiam ipsam a Deo conditam esse. Vedit autem Deus omnia quae fecerat: & erant valde bona. Itaq. malorum origo aliunde repetenda & aliter explicanda est.

Ferte fortiter, hoc est quo deum antecedatis.] Haec vero intoleranda Stoicorum arrogantia est. Parum putarunt, sapientem suum cum deo conferre, etiam anteposuerunt. Haec monstra opinionum perterrefacere nos debent, ne vnguam ingenio nostro confisi, quidquam de rebus diuinis temere aut statuere aut pronuntiare audemus.

EXCERPTA QVAEDAM

E. LIBRIS. SENECAE



Honestia, inquit, Epicurus, res est paupertas laeta. Illa vero iam paupertas nō est, si laeta est. Cui cum paupertate bene conuenit, diuīes est. Non qui parum habet, sed qui plura cupit, pauper est. Quid enim refert, quantum illi in arca, quantum in horreis lateat, quantum pascat aut foeneret, si alieno imminet, si non acquisita, sed acquirenda concupiscit? Quis sit diuitiarum modus quaeris? Primo, habere quod necesse est: secundo quod satis est. Nulli potest secura vita contingere, qui de producenda nimis cogitat. Nullum bonū iuuat habentem, nisi ad cuius amissionem praeparatus est animus. Magnae diuitiae sunt, lege naturae composita paupertas. Lex autem naturae, scis quos terminos nobis statuit? Non esurire, non sitiare, non algere. Vtī famem fitimq. depellas, non est necesse maria tentare, nec castra sequi: parabile est quod natura desiderat, & cito apponitur. Ad superuacua sudatur. Illa sunt quae togam terunt, quae nos senescere cogunt, quae in aliena littora impingunt. Ad manum est quod satis est. Si cui sua non videntur amplissima, licet totius mundi dominus sit, miser est. Miser est, qui se beatissimum non iudicat, licet toti mundo imperet. Non est beatus, qui se id non putat esse, Nihil habeamus, quod cum magno emolumento insidiantis, eripi possit. Quamminimum in corpore tuo sit spoliorum. Nemo ad humanum sanguinem venit propter ipsum, vel admodum pauci. Nudum latro transmittit: etiā in obsessa via pauperi pax est. Is maxime diuitijs fruitur, qui minime indiget. Si ad naturam viues, nunquam eris pauper: si ad opinionem, nunquam diuīes. Exiguum natura desiderat, immensum opinio. Si congeratur in te quicquid multi locupletes possederunt, si ultra priuatum pecuniae modum fortuna te prouehat, auro tegat, purpura vestiat, eo deliciarum opumque perducat, vt terram marmoribus abscondas, non tantum liceat habere, sed calcare diuitias: accedant statuae & picturae, & quicquid ars villa luxuriae auro & argento elaborauit, maiora cupere ab his disces. Desideria naturalia, finita sunt: ex falsa opinione nascentia, vbi desinat non habent. Nullus enim terminus falso est. Veritati aliquid extremum est: error immensus est. Retrahe te ergo à vanis: & cum voles scire an naturalem, an uanam habeas cupiditatem, considera num ali cubi consistat. Si longe progresso semper aliquid longius restat, scito id naturale non esse. Paupertas expedita, secura est. Cum classicum cecinit, scit non se peti: cum aliquo cōclamatum est, quomodo exeat, non quid efferat, quaerit. At cum nauigandum est, non strepitu portus, non vnius comitatu inquieta sunt littora. Non circumstat illum turba hominum, ad quos pascendos transmarinarum regionū optanda est fertilitas. Facile est pascere paucos ventres, & bene institutos, & nihil aliud desiderantes, quam impleri. Paruo famēs conīat: magno fastidium. Paupertas contenta est desiderijs instantibus satisfacere. Sanus diuīes est, qui licet habeat diuitias, eas tamen ut fugientes habet. Quid ergo est, quare recuses ea contubernalem, cuius mores sanus diuīes imitatur? Si vis vacare animo aut pauper sis oportet, aut pauperi similis. Non potest studium salutare fieri sine frugalitatis cura. Frugalitas, paupertas voluntaria est. Percessi sunt multotiens exercitus inopiam omnium rerum. Vixerunt herbarum radicibus, & dictū foeda tulerunt famē. Et haec omnia percessi sunt pro regno, quo magis mireris, alieno. Dubitabit aliquis ferre paupertatem, ut animum à furoribus liberet? Multis diuitias parasse, non finis miseriarum fuit, sed mutatio. Nec hoc miror. Non in rebus vitium, sed in animo ipso est. Illud quod paupertatem grauem nobis fecerat, & diuitias grānes faciet. Quemadmodum nihil refert, vtrum aegrum in lecto ligneo, an in aureo colloces, quo cunque illum transtuleris, morbum suum secum transferet: sic nihil refert, vtrum aeger animus in diuitijs an in paupertate sit: malum suum illum sequitur. Ad securitatem non est opus fortuna. Quod enim necessitati fiat est, dabit, licet irata. Ne imparatos nos fortuna deprehendat, fiat nobis paupertas familiaris. Securius diuites erimus, si sciēmus quam non sit graue pauperes esse. Incipe cum paupertate habere contubernium.


*Aude hospes contemnere opes; T' te quoq. dignur
Finge Deo.*

Ping Dec.

Nemo aliis dignus Deo est, nisi qui opes contempsit. Quare possessiones tibi non interdico, sed efficerem volo, ut illas intrepide possideas. Quod uno consequeris modo, si te etiam sine illis bene vesciturum speraueris: & si illas tanquam exituras aspexeris. Discedat quisquis non te, sed aliud in te sequebatur. ob hoc unum est amanda paupertas, quod à quibus ameris, ostendit. multum est, non corrumpi diuitiarum contubernio. Magnus ille est, qui in diuitijs pauper est. Nemo nascitur diues. Quisquis exit in lucē, iussus est pane & lacte esse contentus. Ab his initij regna nos non capiunt. Panem & aquam natura desiderat. Nemo ad haec pauper est. Intra quae si quis desiderium suum clausit, cum ipso Ione de felicitate contendat. Res inquieta, felicitas est; ipsa se exagitat, mouet cerebrum, non in vno genere. Alios in culsum irritat, alios in potentiam; alios inflat, alios mollit. Si vis scire quām nihil mali sit in paupertate, compara inter se uultum pauperis & dinitis. Saepius pauper & fidelius rideret: nulla sollicitudine concutitur, in alto est. Cura velut nubes leuis transit. Horum qui felices vocantur, hilaritas ficta est: huic grauiis & suprema superbia, licet non palam, tristitia est: eo quidem grauior, quod interdum non licet pa-

EX C E R P T A.

Iam esse miseris, sed inter aerumnas cor ipsum exelentes, necesse est agere felicem. Abstrahunt à recto diuitiae, honores, potentiae, & cerera: quae opinione hominum cara sunt, priorio suo vilia. Necimus aestimare res, de quibus non cum fama, sed cum rerum natura deliberandum est. Nihil habent ista magnificū, quod mentes nostras in se trahat, praeter hoc quod mirari illa consueimus. Non enim quia concupiscentia sunt, laudantur: sed quia concupiscentur. Hanc praecedentem causam habent diuitiae. Mutant animos, superbiam & arrogantiam parunt, iniuidiam trahunt, eo usque mentem alienant, ut fama pecunias nos etiam noctura deflectet. Bona omnia culpa carere decet: pura sunt, non corrupta animos, non sollicitant: extollunt quidem animos & delictant, sed sine tumore. Quae bona sunt, fiduciam faciunt: diuitiae audaciam. Quae bona sunt, magnitudinem animi dant, diuitiae insolentiam.



EX C E R P T A. A L I A.

Icet cunctorum poetarum carmina gremium tuum semper illustrent, aliquando delibera-
ns, hoc tibi opusculum pro accidentibus casibus dirigere curauit, quod non praeceden-
tes, sed posteri narrabunt. Vnde ergo primum incipimus? Si tibi videtur, à morte. Ab ultro
mo, inquis: immo a maximo. Ad hoc praecipue gens humana contremittit: nec immerito
tibi videtur hoc facere. Ceteri timores habent aliquid post se locum: mors omnia ab-
scindit. Alia nos torquent: mors omnia deuorat. Omnia que horremus, ad hanc exitus spectat: alio-
rum que per circumutum. Etiam qui alioqui se nihil timere iudicant, hoc timent. Quicquid aliud extime-
scimus, habet aut remedium, aut solatum. Sic ergo te forma, ut si quis tibi palam mortem minetur; om-
nes terribilis eius deludat.

Morieris. Ita hominis natura est, non poena. Morieris. Hac condicione intraui, ut exirem. Morieris. Gentium ius est, quod acceperis, reddere. Morieris. Peregrinatio est vita. Multum cum deambula-
ueris, domum redeundum est, Morieris. Putabam te aliquid noui dicere. Ad hoc veni, hoc ago, huc
me singuli dies adducunt. Nascenti mihi natura protinus hunc posuit terminum. Quid habeo quod in-
digneris? In haec verba iurauit. Morieris. Stultum est timere, quod vitare non possis. Istud non effugit, etiā
qui distulit. Morieris. Nec primus, nec ultimus. Multi me antecellerunt, omnes sequentur. Morieris. Hic
est humani officij finis. Quis sanus exauktorari moleste tulit? Quo transit orbis, ego transtibo. Ad hanc
condicione cuncta gignuntur. Quod coepit, & desinit. Morieris. Nihil graue est, quod semel est. Aes
alienum meum noui. Hoc equidem cum eo creditore contraxi, cui decoquere nō possum. Morieris. Dij
melius. Nemo hac re melius mortalibus minari potest.

Sed decollabets. Quid interest, vtrum caesum moriar, an punctum? Sed saepe ferieris, & multi in te
gladii concurrent. Quid refert, quād multa sint vulnera? Non potest amplius quād vnum esse morti-
ferum.

Peregre morieris. Vnde cunq. ad inferos vna via est. Peregre morieris. Ego quod debeo, soluere para-
tus sum. Videat foenerator, vbi me appelleret. Peregre morieris. Nulla terra est aliena mortuo. Peregre mo-
rieris. Non est grauior foris quād domi somnus. Peregre morieris. Hoc est, in patriam sine viatico per-
uenire.

Sed iuuenis morieris. Optimum est, antequam optes, mori. Iuuenis morieris. Hoc vnum est, quod
aque ad iuuenem quam ad senem pertinet. Non citamur ex censu, nec exigunt numerus annorum. Et
adolescentes & impuberes eadē fati necessitas ducit. Optimum est mori, cum iuuat viuere. Iuuenis
morieris. Quicunq. ad extremum fati sui venit, senex moritur. Nō enim refert quae Sit hominis aetas,
sed quae sit mera. Iuuenis morieris. Fortasse alicui malo subducit me fortuna: si nulli alii, vel sene&tuti.
Iuuenis morieris. Non refert, quot annos habeam, sed quot acceperim. si plus viuere non possum, haec
est senectus mea.

Insepultus iacebis. Quid aliud respondeam, quād illud Maronis:

---Fasili iactura sepulcri.

Si nihil sentio, non pertinet ad me iactura corporis infepulti. Si sentio, omnis sepultura tormentum est.
Insepultus iacebis.

---Celo tegitur, qui non habet vnam.

Quid interest, ignis me an fera consumat, an tellus omnium sepultura? Istud non sentienti superuacuum est, sentienti onus. Insepultus iacebis. At tu cōbus tus, at tu obrutus, at tu inclusus, at tu putridus, at
tu euisceratus & constrictus, at traditus lapidi, qui te paulatim edat & excicet. Nulla est sepultura, nō se-
pelimur, sed proiecimur. Non sepelieris. Quid inter tutissima trepidas? Ultra poenarum omnium termi-
num iste locus est. Vitae multa debemus, morti nihil. Non defunctorum causa, sed viuorum iuuenta
est sepultura, vt corpora & visu, & odore foeda amouerentur. alios terra obruit, alios flamma consum-
pit, alios lapis ossa redditurus inclusit. Non defunctis, sed nostris oculis parcimus.

Aegro-

EX C E R P T A.

Aegroto. Venit tempus quo experimentum mei caperem. Non in mari tantum, aut in proelio vir for-
tis apparuit. Exhibitetur etiam in lectulo virtus. Aegroto. Non potest istud toto saeculo fieri. Aut ego fe-
brem relinquam, aut ipsa me. Semper vna esse non possumus. Cum morbo mihi res est: aut vincetur,
aut vincet.

Male de te loquuntur homines. Sed mali. Moueret, si de me Marcus Cato, si Laelius Sapiens, si alter
Cato, si duo Scipiones ista loquerentur. Nunc malis displicere, laudari est. Non potest ullam auctoritatē
habere sententia, vbi qui damnandus est, damnat. Male de te loquuntur. Moueret, si iudicio hoc faceret:
nunc morbo faciunt. Non de me loquuntur, sed de se. Male de te loquuntur. Bene ne sciant loqui faciūt,
non quod mereor, sed quod solent. Quibusdam enim canibus sic innatū est, vt non pro feritate, sed
pro consuetudine latrent.

Exulabis Erras: cum omnia fecerim, patriam meā transire non possum. Omnia vna est. Extra hanc
nemo profici potest Exulabis. Non patria mihi interdictur, sed locus. In quamcunque terram venio
in meam venio. Nulla terra exilium est, altera patria est. Non eris in patria. Patria est, vbi cūq. bene est.
Illi autē per quod bene est, in homine, nō in loco est. In ipsius potestate est, quae sit illi fortuna. Si enim
sapiens est, peregrinatur: si stultus, exulat. Exulabis. Hoc dicas, alterius loci cititate donaberis.

Dolor imminent. Si exiguus est, feramus: leuis est patientia. Si gravis est, feramus: non leuis est gloria.
Dolor clamorem exprimat, dum secreta non exprimat. Non potest homo par dolori esse, nec rationi do-
lor. Dura res est dolor: immo tu mollis. Pauci dolorem ferre potuerunt. Simus ex paucis. Imbecilles na-
tura sumus. Naturam infamare nolite. illa nos fortes genuit. Fugiamus dolorem. Quid, quod ille sequi-
tur fugientes?

Paupertas mihi gravis est, immo tu paupertati. Non in paupertate vitium est, sed in paupere. Illa ex-
pedita est, hilaris, tuta. Pauper sum. Necis te opinione, non re laborare. Pauper es, quia videris. Pauper
sum. Nihil deest aubus. Pecora in diem viuant. feris ad alimenta solitudo sua sufficit.

Non sum potens. Gaude: impotens non eris. Injuriā accipere potero. Gaude: facere non poteris.
Magnam pecuniam habet. Hominem illū iudicat arca est. Quis aetario, quis plenis loculis inuidet? Et
iste quem dominum pecuniae existimat, loculus est. Multum habet. Vrum auras, an prodigus est? Si
attarus, non habet: si prodigus, non habebit. Ille quem beatum credis, saepe dolet, saepe suspirat. Multi
illū comitantur. Mel muscae sequuntur, cadasca lupi, frumenta formicæ. Praedam sequitur ista tur-
ba, non hominem.

Pecuniam perdidi. Fortasse te illa perdidisset. Pecuniam perdidisti. Sed habuisti. Pecuniam perdidisti. Sed
habebis inde periculi minus. Pecuniam perdidisti. O te felicem, si cum illa auaritiam perdidisti. Sed si ma-
net illa apud te, es tamen vtcunq. felicior, quod tanto malo materia subducta est. Perdidisti pecuniam. &
illa quidem quād multos. Eris nunc in via expeditior, domi tutor. Non habebis, sed non timebis here-
dem. Exoneravit te fortuna, si intelligis, & tūtiore loco posuit. Damnum putas? remedium est. Defles,
gemis, miserum te clamitas, quod opibus excusus es. Tu vito ista tibi iactura tam tristis est. Non tam
moleste ferres, si tanquam perditurus habuisses. Perdidisti pecuniam. nempe quam vt tu haberes, alias an-
te perdideras.

Oculos perdidisti. Habet & nox suas voluptates. Oculos perdidisti. Quam multis cupiditatibus via incisa
est, quād multis rebus carebis, quas ne videres, vel eruendi erant. Non intelligis partem innocentiae ef-
fe caecitatem. Huic oculi adulterium monstrant, huic incestum, huic domum quam concupiscat: huic
vrbem, & mala omnia. Certe irritamenta sunt vitorum ducesq. sclerum.

Amisi liberos. Stultus es, qui desreas mortem mortalium. Quid istud aut nouum, aut mirū est? Quād
rara est sine isto casu domus. Quid si infelicem voces arborem, quod stante ipsa, cadunt poma? Et hic
rūs fructus est. Nemo extra istū vulnus positus est. Ducuntur ex plebeia domo immatura funera,
ducuntur & ex regia. Non est idem ordo fati, qui & aetatis. Non quomodo quisq. venit, emititur. Quid
tamen est quod indigniter? Quid contra expectationem tuam euenit? Periere perituri, Sed ego illos su-
perficies optabam. Verū hoc nemo tibi promiserat. Perierunt liberi mei. Habant illi cuius essent magis
quād tui: apud te precastio morabantur. Educando tibi fortuna mandauerat. recipi illos, non abstulit.

Naufragium feci. Cogita non quid perdideras, sed quod euaseris. Nudus exi. Sed existi. Omnia per-
didisti. Sed perire potuisti vna cum omnibus.

In latrones incidi. Sed alius in accusatores, alius in fures, alius in fraudatores. Plena est insidijs via.
Noli conqueri quod incedis: gaude quod euaseris. Inimicos graues habeo. Quomodo aduersus serpas
munimenta conqueris, quomodo aduersus serpentes: sic aduersus inimicos auxilia circumspice, quibus
illos aut arecas, aut compescas, aut quod optimum est, places. Inimicos habeo. Illud est peius, quod ami-
cos non habes.

Amicum perdidisti. Iam enim te habuisse certum est? Amicum perdidisti. Alium qu aere: & ibi eum quae-
ras, vbi inuenire possis. Quaere inter liberales artes, inter honesta & recta officia, quaere in laboribus.
Ad mensam ista res nō quaeritur. quaere aliquem frugis. Perdidisti amicum. Fortem animum habe, si vnu:
erubefice, si vincum, quid tu in tanta tempestate ad vnam anchoram stabas?

Vxorem bonam amisi. Vrum inueneras bonā, an feceras? Si inueneras, habere adhuc te posse ex hoc
intelligas licet, quod habuisti. Si feceras, bene spera. Res perijt: saluus est artifex. Amisi vxorem bonam.

X 3 Quid

Quid in illa probabas? Pudicitiam? Quam multae diu custoditam perdidere. Decus? Quam multae inter probatas matronalis ordinis, esse cooperunt postea inter exempla mutatarum. Delectabat te fides eius? Quam multas ex optimis coniugibus pessimas videmus, ex diligentissimis solutissimis. Omnia quidem imperitorum animus, maxime tamen muliebris, in lubrico est. Si bonam vxorem habuisti, non potes affirmare in illo eam permaniram suisse proposito. Nihil tam mobile quam feminarum voluntas, nihil tam vagum. Nouimus veterum matrimoniorum repudia, & foediores diuortio, male cohaerentium rixas. Quam multae quos in adolescentia amauerunt, in communis reliquere seneantur: quoties a nile diuortium risimus: quam multarum notus amor odio notiore mutatus est. Sed haec & fuit bona, & fuisse, si vixisset. Mors efficit, ut affirmare id sine periculo possit. Bonam vxorem amisi. Inuenies, si nihil quaeris, nisi bonam. Tu modo ne imagines, proauosq. respexeris, nec patrimonium, cui iam ipsa nobilitas cessit. Ista diu cum forma non repugnabunt. Facilius reges animum, nulla vanitate tumentur. Non multum abest a contemptu viri, quae se nimis suspicunt. Duc bene institutam, nec maternis inquinatum vitij. Non cuius auriculis vtrinque, bina patrimonia dependant. Non quam margaritae suffocent, cui minus sit in dote quam in ueste: quam in patente sella circulata per urbem populus ab omni parte aequa ut maritus infixerit: cuius sarcinis domus sit angusta. Hanc facile ad tuos mores rediges, quam nondum corruerunt publici. Vxorem bonam amisi. Non erubescit flere, & intolerabilem vocare iacturam. Hoc vnum deest, utrum illam lugeas an non. Cum maritum te cogitaueris, cogita & virum. Amisi vxorem bonam. Soror bona non potest recuperari, nec mater. Vxor aduenticum bonum est: non est inter illa, quae semel vnicuique contingunt. Amisi vxorem bonam. Multos tibi numerare possum, quibus bonam vxorem lugentibus successit melior.

Mors, exilium, luctus, dolor, non sunt supplicia, sed tributa viuendi. Neminem illae sum fata transmittunt. Felix est, non qui alijs videtur, sed qui sibi.

A D E X C E R P T A.

Haec libenter omissem. Senecae enim non esse, vel caeco perspicuum est. Sed veritus sum, ne quis ea, cuiusmodi sunt, sublata quereretur. Et in eis tamen multa ex veteri libro emendauimus.

L A N N A E I · S E N E C A E
D E · I R A · A D · N O V A T U M ·
L I B E R · P R I M U S ·

C A P . I.

EXEGISTI à me, Nouate, ut scriberem quemadmodum posset ira leniri: nec immerito mihi videris hunc praecepit affectum pertinuisse, maxime ex omnibus taetrum ac rabidum. Ceteris enim aliquid quieti, placidique ineft: hic totus concitatus & in impietu doloris est: armorum, sanguinis, suppliciorum, minime humana feruens cupiditate: dum alteri noceat, sui negligens: in ipso irruens tela, & vltionis secum multa trajecturae auidus. Quidam itaq. e sapientibus viris iram dixerunt breuem insaniam: aequo enim impotens sui est, decoris obliterata, necessitudinum immemor, in quod coepit pertinax & intenta, rationi consilij que praeclusa, vanis agita causis, ad dispectum aequi veriq. inhabilis, ruinis simillima, quae super id quod oppressore, franguntur. Ut autem scias non esse fanos, quos ira possedit, ipsum illorum habendum intuere. Nam ut furentium certa indicia sunt, audax & minax vultus, tristis frons, torua facies, citatus gradus, inquietae manus, color versus, crebra & vehementius acta suspiria: ita irascientium eadem signa sunt. Flagrant, & micant oculi, multus ore toto rubor, exaestuante ab imis praecordijs sanguine, labia quatuntur, dentes comprimuntur, horrent ac subriguntur capilli, spiritus coactus ac stridens, articulorum seipso torquentium sonus, gemitus mugitusque, & parum explanatis uocibus sermo praeruptus, & complosae faepius manus, & pulchra humus pedibus, & totum concitum corpus, magnalq. minnas agens, foeda uisu & horrenda facies depravantium se, atq. intumescit. Neficias, utrum magis detestabile uitium sit, an deformis. Cetera licet abscondere, & in abdito alere. Ira se profert, & in faciem exit: quantoq. maior est, hoc effueret manifestius. Non uides, ut omnium animalium, simul ad nocendum insurrexerunt, procurrent nota, & tota corpora solitus quietumque egrediantur habitum, & ferunt

tatem

tatem suam exasperant: Spurcant apri ora, dentes acciuntur attritu, taurorum cornua iactantur in uacuum, & harena pulsu pedum spargitur, leones fremunt, inflantur iratis colla serpentibus, rabidaram canum tristis aspectus est. Nullum est animal tam horrendum, tanque pernicioſum natura, ut non apparet in illo, ubi ira inuasit, noua feritatis accessio. Nec ignoro, ceteros quoque affectus uix occultari, libidinem, metumque, & audaciam, dare sui signa, & posse praenoscere. Neque enim ulla uehementior intra cogitatio est, quae nihil moueat in uultu. Quid ergo interest? Quod alij affectus apparent, hic eminet.

C A P . II.

IAm uero si effectus eius damnaque intueri uelis, nulla pestis humano generi pluris stetit. Videbis caedes ac uenena, & reorum mutuas sordes, & urbium clades, & totarum extia gentium, & principum sub ciuili hasta capita uenalia, & subiectas testis faces, nec intra moenia coercitos ignes, sed ingentia spatha regionum hostili flamma reluentia. Aspice nobilissimarum ciuitatum fundamenta uix notabilia: has ira deiecit. Aspice solitudines per multa millia sine habitatione desertas has ira exhausit. Apropositor memoriae proditos duces, mali exempla fati. Alium ira in cubili suo confodit: alium: inter sacra mensae ira percussit: alium inter leges celebrisque spectaculum fori lancinavit: alium filii parccidio dare sanguinem iussi: alium seruili manu, regalem aperire iugulum: alium in crucis membra dividere. Et adhuc singulorum supplicia narro. Quin si tibi libuerit, relicta in quos ira uiritim exarsit, aspicere caefas gladio contiones, & plebem immisso milite contricidatam, & in perniciem promiscuatos populis capitis damna passos, tanquam aut curam nostram deserentibus, aut auctoritatem contemnentibus. Quid gladiatoriibus, quare populus irascitur, & tam inique, ut iniuriam putet, quod non libenter pereunt: contemni se iudicant, & uultu, gestu, ardore, de spectatore in aduersariū uertitur. Quicquid est, certe non est ira, sed quasi ira: sicut puerorum, qui si ceciderunt, terram uerberari uolunt, & saepe ne sciunt quidem, cui irascantur, sed tantum irascuntur sine causa & sine iniuria, non tamen sine aliqua iniuria specie, nec sine aliqua poena cupiditate. Deluduntur ira: imitatione plagarum, & simula tis deprecatum lacrimis placantur, & falsa ultione falsus dolor tollitur.

C A P . III.

IRascimur, inquit, saepe non illis qui laeserunt, sed his qui laesuri sunt: ut scias iram non tantum ex iniuria nasci. Verum est irasci nos laesuris. Sed ipsa cogitatione nos laedunt, & iniuriam qui facturus est, iam facit. Ut scias, inquit, non esse iram poenae cupiditatem, infirmissimi saepe potentissimi irascuntur: nec poenam concupiscent, quam non sperant. Primum diximus, iram cupiditatem esse poenae exigendae, non facultatem. Concupiscent autem homines, & quae non possunt. Deinde nemo tam humilis est, qui poenam vel summi hominis sperare non possit. Ad nocendum potentes sumus. Aristotelis finitio non multū à nostra abest: ait enim, Irā est cupiditatem doloris reponēdi. Quid inter nostram & hanc finitionem interficit, exequi longum est. contra vitramq. dicitur, feras irasci, nec iniuria irritatas, nec poenae doloris ve alieni causa. Nam etiam si hoc efficiunt, non hoc petunt. Sed dicendum est, feras ira carere, & omnia praeter hominem. Nam cum sit inimica rationi, nūquam tamen nascitur, nisi ubi rationi locus est. Impetus habent ferae, rabiem, feritatem, incusum. Irā quidem non magis quam luxuriam. Et in quoddam voluptates intemperantiores homine sunt. Non est quod credas illi qui dicit.

*Non aper irasci meminit, non fidere cursu
Cerua, nec armis incurrere fortibus viri.*

Irasci dicit, incitari, impingi. Irasci quidem non magis sciunt, quam ignorare. Muta animalia humanis affectibus carent: habent autem similes illi quosdam impulsus. Alioqui si amor in illis est, & odium esset: si amicitia, & similitas: si dissensio, & concordia: quorum aliqua in illis quoq. extant vestigia: ceterum humanorum peccatorum propria bona malaq. sunt. Nulli nisi homini concessa prudentia est, prouidentia, diligentia, cogitatio: nec tantum virtutibus humanis animalia, sed etiam vitijs prohibita sunt. Tota illorum ut extra, ita intra, forma humanae dissimilis est. Regium illud & principale parum subtile, parum exactum: ut vox est quidem, sed non explanabilis, perturbata, & inefficax: ut lingua, sed deuincta nec in motu varios soluta.

C A P . IIII.

CApit ergo visus speciesq. rerum, quibus ad impetus euocetur, sed turbidas, & confusas. Ex eo pro cursus illarum tumultuq. vehementes sunt: metus autē sollicitudinesq. & tristitia, & ira non sunt, sed his quaedam similia. Ideo cito cadunt, mutantur in contrarium, & cum acerrime saeuierunt, expatuntque, pascuntur: & ex fremitu decursuq. vaefano, statim quies soporq. sequitur. Quid est ira, satis explicatum est: quo distet ab iracundia, apparent: quo ebrius ab ebriofo, & ti mens à timido. Iratus potest non esse iracundus: iracundus potest aliquando iratus non esse. Cetera quae pluribus apud Graecos non minibus in species iram distinguunt, quia apud nos vocabula sua non habent, praeteribio: etiam si amarum nos, acerbumque dicimus, nec minus stomachosum, rabiosum, clamosum, difficilem, asperū: quae omnia itarum differentiae sunt. Inter hos morosum ponas licet, delicatum itacundiae genus. Quaedam enim sunt irae, quae intra clamorem confidunt: quaedam non minus pertinaces, quam frequētes: quae-dam saeue manu, verbis parciores: quaedam in verborum maledictorumq. amaritudine effusae: quae-dam ultra querelas & auerfationes non exent: quaedā altae grauesq. sunt, & introrsus verfae. Milie aliae species

species sunt mali multiplicis. Quid esset ira, quaesumus est: an in vili aliud animal, quam in hominem caderet; quo ab iracundia distaret, & quae eius species sint.

C A . P . V .

Nunc quæramus, an ira secundum naturam sit, & an utilis, atq. ex aliqua parte retinenda. An secundum naturam sit, manifestum erit, si hominem insperimus, quo quid est mitius, dum in recto animi habitus est: quid autem ira crudelius est? Hominem quid aliorum amantius? quid ira infestius? Homo in adiutorium mutuum generatus est: ira in exitium. Hic cõgregari vult, illa discedere; hic prodeſſe, illa nocere; hic etiam ignotis succurrere: illa etiam carissimos petere. Hic aliorum commodis vel impendere se patruſt: ira in periculum, dummodo secum deducat alium, parata descendere. Quis ergo magis naturam rerum ignorat, quam qui optimo eius operi & commendatissimo, hoc ferum ac pernicioſum vitium assignat? Ita, vt diximus, audita poena est: cuius cupidinem inesse pacatissimo hominis pectori, minime secundum eius naturam est. Beneficijs enim humana vita constat & concordia: nec terrore, sed mutuo amore in foedus auxiliumq. commune constringitur. Quid ergo non aliquando castigatione necessaria est? Quid nisi sed haec sincera cum ratione. Non enim nocet, sed medetur specie nocendi. Quiemadmodum quaedam hastilia detorta, vt corrigamus, adurimus, & adactis cuneis, non vt frangamus, sed vt explicemus, elidimus: sic ingenia virtus prava, dolore corporis animiq. corrigitur. Nempe medicus primo in leuijbus vitijs tentat non multum ex quotidiana consuetudine infleſtere, & cibis, potionibus, exercitationibus ordinem ponere, ac valeritudinem tantum mutata vitae dispositione firmare. proximum est, vt modus proficiat: si modus & ordo non proficit, subducit aliqua, & circumcidit: si ne adhuc quidem respondet, interdit cibis, & abstinentia corpus exonerat. Si frustra molliora cesserunt, ferit venam, membrisque, si adhaerentia nocent, & morbum diffundunt, manus afferit: nec vila dura vindetur curatio, cuius salutarius effectus est. ita legum praesidem, ciuitatisq. rectorem decet, quamdiu potest, verbis & his molitoribus, ingenia curare, vt facienda suadeat, cupiditateq. honesti & aequi conciliat animis, faciatq. vitorum odium, predium virtutum: transeat deinde ad tristiorum orationem, qua moeat adhuc & exprobret, nouissime ad poenas, & has adhuc leues & reuocabiles decurrat. Ultima supplia sceleribus ultimis ponat, vt nemo pereat nisi quem perire etiam pereuntis interficit.

C A . P . VI .

Hoc uno medentibus erit dissimilis, quod illi quibus vitam non potuerunt largiri, facilem exitum praestant: hic damnatum cum dedecore & traductione vita exigit: non, quia delectetur vilius poena (procil est enim à sapiente tam inhumana feritas) sed vt documentum omnium sint: & qui viui noverunt prodeſſe, morte certe eorum res publica vtatur. Non est ergo natura hominis poena appetens: ideo nec ira secundum naturam hominis, quia poena appetens est. Et Platonis argumentum adferam: quid enim prohibet alienis vitiis, ex parte qua nostra sunt? Vir bonus, inquit, non laedit, poena laedit, bona ergo poena non conuenit ob hoc nec ira: quia poena irae conuenit. Si vir bonus non gaudet, non gaudebit nec eo quidem affectu, cui poena volupati est: ergo non est naturalis ira. Nunquid, quamvis non sit naturalis ira, afflumenta est, quia utilis saepe fuit? Excollit animos, & incitat: nec quicquam sine illa magnificum in bello fortitudo gerit, nisi hinc flamma subdita est, & hic stimulus peraguit, mihiq. in pericula audaces.

C A . P . VII .

Optimum itaq. quidam putant, temperare iram, non tollere: eq. detracto quod exundat, ad salutarem modum cogere: id vero retinere, sine quo languebit actio, & vis, ac vigor animi resolutetur. Primum facilis est, excludere pernicioſa, quam regere: & non admittere, quam admissa moderari. Nam cum se in possessione posuerunt, potentiora rectore sunt, nec recidi se minuere patientur. Deinde ratio ipsa, cui fraeni traduntur, tamdiu potens est, quamdiu diuicta est ab effectibus. Si miscuit se illis; & inquinavit, non potest continere, quos subinouere potuisset. Commota enim semel & concussa mens, ei seruit, a quo expellitur. Quarundam rerum initia in nostra potestate sunt: ulteriora nos sua uiri rapiunt, nec regressum relinquunt. Ut in praeceps datis corporibus nullum sui arbitrium est, nec resiste re morarius detecta potuerunt, sed confilium omne & paenitentiam irreuocabilis præcipitatio abscondit, & non licet eo non peruenire, quo non ire licuisset: ita animus si in iram, a morem, aliosq. se proiecit affectus, non permittitur reprimere impetum: rapiat illum oportet, & ad imum agat suum pondus, & iam uitiorum natura proclivis.

C A . P . VIII .

Optimum est primum irritamentum irae protinus sperneré, ipsiq. repugnare seminibus, & dare operam ne incidamus in iram, nam si coepit ferre transuersos, difficilis ad salutem recurrit est. Quoniam nihil rationis est, ubi semel affectus inductus est, iusq. illi aliquod uoluntate nostra datum est. Facit de cetero quantum uoleat, non quantum permiseris. In primis, inquam, finibus hostis arcetus est. Nam cum intravit, & portis se intulit, modum a captiuis non accipit. Neq. enim sepositus est animus, & extrinsecus speculator affectus, vt illos non paratur ultra quam oportet procedere, sed in affectum ipse mutatur. Ideoq. non potest utilem illam vim & salutarem, proditam iam in firmatamque renocare. Non enim, vt dixi, separatas ista sedes suas diductasq. habent, affectus qui in peius, & ratio quae in melius animi mutatio est. Quomodo ergo ratio occupata & oppressa vitijs resurget, quae irae cessit?

Aut

Aut quemadmodum à confusione se liberabit, in qua peiorum mixta præualuit? Sed quidam, inquit, in ira se continent. Vtrum ergo ita, nihil vt faciant eorum quae ira dictat, an vt aliquid? Si nihil faciunt, apparet non esse ad actiones rerum necessariam iram: quam vos, quasi fortius aliquid ratione haberet, aduocabatis. Denique interrogabo, valentior est quam ratio, an infirmior? Si valentior: quomodo illi modum ratio poterit imponere, cum parere nisi imbecilliora non soleant? Si infirmior est: sine hac per se ad rerum effectus sufficit ratio, nec desiderat imbecillior auxilium.

C A . P . IX .

AT irati quidam constant sibi, & se continent. Quomodo? cum iam ira euaneſcit, & sua sponte deſtituitur, non cum in ipso feruore est: tunc enim potentior est. Quid ergo non aliquando in ira quoque & dimittunt incolumes intactosque quos oderunt, & à nocendo abstinent? faciunt. Quomodo? cum effectus repercutit effectum, aut metus, aut cupiditas aliquid imperauit, non rationis tunc beneficio queuit, sed effectum in fida & mala pace. Deinde nihil habet in se vtile, nec acutum animum ad res bellicas. Nunquam enim virtus vitio adiuuanda est, se contenta. Quoties impetu opus est, non irascitur, sed exurgit, & in quantum putauit opus esse, concitat remittiturque: non aliter quam quae tormentis exprimitur tela, in potestate mittentes sunt, in quantu torqueantur. Ira, inquit Aristoteles, necessaria est: nec quicquam sine illa expugnari potest, nisi illa impleat animum, & spiritum accendat. Utendum autem illa est, non vt duce, sed vt mite. quod est falsum. Nam si exaudit rationem, & sequitur, quæ ducitur, iā non est ira: cuius proprium est contumacia. Si vero repugnat, & non ubi iusta est quieticit, sed libidine, ferociaq. prouehitur: tam inutilis animi minister est, quam miles, qui signum receptu datum negligit. Itaq. si modum adhiberi sibi patitur, alio nomine appellanda est. Definit ira esse, quam effraenatam in domitamq. intelligo. Si non patitur, pernicioſa est, nec inter auxilia numeranda. Ita aut ira non est, aut inutilis est. Nam si quis poenam exigit, non ipsius poenae auidus, sed quia oportet, non est annumerandus iratus. Hic erit vtilis miles, qui scit parere consilio. Effectus quidem tam mali ministri, quam duces sunt. Ideo nunquam assumet ratio in adiutorium imprudios & uiolentos impetus, apud quos nihil ipsa auctoritatis habeat: quos nunquam comprimere posuit. nisi pares illis simileq. opposuerit: vt irae metu, inertiæ iram, timori cupiditatem.

C A . P . X .

ABſit hoc à virtute malum, vt unquam ratio ad vitia configatur. Non potest hic animus fidele otium capere: quatiatur necesse est, fluctuatque, qui malis suis tatus est: qui fortis esse, nisi irascitur, non potest: industrius, nisi cupit: quietus, nisi timet: in tyrannide illi vivendum est, in alicuius effectus venienti seruitutem. Non pudet virtutes in clientelam virorum demittere. Deinde definir quicquam ratio posse, si nihil potest sine effectu, & incipit par illi similisq. esse. Quid enim interest, si aequi effectus inconſulta res est sine ratione, quam ratio sine effectu inefficax? Par vtrunque est, ubi esse alterum sine altero non potest. Quis autem sustineat effectum exaequari rationi? Ira, inquit, vtilis effectus est, si modicus est. Immo si natura vtilis est. Sed si patiens imperij rationisq. est, hoc duntaxat moderatione cōſequetur, vt quo minor fuerit, minus noceat.

C A . P . XI .

ERGO modicus affectus nihil aliud quam malum modicum est. Sed aduersus hostes, inquit, necessaria est ira. Nusquam minus: ubi non effusos esse oportet impetus, sed temperatos & obediētes. Quid enim est alius quod Barbaros tanto robustiores corporibus, tanto patientiores laborum communiat, nisi ira infestissima sibi? Gladiatores quoq. ars tuetur, ira denudat. Deinde quid opus est ira, cum idē perficiat ratio? An tu putas venatorem iraci feris? an qui venientes excipi, & fugientes persequitur? Omnia illa sine ira facit ratio. Quid Cimborum, Theutonorumq. tot millia superflua alpibus ita sustulit, vt tantae clades notitiam ad suos non nuntiis, sed fama pertulerit, nisi quod erat illis ita pro virtute? quae vt aliquando perculit, struitque obua, ita saepius sibi exitio est. Germanis quid est animosius? quid ad incursum atrius? quid armorum cupidius? quibus innascuntur innutriunturque: quorum vnicca illis cura est, in alia negligebitibus. Quid induratus ad omnem patientiam? vt quibus magna ex parte non tegumenta corporum prouisa sunt, non suffugia aduersus perpetuum caeli rigorem. Hos tamen Hispani Gallique, & Aliae Syriæque molles bello viri, antequam legio virus tur, caedunt, ob nullam rem aliam opportunos, quam ob iracundiam. Agedum illis corporibus illis animis delicias, luxum, opes ignorantibus, da rationem, da disciplinam. vt nihil amplius dicam, necesse erit nobis certe mores Romanos repetere. Quo alio Fabius affectus imperij vires recreauit, quam quod cunctari & trahere & morari sciuit, quae omnia irati nesciunt? Perierat imperium, quod tunc in extremo stabar, si Fabius tantu ausus esset, quantum ira suadebat. Habuit in consilio fortunam publicam, & aestimatis viribus, ex quibus iam perire nihil sine vniuerso poterat, dolorem vtrionemque se posuit in vnam virilitatem: & occasione intentus, ira ante vicit, quam Hannibalem. Quid Scipio? nonne reliquo Hannibale, Punico exercitu, omnibusq. quibus irascendum erat, bellum in Africam transluit, tam latus, vt opinionem luxuriae segnitiaeque malignis daret? Quid alter Scipio? non circa Numantiam multum diuque sedidit, & hunc suum publicumque dolorem aequo animo tulit, diuinus Numantiam quam Carthaginem vincit? Quam dum circumvallat, & includit hostem, eo compulit, vt ferro ipsi suo caderent.

C A P. XII.

Non est itaque vtilis, nec in proelijis quidem aut in bellis ira. In temeritatem enim prona est: & pericula dum inferre vult, non cauet. Illa certissima est virtus, quae se diu multumq. circumspexit & rexit, & ex lento ac definato prouexit. Quid ergo? vir bonus non irascetur, inquit, si caedi patrem suū viderit, si rapi matrem? Non irascetur: sed vindicabit, sed tuebitur. Quid autem times, ne parum illi magnus stimulus etiam sine pietas sit? Aut dic eodem modo: Quid ergo cum viderit fecari patrem suū, filiumque, vir bonus non flebit, nec linquetur animo: quae accidere feminis videmus, quoties illas leuis periculi suspicio perculit? Officia sua vir bonus exequitur inconsitus, intrepidus: & sic bono viro digna facit, ut nihil faciat viro indignum. Pater caedetur? defendam: caelus est: exequar: quia oportet, non quia dolet. Cum hoc dicas Theophraste, quaeris inuidiam praecceptis fortioribus, & reliquo iudice, ad coronā venis: quia vnu quisque in eiusmodi suorum casu irascitur. Putas iudicatores homines id fieri debere, quod faciunt. Fere enim iustum quisque affectum iudicat, quem agnoscat. Irascitur boni viri pro suorum iniurijs: sed ideam faciunt, si calida non bene praebatur, si vitrum fractum est, si calceus luto sparsus est. Non pietas illam iram, sed infirmitas mouet: sicut puer, qui tam parentibus amissis flebunt, quam nubibus. Irasci pro suis, non est pīj animi, sed infirmi. Illud pulchrum dignumque, parentibus, liberis, amicis, cuiibus prodire defensorem, ipso officio ducentem, volentem, iudicantem, prouidentem, non impulsum & rabidum. Nullus enim affectus vindicandi cupidior est, quam ira: & ob id ipsum ad vindicacum inhabilis, praerapida & armens: ut omnis fere cupiditas ipsa sibi in id, in quod properat, opponitur. Itaque nec in pace, nec in bello vñquam bona fuit. Pacem enim similem belli efficit: in arnis vero obliuiscitur Martem esse communem, venitq. in alienam potestatem, dum in sua non est. Deinde non ideo virtus in vñsum recipienda sunt, quia aliquando aliquid boni efficerunt. Nam & febres quedam genera valetudinis levant: nec ideo non ex toto illis caruifile melius est. Abominandum remedij genus est, sanitatem debere morbo. Simili modo ira, etiam si aliquando vt venenum, & praecepsitatio, & naufragium, ex inopinato profuit, non ideo salutaris omnino iudicanda est. Saepe enim salutis fuere pestifera. Deinde quae habenda sunt in bonis, quo maiora, eo meliora & optabiliora sunt. Si iustitia bonum est, nemo dicit meliorem futuram, si quid detraictum ex ea fuerit. si fortitudo bonum est, nemo illam desiderabit ex aliqua parte demini.

C A P. XIII.

Ergo & ira quo maior, hoc melior. Quis enim vñlius boni accessionem recusauerit? Atqui augeri illam inutile est: ergo & esse. Non est bonum, quod incremento malū fit. Vñlis, inquit, ira est, quia pugnaciores facit. Isto modo & ebrietas. Facit enim proteruos & audaces: multique meliores ad ferrum fuere male sobrij. Isto modo dic & phrenesim & insaniam viribus necessariam: quia saepe validiorum furor reddit. Quid non aliquoties metus ex paucido fecit ad acem? & mortis timor etiam inertissimos excitauit in proelium? Sed ita, ebrietas, timor, aliaque eiusmodi, foeda & caduca irritamenta sunt: nec virtutem instruit, quae nihil vñjis egit, sed segnem aliquando animum & ignavum paululum allevant. Nemo irascendo fit fortior, nisi qui fortis sine ira non fuisse. Ira non in adiutorium virtutis venit, sed in vicem. Quid quod, si bonum esset ira, perfectissimum quemque sequeretur? Atqui iracundissimi infantes, senesque & aegri sunt, & inualidum omne natura querulum est.

C A P. XIV.

Non potest, inquit Theophrastus, fieri, vt ne bonus vir irascatur malis. Isto modo quo melior quique, hoc iracundior erit. Vide ne contra placidi or, solutusque affectibus, & cui nemo odio sit. Peccantes vero quid haber cur oderit, cum error illos in huiusmodi delicta compellat? Non est autem prudenter, errantes odisse: alioquin ipse sibi odio erit. Cogiter quam multa contra bonum morem faciat, quam multa ex his quae egit, veniam desiderent. Iam irascetur etiam sibi. Neque enim aequus index aliam de sua, aliam de aliena causa sententiam fert. Nemo, inquam, inuenitur, qui se possit absoluere: & innocentem quisque se dicit, respiciens testem, non conscientiam. Quanto humanis, mitem & pacatum animum praefare peccantibus: & illos non perfecqui, sed reuocare. Errantem per agros ignorantia viae, melius est ad rectum iter admouere, quam expellere. Corrigendus est itaque qui peccat, & admonitione, & vi, & molliter, & asperre: meliorque tam sibi quam alijs faciens, non sine castigatione, sed sine ira. Quis enim cui medetur, irascitur?

C A P. XV.

At corrigi nequeunt, nihilque in illis spei bona capax est. Tollantur e coetu mortalium, fastigii peiora quae contingunt: & quo uno modo poscent, definant mali esse: sed hoc sine odio. Quid enim est cur oderim eum, cui tum maxime profum, cum illum sibi eripio? Nunquis membra sua odit, tunc cum abscondit? Non est illa ira, sed misera curatio. Rabidos effigimus canes, trucem atque immansuetum bouem caedimus, & morbidis pecoribus, ne gregem polluant, ferrum demittimus, portentosos foetus extinguimus, liberos quoque si debiles monstrisque editi sunt, mergimus. Non ira, sed ratio est, a sanis inutilis fecerere. Nil minus quam irasci punientem decet: cum eo magis ad emendationem poena proficiat, si iudicio lata est. Inde est, quod Socrates seruo ait: Caederē te, nisi irasceret. Admonitionem ferui in tempus fanius distulit, illo tempore se admonuit. Cuīus erit temperatus affectus, cum Socrates non sit aūsus se itae commitere? Ergo ad coercionem errantium, scelerorumque irato

irato castigatore non opus est. Nam cum ira delictum animi sit, nō oportet peccata corriger peccantē.

C A P. XVI.

Quid ergo? non irasci latroni? non irasci uenifico? Non. Neq. enim mihi irascor, cum sanguinem mitto. Omne poenae genus, remedij loco admoueo. Tu adhuc in prima parte versaris errorum: nec grauiter laberis, sed frequenter. Obiurgatio te primum secreta, deinde publica emendare tentabit. Tu longius iam processisti, quam vi possis verbis sanari. Ignominia non cōtineberis, tibi fortius aliquid & quod sentias, inurendum est, in exilium & loca ignota mitteris. In te duriora remedia, iam solida nequitia desiderat, & vincula publica, & career adhibebitur. Tibi insanabilis animus est, & sceleribus scelerata contexens: & iam non causis, quae nunquam malo defuturae sunt, impelleris, sed latius tibi est magna ad peccandum causa, peccare. Peribisti nequitia, & ira visceribus immiscisti, vt nisi cum ipsis exire nō possit. Olim miser mori queris, bene de te merebimur. Auferemus tibi istam qua vexaris, insaniam, & per tua alienaque voluntato supplicia, id, quod vnum bonum tibi supereft, reprobabimus, mortem. Quare irasci, cui cum maxime profum? Interim optimum misericordiae genus est, occidere. Si intras, in valitudinari exercitatus & sciens, non idem imperfis omnibus, per diversa aegrotantibus. Variā in tot animis virtus video, & ciuitati curandae adhibitus sum. pro cuiusque morbo medicina quaeratur. Hunc sanet verecundia, hunc peregrinatio, hunc dolor, hunc egitas, hunc ferrum. Itaq. eti peruersa induenda magistratui vestis, & connocanda classico contio est: procedam in tribunal, non furens, nec infestus, sed vultu legis: & illa sollemnia verba, severa magis grauique, quam rabida voce concipiā, & agi iubebo non iratus, sed severus. Et cum ceruicem noxio praecidi imperabo, & cum parricidam insuam culleo, & cum mittam in supplicium militare, & cum Tarpeio proditor, hostemque publicum imponam, sine ira, eo vultu animo ero, quo serpentes & animalia venenata percutio. Iracundia opus est ad puniendum. Quid enim? videtur lex irasci his quos non nouit, quos non vidit, quos futuros non spectat? Illius itaque sumendum est animus, quae non irascitur, sed constituit. Nam si bono viro ob mala facinora irasci conuenit, & ob secundas res malorum hominum inuidere conuenit. Quid enim est indigius quam florere quoddam, & eos indulgentia fortunae abuti, quibus nulla potest satis mala inueniri fortuna? Sed tam cōmoda illorum sine inuidia videbit, quam sclera sine ira. Bonus iudex improbanda, non odit. Quid ergo, non cum eiusmodi aliquid sapiens habebit in manibus, tangetur animus eius, eritque solito commotior? Fator. Sentiet leuem quandam, tenuerique motum. Nam ut dixit Zeno, in sapientis quoque animo, etiam cum vulnus sanatum est, cicatrix manet. Sentiet itaque suspiciones quasdam, & umbras affectuum: ipsis quidem carebit. Aristoteles ait, affectus quodam, si quis illis bene utatur, pro armis esse. Quod uerum fore, si uelut bellica instrumenta sumi, deponique possent, induentis arbitrio. Haec arma quae Aristoteles virtuti dat, ipsa per se pugnant, non expectant manum. Habent, & non habentur. Nil alijs instrumentis opus est. Satis nos instruxit ratione natura. Haec dedit telum, firmum, perpetuum, obsequens, nec anceps, nec quod in dominum remitti posset. Non ad prouidentum tantum, sed ad res gerendas satis est per se ipsa ratio. Etenim quid est stultius, quam hanc abracundia petere praesidium, rem stabilem ab incerta, fidem ab infida, sanam ab aegra? Quid, quod ad actiones quoque, in quibus solis opera iracundiae videtur necessaria, multo per se ratio fortior est? Nam cum iudicauit aliquid faciendum, in eo perseuerat. Nihil enim melius inuentura est seipsa, quo mutetur. Ideo stat semel constitutis. Iram saepe misericordia retro egit. Habet enim non solidum robur, sed tantum tumorem: uiolentisque principijs vñrit: non aliter quam qui à terra uenti surgunt, & fluminibus paludibusque excepti, sine pertinacia vehementes sunt. Incipit magno impetu, deinde definit ante tempus fatigata: & quae nihil aliud quam crudelitatem, ac noua genera poenarum versauerat, cum animaduertendum est, iam fracta, lenisque est. Affectus cito cadit: aequalis est ratio. Ceterum etiam ubi perseuerauerit ira, non nunquam si plures sunt, qui perire meruerunt, post diuorum triumue sanguinem, occidere definit. Primi eius iuctus acres sunt, sicut serpentum venena à cubili repellent: innoxij dentes sunt, cum illos frequens morsus exhaustit. Ergo non paria patientur, qui paria commiserant: & saepe qui minus commisi, plus patiuntur: quia recentiori irae obiectus est; & in tantum inaequalis est, modo vtria quam oportet, exurrit, modo citerius debito reficit. Sibi enim indulget, ex libidine iudicat, & audire non vult, & patrocino non relinquit locum, & ea tenet quae inuasit, & eripi sibi iudicium suum, etiam si prauum est, non finit. Ratio vtrique parti locum dat, & tempus. Deinde adiunctionem etiam sibi petit, ut excutienda spatium ueritati habeat: ira festinat. Ratio id iudicari vult, quod aequū est: ira id aequum videri vult, quod iudicauit. Ratio nihil praeter ipsum, de quo agitur, spectat: ira vanis & extra causam obuersantibus commouetur. Vultus illam securior, vox clarior, sermo liberior, cultus delicatio, aduocatio ambitiosior, fauor popularis exasperat. Saepe infesta patrono reum damnatur: etiam si ingeritur oculis veritas, amat & tuetur errorem: coargui non vult: & in male coepitis, honestior illi pertinacia videatur, quam paenitentia. Cn. Piso fuit memoria nostra, vir a multis yñis integer, sed prauus, & cui placebat pro constantia rigor. Is cum iratus duci iuflisset eum, qui ex commatu sine commilitone redierat, quasi interfecisset, quem non exhibebat, roganti tempus aliquod ad conquirendum, non dedit. damnatus extra vallum ductus est, & iam ceruicem porrigit, cum subito apparuit ille qui occisus videbatur. Tunc centurio supplicio praepositus, condere gladium speculatorum iuber: dānatum ad Pisonem reducit, redditurus Piloni innocentiam. Nam militem fortuna reddiderat. Ingenti concursu

concursu dedicantur, complexi alter alterum cum magno gaudio castrorum commilitones. Conscendit tribunal furens Piso, ac iubet duci vtrunque, & eum mihiem qui non occiderat, & eum qui non perierat: Quid hoc indignus? Quia vnuis innocens apparerat, dito peribant. Piso adiecit & tertium. Nam ipsum centurionem, qui damnatum reduxerat, duci iussit. Constituti sunt in eodem illo loco perituri tres; ob vnius innocentiam. O quam solers est iracundia ad singendas causas furoris. Te, inquit, duci iubeo; quia dominatus es: te, quia causa damnationis commilitoni fuisti: te, quia iussus occidere, imperato ri non parvisti. Excogitauit quemadmodum tria crimina faceret, quia nullum iniunctorat. Habet, inquam, iracundia hoc mali, non vult regi. Ira fitur veritati ipsi, si contra voluntatem suam apparuerit: clamore & tumultu, & totius corporis iactatione, quos deſt inuit in sequitur, adiectis coniunctis, maledictisque. Hoc non facit ratio; sed si ita opus est, silens quietaque, totas domos funditus tollit, & familias Reipublicae pestilentes cum coniugibus ac libertis perdit, teat ipa diruit, & solo exequat, & inimica libertati nomina extirpat. Haec non frendens, nec caput qualis, nec quicquam indecorum iudici faciens, cuius tuu maximus placidus esse debet & in statu vultus, cum magna prouunt. Quid opus est, inquit Hie ronimus, cum velis caedere aliquem, prius tua bala mordere? Quid si ille vidisset defilientem de tribunali proconfusilem, & falces licetiori auferentem, & sua vestimenta scindentem, quia tardius scindebantur aliena? Quid opus est mensam euertere? Quid pocula affligere? Quid se in columnas impingere? Quid capillos euellere? semper, peccusque percutere? Quantam iram putas, quae quia non tam cito in alium quam vult, erupit, in se reveritur? Tenetur itaq. à proximis, & rogatur, ut ipse sibi placetur: quorum nihil facit quisquis vacuus ira, meritam cuiq. poenam iniungit. Dimittit saepe eum, cuius peccatum comprehendit, si paenitentia facta ipsa bonarum pollicetur; si intelligit non ex alto venire nequitam, sed summo, quod aiunt, animo inhaerere. Dabit impunitatem, nec accipitibus nocituram, nec dantibus. Nonnunquam magna scelera leuius, quam minora compescet: si illa lapsu, non crudelitate commis- fa sunt: his inest latens, & operta & inueterata caliditas. Idem delictum in duobus non eodem modo af- ficiet, si alter per negligentiam admisit, alter curauit ut nocens esset. Hoc semper in omni animaduersio- ne seruabit, ut sciat alteram ad hiberi, ut emendet malos: alteram, ut tollat. In utroque non praeterita, sed futura intuebitur. Nam, vt Plato ait, Nem o prudens punit, quia peccatum est, sed ne peccetur. Reuocari enim praeterita non posunt: futura prohibentur: & quos volet nequitiae male cedentis exempla fieri, pa- lam recidet, non tantum ipse, sed ut alios per eundem deterrent. Haec cinqüe expendenda, ae- stimandaque sunt. Vides quam debet omni perturbatione liber accederet ad rem summa diligentia tra- standum, potestatem vitae necisque. Male irato ferrum committitur. Ne illud quidem indicandum est, aliquid iram ad magnitudinem animi conserre. Non est enim illa magnitudo, tumor est: nec corporibus copia virtutis humoris intensis, morbus in cremenatum est, sed pestilens abundantia. Omnes quos vaevors ira animis supra cogitationes extollit humanas, altum quidem & sublime spirare se credunt: ceterum nihil solidi subest, sed in ruinam prona sunt, quae sine fundamentis creuere. Non habet ira cui infistat. non ex firmo mansuroque dritus, sed venusta & inanis est: tantumque abest a magnitudine animi, quam- cum à fortitudine audacia, à fide, à honestate tristitia, à severitate crudelitas. Multum, inquam, interest inter sublimem acimum & superbum. Iracundia nihil amplum, decorumq. molitur. Contra mihi videtur veterino & infelici animi, imbecillitatis sibi consci, saepe indolescere. Ut exulce- rata & aegia corpora, ad iustus leui simos gemunt, ita ira muliebre, maxime & puerile vitium est. At inci- dit & in viros. Nam viris quoque puerilia ac muliebre ingenia sunt. Quid ergo? Non aliquae voces ab iratis emittuntur, quae magno effusione nideantur animo, veram ignorantibus magnitudinem: qualis illa dira & abominanda: Oderint, dum metuant. Sylloge scieculo scriptam. Nec ius vtrum sibi peius op- rauerit, ut odio effeta, ut timori. Oderint. Occurrat illi futurum, ut execratur, insidentur, opprimant. Quid adiicit? Dij illi maleficiant, adeo repperit dignum odio remedium. Oderint. Quid? dum pareant, non, dum probent: non. Quid ergo? dum amant, sic nec amanti quidem vellem. Magno hoc dictum spi- rita putas? Falleris. Nec enim magnitudo ista est, sed immanitas. Non est quid credas irascitum verbis: quorum strepitus magis, minaces sunt, ita mens pauidissima. Non est quid existimes ueru esse, quod apud disertissimum virum Liutum dicitur: Vir ingenij magni magis quam boni. Non potest illud separari, aut & bonum erit, aut nec magnum: quia, namque, animi inconcussam intelligo, & introrsus solidam, ab imo parem firmamque, qualis inesse malis ingenij non solet. Terribilia enim esse, & tumultuosa, & exitiosa possunt, ne magnitudinem quidem, cuius firmamentum roburque bonitas est, non habe- bunt, ceterum sermone, conatu, & omni extra paratu facient magnitudinis fidem. Eloquentur aliquid quod tu magni putes: sicut C. Caesar, qui ratus caelo quid obstreperet pantomimis, quos imitabatur studiosius quam spectabat, quodq. confessatio sua fulminibus terretur, prorsus parum certis: ad pu- gnam vocavit Iouem, & quidem sine in missione, Homericum illum exclamans versum.

Quanta dementia fuit. Putauit aut sibi noceri, ne à Ioue quidem posse: aut se nocere etiam Ioui posse. Non puto parum momenti hanc eius vocem, ad incitandum coniuratorum animos addidiisse. Ultimae enim patientiae visum est eum ferre, qui Iouem non ferret. Nihil ergo in ira, ne cum videtur quidem ve- hemens, deos hominibusque despiciens, magnum, nihil nobile est: aut si videtur aliqui magnum animum ira producere, uideatur & luxuria. Eborae justitieri vult, purpura vestiri, auro tegi, terras transferre, maria conclu-

concludere, flumina praecipitare, nemora suspendere. Videatur & auaritia magni animi. Aceruis aperi- argenteique incubat, & prouinciarum nominib. agros colit, & sub singulis villicis latores habet fines, quam quos consules sortiebantur. Videatur & libido magni animi. Transnatat freta, puerorum greges castrat, sub gladium mariti venit vxor, morte contempta. Videatur & ambitio magni animi. Non est contenta honoribus annuis: si fieri potest, uno nomine occupare fastos vult, per omnem orbem titulos disponere. Omnia ita non refert, in quantum procedant, extendantque se: angusta sunt, misera, depressa. Sola sublimis & excelsa virtus est. Nec quicquam magnum est, nisi quod simul & placidum.

L ANN AE I. SENECAE DE IRA. AD NOVATUM LIBER SECUNDVS.

C A P. I.

RIMVS liber, Nouate, benignorem habuit materiam. Facilis enim in procluia virtu- rum decursus est. Nunc ad exiliora veniendum est. Quaerimus enim, vtrum ira iudicio an impetu incipiat: id est, vtrum sua sponte moueat, an quemadmodum pleraque, quea intra nos incisj nobis oriuntur. Debet autem in haec se demittere disputatio, ut ad illa quoque altiora possit exsurgere. Nam & in corpore nostro osla, neruque & articuli, firmamenta totius, & vitalia minime speciosa visu, prius ordinantur; deinde haec ex quibus omnis in faciem aspectumque decor est: post haec omnia, qui maxime oculos rapit color, vltimus perfecto iam corpore affunditur. Iram quin species oblatae iniuriae moueat, non est dubium: sed vtrum spe- ciem ipsam statim sequatur, & non accidente animo excurrat, an illo assentiente moueat, quaerimus. Nobis placet, nil ipsam per se audiens, sed animo approbante. Nam speciem capere acceptae iniuriae, & vltionem eius concipi scire, & vtrunque coniungere, nec laedi se debuisse, & vindicari debere, non est eius impetus, qui sine voluntate nostra concitetur. Ille simplex est: hic compositus, & plura continens. Intellexit aliiquid, indignatus est, damnauit, vlciscitur. haec non possunt fieri, nisi animus qui tan- gebarur, affensus est.

C A P. II.

QVORS, inquis, haec quaestio pertinet: vt sciamus quid sit ira. Nam si iniuris nobis naſcitur, nun- quam ratione succumbet. Omnes enim motus, qui non voluntate nostra sunt, iniucti & ineuitabi- les sunt: vt horror frigida aspersis, ad quodam iuctus aspernatio, ad peiores nuntios subriguntur, pili & rubor ad impröbe verba suffunditur, sequiturque vertigo praerupta cernentes. Quorum quia nihil in nostra potestate est, nulla, quo minus fiant, ratio persuadet. Ira praecipit fugatur. Est enim voluntariū animi vitium, non ex his quae conditione quadam humanae fortis eueniunt, ideoque etiam sapientissimis accident. Inter quae & primus ille iuctus animi ponendus est, qui nos post opinionem iniuriae mo- uet. Hic subit etiam inter ludicra scena spectacula, & lectiones rerum vetustarum, saepe Clodio Ciceronem expellenti, & Antonio occidenti, ydemur irasci. Quis non contra Marij arma, & contra Syllae proscriptiōnem concitat? Quis non Theodo & Achillae, & ipsi puer, non puerile auro facinus, infestus est? Cantus nos nonnunquam & concitata modulatio instigat. Martius quoque ille tubarum sonus mouet mentes, & atrox pictura, & iustissimorum suppliciorum tristis aspectus. Inde est, quod arri- demus arridentibus, & contristis nos turba maerentium, & effusis in aliena certamina: quae non sunt irae, non magis quam tristitia est, quae ad conspectum inimici naufragi contrahit frontem: non ma- gis quam timor, qui Hannibale post Cannas moenia circumfidente, lectoris percutit animum: sed omnia ista motus sunt animorum moueri volentium, nec affectus, sed principia praeludentia affectibus. Sic enim militaris viri in media pace togati iam aures tuba suscitat, equoque castrenses erigit crepitus atmorum. Alexandrum aiunt, Xenophanto carente manum ad arma misse.

C A P. III.

Nihil ex his quae animum fortuito impellunt, affectus vocari debet. Ista, vt ita dicam, patitur ma- gis animus quam facit. Ergo affectus est, non ad oblatas rerum species moueri, sed permittere se illis: & hunc fortuitum motum persequi. Nam si quis pallorem & lacrimas procidentes, & irritationē humotis obscoeni, altum ve susprium, & oculos subito acriores, aut quid his simile, indicium affectus, animique signum putat, fallitur, nec intelligit hos corporis esse pulsus. Itaq. & fortissimus pleraunque vir, dum atmatur, expalluit: & signo pugnae dato, ferociissimo militi paululum genua tremuerunt: & magno imperatori, antequā inter se acies arietarent, cor exiluit: & oratori eloquentissimo, dum ad dicen-

Y dum

dum componitur, summa riguerunt. Ira non moueri tantum, sed excurrere debet. Est enim impetus. Numquam autem impetus sine affensi mentis est: neque enim fieri potest, ut de vltione & poena agatur animo nesciente. Putauit se aliquis laesum, voluit vlcisci: dissuadente aliqua causa, statim refedit. Hanc irā non voco, sed motum animi, rationi parentem. Illa est irā, quae rationem transfilat, quae secum rapit. Ergo prima illa agitatio animi, quam species iniuriae incusit, nō magis irā est, quam ipsa iniuriae species, sed ille sequens impetus, qui speciem iniuriae non tantum accepit, sed approbavit. Ira est concitatio animi ad vltionem voluntate & iudicio pergentis. Nunquid dubium est, quin timor fugam habeat, ira impetus? Vide ergo, an putes aliquid sine affensi mentis aut peti posse, aut caueri.

C A P. III.

ET vt scias, quemadmodum incipiunt affectus, aut crescant, aut efferantur, est primus motus non voluntarius quasi praeparatio affectus, & quaedam cōminatio. Alter cum voluntate non contumaci, tanquam oporteatne vindicari, cum laetus sim: aut oporteat hunc poenas dare, cum scelus fecerit. Tertius motus est iam impotens, qui, non, si oportet, vlcisci vult, sed utique: qui ratione euincit. Primum illum animi iētū effugere ratione non possumus: sicut ne illa quidē, quae diximus accidere corporibus, non nos oscitatio aliena sollicitet, ne oculi ad intentionem subitam digitorum comprimantur. Ista non potest ratio vincere: consuetudo fortasse, & assidua obseruatio extenuat. Alter ille motus, qui iudicio nascitur, iudicio tollitur. Illud etiamnum quaerendum est. Hi qui vulgo saeuunt, & lāguine humano gaudent, an irascantur, cum eos occidunt, a quibus nec accepterunt iniuriā, nec accepisse se existimant: qualis fuit Appoldorus, aut Phalaris.

C A P. V.

HAEC non est ira: feritas est. Non enim quia accepit iniuriam, nocet: sed parata est dum noceat, velle accipere. Nec illi verbera lacerationesque in vltionem petuntur, sed in voluptatem. Quid ergo? O rigo huius malī ab ira est: quae vbi frequenti exercitatione & satietate in obliuionem clementiae venit, & omne foedus humanum eicit animo, nouissime in crudelitatem transi. Rident itaque, gaudentque, & voluptate multa perfruantur, plurimumq. ab iratorum vultu absunt, per otiū saeuū. Hannibalē aiunt dixisse, cum fossam sanguine humano plenam vidisset: O formosum spectaculum. Quanto pulchrius illi visum esset, si flumen aliquod lacumque compleset. Quid mirum, si hoc maxime spectaculo caperis innatus sanguini, & ab infante caedibus admotus? Sequetur te fortuna crudelitatis tuae per viginti annos secunda, dabitq. oculis tuis gratum vbique spectaculum. Videbis istud & circa Trasimenum & circa Cannas, & nouissime circa Carthaginem tuam. Volefus nuper sub diuo Augusto proconsul Asiae, cum C C. vna die securi percussisset, incedens inter cadavera vultu superbo, quali magnificum quiddam conspiciendumq. fecisset, Graece proclamauit: O rem regiam. Quid hic rex fecisset? Non fuit haec ira, sed maius malum, & insanabile.

C A P. VI.

VIRTUS, inquit, vt honestis rebus propria est, ita turpibus irata esse debet. Quid si dicatur, virtutem & humilem & magnam esse deberet? At qui haec dicit, illam extollit vult, & deprimi. Quoniam laetitia ob recte factum, clara magnificaq. est, ira ob alienum peccatum fōrdida & angusti peccoris est, nec unquam committet virtus, vt vitia, dum compescit, immitetur ipsa: iram castigandam habet, quae nihil melius est, saepe etiam peior his delictis quibus irascitur. Gaudere laetarique, proprium & naturale virtutis est: irasci non est ex dignitate eius, non magis quam in maerere. Atqui iracundiae trifititia comes est: & in hanc omnis ira vel post paenitentiam, vel post repulsa reuoluitur. Et si sapiētis est, peccatis irasci, magis irascetur maioribus, & saepe irascetur. sequitur, vt non tantum iratus sit sapiens, sed iracundus. Arqui si nec magna iram, nec frequentem in animo sapientis locum habere credimus: quid est, quare non ex toto hoc affectu illum liberemus: modis enim esse non potest, si pro facto cuiusq. irascendū est. Nam aut iniquus erit, si aequaliter irascetur delictis inaequalibus: aut iracundissimus, si toties excanduit, quoties iram scelerā meruerit. Et quid indignus, quam sapientis affectum ex aliena pendere nequit? Definet Socrates posse, unde in vultu domum referre, quem domo extulerat.

C A P. VII.

ATQUI si irasci sapiens debet turpiter factis, & concitari contrastariq. ob scelerā, nihil est aerumnōsus sapiente. Omnis illi per iracundiam: maeroremque vita transibit. Quod enim momentum erit, quo non improbanda videat. Quoties processerit domo, per sceleratos illi, auarosque, & prodigos; & impudentes; & ob ista felices, incedendum erit. Nusquam oculi eius flecentur, vt non quod indignantur, inueniant. Deficiet, si toties à seiram quoties causa poscer, exegerit. Haec tot millia ad forum prima luce properantia, quam turpes lites, quanto turpiores aduocatos habent? Alius iudicia patris accusat, quae mereri satius fuit. Alius cum matre coſtituit. Alius delator venit eius criminis, cuius manifestior reus est, & iudex damnaturus quae fecit, eligitur: & corona pro mala causa, bona patroni voce corrupta. Quid singula persequor? cum videris forum multitudine refertum, & septa concursu omnis frequentiae plena, & illum circum, in quo maximam sui patrem populus ostendit: hoc scito, istuc tantundē esse uitiorum, quantum hominum. Inter istos quos togatos uides, nulla pax est: alter in alterius exitium leui compendio ducitur.

Nulli

C A P. VIII.

NVlli nisi ex alterius damno quaestus est: felicem oderunt, infelicem contemnunt: maiore grauatur, minori graues sunt: diuersis stimulantur cupiditatibus: omnia perdita ob leuem voluptatem praedamque cupiunt. Non alia quam in ludo gladiatorio vita est, cum ijsdem viuentium pugnantiumq. Ferarum iste conuentus est: nisi quod illae inter se placidas sunt, morisque similiū abstinent, hi mu-tua laceratione satiantur. Hoc vno ab animalibus mutis differunt: quod illa manuscunt alentibus, horum rabies ipsoz quibus est nutrita depascitur. Nunquam irasci desinet sapiens, si semel cooperit. omnia sceleribus ac virijs plena sunt. Plus cōmititur, quam quod possit coercione sanati. Certatur ingenii quodam nequitiae certamine: maior quotidie peccandi cupiditas, minor verecundia est. Expulso melioris aequiorisque respectu, quoque visum est, libido se impingit: nec furtiuia iam scelerā sunt. prae-ter oculos eunt. Adeoque in publicum missa nequitia est, & in omnium pectoribus eualuit, vt innocencia non rara, sed nulla sit. Nunquid enim singuli aut pauci rupere legem? vndique, velut signo dato, ad fas nefasque miscendū coorti sunt.

--- Non hospes ab hospice tutus,

Non sacer d'genero, frātrum quoque gratia rara est.

Imminerexitio vir coniugis, illa mariti.

Lurida terribiles miscent aconita nouercae.

Filius ante diem patrios inquirit in annos.

Et quota pars ista scelerum est: non descripsit castra ex una parte contraria, parentum liberorumque sacramenta diuersa, subiectam patriae ciuiis manū flammarū, & agmina infelorum equitum ad conqui-rendas proscritorum latebras circum volitantia, & violatos fontes venenis, & pestilentiam manū factā, & praeductam obfessis parentibus fossam, plenos carceres, & incendia rotas urbes concremantia, dominationesque funestas, & regnorū publicorumque exitiorum clandestina consilia: & pro gloria habita quae quamdiu opprimi possunt, scelerā sunt. Raptus ac stupra, & ne os quidem libidini exceptum.

C A P. IX.

ADde nunc publica periuria gentium, & rupta foedera, & in praedam validioris quicquid non resistebat, abductum, circumscriptiones, furta, fraudes, infinitationes, quibus tria non sufficient foras. Si tantum irasci vis sapientem, quantum scelerum indignitas exigit: non irascendum illi, sed insanendum est. Illud potius cogitabis, non esse irascendum erroribus. Quid enim si quis irascatur, in tenebris parum vestigia certa ponentibus? Quid si quis surdis, in pertis non exandientibus? Quid si pueris, quod neglecto dispectu officiorum, ad lusus & ineptos aequalium iocos spectent? Quid si illis irasci velis, qui aegrotant, senescunt, fatigantur? Inter cetera mortalitatis incommoda, & haec eit, caligo mentium: nec tantum necessitas errandi, sed errorum amor. Ne singulis irascaris, vniuersis ignoscendum: generi humano venia tribuenda est. Si irasceris iuuenibus semibus quod peccant: irascere infantibus, quod pec-caturi sunt. Num quis irascitur pueris: quorum aetas nondum nouit rerum diſcrimina? Maior est excusatio & iustior, hominem esse, quam puerum. Haec condicione nati sumus, animalia obnoxia non paucioribus animi quam corporis morbis: non quidem obtusa, nec tarda, sed acumine nostro male vtentia, alter alteri vitiorum exempla. Quisque sequitur priores male iter ingressos. Quid ni habeant excusationem, cum publica via errauerint?

C A P. X.

IN singulos severitas imperatoris distinguitur: at necessaria venia est, vbi totus deseruit exercitus. Quid tollit iram sapientis? turba peccantibus. Intelligit quam iniquum sit, & periculofum, irasci publico vitio. Heraclitus quiores proderat, & tantum circa se male viuentium, immo male pereuntium uidelerat, flebat, miserebatur omnium, qui sibi laeti felicesque occurrerant, miti animo, sed nimis imbecillo: & ipse inter deplorandoz erat. Democratum contra aiunt, nunquam sine risu in publico fuīſe. Adeo nihil illi uidebatur serium eorum, quae serio gerebantur. Vbi isti cira locus est? Aut rienda omnia, aut flenda sunt. Non irascetur sapiens peccantibus. Quare? quia scit & neminem nasci sapientem, sed fieri. scit paucissimos omni aero sapientes eaudere, quia condicione humanae uitae perspectam habet. Nemo autem naturae sanus irascitur. Quid enim si mirari uelit, non in filueſtribus dumis poma pendere? quid si miretur spineta senteſque non utili aliqua fruge compleri? Nemo irascitur, vbi vitium natura defendit. Placidus itaque sapiens & aequus erroribus, non hostis, sed correptor peccatiū, hoc quotidie procedit animo: Multi mihi occurrit vino dediti, multi libidinosi, mulci ingrati, multi auari, multi furijs ambitionis agitati. Omnia ista tam proprieſtis apſicet, quam aegros ſuos medicus. Nūquid ille, cuius nauigium multam, vndiq. laxatis compagibus, aquam trahit, nauis ipsi, nauigio irascitur? Occurrit potius, & aliam excludit undam, aliam egerit, manifesta foramina praecludit, latentibus & ex occulto ſentim ducentibus labore continuo reflit: nec ideo intermitit, quia quantum exhaustum est subnascitur. Lento adiutorio opus est contra mala continua & foecunda, non vt definiat, sed ne viacant.

C A P. XI.

Vtilis est, inquit, ira: quia contemptum effugit, quia malos terret. Primum ira si quantum minatur, valet, ob hoc ipsum quia terribilis est, & inuisia est. Periculosius est autem timeri, quam despici. Si vero sine viribus est, magis exposta contemptui est, & deridum non effugit. Quid enim est iracun-

Y 2 dia

dia in supervacuum tumultuante frigidius? Deinde non ideo quaedam, quia terribilia, potentiora sunt; nec hoc sapientis dici velim, quod ferae quoq. telum est, timeri. Quid? non timetur febris, podagra, hulcet malum? Nunquid ideo quicquam in ipsis boni est? an contra, omnia despeta, & foeda, & turpia timentur? Ira per se deformis est, & minime metuenda. At timetur a pluribus, sicut deformis persona ab infantibus. Quid quod semper in auctores redundat timor, nec quisquam metuitur, ipse securus? Occurrat hoc loco tibi Laberianus ille versus, qui medio ciuii bello in theatro dictus, totum in se populum non aliter conuerit, quam si missa esset vox publici affectus:

Neceſſe eſt multos timeat, quem muli timent.

Ita natura constituit, ut quod alieno metu magnum est, a suo non vacet. Leoni, inquam, pauida sunt ad leuissimos strepitus predicta. Aceritas feras umbra, vox, & odor insolitus exagit. Quicquid terret, & trepidat. Non est ergo quare concupiscat quisquam sapiens timeri.

C A P. XII.

Nec ideo iram magnum quisquam putet, quia formidini est: quoniam quaedam etiam contemptissima timuntur: venena, & offa mortifera, & mortis. Nec est mirum, cum maximos ferarum genes linea pennis distincta continet, & in insidias agat: ab ipso effectu dicta formido. Vanis enim vana terrori sunt. Curriculi motus, rotarumque versata facies leones redigit in caueam. Elephantes porcina vox terret. Sic itaque ira metuitur, quomodo umbra ab infantibus, à feris rubens pinna. Non ipsa in se quicquam habet firmum aut forte, sed leues animos mouet. Nequitia, inquit, de rerum natura tollenda est, si velis iram tollere. Neutrum autem potest fieri. Primum potest aliquis non algere, quamvis ex rerum natura hiems sit: & non aefluere, quamvis mens aeflui sint. Aut loci beneficio aduersus intemperie anni tutus est, aut patientia corporis sensum virtutisque periuicit. Deinde verte istud. Necesse est prius virtutem ex animo tollas, quam iracundiam recipias: quoniam cum virtutibus vitia non coeunt. Nec magis quisquam eodem tempore & iratus potest esse, & vir bonus, quam aeger & fanus. Non potest, inquit, omnis ex animo ira tolli: nec hoc hominis natura patitur. Atqui nihil est tam difficile & arduum, quod non humana mens vincat, & in familiaritatem perducat assida meditatio: nullique sunt tam feri & sui iuris affectus, ut non disciplina perdomentur. Quodcunque sibi imperauit animus, obtinuit. Quidam ne vnguam rident, consueti sunt. Vino quidam, alij Venere, quidam omni humore interdixere corporibus. Alius contentus breui somno, vigilans indefatigabiliter extendit. Didicerunt alij tenuissimis & aduersis funibus currere, & ingentia, vixque humanis toleranda viribus onera portare, & in immensam altitudinem mergi, ac sine villa respirandi vice perpeti maria.

C A P. XIII.

Mille sunt alia in quibus pertinacia impeditum omne transcendent, ostenditq. nihil esse difficultate, cuius sibi ipsa mens patientiam indicaret. Iste quos paulo ante retuli, aut nulla pertinacis sunt, aut non digna metes sunt. Quid enim magnificum consequitur ille, qui meditatus est per intensos fuores ire? qui larcinae ingenitae cernices supponere? qui somno non submittere oculos? qui penetrare in imum mare? & tamen ad finem operis non magno auctoramento labor peruenit. Nos non aduocamus patientiam, quos tantu' praemittit, felicis animi iminuta tranquillitas? Quantum est effugere maximum malum iram, & cu' illa rabies, saevitiam, crudelitatem, furorem, & alios comites affectus eius? Non est quod patrocinium nobis quaeramus, & excusatam licentiam dicentes, aut vtile esse, aut ineuitabile. Cui enim tandem virtus aduocatus defuit? non est quod dicas, excidi non posse. Sanabilibus aegrotamus malis: ipsaque nos in rectum genitos natura, si emendari velimus, iuvat. Nec, vt quibusdam visum est, arduum in virtutes & aperiti iter est: plano adeuntur. Non vanae vobis auctor rei venio. Facilis est ad beatam vitam: initate modo bonis auxiliis, ipsiſq. dij. bene iniuitibus. Multo difficilius est, facere ista que facitis. Quid enim quiete otiosus attimi? Quid ira labrioſius? Quid clemētia remissius? Quid crudelitas negotiorum? Vacca pudicitia, irido occupatissima est. Omnia deniq. virtutum tutela facilitas est: vita magna coluntur. Debet ira remoueri. Hoc ex parte fatentur etiā, qui dicunt esse minuēdā. Tota dimittatur: nihil profutura est: sine illa facilis, rectiusq. sceleris tollentur: mali punientur, & traducuntur in melius.

C A P. XIV.

Omnia quae debet sapiens, sine ullius malae rei ministerio effici: nihilque admiscebit, cuius modum sollicitus obseruet. Nunquam itaque iracundia admittenda est: aliquando simulanda, si seques aduentum animi concitat: sicut tarda consurgentes ad cursum equos stimulis facibusque subtilis excitamus. Aliquando incutendum est his metus, apud quos ratio non proficit. Ira si quidem non magis vtile est, quam maletere, quam mettere. Quid ergo non incident causae, quae ira laceant? Sed tunc maxime illi oppotendit manus sunt: nec est difficile, vincere animum: cum athletae quoque in levissima sui parte occupati, tamen i'hus dolore que patientur, vt vires caedentis exhaustant, nec cum ira suadet, sed cum occasio. Pyrrhūm maximum praeceptorem certaminis gymnici, solitu' aiūt his quos exercitabat, praecepit, ne ira ceteretur. Ira enim perturbat artem: & qua noceat, tantum, nō qua caueat, aſpicit. Saepe itaque ratio patientiam suadet, ira vindictā: & qui primis defungi malis potuimus, in maiora decolorimur. Quidam vīnus verbi contumelia, non aequo animo lata, in exilium proicit: & qui lenem iniuriam silentio fetre soluerant, grauiſſimis malis obruti sunt, indignatiq. aliquid ex pleſiſſima libertate diminuit, curvile in ſe traxerunt iugum.

CAP.

C A P. XV.

VT scias, inquit, an ita habeat in se generosiſ aliquid, liberas videbis gentes quae iracundissimae sunt: vt Germanos & Scythas. Quod evenit, quia fortiora solidaque natura ingenia, antequam disciplina moliantur, prona in iram sunt. Quaedam non nisi melioribus innascuntur ingenij: sicut valida arbusta & lesta, quamvis neglecta tellus creat: alia foecundi soli filia sunt. Itaque & ingenia natura fortia iracundiam ferunt, nihilque tenue & exile capiunt, ignea & feruida: sed imperfectus ille vigor est, vt omnibus quae sine arte, ipsius tantum naturae bono, exurgunt, sed nisi cito domita sunt, quae fortitudini apta erant, audacie, temeritatique consuecant. Quid? non mitioribus animis vitia leuiora coniuncta sunt: vt misericordia, amor, & verecundia. Itaque tibi saepe bonam indolem in malis quoque offendit, sed non ideo vitia non sunt, si naturae melioris indicia sunt. Deinde omnes istae feritate liberae gentes, leonum, luporumque ritu, vt seruire non possunt, ita nec imperare. Non enim humani vim ingenij, sed feri & intractabilis habent. Nemo autem regere potest, nisi qui & regi.

C A P. XVI.

Fere itaque imperia penes eos fuere populos, qui mitiore caelo vtuntur. In frigori Septentrionemq. vergentibus immansueta ingenia sunt, vt ait poeta.

---- *Suoq' simillima caelo.*

Animalia, inquit, generofissima habent, quibus multum inest irae. Errat, qui ea in exemplum hominis adducit, quibus pro ratione est impetus. homini pro impetu, ratio est. Sed nec illis quidem omnibus idem prodet. Iracundia leones adiuuat, paucus cerosus, accipitrem impetus, columbam fuga. Quid, quod ne illud quidem verum est, optima animalia esse iracundissima? Feras ne putem, quibus ex raptu alimenta sunt, meliores, quo iratores? Patientiam laudauerim boum, & equorum fraenos sequentium. Quid autem est, cur hominem ad tam infelicia exempla reuoces: cum habeas mundum, Deumque, quem ex omnibus animalibus, vt folus imitetur, folus in telligit? Simplicissimi, inquit, omnium habentur iracundi. Fraudulentis enim & versutis comparantur: & simplices videntur, quia expositi sunt: quos quidem non simplices dixerim, sed incautos. Stultis, luxuriosis, nepotibusq. hoc nomen imponimus, & omnibus viuis parum callidis.

C A P. XVII.

Orator, inquit, iratus aliquando melior est. Immo imitatus iratum. Nam & histriones in pronuntiando non irati populum mouent, sed iratum bene agentes, & apud iudices itaque, & in contione, & vbiq' aliensi animi ad nostrum arbitrium agendi sunt: modo iram, modo metum, modo misericordiam, vt alijs incutiamus, ipsi simulabimus: & saepe id quod veri affectus non effecissent, effecit imitatio affectuum. Languidus, inquit, animus est, qui ira caret. Verum est, si nihil habet ira valentius. Nec latronem oporet esse, nec praedam, nec misericordem, nec crudeliam. Illius nimis mollis animus, huius nimis durus est. Temperatus sit sapiens: & ad res fortius agendas non iram, sed vim adhibeat.

C A P. XVIII.

Quoniam quae de ira quaeruntur, tractauimus, accedamus ad remedia eius. Duo autem, vt opinor, sunt: ne incidamus in iram, & ne in ira peccemus. Vi in corporum cura, alia de tuenda valetudine, alia de restituenda, praecepta sunt: ita aliter iram debemus repellere, aliter compescere, vt vincamus. Quaedam ad viuensam vitam pertinentia praecipiunt: ea in educationem, & in sequentia tempora diuidentur. Educatio maximam diligentiam, plurimumque profuturam desiderat. Facile est enim, tenetos adhuc animos componere. Difficiliter reciduntur vitia, quae nobiscum creuerunt. Opportunissima ad iracundiam feruidi animi natura est. Nam cum elementa sint quatuor, ignis, aqua, aer, & terra, potestates pares his sunt, frigida, feruida, arida, atq. humida. Et locorum itaque, & animalium, & corporum, & morum varietates, mixtura elemorum facit, & proinde in aliquos magis incumbunt, prout alicuius elementi maior vis abundauit. Inde quasdam humidus vocamus, aridasq. regiones, & calidas, & frigidas. Eadem animalium & hominum discrimina sunt.

C A P. XIX.

Refert quantum quisque humidi in se calidique contineat. Cuius in illo elementi portio praecubalebit, inde mores erunt. Iracundos feruidi mixtura facit. Est enim actuosus & pertinax ignis. Frigidus mixtura frigidos facit. Pigrum est enim contractumq. frigus. Volunt iraq. quidam ex nostris iram in petore moueri, effervescent circa cor sanguine. Causa cur potissimum assignetur irae locus, non alia est, quam quod in toto corpore calidissimum pectus est. Quibus humidus plus inest, eorum paulatim crescit ira: quia non est paratus illis calor, sed motu acquiritur. Itaque puerorum feminarumque irae acres magis quam graues sunt, leuioresq. dum incipiunt. Siccis aetatis vehemens robustaq. ira est, sed sine incremento, non multum sibi adjiciens: quia inclinatum calorem frigus insequitur. Senes difficiles & queruli sunt, vt aegri & conualescentes, & quorum aut lassitudine, aut detractione sanguinis exhaustus est calor. In eadem causa sunt siti fameq. rabidi, & quibus exangue corpus est, maligneq. alitur & deficit. Vinum incendit iram: quia calorem auger pro cuiusque natura.

C A P. XX.

Q Vidam ebrij effervescent, quidam siccii. Neque illa alia causa est, cur iracundissimi sint flavi rubentesque: quibus talis natura color est, qualis fieri ceteris inter iram solet. Mobilis enim illis agi-

Y 3 tatulq.

tatusque sanguis est. Sed quemadmodum natura quodam prolios in iram facit: ita multae incident causae, quae idem possint quod natura. Alios morbus aut iniuria corporum in hoc perduxit, alios labor, & continua perulgilia, noctesque sollicitae, & desideria, amoresque: & quicquid aliud aut corpori nocuit aut animo, aegram mentem in querelas parat. Sed ista omnia initia causae sunt, plurimumque potest consuetudo: quae si gravis est, alit vitium. Naturam quidem mutare difficile est: nec licet semel mixta na scientia elementa conuertere. Sed in hoc nosse profuit, vt calēibus ingenij subtrahatur vinum: quod pueris Plato negandum putat, & ignem vetat igne incitari. Nec cibis quidem implendi sunt. Distendunt enim corpora, & animi cum corpore tumescunt. Labor illos citra lassitudinem exerceat: vt minuantur, non vt consumatur calor, nimisq. ille feroz despumet. Lusus quoq. proderunt. Modica enim voluptas laxat animos, & temperat. Humidioribus, fiscioribus & frigidis non est ab ira periculum: sed maiora vita metuenda sunt, paucorū difficultas, & suspicione.

C A P. XXI.

M Ollienda itaque, fouendaque talia ingenia, & in laetitiam eocanda sunt. Et quia alijs contra irā, alijs contra tristitiam remedij vtendunt, est, nec dissimilibus tantum ista, sed contrarijs curanda sunt, semper ei occurremus, quod increuerit. Plurimum, inquam, proderit pueros statim salubriter insti tu. Difficile autem regimen est: quia dare debemus operam, ne aut iram in illis nutriamus, aut indolem retundamus. Diligenti obseruatione res indiget. Vt rurisque enim & quod extollendum, & quod deprimentum est, similibus alitur. Facile autem etiam attendentem similia decipiunt. Crescit licentia spiritus, seruitate communiquerit. Assurgit, si laudatur, & in spem sui bonam adducitur. Sed eadem ista insolentiam & iracundiam generant. Sic itaque inter vtrunque regendus est, vt modo traenit utamur, modo stimulis: nihil humile, nihil seruile patiatur. Nunquā illi necesse sit rogare suppliciter: nec profit rogasse: potius caue suae, & prioribus factis, & bonis in futurum promissis donetur. In certaminibus aequalium nec vincit illi patiamur, nec irasci. Demus operam, vt familiaris sit his, cum quibus contendere solet: vi in certamine affuecat non nocere velle, sed vincere. Quoties superauerit, & dignum aliquid laude fecerit, attolli, non gestre patiamur. Gaudium enim exultatio, exultationem tumor, & nimia aestimatio sui sequitur. Dabimus aliquod laxamentum: in deficiam vero otiumque non resoluemus, & procul à contactu deliciarum retinebimus. Nihil enim magis fecit iracundo, quam educatio mollis & blanda. Ideo unicis quo plus indulgetur, pupillijsq. quo plus licet, corruptior animus est. Non resistet ofensis, cui nihil inquam negatum est, cui lacrimas solicita semper mater abstergit, cui de paedagogo satisfactum est. Non vides, vt maiores quamque fortunam maior ira comitetur? In diuitiis nobilibusque & magistratibus praecipue appetit, cum quicquid leue & inane in animo erat, secunda se aura sustulit. Felicitas iracundiā nutrit, vbi aures superbas assentatorum turba circunstetit. Tibi enim ille responderat? Non pro fastigio te tuo metiris: ipse te projicis: & alia, quibus vix fanae, & ab initio bene fundatae restiterint. Longe itaque ab assentatione pueritia remouenda est. Audiat verum, & timeat: interim vereatur, semper maioribus assurgat. Nihil per iracundiam exoret. Quod flenti negatum fuerat, quieto offeratur: & diuitias parentum in conspectu habeat, non in vsu. Exprobrentur illi perpetua facta.

C A P. XXII.

P Ertinebit ad rem, praecoptores paedagogosq. pueris placidos dari. Proximis applicatur omne quod tenerum est, & in eorum similitudinem crecit. nutricum & paedagogorum retulere mox in adolescentia mores. Apud Platонem educatus puer cum ad parentes relatus, vociferantem videret patrem; Nunquam, inquit, hoc apud Platонem vidi. Non dubito quin citius patrem imitatus sit, quam Platонem. Tenuis ante omnia sit victus, & non pretiosa vestis, & similis cultus cum aequalibus. Non irascetur aliquem sibi comparari, quem ab initio multis parem feceris. Sed haec ad liberos nostros pertinent. In nobis siquidem fors nascendi & educatio nec vix locum, nec iam praecepti habet. Sequentia ordinanda sunt. Contra primas itaque causas pugnare debemus. Causa autem iracundiae, opinio iniuriae est; cui non facile credendum est, nec apertis quidem manifestisq. statim accedendum est. Quaedam enim falsa, veri speciem ferunt. Dandum semper est tempus. Veritatem enim dies aperit. Ne sint aures criminibus facilis. Hoc humanae naturae vitium suspectum, notumq. nobis sit: quod quā inuiti audimus, libenter credimus: & antequam iudicemus, irascimur.

C A P. XXIII.

Q Vid quod non criminationibus tantum, sed suspicionibus impelliuntur, & ex vultu risuq. alieno peiora interpretati, innocentibus irascimur? Itaq. agenda est contra se causa absentis, & in suspense ira retinenda. Potest enim poena dilata exigi, non potest exacta reuocari. Notus est ille tyrranica, qui imperfecto opere comprehensus, & ab Hippia tortus, vt conscos indicaret, circumstantes amicos tyrranni nominavit, quibus quā maxime caram salutem eius sciebat. Et cum ille singulōs, vt nominati erant, occidi iussisset, interrogauit ecquis supereret? Tu, inquit, solus: neminem enim alium, cui carus es, reliqui. Effecta ira, vt tyrranus tyrranicida manus commodaret, & praefidia sua gladio suo caederet. Quanto animosius Alexander: qui cum legisset epistolā matris, qua admonebatur, vt à veneno Philippi medici caueret, acceptam potionem non deterritus biberit. Plus sibi de amico suo creditit. Dignus fuit qui innocentem haberet, dignus qui faceret. Hoc eo magis in Alexandro laudo, quia nemo tam obnoxius irae fuit. Quo rarioz autem moderatio in regibus, hoc laudanda magis est. Fecit hoc & C. Cæsar, ille

fac, ille qui victoria ciuili clementissime vsus est. Cum sarcinam dēprehendisset epistolarum ad Pompeium missarum, ab ijs qui videbantur aut in aduersis, aut in neutris fuisse partibus, combusit: quamvis enim moderate soleret irasci, maluit tamen non posse. Gratissimum putauit genit veniae, nescire quid quisque peccasset. Plurimum mali crudelitas facit. Saepe ne audiendum quidem est, quoniam in quibusdam rebus satus est decipi, quā diffidere.

C A P. XXIII.

T Ollenda ex animo suspicio & coniectura, fallacissima irritamenta. Ille me parum humane salutavit, ille osculo meo non adhaesit, ille inchoatum sermonem cito abruptit, ille ad coenam non vocavit, illius vultus auersor visus est. Non deerit suspicione argumentatio. Simplicitate opus est, & benigna rerum aestimatione. Nihil nisi quod in oculos incurret, manifestumq. erit, credamus. Et quoties suspicio nostra vana apparuerit, obiurgemus credulitatem. Haec enim castigatio consuetudinem efficiet non facile credendi.

C A P. XXV.

Innde & illud sequitur, vt minimis sordidisq. rebus non exacerbemur. Parum agilis est puer, aut tepidior aqua potui erogata, aut turbatus thorax, aut mensa negligenter posita. Ad ista concitari, infania est. aeger & infelicitas valetudinis est, quem leuis aura cōtraxit: affecti oculi, quos candida vestis obturbat: dissolutus delicijs, cuius latus alieno labore condoluit. Mindyridem aiunt fuisse ex Sybaritarum civitate: qui cum vidisset fodientem, & altius rastrum alleuantem, rastrum se fieri questrus, vetuit illū opus in conspectu suo facere. Idem saepius questrus est, quod folijs rofæ duplicitis incubuisset. Vbi animum simul & corpus voluptates corrupere, nihil tolerabile videtur: non quia dura, sed quia molles patimur. Quid enim est cur tussis aliquis, aut sternutamentum, aut musca parum curiose fugata nos in rabiem agat, aut versus calix, aut clavis negligentis servi manibus elapsa? Feret iste aequo animo ciuile coniunctum & ingesta in contione curiae maledicta, cuius aures tracti subsellij stridor offendit? Perpetietur hic fastidium, & aestiuæ expeditionis sitim, qui puer male diluenti niuem, irascitur?

C A P. XXVI.

N Villa itaq. res magis iracundiam alit, quam luxuria intemperans & impatiens. Dure tractandus animus est, vt iustum non sentiat, nisi grauem. Irascimur aut his a quibus nec accipere iniuriam potimus, aut his à quibus accipere potuimus. Ex prioribus quaedam sine sensu sunt: vt librum, quem ministroribus litteris scriptum saepe proiecimus, & mendosum laceramus: vt vestimenta, quae, quia displicebant, scidimus. His iraci quam stultum est: quae iram nostram nec meruerunt, nec sentiunt? Sed nos offendunt videlicet qui illa fecerunt. Primum saepe antequam hoc apud nos distinguimus, irascimur: deinde fortasse ipsi quoque artifices excusationes iustas afferent. Alius non potuit melius facere quā fecit: nec ad tuam cōtumeliam parum didicit. Alius non in hoc vt te offenderet, fecit. Ad ultimum quid est dementius, quam bilem in homines collectam, in res effundere? Atqui vt his iraci dementis est, quae anima parentis, & mutis animalibus: quia nulla est iniuria, nisi à consilio profecta. Nocere itaq. nobis possunt, vt ferrum aut lapis: iniuriam quidē facere nō possunt. Atqui contemni se quidam putant, vbi equi ijdem obsequentes alteri equiti, alteri contumaces sunt: tanquam iudicio, non consuetudine, & arte tractandi, quaedam quibusdam subiectiora sunt.

C A P. XXVII.

A Tqui vt his iraci stultum est, ita pueris, & non multum à puerorum prudentia distantibus. Omnia enim ista peccata apud aequum indicem pro innocentia habent imprudentiam. Quaedam sunt, quae nocere non possunt, nullamque vim nisi beneficam & salutarem habent: vt dij immortales, qui nec volunt obesse, nec possunt. Natura enim illis mitis & placida est, tam longe remota ab aliena iniuria, quam à sua. Dementes itaque & ignari veritatis, illis imputant saevitiam maris, immodicos imbreves, pertinaciam hiemis: cum interim nihil horum quae nobis nocent prosuntque, ad nos proprie diriguntur. Non enim nos causa mundo sumus, hiemem aëstatemque referendi, suas ista leges habent, quibus diuina exercentur. Namis nos suspicimus, si digni nobis videbimus, propter quos tanta moueantur. Nihil ergo horum in nostram iniuriam fit: immo contra, nihil non ad salutem. Quaedā esse diximus, quae nocere non possunt: quaedam, quae nolunt. In his erunt boni magistratus, parentesque, & praecoptores, & iudices: quorum castigatio sic accipienda est, quomodo scalpellum & abstinentia, & alia quae profutura torquent. Affecti sumus poena. Succurrat nō tantū quid patiamur, sed quid fecerimus: in cōfiliū vita nostra mitramur. Si verum ipsi dīcere nobis voluerimus, pluris item nostram aëstimabimus. Si uolumus aequi omnium rerum iudices esse, hoc primum nobis suadeamus, Neminem nostrum esse sine culpa. Hinc enim maxima indignatio oritur. Nihil peccauit, nihil feci: immo nihil fateris. Indignatur aliqua admonitione aut coercitione nos castigatos: cum illo ipso tempore peccemus, quo adiungimus malefactis arrogiam & contumaciam. Quis est iste, qui se profiteret omnibus legibus innocentem? Vt hoc ita sit, quam angusta innocentia est, ad legem bonum esse? Quanto latius officiorum patet, quam iuri regulā? Quā multa pietas, humanitas, liberalitas, iustitia, fides exigunt, quae omnia extra publicas tabulas sunt?

C A P. XXVIII.

S Ed ne ad illam quidem arctissimam innocentiae formulam praestare nos possumus. Alia fecimus, alia cogitauimus: alia optauimus, alia facimus. In quibusdam innocentibus, quia non successit. Hoc

sit. Hoc cogitant̄, aequiores sumus delinq̄uentibus, cedamus obiurgantibus: vtq. nobis ne irascamur. Cui enim nō, si nobis quoque? Minime dijs. Non enim illorum, sed lege mortalitatis patimur, quicquid incommodi accidit. At morbi doloresq. incurunt. Vtique aliqua fugiendum est, domicilium p̄tre sortit. Dicitur aliquis male de te locutus, cogita an prior feceris, cogita de quam multis loquaris. Cogitemus, inquam, alios non facere iniuriam, sed reponere: alios pro nobis facere, alios coactos facere, alios ignorantes: etiā eos qui volentes scientesq. faciunt, ex iniuria nostra nō ipsam iniuriam petere. Aut dulcedihe urbanitatis prolapsum est, aut fecit aliquid: non ut nobis obesse, sed quia consequi ipse non potest, nisi nos repulseret. Saepe adulatio, dū blanditur, offendit. Quisquis ad se retulerit, quotiens i p̄se in suspicione falsam inciderit, quām multis officijs suis fortuna specie iniuriae induerit, quām multos post editū amare coepit, poterit non statim irasci: vtq. si sibi tacitus ad singula quibus offenditur, dixerit: Haec & ipse commisi. Sed vbi tam aequū iudicē inuenies? Is qui nullius non vxorē concupiscit, & satis iustā caulam putat amādi, quod aliena est, idē vxorē suam aspici non vult: & fidei acerrimus exactor, est perfidus: & mendacia persequitur, ipse periuersus: & item sibi inferri aegerrime calumniator patitur. Pudicitiam feruolorum suorum attentari non vult, qui non pepercit suae. Alienia vita in oculis habemus: à tergo nostra sunt. Inde est, quod temp̄stua filij conuiua pater deterior filio castigat. Nihil alienae luxuriae ignoscit, qui nihil suae negavit: & homicidae tyranus irascitur: & punit furta sacrilegus. Magna pars hominum est, quae non peccatis irascit, sed peccatis. Faciet nos moderatores respectus nostri, si consuluerimus nos: Nunquid & ipsi aliquid tale commisimus? Nunquid sic errauimus? Expedire nobis ista damnam! Maximū remedium est irae, mora. Nec ab illa p̄te initio, vt ignoscat, sed vt judiceret, definet, si expectat: nec vniuersam illam tentaueris tollere. graues habet impetus primos, tota vincetur, dum partibus carpitur.

C A P . XXIX.

Ex his quae nos offendunt, alia renuntiantur nobis, alia ipsi audimus aut videmus. His quae narrata sunt, non debemus cito credere. Multi ementuntur, vt decipiāt: multi, quia decepti sunt. Alius criminatione gratiā capiat, & fingit iniuriam, vt videatur doluisse fīctam. Est aliquis malignus, & qui amicitias cohaerentes diuidere velit. Est suspicax, & qui spectare ludos cupiat, & ex longinquō tutoq. spe culetur, quos commisit. De paruula summa iudicatu, tibi res sine teste non probaretur. tētis sine iure iurando non valeret: vtq. parti dares aduocationem, dares tempus, nec semel audires. Magis enim veritas elucet, quo saepius ad manum venit. Amicum condemnas de praefentibus, antequam audias, antequam interroges. Illi, antequam aut accusatorem suum nosse liceat, aut crimen irascitur. Iam enim iam quid vtrinq. diceretur, audiisti. Hic ipse qui ad te detulit, definet dicere, si probare debuerit. Non est, inquit, quid me protrahas. Ego produc̄tus negabo. Alioqui nihil vnuquam tibi dicam. Eodem tempore & infigat, & ipse se certamini & pugnae subtrahit. Qui dicere tibi nīsi clā non vult, paene non dicit. Quid est iniquius, quām secreto credere, palam irasci?

C A P . XXX.

Quodammodo ipsi testes sumus. In his naturam excutiemus, voluntatemq. facientium. Puer est: aetati donetur: nescit, an peccet. Pater est: aut tantum profuit, vt illius iam iniuria ius sit: aut fortassis ipsū hoc meritum eius est, quo offendimur. Mulier est: errat. Iussus est: necessitati quis nīsi iniquus succenserit. Laetus est: non est iniuria, pati quod prior feceris. Index est: plus illius credas sententiae, quām tuae. Rex est: si nō cētem puni, cede iustitiae, si innocentem, cede fortunae. Mutum animal est: aut simile muto: imitaris illud, si irascitur. Morbus est: aut calamitas: leuius transfiliet sustinentem. Deus est: ram perdit operam cum illi irascitur, quām cum illum alteri precari iratum. Bonus vir est: qui iniuriam fecit: nō credere. Malus: nō mirari. Dabit poenas alteri quas debet tibi: & iam sibi dedit, qui peccauit. Duo sunt, vt dixi, quae iracundiam concitant. Primum, si iniuriam videmur accepisse: de hoc tatis dictū est. Deinde, si inique accepisse: de hoc dicendum est. Inqua quādā iudicant homines, quia pati non debuerint: quādā, quia nō sperauerint: indigna putamus, quae inopinata sunt. Itaq. maxime commouent, quae contra spem expectationemque euenerunt. Nec aliud est: quate in domesticis minima offendant: in amicis iniuriam vocemus, negligentiam.

C A P . XXXI.

Quodammodo ergo, inquit, inimicorum nos iniuriae mouent: quia non expectauimus illas, aut certe non tantas. Hoc efficit amor nostri nimius: inuolatos nos etiā inimicis iudicamus esse debere. Regis quisq. intra se animū habet, vt licentiam sibi dari velit in alterū, in se nolit alteri. Aut ignorātia nos itaque rerum, aut insolentia iracundos facit. Ignorātia. Quid enim mirum est, malos mala facinora edere? Quid noui est, si inimicus nō cet, amicus offendit, filius labitur, seruus peccat? Turpissimam aiebat Fabius Imperatori excusationem esse, Non putauit. Ego turpissimam homini puto. Omnia puta, expecta, & in bonis morib. aliquid existet asperius. Fert humana natura infidos animos, fert ingratos, fert cupidos, fert impios. Cum de moribus vnius iudicabis, de publicis cogita. Vbi maxime gaudebis, maxime metues. Vbi tranquilla tibi omnia videntur, ibi nocitura nō desunt, sed quiescunt. Semper futurum aliquid quod te offendat, existima. Gubernator nunquam ita totos sinus explicuit securus, vt non expedita ad contrahendum armamenta disponeret. Illud ante omnia cogita, foedam essa & execrabilem vim nocendi, & alienissimam homini, cuius beneficio etiam saeuia manuēscunt. Aspice elephan-

elephantorum iugo colla submissa, taurorum pueris pariter ac feminis persulantibus terga impune calcata, & repentes inter pocula sinuſque innoxio lapsu dracones, & intra domum vrforum leonumque ora placida tractantibus, adulantesque domino feras. Pudebit cum animalibus permutasce mores. Nefas est nocere patriae: ergo ciui quoque. Nā hic pars patriae est. Sanctae partes sunt, si vniuersum venerabile est: ergo & homini. Nā hic in maiore tibi vrbe ciuius est. Quid si nocere velint manus pedibus? manus oculi? Vt omnia inter se mēbra cōsentiant, quia singula seruari, totius interest: ita homines singulis parent, quia ad coetum geniti sumus. Salua autem esse societas nīsi amore & custodia partium non potest. Ne viperas quidem & natrices, & si qua morsu aut iūti nocent, effigeremus, si vt reliqua manuēscere possemus, aut efficere, ne nobis alii sue periculo esent. Ergo ne homini quidem nocebimus, quia peccauit, sed ne peccet. Nec vnuquam ad praeteritum, sed ad futurum poena referetur. Non enim irascitur, sed cauet. Nam si puniendus est, cuicunque prauum maleficumque ingenium est, poena neminem excipiet.

C A P . XXXII.

AT enim ira habet aliquam voluptatem: & dulce est, dolorem reddere. Minime. Non enim vt in beneficijs honestum est, merita repensare: ita iniurias iniurijs. Illic, vinci turpe est: hic, vincere inhumānum verbum est, & quidem pro iusto receptum, vltio: & à contumelia non differt nisi ordine. Qui dolorem regerit, tantum excusatus peccat. M. Catonem in balneo quidam percussit imprudē. Quis enim illi sciens faceret iniuriam? Postea satiscienti Cato: Non memini, inquit, percussum me. Melius purauit, non agnoscere, quām ignoscere. Nihil, inquis, illi post tantam petulantiam mali factū est? Immo, multum boni. coepit Catonem nosse. Magni animi est, iniurias despicer. Vt ionis contumeliosissimū genus est, non esse visum dignum, ex quo peteretur vltio. Multi leues iniurias altius demiserunt vindicant. Ille magnus & nobilis est, qui more magnae ferae latratus minutorum canum securus exaudit. Minus, inquit, contemnemur, si vindicauerimus iniuriam. si tanquam ad remedium sine ira veniam: non quasi dulce sit vindicari, sed quasi vile.

C A P . XXXIII.

Saepe autem satius fuit dissimulare, quām vñisci. Potentiorum iniuriae hilari vultu, non patienter tantum ferendae sunt. Facient iterum, si se fecisse crediderint. Hoc habent pessimum animi magna fortuna insolentes, quos laeserunt, & oderunt. Notissima vox est eius, qui in cultu regum consenserat. Cum illum quidam interrogaret, quomodo rarissimam rem in aula consecutus esset, senectutem: Iniurias, inquit, accipiendo, & gratias agendo. Saepe adeo iniuriam vindicare non expedit, vt ne fateri quidē expedit. C. Caesar Pastoris splendidi equitis Romani filium cum in custodia habuisset, inūdicis eius, & cultioribus capillis offensus, rogante patre, ut salutem sibi filij cōcederet, quasi de supplicio eius admonitus, duci protinus iussit. Ne tamen omnia inhumane faceret aduersus patrem, ad coenam illū invitauit eo die. Venit Pastor nihil vultu exprobrāte. Propinuit illi Caesar heminam: & posuit illi cōdem, perdurauit miser, non aliter quam si filij sanguinem biberet. Vnguentum, & coronas misit, & obseruata iussit an sumeret. Sumpsit eo die, quo filium extulerat, immo quo non extulerat. Iacebat conuia centesimus, & portiones vias honestas haralibus liberorum, po dagricus senex hauriebat: cum interim non lacrimas emisit, nec dolorem aliquo signo erupere patiūt. eft. Coenauit tanquam pro filio exoraser. Quaeris, quare? Habeat alterum. Quid ille Priamus? non dissimulauit iram, & regis genua complexus est. Funebam, perfū famque cruce filij manū, ad os suum reculit, & coenauit, sed tamen sine vnguento, sine coronis: & illum hostis, saeuissimum multis solatijs, vt cibū capere, hortatus est, non vt pocula ingentia super caput posito, custode siccat. Contempſiſſim Pastorem, si sibi timuſſem: nunc iram cōpescuit pietas. Dignus fuit, cui permitteret à conuiuo ad ossa filij legenda discedere. Ne hoc quidem permisit: benignus interim & comis adolescentis propinatioibus ſenem crebris, vt cura leniretur, lacefiebat. Contra ille se laetum, & oblitum quid eo effet a cū die, praestit. Perierat alter filius, si carnifici conniuia non placuisset.

C A P . XXXIV.

Ergo ita abstinentia est, siue patet, qui lacescendus est, siue superior, siue inferior. Nam cū parcet, contendere, anceps est: cum superiore, furiosum: cum inferiore, folidum. Pusilli hominis & miseri est, repente mordentem, vt mures, & formicæ: ad quas si manū admoueris, ora conuertunt. Imbecilla se laedi purant, si tanguntur. Faciet nos mitiores, si cogitauerimus, quid aliquād nobis profuerit ille, cui irascimur, & meritis offendam redemerit. Illud quoque occurrat, quantum commendationis nobis allatura sit clementiae fama, & quām multis venia amicos viles fecerit. Ne irascamur inimicorum & hostium liberis. Inter Syllanae crudelitatis exēpla est, quod à rep. liberos proscriptorum submouit. Nihil est iniquius, quām aliquem heredem paterni odij fieri. Cogitemus, quotiens ad ignoscendū difciles erimus, aut expediāt omnes nobis inexorabiles esse. Quām saepe veniam qui negauit, petit: quām saepe pedibus eius aduolutus est, quem à suis reppulit. Quid est gloriōsus, quām iram amicitia mutare? Quos Pop. R. fideliōres habet socios, quām quos habuit pertinacissimos hostes? Quod hodie effet imperium, nisi salubris prouidentia, viētos permisculset viōribus? Irascetur aliquis: tu contra, beneficij prouoca. Cadit statim simulas ab altera parte deserta, nisi par non pugnat. Si vtrinq. concurritur, ille est melior, qui prior pedem retulit: viētus est, qui vicit, Percussit te: recede. Referendo enim

do enim, & occasionem saepius ferendi dabis, & excusationem non poteris reuelli cum voles. Nunquam velit quisquam tam grauerit hostem ferire, vt relinquit manum in vulnere, & se ab iactu reuocare non possit. Atqui tale ira telum est, vix retrahitur.

C A P. XXXV.

A Rma nobis expedita propicimus gladium commodum & habilem: non uitabimus impetus animi, his graues magis, furiosos & irreuocabiles? Ea demum velocitas placet, quae vbi iusta est, uestigium sifist, nec ultra destinata procurrit, & quae flecti & a cursu ad gradum reduci potest. Aegros scimus neros esse, ubi inuitis nobis mouentur. Senex, aut infirmi corporis est: qui cum ambulare vult, currit. Animi motus eos putemus sanissimos validissimosque, qui nostro arbitrio ibunt, non suo ferentur. Nihil tamen aequa profuit, quam primum intueri deformitatem rei, deinde periculum. Non est illius affectus facies turbatior, pulcherrima ora foedauit, toruos uultus ex trāquillissimis reddit. Liquit decor omnis iratos: & siue amictus illius compositus sit ad legem, attrahet vestem, omnemque curam sui effundet. Si capillorum natura vel arte iacentum non informis est habitus, cū animo inhorrescunt, tum escunt venae, concutitur crebro spiritu peccus, rabida vocis eruptio colla distendit. Tunc arrus trepidi, inquietae manus, totius corporis fluctuatio. Qualem intra putas esse animum, cuius extra imago tam foeda est? Quanto illi intra peccus terribilior vultus, acrior spiritus est, intensior impetus, rupturus se nisi eruperit? Quales sunt hostium vel ferarum caede madentium, aut ad caudem euntium aspectus, qualia poetae inferna monstra finxere, succincta serpibus, & igneo flatu, quales ad bella excitanda, discordiamque in populos diuidendam, pacemq. lacerandam taeterimae inferum exeunt furiae: tales nobis iram figuremus, flamma lumina ardentina, sibilo mugituque & gemitu & stridore, & si qua his inuisior vox est, perstrepetem, tela manu vtraque quatimentem, neque enim illi tegere se, cura est. toruam, eruentamque & cicatricosam, & verberibus suis liuidam: incestus vesani, offusam multa caligine, incurvantem, vastantem, fugantemque: & omnium odio laborantem, sui maxime: si aliter nocere non possit, terras, maria, caelum ruere cupientem, infestam pariter, inuisamque. Vel, si videtur, qualis apud va- res nostros est:

Sanguineum quatius dextra Bellona flagellum.

Aut scissi gaudens vadit Discordia palla.

aut si qua magis dira facies excogitari diri affectus potest.

C A P. XXXVI.

Q Vibusdam, vt ait Sextius, iratis profuit aspexisse speculum, perturbauit illos tanta mutatio sui. velut in rem praesentem adducti non agnouerunt se: & quantulum ex vera deformitate imago illa speculo reperciua reddebat? animus si ostendit, & si in villa materia perlucere posset, intuentes nos confunderet. ater, maculosusque, astuans, & distortus, & tumidus. Nunc quoque tanta deformitas eius est per ossa carnēque, & tot impedimenta effluentis. Quid si nudus ostenderetur? Speculo quidem nemine deterritum ab ira credo. Quid ergo? qui ad speculum venerat, ut se mutaret, iam mutauerat. Iratis quidem nulla est formosior effigies, quam atrox & horrida, qualesque esse, etiam uideri uolunt. Magis illud uidentium est, quam multis ira per se nocuerit. Alij nimio feruore rupere uenas, & sanguinem supra uires elatus clamor egessit, & luminum suffudit aciem in oculos uehementius humor egessus, & in morbos aegri recidere. nulla celerior ad insaniā uia est. Multi itaque continuauerunt irae furorem: nec quam expulerant mentem, unquam receperūt. Aiacem in mortem egit furor, in furorem ira. Mortem liberis, egestatem sibi, ruinā domui imprecantur: & trasci se negant: non minus quam insanire, furiosi. Amicis finis hostes, vitandiq. carissimis. Legum, nisi qui nocent, immemores, ad minimā mobiles. Non sermo, ne, non officio adiri faciles. Omnia per uim gerunt, gladijs & pugnare parati, & incumbere. Maximum enim malū illos coepit, & omnia exuperans uitia. Alia paulatim intrant. Repentina & uniuersa uis huius est: omnes denique alios affectus sibi subiicit.

C A P. XXXVII.

A Morem ardenterum uincit. Transfoderunt itaq. amata corpora, & in eorum quos occiderant iacuere complexibus. Aut ritam durissimum malum, minimumq. flexibile ira calcauit, adacta opes suas spargere, & dominii, rebusque in unum collatis injicerem ignem. Quid? non ambitiosus magno aestimata, ira proiecit insignia, honoremque delatum repulit? Nullus affectus est, in quem non ira dominetur.

L. AN-

L ANN AE I. SENECAE
DE. IRA. AD. NOVATVM.
LIBER. TERTIVS.

C A P. I.

Q uod maxime desiderasti, Nouate, nunc facere tentabimus, iram excidere animis, aut certe refranare, & impetus eius inhibere. Id aliquando palam aperreque faciēdum est, vbi minor vis mali patitur: aliquando ex occulto, vbi nimium ardet, omnique impedimento exasperatur & crescit. Refert, quantas vires, quamque integras habeat. Vtrumque verberanda & agenda retro sit, an cedere ei debeamus, dum tempora prima defauit, ne re media ipsa fecum ferat. Consilium pro moribus cuiusque capiendum erit. Quosdam enim preces vincunt: quidam insultant, instantque submissi. Quosdam terrendo placabimus. Alios obiurgatio, alios confessio, alios pudor coepito deiecit: alios mora, lentu[m] praecipitis mali remedium, ad quod nouissime descendendum est. Ceteri enim affectus dilationem recipiunt, & curari tardius possunt. Huius incitata, & se ipsa rapiens violentia, non paulatim procedit, sed dum incipit, tota est. Nec aliorū more vitiorum sollicitat animos, sed abducit: & impotentes sui, cupidosq. vel communis mali, exagitat. Nec in ea tantum, in qua destinauit, sed in occurrence obiter furit. Cetera vitia impellunt animos: ira praecipitat. Ceteris etiam si reflexta contra affectus suos non licet, at certe affectibus ipsis licet stare: haec non fecit quam fulmina procælaque, & si qua alia irreuocabilia sunt, quia non sunt, sed cadunt, vim suam magis ac magis tendit. Alia vita à ratione, haec à sanitate desciscit. Alia accessus lenes habet, & incrementa fallentia: in ira dielectus etiam animorum est. Nulla itaq. res vrget magis attonita, & in vires suas prona: & siue successit, superba, siue frustratur, insana, ne repulsa quidem in taedium aetate, vbi aduersariunt fortuna subduxit, in seipsum morsus suos vertit: nec refert, quantum sit, ex quo surrexit.

C A P. II.

Ex leuissimis enim in maxima euadit. Nullā transit aeratem: nullum hominū genus excipit. Quaedam gentes beneficio egreditur non nouere luxuriam. Quaedam, quia exercitae & vagae sunt, effuge re pigritiam. Quibus incultus mos, agrestis vita est, circumscrip[ti]o ignota est, & fraus, & quodcumque in foro malum nascitur. Nulla gens est, quam non ira instiget, tam inter Graios quam barbaros potens. Non minus perniciofa leges metucentibus, quam quibus iura distinguit modus virium. Denique cetera singulos corripiunt: hic unus affectus est, qui interdum publice concipiatur. Nunquam vniuersus populus unius feminae amore flagravit. Nec in pecunias aut lucrum tota ciuitas spem suam misit. Ambitio virium singulos occupat. Impotentia non est malum publicum. Saepe in iram uno agmine itū est, viri, feminae, fenes, pueri, principes, vulgasq. confenserunt. & tota multitudo paucissimis verbis concitata, ipsum concitatorē antecepit. Ad arma protinus, ignesq. discursum est, & indicta finitimus bella, aut gesta cum ciuibus. Totae cum stirpe omni crematae domus: & modo eloquio fauorabilior habitus in medio honore, iram suae contionis exceptis in Imperatorem suum legiones pila torserunt. Discedit plebs tota cum patribus: publicum confilium, senatus, non expectatis dilectibus, nec nominato Imperatore, subitos iras suae duces legit: ac per tecta vrbis, nobiles consecutatus viros, supplicium manu sumpsit. Violavit legationes, rupto iure gentium, rabieque infanda ciuitatem tulit: nec datum tempus quo consideret tumor publicus: sed deductae protinus clades, & oneratae tumultario milite. Sine more, sine auspicijs populus dum irae suae egreditus, fortuita raptaque pro armis gescit. Deinde magna clade temeritatem audacis irae luit.

C A P. III.

Hic barbaris forte ruentibus in bella exitus est: cum mobiles animos species iniuriae perculit; agun tur statim: & qua dolor traxit, ruinae modo regionibus incident incompoti, interitti, incauti, pericula appetentes sua, gaudent feriri, & instare ferro, & tela corpore virgere, & per suum vulnus exire. Non est, inquis, dubium, quin magna ista & pettifera sit vis. Ideo quemadmodum fanari debeat, monstrat. Atqui, vt in prioribus libri dixi, stat Aristoteles defensor irae, & vetat illam nobis exsecari. Calcar ait esse virtutis: hac erecta, inermem animum & ad conatus magnos pigrum, inertemque fieri. Necessarium est itaque foeditatem eius, ac feritatem coarguere, & ante oculos ponere, quantum monstri sit, homo in hominem furens; quantoque impetu ruat, non sine pernicie sua perniciolus, & ea deprimens, quae mergi nisi cuim inergente non possunt. Quid ergo? sanum hunc aliquis vocat, qui, velut tempestate correptus, non it, sed agitur, & furenti malo feruntur: nec mandat vltionem suam, sed ipse eius exactus, animo simul ac manu faecit, carissimorum, eorumque quos mox amissos fleturus est carnifex? Hunc aliquis affectum virtuti adiutorum comitemque dat: consilia, sine quibus virtus gerit nihil, obturbantem? Caducae sinistraeque sunt vires, & in malum suum validae, in quas aegrum morbus & accessio erexit. Non est ergo, quod

quod me putes tempus in superuacuis consumere, quod iram, quasi dubiae apud homines opinionis sit, infamem: cum aliquis sit, & quidem de illustribus philosophis, qui illi indicat operas, & tanquam utilem ac spiritus subministrantem in proelia, in actus rerum, ad omne quodcunque calore aliquo gerendum est, vocet. Ne quem fallat, tanquam aliquo tempore, aliquo loco profutura, ostendenda est rabies eius effraenata & attonita: apparatusque illi reddendum est suis, eccliei & fidiculae, & ergaflula & crucis & circundati desfixis corporibus ignes, & cadavera quoque trahens vncus, varia vinculum gener, varia poenarum, lacerationes membrorum, inscriptiones frontis, & bestiarum immanium caueae. Inter haec instrumenta collocetur ira, dirum quiddam atque horridum stridens, omnib. per quae furit tae- trior. Ut de ceteris dubium sit, nulli certe affectui peior est vultus, quem in prioribus libris descripsimus, asperum & acrem, & nunc subito retrosum sanguine fugato, pallentem, nunc in os omni calore ac spiritu verso, subrubicundum, & similem cruento, venis tumentibus, oculis nunc trepidis & exilientibus, nunc in uno obtutu desfixis & haerentibus.

C A P. III.

Adice dentium inter se arietatorum, & aliquem esse cupientium, non alium sonū, quam est apri, tela sua attritu acentibus Adiace articulorum crepitum, cum se ipsae manus frangunt, & pulsatum saepius pectus, anhelitus crebros, tractosq. altius gemitus, instabile corpus, incerta verba subitis exclamacionibus, trementia labra, interdumque compresa, & dirum quiddam exsibilantia. Ferarum, mercuriales, siue illas fames exagitat, siue infixum visceribus ferrum, minus taetra facies est, etiam cū venatorem suum semianimes morū ultimo petunt, quā hominis ira flagrant. Age, si exaudire voces ac minas vacet, qualia excarnificati animi verba sunt? nonne reuocare se quisque ab ira volet, cum intellexerit illam à suo primum malo incipere? Non vis ergo admoneam eos, qui iram summa potentia exercent, & argumentum virium existimant, & in magnis magnae fortunae bonis ponunt paratam ultionem, quam non sit potens, immo nec liber quidem dici possit, ira captus? Non vis admoneam, quo diligentior quisque sit, vt ipse se circumspiciat: alia animi mala ad pessimos quoq. pertinere, iracundiam etiam eruditis hominibus, & in alia sanis, irreprece adeo vt quidam simplicitatis indicium iracundiam dicant, & vulgo credatur facilissimus quisq. huic obnoxius.

C A P. V.

Quersus, inquis, hoc pertinet? Ut nemo se iudicet iustum ab illa: cum lento quoque natura & placidos in saevitiam ac violentiam euocet. Quemadmodum aduersus pestilentiam nihil prodest firmitas corporis, & diligens valetudinis cura: promiscue enim imbecilla robustaque inuidit: ita ab ira tā inquietis inoribus periculū est, quam compositis & remissis, quibus eo turpior ac periculosior est, quo plus in illis mutat. Sed cum primum sit, non irasci: secundum, retinere: tertium, alienae irae mederi: dicam primum, quemadmodum in iram non incidamus: deinde, quemadmodum ab illa liberemur: nouifime, quemadmodum irascendum retineamus placemusque, & ad sanitatem reducamus. Ne irascamur, praefabimus, si omnia vita irae nobis subinde proponerimus, & illam bene aestimauerimus. Accusanda est apud nos, damnanda: perscrutanda eius mala, & in medium protrahenda sunt: vt qualis sit, apparat, comparanda cum pessimis est. Avaritia acquirit, & contrahit, quo aliquis melior vtatur: ira impedit: paucis gratiis est. Iracundus dominus quosdam in fugam seruos egit, quosdam in mortem. quanto plus irascendo, quam id erat propter quod irascitur, amittit? Ira patri lucentum, marito diuortiu attulit, magistratui odium, candidato repulsam. Peior est etiam, quam luxuria: quoniam illa sua voluptate fruitur, haec alieno dolore. Vincit malignitatem & inuidiam. Illae enim infelicem fieri volunt, haec facere. Illae fortuitis malis delectantur: haec non potest expectare fortunam. Nocere ei quem odit, non nocenti vult. Nihil est similitibus grauius, has ira conciliat. Nihil est bello funestius. in hoc potentium ira prorumpit. Ceterum etiam illa plebeia ira & priuata, inerme, & sine viribus bellum est. Praeterea ira, vt seponamus quae mox secura sunt dama, insidias, perpetuam ex certaminibus mutuis folicitudinem, dat poenas dum exigit: naturam hominis vitiat. Illa in amorem hortatur, haec in odium. Illa prodebet, haec nocere. Adiace, quod cum indignatio à nimio sui suspecta veniat, & animosa uideatur, pulsa est & angusta. Nemo enim non eo à quo se contemptu iudicat, minor est. At ille ingens animus, & nerus aestimator sui non vindicat iniuriam, quia non sentit. Ut tēla à duro resiliunt, cum dolore caedens solida feruntur: ita nulla magnum animum iniuria ad sensum sui adducit, fragilior eo quod petit. Quanto pulchritus, uelut nulli penetrabilem telo, omnes iniurias contumeliasque respuerit? Ultio, doloris confessio est. Non est magnus animus, quem incuruat iniuria. Aut potentior te aut imbecillior laesit. Si imbecillior, parce illi: si potentior, tibi.

C A P. VI.

NVllum est argumentum magnitudinis certius quam nihil posse, quo instigeris, accidere. Pars superior mundi & ordinarior, ac propinquia sideribus, nec in nubem cogitur, nec in tempestatem impellitur, nec uersatur in turbinem: omni tumultu caret, inferiora fulminant. Eodem modo sublimis animus, quietus semper, & in statione tranquilla collocatus, intra se premens, quib. ira contrahitur, modestus & uenerabilis est & compositus, quorum nihil inuenies in irato. Quis enim traditus dolori & furcis non primam reiecit uercundiam? Quis impetu turbidus, & in aliquem ruens, non quicquid in se uercundi habuit, abiecit? Cui officiorum numerus aut ordo constitit incitato? Quis linguae temperauit?

Quis

Quis ullam partem corporis tenuit? Quis se regere potuit? In immensum proderit nobis illud Democrati salutare praeceptum, quo monstratur tranquillitas, si neque priuatim, neque publice multa, aut maiora viribus nostris egerimus. Nunquam tam feliciter in multa discurrenti negotia dies transit, vt non aut ex homine, aut ex re offensa nascatur, quae animum in ita paret. Quemadmodum per frequentia urbium loca properanti in multis incurvantur, & alicubi labi necesse est, alicubi retineri, alicubi respergit: ita in hoc vita actu dissipato & vago multa impedimenta, multae quaerelae incidunt. Alius spem nostram fecellit, aliis distulit, aliis intercept. Non ex destinato proposita fluxerunt. Nulli fortuna tam dedita est, vt multa tentanti vbique respondeat. Sequitur ergo, vt cui contra quam proposuerat, aliqua cesserunt, in patiens hominum rerumque sit: ex leuissimis causis irascatur, nunc personae, nunc negotio, nunc loco, hunc fortunae, nunc sibi. Itaque vt quietus possit esse animus, non est iactandus, nec multarum, vt dixi, rerum actu fatigandus, nec magistrorum, supraque vites appetitarum. Facile est, lenia aptare ceruicibus, & in hac aut in illam partē transference sine lapsu. At quae alienis in nos manibus impo- fata, aegre sustinuimus, vieti in proximos effudimus, & dū stamus sub sarcina, impares oneri vacillamus.

C A P. VII.

IDem accidere in rebus ciuilibus ac domesticis, scias. Negotia expedita, & habilia sequuntur aucto- rem: ingentia, & supra mensuram agentis, nec dant se facile, & si occupata sunt, premunt atque addu- cunt ad ministerium, tenerique iam vīta, cum ipso cadunt. Itaq. fit, vt frequenter irrita sit eius volun- tas, qui non quae facilia sunt, aggreditur, sed vult facilia esse, quae aggressus est. Quotiens aliquid cona- beris, te simul & ea quae paras, quibusque pararis, ipse metire. Faciet enim te asperum paenitentia operis infecti. Hic interest, vtrum quis feruidi sit ingenii, an frigidus, atque humilius. Generoso repulsa iram ex primet, languido inerte tristitiam. Ergo actiones nostrae nec pravae sunt, nec audaces, nec improbae. In vicinum spes exeat. Nihil conatur, quod mox adepti quoque successisti miremur. Demus operam, ne accipiamus iniuriam quam ferre nescimus. Cum placidissimo & facilissimo & minime anxiō, moro- soque viuendum est. Sumuntur à conuersantib. mores. Et vt quaedam in contactos corporis vicia trans- filunt, ita animus mala sua proximis tradit. Ebriosus conuictores in amorem vini traxit. Impudicorum coetus fortem quoq. & siliceum virum emolliit. Auaritia in proximos virus suum transfiluit. Eadem ex diuerso ratio virtutem est, vt omne quod secum habent, mitiget. Nec tam valetudini profuit viles regio & salubrissi caelum, quam animis parum firmis in turba meliorum verfar. Quae res quantum possit, intelliges, si videris feras quoque coniunctu nostro mansuescere: nullique immanni bestiae vim suam per- manere, si hominis contubernium diu passa est. Retunditur omnis aperitas, paulatimque inter placida dediscitur.

C A P. VIII.

Accepit huc, quod non tantum exemplo melior sit, qui cum quietis hominibus vivit, sed quod cau- cam irascendi non inuenit, nec vitium iuuere exercet. Fugere itaque debet, omne quod irritatu- ros iracundiam sciit. Qui sunt, inquit, isti? Multi ex varijs cauiliis idem faciunt. Offendet te superbis con- temptu, diues contumelia, peculans iniuria, iuidus maliginitate, pugnax contentione, ventosus & medax vanitate. Non feres a suspicio timori, à pertinace viti, à delicato fastidiri. Elige simplices, faciles, mo- deratos, qui iram tuam non euocent, sed ferant. Magis adhuc prōderunt submissi & humani, & dulces, non tamen usque in adulatioinem. Nam iracundos nimia assentatio offendit. Erat certe amicus noster, vir bonus, sed irae paratoris, cui non magis erat tutum blandiri quam male dicere. Caelium oratorem fuisse iracundissimum constat. Cum quo, vt aiunt, coenabat in cubiculo lectae patientiae cliens: sed diffi- cile erat illi in crapulam coniecto, rixam eius cum quo edebat, effugere. Optimū indicavit quicquid dixisset sequi, & secundas agere. Non tulit Caelius assentientem, sed exclamavit: Dic aliquid cōtra, vt duo simus. Sed ille quoque quod non irasceretur iratus, cito sine aduersario desit. Eligamus ergo vel hos po- tius, si consciū nobis iracundiae sumus, qui vultum nostrum ac sermonem sequantur. Facient quidem nos delicatos, & in malam confuetudinem inducent, nihil contra voluntatem audiendi: sed proderit vi- tio interiuallum & quietem dare. Difficilis quoque & indomita natura, blandientem feret. Nihil aspe- rum taetrumq. palpanti est. Quotiens disputatione longior & pugnacior erit, in prima resistamus, antea quā robur accipiat. Alit seiplam contentio; demissos altius tenet. Facilius est fe à certamine abstinere, quam abducere.

C A P. IX.

Studia quoque grauiora iracundis omittenda sunt, aut certe citra laffitudinem exercēda: & animus non inter plura versandus, sed artibus amoenis tradendus. Lectio illum carminum obleniat, & hi- storiam fabulis dñeat: mollius delicatusque tractetur. Pythagoras perturbationes animi lyra componebat. Quis autem ignorat, lituos & tubas concitamenta esse, sicut quosdam cantus blandimenta, qui- bus mens resolutur? Confusis oculis prostat virentia, & quibusdam coloribus infirma acies acquiescit, quorundam splendore praefringitur. si mentes aegras studia laeta permulcent. Forum, aduocati- ones, iudicia, fugere debemus, & omnia quae exulcerant vitium: aequa cauere laffitudinem corporis. Con- sumit enim, quicquid in nobis mite placidumque est, & acria concitat. Ideo quibus stomachus suscep- tus est, processuī ad res agendas maioris negotij, bilis cibo temperent, quam maxime mouet fatiga- tio: sive qui calorem inedia compellit, & nocet sanguini, cursumque eius, venis laborantibus fistit: sive quia corpus attenuatum & iafirmatum incumbit animo. Certe ob eandem causam iracundiores sunt

Z

sunt valetudine aut aetate fessi. Fames quoque & siti ex eisdem causis vitanda est: exasperat enim & incendi animos.

C A P. X.

Vetus dictum est. A lasso rixam quaeri. A equo autem & ab esuriente, & a sitiente, & ab omni homine quem aliqua res vrit. Nam vt vicerat ad leuem tactum, deinde etiam ad suspicionem tactus condolescunt: ita animus affectus, minimis offenditur, adeo vt quodam salutatio, epistola, oratio, & interrogatio, ad item euocent. Nunquam sine querela aegra tanguntur. Optimum est itaque, ad primum malum sensum mederi sibi: tum verbis quoque suis minimum libertatis dare, & inhibere impetum. Facile est autem, affectus suos cum primum orientur reprehendere. Morbum signa praecurrunt. Quemadmodum tempestas ac pluviae ante ipsas notae veniunt: ita irae, amoris, omniumque istarum procellarum animos vexantia sunt quaedam praenatura. Qui comitatu virtute solent corripi, iam aduentare valetudinem intelligent, si calor summa deseruit, & incertum lumine, neruorumque trepidatio est, si memoria sublabitur, caputque versatur. Solitis itaque remedij incipientem casum occupant, & odore gustu. quicquid est quod alienat animos, repellitur: aut fomentis contra frigus rigoremq. pugnatur: aut si parum medicina proficit, vitaverunt turbam, & sine teste ceciderunt. Proderit morbum suum nosse, & vires eius antequam spatiuntur, opprimere. Videamus quid sit, quod nos maxime concitet. Alium verborum, alium rerum contumelias mouent. Hic vult nobilitati sua, hic formae sua parci. Ille elegantissimus haberi cupit, ille doctissimus. Hic superbiae impatiens est, hic contumaciae. Ille seruos non putat dignos qui, bus irascatur: his intra domum saevus est, foris mitis. Ille rogari, inuidiam iudicat: hic, non rogari, contumeliam. Non omnes ab eadem parte feriuntur.

C A P. XI.

Scire itaque oportet, quid in te imbecillum sit, vt id maxime protegas. Non expedit omnia videre, omnia audire, multae nos iniuria transcent: ex quibus plaeraq. non accipit, qui nescit. Non vis es se iracundus, ne sis curiosus. Qui inquirit quid in te dictum sit, qui malignos sermones etiam si secreto habiti sint, erit, se ipse inquietat. Quaedam interpretatio eo perducit, vt videantur iniuriae. Itaque alia differenda sunt, alia deridenda, alia donanda. Circumscribenda multis modis ira est. Plaeraque in lusum iocumque uertantur. Socratem ait, colapho percussum nihil amplius dixisse, quam molestem esse, quod nesciret homines quando cum galea prodire deberent. Non quemadmodum facta sit iniuria refert, sed quemadmodum lata. Nec video quare difficilis sit moderatio, cum sciām tyrannorum quoque tumida & fortuna & licentia ingenia familiarem sibi faciliā repressisse. Pistrinatum certe Atheniensium tyrannum memorie prodit, cum multa in crudelitate eius ebris conuiua dixisset, nec defensit qui nolle manus ei commodore, & alius hinc, alius illinc faces subderent, placido animo tulisse, & hoc irritantibus respondisse, non magis illi se suscensere, quam si quis obligatis oculis in se occurrisset. Magna pars querelas manu fecit, aut falla suspicando, aut levia aggrauando.

C A P. XII.

Saepe ad nos ira venit, saepius nos ad illam: quae nunquam accersenda est: etiam cum incidit, rejiciatur. Nemo dicit sibi: Hoc propter quod irascor, aur feci, aut fecisse potui. Nemo animum facientis, sed ipsum aestimat factum. Atqui ille intuendus est, an voluerit, an incidentur: coactus sit, an deceptus: odium sequens sit, an praemium: sibi morem gesserit, an manum alteri commodauerit. Aliquid peccantis actas facit, aliiquid fortuna: ut ferre, aut humanum, aut humile sit. Eo loco nos constituamus, quo ille est cui irascimur. Nunc facit iracundos iniqua nostri aestimatio: & quae facere uellemus, pati nolumus. Nemo se differt. Atqui maximum remedium irae, dilatio est: ut primus eius feruor relangueat, & caligo quae premit metem, aut residat, aut minus densa sit. Quaedam ex his quae te praecepitem cerebant, hora, non tantum dies, molliter: quaedam ex toto evanescunt. Si in hoc erit petita aduocatio, apparebit iam judicium esse, non iram. Quicquid noles quale sit scire, tempori trade. Nihil diligenter in fluctu certitur. Non potuit impetrare Plato a se tempus, cum seruo suo irascetur, sed ponere illum statim tunicam, & praeberere scapulas uerberib. iustit, sua manu ipse percussurus. Postquam intellectus irasci se, sicut sustulerat manum suspensam derinebat, & stabat percussuro similis. Interrogatus deinde ab amico, qui forte interuenierat, quid ageret, Exigo, inquit, poenas ab homine iracundo. uelut stupens, gestum illum deformem sapienti uiro seruabat, oblitus iam serui: quia alium quem potius castigaret, inueniebat. Itaque abstulit sibi in suos potestatem, & ob peccatum quoddam commotior: Tu, inquit, Speusippe seruum istum uerberibus oblunga, nam ego irascor. Oh ho non caecidit, propter quod alius caecidit se, irascor, inquit: plus faciam quam oportet. Libentiam faciam. Non sit iste seruus in eius potestate, qui in sua non est. Aliquis multo irato committi ultionem, cum Plato sibi ipse imperium abrogauerit? Nihil tibi licet, dum irascis. Quare? quia uis omnia licere. Pugna tecum ipse. Si iram uincere non potes, illa te incipit nuncere. Si abs conditur, si illi existit non datur, signa eius obliuimus: & illam, quantum fieri possit, occultam secretamque teneamus.

C A P. XIII.

Cum magna id nostra molestia fiet. Capit exilire & incendere oculos, & mutare faciem: sed si emere illi extra nos licet, supra nos est. Inimo peccoris secessu recondatur, seraturque, non ferat. Ieno in cōtrariū omnia eius indicia flebantur. Vultus remittatur, nox lenior sit, gradus letior: paulatim cum

circum exteriorib. interiora fermentur. In Socrate ira e signum erat, vocem submittere, loqui parcius. Apparebat tunc illū sibi obstare. Deprehendebatur itaque a familiarib. & coarguebatur. Nec erat illi expribrio latitantis irae ingrata. Quid ni gauderet, quod iram suam multi intelligerent, nemo sentiret? Sennet etiam, nisi ius amicis oburgandi se dedisset, sicut ipse sibi in amicosumpserat. Quanto magis hoc nobis faciendum est? Regem usq. amicis sumum, quemque, vt tunc maxime aduersus nos libertate uatur, cum minime illam pati poterimus: nec assentia tur irae nostrae, contra potens malum, & apud nos gravissimum, dum confidimus, dum nostris sumus, adiuvemus. Qui vinum male ferunt, & ebrietatis suae temeritatem ac perulantiam metunt, mandant suis, & et conuinio auferantur.

In temperantiam in morbo suam experti, parere sibi in aduersa valetudine vetant. Optimum est, nos tis vitijs im pedimenta propiscere, & ante omnia sita compondere animum, vt & granissimis rebus suos birtusque concussum iram aut non sentiat, aut magnitudinem inopinatae iniuriae exortam in altum retrahat, nec dolorem suum profiteatur. Id fieri appetit, si paucā ex ingenti turba exempla protulero: ex quibus virumque dicere licet, quantum mali habet ira, vbi horum praepotentum potestate tota uitur: quantum sibi imperare possit, vbi metu maiorum compressa est. Cambyses regem nimis datum vino, Praexasper vnu ex carissimis monebat, ut parcius biberet: turpem esse dicens ebrietatem in rege, quem oculi omnium, aureisque sequerentur. At hoc ille: Ut iesas, inquit, quemadmodum nunquam excidam mihi, approbabam, & oculos post vitam in officio esse, & manus. Bibit deinde liberalius quam alias, capacioribus scyphis: & iam gratis, & vnu, oburgatoris sui filium procedere ultra linneu inbet, allenataque super capit finis tra manu stare. Tunc intendit arcum, & ipsum cor adolescentis (id enim se pertere dixerat) figit, recisoque pectore haerens in ipso corde spiculum ostendit: ac respiciens patrem, an satis certum haberet, manum, interrogavit. At ille negauit Apollinem potuisse certius mittere. Dij illum male perdant, animo magis quam condicione mancipium. Eius rei laudator fuit cuius nimis erat spectatorem fuisse. Occasionem blanditiarum putauit, pectus filii in duas partes diductum, & cor sub vulnere palpitan. Controuersi amilli facere degloria debuit, & reuocare iactum, vt regi liberet in ipso patre certiorum manum ostendere. O Regem cruentum. O dignum in quem omnium suorum arcus verterentur. Cum exercitus fuerint illum coniuia suppliciis funeribusque soluentem, tamen sceleratus telum illud laudatum est, quārum missum Videbimus quomodo se pater gerere debuerit, stans super cadaver filii sui, caedemque illam, cuius & testis fuerat, & causa. Id de quo nunc agitur, paret, iram supprimi posse. Non maledixit regi, nullum emisit ne calamitosi quidem verbum, cum aeque cor suum quam filii transfixum videret. Potest dici merito deuorasse verba. Nam si quid tanquam iratus dixisset, nihil tanquam pater facere potuisset. Potest, inquam, videri sapientius se in illo casu gessisse, quam cum de potandi modo praecepit: quem satius erat vitum quam sanguinem bibere, cuius manus poculis occupari pax erat. Accedit itaque ad numerum eorum, qui magnis cladi bus ostenderunt, quanti constarent regum amicis bona consilia.

CA P. XV.

Non dubito, quin Harpagus quoque tale aliquid regi suo Persarumque suaferit, quo offensus, liberos illi epulandos appofuit, & subinde quae sit, an placaret conditura. Deinde vt fatis illum plenū malis suis vidit, afferriri capita illorum iussit, & quomodo esset acceptus, interrogavit. Non defuerunt miseris verba, non os concurrit. A pud regem, inquit, omnis coena iucunda est. Quid hac adulatio proficit? ne ad reliquias inuitaretur. Non voto patrem damnare Regis sui factum, non voto querere dignam tam truci portento poenam: sed hoc interim intelligo, posse etiam ex ingentibus malis nascendem iram abscondi, & ad verba contraria sibi cogi. Necessaria est ista doloris refractio, vtique hoc fortis vitae genus, & ad regiam adhibitis mensam. Sic estur apud illos, sic bibitur, sic respondetur. Funeribus suis arridendum est. An tantu sit vita, videbimus. Alia ista quaestio est. Non confortabimur tam triste ergastulum, non adhortabimur ferre imperia carnificum, ostendemus in omni seruitute apertam libertati viam. Si aeger animus, & suo uiuio misericordia est, huic miseria finire secum licet. Dicam & illi, qui in regem incidit, sagittis pectora amicorum petentem, & illi cuius dominus liberorum uiscibus patres saturat: Quid gentis demens, quid expectas, ut te aut hostis aliquis per exitum gentis tuae vindicet, aut rex a longinguo potens aduolat? Quocunque respexeris, ibi malorum finis est. Vides illum praecepitem locum? illac ad libertatem descendit. Vides illud mare, vides illud flumen, illum puto? Libertas illic in imo sedet. Vides illam arborum, breuem, retorridam, infelicem? pender inde libertas. Vides iugulum tuum, guttur tuum, cor tuum? effugia seruitutis sunt. Nimis mihi operosus existus monstras, & multum animi ac roboris exigentes. Quacris, quod sit ad libertatem iter? Quaelibet in corpore tuo uena.

C A P. XVI.

Quamdiu quidem nihil tam intolerabile nobis uidetur, ut nos expellat e vita, iram in quoconque statu, remoueamus. Pernicosa est seruitutis. Omnis enim indignatio in tormentum suum proficit, & imperia grauiora sentit, quo contumacius patitur. Sic laqueos feru dum iactat, astrigit, sic aues uiscum, dum trepidantes excutiunt, pluris omnibus illinunt. Nullum tam arctu est ingum quod non minus laedat ducentem, quam repugnat. Vnum est leuamentum malorum ingentium,

pati, & necessitatibus suis obsequi; sed cum vtilis sit seruentibus affectuum suorum, & huius praecepit rabidi atq. effraenis contingentia, vtilior est regibus. Perierant omnia, ubi quantum suaderet ira, fortuna permittit; nec diu potest, quae multorum malo exercetur, potentia stare. Periclitans enim, ubi eos qui separatis gerunt, communis metus iunxit. Plaerosq. itaque modo singuli mactauerunt, modo vniuersi, cum illos conferre in vnum itas publicus dolor coegeret. Atqui pleriq. sic iram quasi insigne regium exercuerunt. Sicut Dareus, qui prius post ablatu Mago imperium, Persias, & magnam partem Orientis obtinuit. Nam cu bellum Scythis induxit, Orientem eingentibus, rogatus ab Obazo nobili sene, ut ex tribus liberis vnum in folium patri relinqueret, duorum opera vretur: plus quam rogabatur pollicitus, omnes se illi dixit remissurum: & occisos in conspectu parentis abiecit, crudelis futurus, si omnes abdixisset.

C A P. XVII.

AT quanto Xerxes facilior, qui Pythio, quinq. filiorum patri, vnius vacationem petenti, quem vel let eligere permisit; deinde quem elegerat, in partes duas distractum ab utroq. viae latere posuit, & hac victimam iustitiam exercitum. Habet iraq. quem debuit exitum, vietus, & late longeq. fuisse, ac stratum ubiq. ruinam suam cernens, medius inter suorum cadaveria incisus. Haec barbaris regibus feritas in ira fuit: quos nulla eruditio, nullus litterarum cultus imbruerat. Dabo tibi ex Aristotele, sive regem Alexandrum, qui Clitum carissimum sibi & vna educatum, inter epulas transfodit, & manu quidem sua, param adulantem, & pigre ex Macedone ac libero, in Persicam servitutem transiit. Nam Lydiachus aequa familiaris sibi, leoni obiecit. Nunquid ergo hic Lysimachus, felicitate quadam dentibus leonis elapsus, ob hoc, cum ipse amicorum Rhodium amicum suum decursum, cum aures illi nasiq. abscondit, in cauea velut noium animal aliquod & insutatum diu pauit: cum oris detruncati mutilatiq. deformitas humanam faciem perdidisset. Accedebat fames & squalor & illunes corporis, in stercore suo destituti, callosus super haec genibus manibusq. quas in vsum pedum angustiae loci cogebant. Lateribus vero attritu exulceratis, non minus foeda quam terribilis erat forma eius videntibus. Factusque poena sua monstrum, misericordiam quoque amiserat, tamen cum dissimillimus esset homini, qui illa patiebatur, dissimilior erat qui faciebat.

C A P. XVIII.

VTINAM ista saevitia intra petegina mansisset exempla, nec in Romanos mores cum alijs aduenticijs vitijs, suppliciorum irarumq. barbaria, transiit. M. Mario, cui vicatim populus statuas posuerat, cui ture & vino Romanus populus supplicabat. L. Sylla perfungi crura, eri oculos, amputari manus iussit, & quasi totiens occideret, quotiens vulnerabat, paulatim & per singulos artus lacerauit. Quis erat huius imperij minister? Quis, nisi Catulina, iam in omne facinus manus exercens? sic illum ante bustum Q. Catuli carpebat, grauissimus mitissimi viri cineribus supra quos vir mali exempli, populatis tamen, & non tam immortem quam nimis amatus, per stillecidia sanguinem dabant. Dignus erat Marcius, qui illa patet: Catilina qui faceret. Sed indigna resp. quae in corpus suum pariter & hostium & ciuium gladios reciperet. Quid antiqua persecutor? Modo C. Caesar Sextum Papinum, cui pater erat consularis, Beliensem Baillum quaestorem suum procuratoris sui filium, alioq. & equites Romanos & Senatores vno die flagellis caecidit, torserat, non quaestionis, sed animi causa. Deinde adeo impatiens fuit differendae voluptatis, quam ingens crudelitas sine dilatione poscebat, vt in xylo maternorum horrorum, qui porticum a ripa separatis, inambulans, quodam ex illis cum matronis atque alijs senatorib. ad lucernam decollaret. Quid instabat? quod periculum, aut priuatum, aut publicum vna nox mihiabatur? quantum fuit, lucem expectare? Denique ne senatores populi Romani soleatus occideret.

C A P. XIX.

QUAM superbae fuerit crudelitatis, ad rem pertinet scire: quanquam aberrare aliquando possimus videri, & in deum exire; sed hoc ipsum pars erit irae super solita saevientis. Caeciderat flagellis senatores; ipse effecit, vt dici posset, folet fieri. Torsorat per omnia, quae in rerum natura tristissima sunt, fidelitatem, talaribus, ecclae, igne, vultu, fuo. Et hoc loco respondebitur, magnam rem, si tres senatores, quae si nequam mancipia, inter verbata & flammis diuisit, homo qui de toto senatu trucidado cogitabat, qui optabat vt populus Romanus vnam seruicem haberet, vt sclera sua tot locis ac temporibus diducta, in vnum iectum & vnum diem cogeret. Quid tam inauditum, quam nocturnum supplicium? Cum latrociniis tenebris abscondi soleat, animaduertiones, quo notiores sunt, plus ad exemplum emendationem que proficiunt. Et hoc loco respondebitur mihi: Quod tantopere admiraris, isti beluae quotidianum est, ad hoc viuit, ad hoc vigilat. Nemo certe intenietur alius, qui imperauerit his in quos animaduertiue iubebat, os infecta spongia includi, ne vocis emitteat, qui imperauerit his in quos animaduertit est relictum, qua generet timuit, ne quam liberiorem vocem extremus dolor mitteret: ne quid, quod nollet, audiret. Sciebat autem innumerabilia esse, quae objicere illi nemo nisi peritus auderet. Cum spongias non inuenirentur, scindi vestimenta miserorum, & in os farciri pannos imperauit. Quae ita saevitia est! Liceat ultimum spiritum trahere. Da exiturae animae locum: liceat illam non per vulnus emittere.

CAP.

C A P. XX.

ADICERE his longum est, quot patres quoque occisorum eadem nocte, dimissis per domos centurio annibus confecit: id est, homo misericors, iudicis liberavit. Non enim Caij saevitiam, sed irae malum propositum est scribere: quae non tantum viritum furit, sed gentes totas lancinat, sed urbes, sed flumina exuta ab omni sensu doloris conuerberat. Sicut rex Persarum, totius populi nares recidit in Syria: inde Rhinocolura loci non est. Pepercisse illum iudicas, quod non tota capita praecidit? Non genere poenae delectatus est. Tale aliquid passi forent Aethiopes, qui ob longissimum vitae spatium Macrobius appellatur. In hos enim, quia non supinis manibus exceperant seruitum, missisq. legatis libera responsa dederant, quae contumeliosa reges vocant, Cambyses fremebat, & non prouis commeatibus, non exploratis itineribus, per invia, per arenaria trahebat omnem bello vtilem turbam: cui intra primum iter deerant necessaria, nec quicquam subministrabat sterilis & inculta humanoque ignota vestigio regio. Sustinebant famem primo tenerrima frondium, & cacumina arborum, tum coria igne mollita, & quicquid necessitas cibum fecerat. Postquam inter harenas radices quoque & herbae defecerant, apparuitq. inops etiam animalium solitudo, decimum quemque sortiti, alimentum habuerunt fame saevius. Agebat adhuc ira regem praecepitem, cum partem exercitus amisisset, partem comedisset: donec timuit, ne & ipse vocaretur ad fortē, tum demum signū receptui dedit. Seruabantur interim illi generosae aues, & instrumenta epularū camelis vehebātur, cu fortētū milites eius, quis male periret, quis peius viueret.

C A P. XXI.

HIC iratus fuit genti, & ignotae & immitterae, sensuera tamen: Cyrus flumini. Nam cum Babylonē oppugnaturus fessinaret ad bellum, cuius maxima momenta in occasionibus sunt, Gynden latitudinem annem vado transire tentavit: quod vix tutum est etiam cum sensu aestatem, & ad minimum deductus est. Ibi vnu ex his equis, qui trahere regium currum albi solebant, abruptus, vehementer commotus regem. Iurauit itaque amnis illum regis equis meatum auferentem, eo te redacturum, vt transiit calcarique etiam à feminis posset. Huc deinde omnem transtulit belli apparatum, & tamidū assedit operi, donec C. & lxx. cuniculis diuifum alueum in ccc. & lx. rios disperget, & siccum relinquet in diuersum fluentibus aquis. Perit itaque & tempus, magna in vanis rebus iactura, & militum ardor, quē inutilis labor fregit, & occasio aggrediēdi imparatos, dū ille bellū indicū hōscum cum flumine gerit.

C A P. XXII.

HIC furor (quid enim aliud voces?) Romanos quoque contigit. C. enim Caesar villam in Herculanū tenet pulcherrimam, quia mater sua aliquando in illa custodita erat, diruit, fecitque eius per hoc notabile fortunā. Stantem enim praenauigabamus: nunc causa dirutae queritur. Et tam haec cogitanda sunt exempla quae vites, quā illa e contrario, quae sequaris, moderata, lenia: quibus nec ad irascendum causa defuit, nec ad ulciscendum potestas. Quid enim facilis fuit Antigonus, quā duos manipulares ducriubere, qui incubentes rēgio tabernaculo faciebant, quod homines & periculosissime faciunt, de rege suo male existimat? Audierat omnia Antigonus, vt pote cum inter dicentes & audientes palla intercesseret: quā ille leviter commouit, & Longius, inquit, discedere, ne nos rex audiat. Idē quadā nocte cu quodā ex militibus suis exaudiisset, omnia mala imprecantes regi, qui ipsos in illud iter & intricabile lutū deduxisset, accessit ad eos qui maxime laborabant: & cum ignorantes à quo adiuvarentur, explicauisset: Nunc, inquit, maledicite Antigono, cuius vitio in has miseras incidunt. Ei autem bene opate, qui vos ex hac voragine eduxit. Idem tam miti animo hostium suorum maledicta quā ciuium tulit: Itaque cum in paruolo quodam castello Graeci ob siderentur, & fiducia loci contemnentes hostem multa in deformitate Antigoni iocarentur, & nunc statuam humilem, nunc collisum nasum derident. Gaudeo, inquit, & aliquid boni spero: in castris meis Silenus habeo. Cum hos dicaces fame dominasset, captis sic vnu est, vt eos qui militiae viles erant, in cohortes describeret, ceteros praeconi subiiceret id quoque se negauit facturum fuisse, nisi expidiret his dominum habere, qui tam malam haberent linguam. Huus nepos fuit Alexander, qui lanceam in coniuia suos torquebat, qui ex duobus amicis quos paulo ante retuli, alterum ferae obiecit, alterum sibi. Ex his duobus tamen, qui leoni obiit, est, vixit.

C A P. XXXIII.

NON habuit hoc auitum ille vitium, ne paternum quidem. Nam si qua alia in Philippo uirtus fuit, & contumeliarum patientia, ingens instrumentum ad tutelam regni. Demochares ad illum Parthebas ob nimiam & procacem linguam appellatus, inter alios Atheniensium legatos uenerat. Auditam benigne legatione, Philippus: Dicite, inquit, mihi, facere quid possum, quod sit Atheniensibus gratum? Excepit Demochares: Te, inquit, suspendere. Indignatio circumstantium ad tam inhumanum respondit exorta est: quos Philippus conticefcere iussit, & Theristen illum saluum, in columenque dimittere. At vos ceteri legati, inquit, nuntiate Atheniensibus, multo superbiores esse, qui ista dicūt, quā qui impune dicta audiunt. Multa & Diuus Augustus digna memoria fecit, dixitque: quibus appareat illi iram non imperasse. Timagenes historiarum scriptor, quaedam in ipsum, quaedam in vxorem eius, & in totam domum eius dixerat, nec perdidera dicta, magis enim circumfertur, & in ore hominum est temeraria urbanitas. Saepe illum Caesar monuit, vt moderatus lingua vteretur: perseueranti, domo sua interdixit. Postea Timagenes in contubernio Pollionis Asinij consenuit, ac tota ciuitate dilectus est. Nullū illi

Z 3

illi limen praeculta Caesaris domus abstulit: historias postea quas scriperat, recitauit, & combusit, & libros acta Caesaris Augusti continentis in ignem posuit. Inimicitias gesit cum Caesare. Nemo amicitiam eius extinxit, nemo quasi fulgurum refugit. Fuit qui praebet tam ante cadenti finum. Tulit hoc, ut dixi, Caesar patienter, ne eo quidem motus, quod laudibus suis, rebusque gestis manus attulerat. Nunquam cum hospite inimici sui questus est: hoc duxit at Pollio. Asinus dixit, *in peccatis opes.* Parati demum excusationem; obstat. Fruere, inquit, mihi Pollio, fruere. Et cum Pollio diceret: Si tubes Caesar, statim illi domo mea interdicam. Hoc me inquit, putas facturum, cum ego vos in gratiam reduxerim? Fuerat enim aliquando Timageni Pollio iratus: nec ullam aliam habuerat causam definendi, quam quod Caesar coeparat.

C A P. XXIII.

Dicit itaque quisque sibi, quoties lacefatur: Nunquid potentior sum Philippo? Illi tamen impune maledictum est. Nunquid in domo mea plus possum, quam toto orbe terrarum diuus Augustus potuit? Ille tamen contentus fuit, a coniunctore suo secedere. Quid est, quare ego serui mei hilarius respondi & contumaciorem vultum, & non peruenientem usque ad me murmurationem, flagellis & compedibus expiem? Quis sum, cuius aures laedi nefas sit? Ignouerunt multi hostibus: ego non ignoscā pigris, negligenteribus, garris. Puerum aetas excusat, feminam sexus, extraneum libertas, domesticum familiaritas. Nunc primū offendit cogitemus quamdiu placuerit. Saepe & alias offendit: feramus quod diu tulumus. Amicus est? fecit quod noluit. Inimicus est? fecit quod debuit. Prudentiori cedamus: stulti remittamus. Pro quoquaque illud respondeamus nobis, sapientissimos quoque viros multa delinquentem: neminem esse tam circumspetum, cuius non diligentia aliquando sibi ipsi excidat: neminem tam maturum, cuius non grauitatem in aliquod feruendius factum casus impingat: neminem tam timidum offensarum, qui non in illas dum vitat, incidat.

C A P. XXV.

Quomodo homini pusillo solatum in malis fuit, etiam magnorum virorum titubare fortunam, & aequiore animo filium in angulo flevit, qui videt acerba funera, etiam ex regia duci: sic animo aequiore feret ab aliquo laedi, ab aliquo contemni, cuiunque venit in mentem, nullam esse tantam potentiam, in quam non incurrat iniuria. Quod si etiam prudentissimi peccant, cuius non error bona causa habet? Respiciamus, quoties adolecentia nostra in officio parum diligens fuerit, in sermone parum modesta, in vino parum temperans. Si iratus est: demus illi spatiū, quo despiceret quid fecerit, posse. Se ipse castigabit. Denique dabit poenas. Non est quod cum illo paria faciamus. Illud non venit in dubium, quin se exemerit turbæ, & altius iteretur, qui quis despexit lacefentes. Proprium est magnitudinis veræ, non se sentire percussum. Sic immanis fera ad latrati canum lenta respexit. Sic irritus ingeni scopolu fluctus assultat. Qui non irascitur, in concussus iniuria perficitur: qui irascitur, motus est. At ille quem modo altiorem omni incommodo posui, tenet quodam amplexu summum bonum. Nec homini tantum, sed ipsi fortunæ responderet: Omnia licet facias, minor es, quam visserenitatem meam obducas. Vt et hoc ratio, cui vitam regendam dedi. Plus mihi nocitura est ira, quam iniuria. Quid ni plus? Illius modus certus est: ista quoque me latura sit, incertum est.

C A P. XXVI.

Non possum, inquis, pati. Graue est, iniuriam sustinere. Mentiris. Quis enim iniuriam non potest ferre, qui potest iram? Adiace nunc, quod id agis ut iram feras & iniuriam. Quare fers aegri rabie, & phreneticæ verba? puerorum proteruas manus? Nempe quia videntur nescire, quid faciunt. Quid interfert, quo quisque virtus fiat? imprudens? imprudentia par in omnibus patrociniū est. Quid ergo inquis, impune illi erit? Puta te velle: tamen non erit. Maxima est enim factæ iniuriae poena, fecisse: nec quisquam gravius afficitur, quam qui ad supplicium paenitentiae traditur. Denique ad condicionem rerū humanarum recipiendum est, ut omnium accidentium aequi iudices simus. Iniquus autem est, qui commune virtutum singulis obicit. Non est Aethiopis inter suos insignitus color: nec rufus crinis & coactus in nodum apud Germanos. Vtrumque decet. Nihil in uno iudicabis notabile aut foedum, quod genti sua publicum est. Et ista quae retuli, vniuersitatis atque anguli consuetudo defendit. Vide nunc, quanto in his iustior venia sit, quae per totum genus humanum vulgata sunt. Omnes inconsulti & improvidi sumus, omnes incerti, queruli, ambitiosi. Quid lenioribus verbis hulcus publicum abscondo? Omnes melius sumus. Quicquid itaque in alio reprehenditur, id vniuersique in suo finu inueniet. Quid illius pallorem, illius maciem noras? Peccatores iraque inuenimus. Mali inter malos vinimus. Vnde nos facere potest quietos, mutuas facilitatis conuentio. Ille mihi iam nocuit: ego illi nondum. Sed iam aliquem fortasse laesisti: sed laedes.

C A P. XXVII.

Noli festi, potes facere. Quanto satius est, sanari iniuriam, quam ulcisci. Multum temporis ultio absurdit. Multis se iniurijs obijcit, dum una dolet. Diutius irascimur omnes, quam laedimur. Quanto melius est, abire in diuersum, nec virtus vitij componere. Num quis satis constare sibi videatur, si mulam calcibus repeatet, & canem morbi? Ista inquis, peccare se nesciunt. Primum, quam iniquus est, apud quem hominem esse, ad impetrandum ueniam nocet. Deinde, si cetera animalia irae tuae subducit, quod consilio

consilio carēt: eo loco tibi sit, quisquis consilio caret. Quid enim refert, an alia mutis dissimilia habeat si quod in omni peccato muta defendit, similem haber caliginem mentis? Peccavit. Hoc enim primum hoc enim extremum. Non est quod illi credas, etiam si dixit: Iterum non faciam. Et iste peccabit, & in istum aliud, & toru uita inter errores volubilis. Mansuete immansueta tractanda sunt. Quod in luctu dici solet, efficacissime & in ira dicitur: Vtrum aliquando desines, an nunquam? Si aliquando, satius est iram relinquere, quam ab ira relinqui. Sin semper haec cogitatio durabit, uides quam impaciatam tibi denunties utam. Qualis enim erit semper tumentis?

C A P. XXVIII.

Adice nunc, quod nisi bene te ipse succederis, & subinde causas quibus stimuleris, renouaueris, sua sponte ira discedet, & vires illi dies subtrahet. Quanto satius est à te illa vinci, quam a se? Huic irascis, deinde illi seruis, deinde libertis: parentibus, deinde liberis: notis, deinde ignotis. Vbique enim causæ superuni, nisi deprecator animus accessit. Hinc te illo furor rapiet, & illinc alio: & nouis subinde irritamentis orientibus, continuabit rabies. Age infelix, & quando amabis? O quam bonum tempus in re mala perdidi. Quanto nūc satius erat, amicos parare, inimicos mitigare, Reimp. administrare, transferre in res domesticas operam: quam circumspicere quid alieni possit facere mali, quo aut dignitati eius, aut patrimonio, aut corpori vulnus infligas: cū id tibi contingere sine certamine ac periculo non possit, etiā hī cum inferiore concursis? Vinctū licet accipias, & ad arbitrium tuum omnipatientiae expositum: saepe nimia vis caedēs aut articulū loco mouit, aut neruum in his quos frēgerat, dentibus fixit. Multos irascundia mancos, multos debiles fecit, etiam vbi patientiae est naēta materiam. Adiace nunc, quod nihil tam imbecille natum est, ut sine elidentis periculo pereat. Imbecillos valentissimos alias dolor, alias casus exaequat. Quid, quod plaeraq. eorū propter quae irascimur, offendunt nos magis quam laedunt. Multū autē interest, vtrum aliquis voluptati meae obstet, an desit: eripiat, an non det. At qui in aequo ponimus, vtrū aliquis auferat, an neget: vtrum spēm nostram praecidat, an differat: vtrum contra nos faciat, an pro se amore alterius, an odio nostri. Quidam vero non tantum iusta causas standi contra nos, sed etiam honestas habent. Alius patrem tuerit, alius fratrem, alius patrum, alius amicum. His tamen nō ignoscimus id facientibus: quod nisi facerent, improbaremus. Immo, quod est incredibile, saepe de facto bene existimamus, de faciente male.

C A P. XXIX.

At mehercules vir magnus ac iustus, fortissimum quemque ex hostibus suis, & pro libertate ac sa- lute patriæ pertinacissimum suspicit, & talem sibi ciuem, talem militem contingere optat. Turpe est, odisse quem laudes: quanto vero turpius, ob id aliquem odisse, propter quod miseris cordia dignus est? Si captiuus in seruitutem subito depresso reliquias libertatis tenet, nec ad sordida ac laboriosa ministeria agilis occurrit, si ex otio piger equum uehiculumque domini cursu non exaequat, si inter quotidianas uigilias somnum opprescit, si rusticum laborem recusat, aut non fortiter obit, à seruitute urbana & feruata translatus ad durum opus. Distinguamus, utrum aliquis nō possit an nolit. Multos absoluimus, si cooperimus ante iudicare quam irasci. Nam autem primum impetum sequimur. Deinde quantum vana nos concitauerit, perseveramus, ne videamur coepisse sine causa: & quod iniquissimum est, pertinaciores nos facit iniurias irae. Retinemus enim illam, & augemus: quasi argumentum sit iuste irascendi, grauerit ita ci. Quāto melius est, initia ipsa perspicere, quam laetitia sint, quam innoxia. Quod accidere video in animalibus mutis, idem in homine deprehendes.

C A P. XXX.

Frituolis turbamur, & inanibus. Taurum color rubicundus excitat, ad umbram aspis exurgit. Vtros leonineque mappa prorit. Omnia quæ natura fera ac rabida sunt, conseruantur ad vanam. Idem inquietis & stolidis ingenis euenerit: rerum suspicione feriuntur: adeo quidem, vt interdum iniurias vocent modica beneficia, in quibus frequentissima, certe acerbissima irascundiae materia est. Carissimis enim irascimur, quod minor nobis praestiterint, quam mente concepimus, quam quae alij tulerint: cum vtriusque rei paratum remedium sit. Magis alteri induxit: nostra nos sine comparatione delectet. Nunquam erit felix, quē torquebit felicior. Minus habeo quam speravi: sed fortasse plus speravi quam debui. Haec pars maxime metuenda est. Hinc pernicioſissimæ irae nascentur, & sanctissima quaeque iniuriae. Dijana Iulium plures amici confecerunt, quam inimici, quorum non expluerat spes inexplebiles. Voluit quidem ille: neq. enim quisquam liberalis Victoria vius est, ex qua nihil: sibi vindicavit, nisi dispensandi potestatem: sed quemadmodum sufficere tam improbis desiderijs posset, cum tantum omnes concupiscerent, quantum poterat vnu? Vedit itaq. strictis circa sellam suam gladijs comilitones suos, Cimbrum Tillium acerrimum paulo ante suarum partium defensorem, aliosque post Pompeium derum Pompeianos.

C A P. XXXI.

Hec res sua in reges arma conuertit, sidissimosque eo compulit, vt de morte eorum cogitarēt, pro quibus & ante quos mori votum habuerant. Nulli ad aliena recipiēti sua placent. Inde dijs quoque irascimur, quod aliquis nos antecedat, oblieti quantum sequatur a tergo ingentis inuidiae. Tanta tamen importunitas hominū est, vt quamvis multum accepirent, iniuriae loco sit, plus accipere potuisse. Dedit mihi prætoram: sed consulatum speraueram. Dedit duodecim fasces: sed non fecit ordinarium consu-

consulētū. A mī numerari voluit annūm: sed deest mihi ad sacerdotium. Cooptatus in collegium sum: sed cur in vnum? Consummatū dīgnitatem meam: sed patrimonio nihil contulit. Ea dedit mihi, quae debebat alicui dare: de suo nihil protulit. Age potius gratias pro his quae accepisti. Reliqua expecta, & nondum plenū te esse gaudie. Inter voluptrates est, superesse quod speres. Omnes vici st̄p̄ primū te esse in animo amici tui laetae. Multi te vincunt? Considera, quanto antecendas plures, quām sequaris.

C A P. XXXII.

Q uod sit in te maximum vitium queris? Fallas rationes conficis: data magno aestimas, accepta paruo. Aliud in alio nos deterreat. Quibusdam timeamus irasci, quibusdam vereamur, quibusdam fastidiamus. Magnam rem sine dubio fecerimus, si seruulum infelici in ergastulum miserimus. Quid properainus verberare statim, crura protinus frangere? Non peribit porestas ista, si differetur. sine id tempore veniat, quō ip̄i iubemus. Nunc ex imperio irae loquimur, cum illa abierit, tunc videbimus, quanti sit ista lis aestimanda. In hoc enim praecipue fallimur. Ad ferrum venimus, ad capitalia supplicia: & vinculis, carcere, fame, vindicamus rem, castigandam flagris leuioribus. Quomodo, inquis, nos iubes intueri, quām omnia per quae laedi videmur, exigua, misera, puerilia sint? Ego uero nihil magis suaserim, quam sumere ingentem animū, & haec propter quae litigamus, discurrimus, anhelamus, videre quam humilia & abiecta sint, nulli qui altum quiddam aut magnificum cogitat, respicienda. Circa pecuniam plurimum vociferationis est: haec forā defatigat, patres liberosq. cōmittit, venena miscet, gladios tā percussoribus quām legionibus tradit. Haec est sanguine nostro delibera. Propter hanc vxorium maritumque noctes strepunt litibus, & tribunalia magistratum premit turba: Reges saeuunt, rapiuntque & ciuitates longo saeculorum labore constructas euent, ut aurum argentumque in cinere vrbum ferutentur.

C A P. XXXIII.

Ibet intueri fisces in angulo iacentes. H̄i sunt propter quos oculi clamores exprimuntur: fremitus iudiciorum basilicae resonant: euocati ex longinquis regionibus iudicaturi, vtrius iudiciorum avaritia sit. Quid si ne propter fisces quidem, sed pugnū aeris, aut impuritatis à seruo denariū, senex sine herede moriturus stomacho dirumpitur? Quid si propter usum hāt millesimam, valetudinarius foenerator diuertit pedibus, & manibus ad computandum modo relictis, clamat, ac per vadimonia asiles fuos in ipsis morbi accessionibus vindicat? Si rotata mihi ex omnibus metallis, quae cum maxime depromimus, pecuniam proferas, si in medium projeicias, quicquid thesauri tegunt, avaritia iterum sub terras referente quae male egesset, omnem istam cōgeriem dignam non putem, quae frontem viri boni contrahat. Quanto risu prosequenda sunt, quae nobis lacrimas educunt.

C A P. XXXIV.

Cedo nunc persequere cetera, cibos, potionēs, horumque causa paratam ambitionem, munditiā, verba contumelias, & motus corporum parum honorificos, & suspiciones, & contumacia iumenta, & pigra mācipia, interpretationes malignas vocis alienae: quibus efficitur, ut inter iniurias naturae numeretur sermo homini datus. Credem mihi: leuia sunt: propter quae non leviter excandescimus, quia quae pueros in rixam & iurgiam concitant. Nihil ex his quae tam tristes agimus, seruum est, nihil magnum. Inde, inquam, vobis ira & iuventia est, quod exigua magno aestimatis. Auferre hic mihi hereditatem voluit: hic me diu spe suprema captatam criminatus est: hic scortum meum concipiuit. Quod vinculum amoris esse debebat, feditiois atque odio causa est, idem velle.

C A P. XXXV.

Iter angustum rixas transeuntium concitat: diffusa & late patens via ne populos quidem collidit. Ista quae appetitis, quia exiguia sunt, nec possunt ad alterum, nisi alteri erepta, transferri: eadem affectantibus pugnam & iurgia excitant. Respondisse tibi indignaris libertum & vxorem, & clientem. Deinde idem de Rep. libertatem sublatam quereris, quām domi sustulisti. Rursus si tacuit interrogatus, contumaciam vocas. Et loquatur, & riteat, & rideat. coram domino? inquis. Immo coram patrefamilias. Quid clamas? Quid vociferaris? Quid flagella media coena petis, quod serui loquuntur, quod non eodem loco turba contionis est, & silentium solitudinis? In hoc habes atires, ut non modulata tantum & mollia, & ex dulci tracta compositaque accipiant. Et risum audias oportet, & fletum, & blanditias, & lites, & prospera, & tristia, & hominum voces, & fremitus animalium, latratusque. Quid miser expauescis ad clamorem ferri, ad tintinnitum aeris, ad ianuae impulsū? cum tam delicatus fueris, tonitrua audienda sunt. Hoc quid de auribus dictum est, transfer ad oculos: qui non minus fastidio laborant, si male instituti sunt, macula offenduntur & lordinibus, & argento parum splendido, & stagno non ad solem perlucente. Hi nempe oculi, qui non ferunt nisi varium ac recenti cura nitens marmor, qui mensam nisi crebris distinctam nacuis, qui nolunt domi nisi auro pretiosa calcare: aequissimo animo foris & scabros lutosque fernitas spectant, & maiorem partem occurrentium squalidam, parietes insularum exesos, ruinofos, inaequales.

C A P. XXXVI.

Q uid ergo aliud est quod illos in publico non offendat, domi moueat, quām opinio illuc aqua & patiens, domi morosa & querula? Omnes sensus perducendi sunt ad firmatatem. Natura patientes sunt, si animus illos desinat corrumpere, qui quotidie ad rationem reddendam vocandus est. Faciebat hoc

hoc Sextius, ut consummato die cū se ad nocturnam quietem receperet, interrogaret animū suū: Quod hodie malum tumū sanasti? cui virtus obstatisti? qua parte melior es? Definet ira, & erit moderatior, quae faciet sibi quotidie ad iudicem esse veniendum. Quid ergo pulchrius hac consuetudine excutiendi totum diem? Qualis ille somnus post recognitionem sui sequitur, quām tranquillus, altus ac liber, cum aut laudatus est animus, aut admonitus, & speculari sui censorque secretus cognoscit de moribus suis? Vt orat hanc potestate, & quotidie apud me causam dico. Cum sublatum e conspectu lumen est, & cōtinuit vxor, mortis iam mei conscientia, totum diem mecum scrutor, facta ac dicta mea remetior. Nihil mihi ipse abscondit, nihil transeo: quare enim quicquam ex erroribus meis timeam, cum possim dicere: Vide ne istud amplius facias, nunc tibi ignosco. In illa disputatione pugnacius locutus es. Noli postea congregari cum impetratis. Nolunt dicere, qui nunquam didicerunt. Illum liberius admoniūisti quam debebas: itaq. non emendasti, sed offendisti. De cetero vide, non tantum an verum sit quod dicis, sed an ille cui dicitur, veri patiens sit.

C A P. XXXVII.

Admoneri bonus gaudet: pessimus quisque correptorem aspergit et patitur. In coniuio quorundam sales, & in dolorem tuū iacta verba terigerunt: vitare vulgare conuictum memento. solutior est post vinum licentia, quia ne sobrijs quidem pudor est. Iratum vidisti amicum tuum ostiario causidici alicuius, aut diuitis, quod intrante submouerat, & ipse pro illo iratus extremo mancipio fuisti. Irasceris ergo catenarium cani? & hic cum multum latravit, obiecto cibo mansuescit. Recedē longius, & ride. Nunc iste aliquem se patet, quod custodit litigorum turba limen obsecum. Nunc ille qui intra iacet, felix fortunatusq. est: & beati hominis ac potenter iudicat indicium, difficile ianuam. nec duri simū esse ostium carceris. Praesume animo, multa esse tibi patientia. Nunquid se hieme algere miratur? Nunquid in mari nauicare, in via concurti? Fortis est animus, ad quae praeparatus venit. Minus honorato loco positus, irasci coepisti coniuatori, vocatori, ipsi qui tibi praeferebatur. Demens, quid interest, quam lecti premas partem? Honefiores te aut turpiorem potest facere pulvinus? Non aequis quendam oculis vidisti, quia de ingenio tuo male locutus est. Recipis hanc legem? Ergo te Ennius, quo non delectaris, odissit: & Hortensius simulates tibi indiciteret: & Cicero, si derideres carmina eius, inimicus esset.

C A P. XXXVIII.

Vis tu aequo animo pati candidatus suffragia? Contumeliam tibi fecit aliquis. Nunquid maiorem quam Diogeni philosopho Stoico? Cui de ira cum maxime differenti, adolescēs proterius insput. tulit ille leniter ac sapienter. Non quidem, inquit, irascor: sed dubito tamen, an irasci oporteat. Cato noster melius: cui cum causam agenti, in frontem medianam, quantum poterat attracta pingui saliuia, inspuisset Lentulus, ille patrum noītrorum memoria factiosus & impotens, absterit faciem, & Affirmabo, inquit, omnibus, Lentule, falli eos, qui te negant os habere. Contigit iam nobis, Nouate, bene compone animum si aut non sentit iracundiam, aut superior est.

C A P. XXXIX.

Videamus quāmodo alienā iram leniāmus: nec enim sani esse tantum volumus, sed sanare. Primā iram non atudebimus oratione mulcere, surda est, & amens: dabimus illi spatum. remedia in remissionibus profant: nec oculos timentes tentabimus, vim rigentem móndo incitaturi, nec cetera vita dum feruent. Initia mōrborum, quies curat. Quantulum, inquis, prodest remedium tuum, si sua sponte desinenterem iram placat? Primum vt citius definat, efficit: deinde custodiet, ne recidat: ipsum quoq. impetum, quem non audet lenire, fallet. Remouebit omnia vltionis instrumenta. Simulabit iram, vt tanquam adiutor & doloris comes plus auctoritatis in consilijs habeat: motas neget: & dum maiorem quaerit poenam, presentem differet. Omni arte requiem furori dabit. Si vehementior erit: aut pudorem illi cui non resit, incitiet aut metum. Si infirmior: sermones inferet, vel gratos, vel nouos, & cupiditate cognoscendi auocabit. Medicum aiuit, cum regis filiam curare deberet, nec sine ferro posset, dum tumētem mammam leniter fouet, scalpellum spongea tectum induxit. Repugnasset puella remedio palam admoto: eadem quia non expectauit, dolorem tulit.

C A P. XXXX.

Q uadām non nisi decepta sanantur. Alteri dices: Vide ne inimicis iracundia tua voluptati sit. Alteri: Vide ne magnitudo animi tui, creditumque apud plerosque robur cadat. Indignor mehercule & non inuenio dolendi modum: sed tempus expectandum est, dabit poenas. Serua istud in animo tuo. cum potueris, & pro mora reddes. Castigare vero irascētem, & vltro obuiam ire, incitare est. Varie aggredieris, blandeque nisi forte tanta persona eris, vt possis iram communere: quemadmodum fecit diuinus Augustus: cum cenaret apud Vedium Pollionem, fregerat vltus ex seruis eius crystallinum. ad mortem rapi eum Vedius iussit, nec vulgari quidem peritum morte: muraenis obijci iubebatur, quas ingens piscina continebat. Quis non hoc illum putaret luxuria causa facere? saeuitia erat. Euasit e manibus puer, & configit ad Caesari pedes: nihil aliud peccit, nec vulgariter quidem mitti, crystallina autem omnia coram se frangit, compleriq. piscinam. Fuit Caesari sic castigandus amicus: bene vltus est viribus suis. E coniuio rapi homines impetas, & noui generis poenis lacerati? Si calix tuus fractus est, viscera hominis distrahitur? Tantum tibi placebis, vt ibi aliquem duci iubeas ubi Caesar est?

C A P.

C A P. XXXXI.

Sic instandum potentiae est ut iram ex superiori loco aggredi possit, male tractabilem, ac talem dunt taxat, qualem modo retuli: ferata, immanem, sanguinariam, quae iam insanabilis est, nisi maius aliquid extimuit. Pacem demus animo, quam dabit praceptorum salutarium assidua meditatio, auctus que rerum boni, & intenta mens ad unius honesti cupiditatem. Conscientiae fatigat, nil in famam laboremus: sequatur vel mala, dum bene merearis. At vulgus animosa miratur, & audaces in honore sunt: placidi pro inertibus habentur. Primo forsitan alpestris, sed simulacra aequalitas vitae fidem facit, non sequitur illam animi esse, sed pacem, veneratur idem illos populus, colitque. Nihil ergo habet in se utile tacter ille & hostilis affectus. At omnia e contrario mala, ferrum, ignes; pudore calcato, caedibus inquinavit manus, membra liberorum dispersit. Nihil vacuum reliquit a scelere, non gloriae memor, non infamiae metuens, inemendabilis cum ex ira in odium occalluit.

C A P. XXXXII.

Careamus hoc malo, purgemuque mentem, & extipemus radicibus ea via, quae quamvis tenuia vnde cuncti haferint, tenaciteruntur: & iram non temperemus, sed ex toto remouemus. Quod enim malae rei temperamentum est? Poterimus autem adnitamur modo. Nec villa res magis proderit: quam cogitatio mortalitatis. Sibi quisque ut alteri dicat: Quid iuuat tanquam in aeternum genitos iras indicere, & breuissimam aetatem disipare? Quid iuuat dies, quos in voluptatem honestam impendere licet, in dolore alicuius tormentumque transferre? Non capiunt res istae facturam, nec tempus vacat perdere. Quid ruimus in pugnam? Quid certamina nobis accersimus? Quid imbecillitatis oblitio, ingentia odioi succipiimus, & ad frangendum fragiles consurgimus? Iam istas iniurias, quas implacabili gerimus animo, febris aut aliud malum corporis vetabit geri. Iam par acerrimum media mors dirimet. Quid tumultuum, & vitam seditionis conturbamus? Stat super caput fatum, & pereuntis dies imputat, propiusque ac propius accedit. Istud tempus quod alienae destinas morti, fortasse citra tuam est.

C A P. XXXXIII.

QVIN potius vitam breuem colligis, placidamque & tibi & ceteris praestas? Quin potius amabilem te, dum viuis, omnibus desiderabilis, cum excesseris, reddis? Et quid illum nimis ex alto tecum agentem detrahere cupis? Quid illum oblatramentib, humilem quidem & contemptum, sed superioribus acidum ac molestem exterrere viribus tuis tentas? Quid seruo? quid domino? quid regi? quid clienti tuo irasceris? Sustine paulum. Venit ecce mors, quae nos pares faciat. Ridere solemus inter matutina harenas spectacula, tauri & vrsi pugnam inter se colligatorum, quos, cum alter alterum vexarit, sus consector expectat. Idem facimus. Aliquem nobiscum alligatum lacessimus: cum victo viceris, finis aequalis, maturus immineat. Quietus potius pacatique, quantulumcumque supereris, exigamus nulli cadaver nostrum iaceat inuisum. Saepem rixam conlamatum in vicino incendium soluit: & ineruentus ferae, latroni viae, tempore diducit. Colluctari cum minoribus malis non vacat, ubi metus maior apparuit. Quid nobis cum damnacione & insidijs? Nunquid amplius isti cui irasceris, quam morte optas? Etiam te qui escencie morietur, perdis operam. Facere vis, quod futurum est. Nolo, inquis, utique occidere, sed exilio, sed ignominia, sed damno afficere. Magis ignoscere ei, qui vulnus inimici, quam qui pusilani concupiscit. hic enim non tantum mali animi est, sed pusilli. siue de vltimis supplicijs cogitas, siue de leuioribus, quantum est temporis: que aut illi poena sua torqueatur, aut tu malum gaudium ex aliena percipias? Iam ipsum spiritum expuimus, interim dum trahimus. Dum inter homines sumus, colamus humanitatem: non timori cuiquam, non periculo sumus; detrimenta, iniurias, conuicia, vellicaciones contemnamus, & magno animo brevia feramus incommoda. Dum respiciamus, quod aiunt, versamusque nos, iam mortalitas aderit.

Notae in libros de ira coniungentur cum ijs quae sunt in libros de Clementia.

L. AN-

C A P. I.

Scribere de clementia, Nero Caesar, institui: ut quodammodo speculi vice fungerer, & te tibi ostenderem, peruenientrum ad volupatem maximam omnium. Quamvis enim recte factorum verus fructus sit fecisse, nec illum virtutum premium dignum illis extra ipsas sit: iuuat tamen inspicere & circuire bonam conscientiam, tum immittere oculos in hanc immensam multitudinem, discordem, seditionem, impotentem, in perniciem alienam suam pariter exultaturam, si hoc iugum frigeris, & ita loqui secum: Ego ex omnibus mortalibus placui, electusque sum, qui in terris deorum vice fungerer: ego vitae necisque gentibus arbiter, qualem quisque sortem, statumque habeat, in manu mea positum est. Quid cuique mortalium fortuna datum velit, meo ore pronuntiat. Ex nostro responso laetitiae causas, populi, urbesque concipiunt. Nulla pars vquam, nisi volente proprioque me floret. Haec tot millia gladiorum, quae pax mea comprimit, ad nutum meum stringentur: quas nationes funditus excendi, quas transportari, quibus libertatem dari, quibus eripi, quos reges mancipia fieri, quorumque capitii regium circumdari decus oporteat, quae ruant urbes, quae oriantur, mea iuriudictio est. In hac tanta facultate rerum, non ira me ad iniqua supplicia compulit, non iuuenilis impetus, non temeritas hominum & contumacia, quae saepe tranquillissimis peitoribus quoque patientiam extorsit, non ipsa ostentandae per terrores potentiae, dira, sed frequens magnis imperij gloria. Conditum, immo constrictum apud me ferrum est. Summa pars imponit etiam vllissimi sanguinis. Nemo non, cui alia defint, homini nomine apud me gratiosus est. Se ueritatem abdit, clementiam in promptu habeo. Sic me custodio, tanquam legibus, quas ex abdito ac tenebris in lucem euocau, rationem redditurus sim. Alterius aetate prima motus sum, alterius ultima. Alium dignitati donau, aliud humiliati. Quoties nullam inuenier misericordiae causam, mihi percidi. Hodie dijs immortalibus, si a me rationem repeatant, annumerare genus humanum paratus sum. Potes hoc Caesar praedicare audacter, omnium qua in fidem tutelamque tuam uenerunt, nihil per te, neque vi, neque clam Rei p. eruptum. Rarissimam laudem, & nulli adhuc principum concessam concupisti, innocentiam. Non perdis operam: nec bonitas ista tua singulatis, ingratis aut malignos aestimatorum nostra est. Refertur tibi gratia. Nemo vnu homo vni homini tam carus vnguam fuit, quam tu populo Romano, magnum longumque eius bonum. Sed ingens tibi onus imposuisti. Nemo iam diuum Augusti, nec Tiberij Caesaris prima tempora loquitur: nec quod te imitari velit exemplar extra te querit. Principatus tuus ad eum gustum quem dedisti exigitur. Difficile hoc uisit, si non naturalis tibi ista bonitas esset, sed ad tempus sumpta. Nemo enim potest personam diu ferre. Facta cito in naturam suam recidit, quibus veritas subest, quaque ut ira dicam ex solido enascitur, tempore ipso in maius meliusque procedunt. Magnam adibat aleam populus Romanus, cum incertum esset, quo se statim nobilis indeolesderet. Iam vota publica in tuto sunt. Nec enim periculum est, ne te subita tui capiat obliuio. Facit quidem quidos nimia felicitas; nec tam temperatae cupiditates sunt vnguam, ut in eo quod contigit, desinant. Gradus a magnis ad maiora fit: & ies improbissimas complectuntur insperata assecuti. Omnis, tamen, nunc ciuibus tuis & haec confessio exprimitur, esse se felices: & illa, nihil iam his accedere bonis posse, nisi ut perpetua sint. Multa illos cogunt ad hanc confessionem, qua nulla in homine tardior est: securitas alta, affluensius supra omnem iniuriam positum. Obuersatur oculus laetissima forma Reip. cui ad summam libertatem nihil deest, nisi pereundi licentia. Præcipue tamen aequalis ad maximos imosque peruenit clementiae tua admiratio. Caetera enim bona pro portione fortunae suae quisque sentit, aut exspectat majora minoraque: ex clementia omnes idem sperant. Nec est quisquam, cui tam valde innocentia sua placeat, ut non stare in conspicuam clementiam paratam humanis erroribus gaudeat.

C A P. II.

Esse autem aliquos scio, qui clementia pessimum quemque putent sustineri: quoniam nisi post crimen superuacua est, & sola haec virtus inter innocentes cessat. Sed primum omnium, sicut medicinae apud aegros vnu, etiam apud sanos honor est: ita clementiam quamvis poena digni inuocent, etiam innocentes colant. Deinde habet clementia in persona quoque innocentium locum: quia interdum fortuna pro culpa est: nec innocentiae tantum clementia succurrit, sed saepe virtuti: quoniam quidem conditione temporum incident quaedam, quae possint laudata puniri. Adiuge, quod magna pars hominum est, quae reuertri ad innocentiam possit. Sed non tamen vulgo ignoroscere decet. Nam ybi discrimen inter malos

maioris bonorumque sublatum est, & confusio sequitur, & viorum eruptio. Itaque adhibenda est moderatio, quae sanabilis ingenia distinguere a deploratis sciat. Nec promiscuum habere ac vulgatem clementiam oportet, nec abusum. Nam tam omnibus ignorare crudelitas est, quam nulli. Modum tenere debemus: sed quia difficile est temperamentum, quicquid aequo plus futurum est, in partem humaniorem preponderet. Sed haec suo loco melius dicentur.

C A P. III.

Nunc in tres partes omnem hanc materiam dividam. Prima erit manumissionis. Secunda, quae naturam clementiae habitumque demonstrat. Nam cum sint virtus quaedam virtutes imitantur, non possunt secerni, nisi signa quibus dignoscantur impreserint. Tertio loco quaeremus, quomodo ad hanc virtutem perducatur animus, quomodo confirmet eam, & vnu suam faciat. Nullam vero ex omnibus virtutibus magis homini conuenire, cum sit nulla humana, constet necesse est: non solum inter nos, qui hominem sociale animal, communis bono genitum videri volumus: sed etiam inter illos, qui hominem voluptati donant, quorum omnia dicta factaque ad vulgariter suam spectant. Nam si quietem petit & otium, hanc virtutem naturae suae natum est, quae pacem amat, & manus retinet. Nullum tamen clementia ex omnibus magis, quam regem aurum principem decet. Ita enim virtutes magnis viris decori gloriae sunt, si illis salutaris potentia est. Nam pessima uis est, ualeare ad nocendum. Illius demum magnitudo stabilis fundataque est, quem omnes tam supra se esse, quam pro se sciunt, cuius curam excubare pro salute litigiorum atque vniuersorum quotidie experientur: quo procedente, non tanquam malum aliquod aut noxiun animal e cubili protinus, diffugunt, sed tanquam ad clarum ac beneficum fidus certatim aduolant, obijcere se pro illo micronibus insidiariu n paratis, & subternere corpora sua, si per stragam illi humanam, iter ad salutem struendum sit. Somnum eius nocturnis excubij munimur: latera obiecti circumfusique defendant: incurribus periculis se opponunt. Non hic est sine ratione populis viribusque confessus, sic protegendi amandique reges, & se suaque iactandi, quounque deside rauet imperialis salus. Nec haec vilitas sui est, aut dementia, pro uno capite tot milia excipere ferrum, ac multis mortibus unam animam redimere, nonnunquam senis & inuicti. Quemadmodum totu corpus animo deferuit, & cum hoc tanto maius tantoque speciosius sit, ille in occulto maneat tenuis, & in qua fedelatiter incertus, tamen manus, pedes, oculi negotium illi gerunt: illum haec cujus munit, illius iussu iacemus, aut inquieti discurrimus: cu ille imperatur, siue auarus dominus est, mare lucri causa seruatur, siue ambitiosus, tamendum dexteram flaminis obiecimus, aut voluntarie subfiliamus: sic haec immensa multitudo, vnius animae circumdata, illius spiritu regitur, illius ratione fluctuat, presura se ac fractura viribus suis, nisi consilio sustineretur.

C A P. IIII.

Secunda itaque incolumitatem amant, cum pro uno homine denas legiones in aciem deducant, cum in prima fronte procurrunt, & aduersa vulneribus peccora ferunt, ne imperatoris sui signa vertantur. Ille est enim vinculum, per quod resp. cohaeret: ille spiritus vitalis, quem haec tot milia trahunt, nihil ipsa per se futura, nisi onus & praeda, si mens illa imperii subtrahatur.

Rege incolumi mens omnibus una.

Amisso rupe fidei.

Hic casus Romanae pacis exitium erit, hic tanti fortunam populi in ruinas ager. Tamdiu ab isto periculo aberit hic populus, quādū sciet ferre frēbos: quos si quādū abrupterit, vel aliquo casu discussos reponi sibi pauci non erit, haec uitas & hic maximi imperij contexisti, iti partes multas dissiliunt: idemq. huic viri dominandi finis erit, qui parenti fuerit. Ideo principes regesque, & quounque alio nomine sunt titulus status publici, non est murum amari ultra priuatas etiam necessitudines. Nam si sanctis hominibus publica priuatis posterior fuit, sequitur, ut si quoq. carior sit, in quem se resp. conuerterit. Olim enim ita le induit Reip. Caelat, ut diduci alterum non possit sine utriusq. pernicie. Nam ut illi utribus opus est, ita & huic capite,

C A P. V.

Longius uidetur receperisse a proprio oratio mea: At fnehercules rem ipsam premit. Nam si, quod adhuc colligitur, animis Reip. tu es, illa corpus tuum: uides, ut puto, quam necessaria clementia sit. Tibi enim parci, cum uideris alteri parcer. Parcendum itaque est etiam improbadis citibus, non alteri quam in membris languentibus. Et si quādū misso sanguine opus est, sustinendum est, ne ultra quāne celere sit incedas. Est ergo, ut dicebam, clementia omnibus quidem hominibus, secundum naturam, maxime tamen decora imperatoribus: quanto plus habet apud illos quod feruerit, quantoque in maiore materia appetet. Quantulum enim nocet priuata crudelitas? Principum saeuia bellum est. Cum autem utrūbus inter se sit concordia, nec ullā altera melior aut honestior sit: quaedam tamē quibusdam personis aptior est. Debet magnanimitas quemlibet mortalem, etiam illum infra quem nihil est. Quid enim maius, aut fortius, quam si malam fortunam retundere? Haec tamen in bona fortuna latorem locum habet, meliusque in tribunali: quam in plano conspicitur. Clementia in quamcunque domum peruererit, eam felicem tranquillamque praestabit. Sed in regia quo rarius, eo mirabilior. Quid enim est mirabilius, quam euto cuius irae nihil obstat, cuius grauiori sententiae ipsi qui percepunt assentiuntur, que nemo interrogatur est, immo si uehementius excludit, nec deprecaturus quidem,

dem, ipsum sibi manum iniucere, & potestate sua in melius placidiusque vti, hoc ipsum cogitare. Occidere contra legem nemo non potest: seruare nemo praeter me. Magnam fortunam magnus animus decet: qui nisi se ad illam extulit, & altior stetit, illam quoque infra terram dedit. Magni autem animi est propriam, placidum esse, tranquillumque, & iniurias atque offensiones semper despicer. Muliebre est: furere in ira. Ferarum vero, nec generosarum quidem, praemordere & vrgere projectos. Elephantes leonesque transeunt, quae impulerunt. Ignobilis bestiae pertinacia est. Non decet regem sacra, nec inexorabilis ira. Non multum enim supra eum eminet, cui fe irascendo exaequat. At si dat vitam, si dat dignitatem periclitibus & meritis amittere, facit quod nulli nisi rerum potenti licet. Vita enim etiam superiori eripitur, nunquam nisi inferiori datur. Seruare, proprium est excellentis fortunae: quae nunquam magis suspici debet, quam cum illi contingit idem posse quod dijs, quorum beneficio in lucem edimur, tam boni quam mali. Deorum itaque sibi animum afferens princeps, alios ex ciuibus suis, quia vires bonique sunt, libens videat, alios in numerum relinguat: quosdam esse gaudeat, quosdam patiatur.

C A P. VI.

Cogitate in hac ciuitate, in qua turba per latissima itinera sine intermissione defluens eliditur, quies aliquid obstitit, quod cursum eius velut torrentis rapidi moraretur: in qua tribus eodem tempore theatris viae postulantur, in qua consumuntur, quicquid terris omnibus aratur: quanta solitudo & vastitas futura sit, si nihil relinquatur, nisi quod iudex seuerus absoluere. Quotus quisque ex quaestoribus est, qui non ea ipsa lege teneatur, qua quaerit? Quotus quisque accusator vacat culpa? Et nescio, an nemō ad dandam veniant difficulter, quam qui illam petere saepius meruit. Peccauimus omnes: alij gratia, alij leuiora, alij ex destinato, alij forte impulsu, aut aliena nequitia ablati; alij in bonis consilij s parum fortiter stetimus, & innocentiam inuiti ac renentes perdidimus. Nec delinquimus tantum, sed vñq. ad extremum aei delinquimus. Etiam si quis tam bene purgauit animum, vt nihil obturbare eum amplius possit ac fallere, ad innocentiam tamen peccando peruenit.

C A P. VII.

Quoniam deorum feci mentionem, optime hoc exemplum principi constitutam, ad quod formetur, vt se talē esse ciuibus, quales sibi deos velit. Expedit ergo habere inexorabilia peccatis atque erroribus numina: expedit usque ad ultimam infesta pernicie? Ecquis regum erit tutus, cuius non membra haruspices colligant? Quod si dij placabiles & aequi delicta, potentium non statim fulminibus persequuntur: quanto aequius est hominem hominibus praepositum miti animo exercere imperium, & cogitare, vtrum mundi status gratior oculis pulchriorque sit sereno & puro die. an cum fragoribus crebris omnia quatiuntur, & ignes hinc atque illinc micant. Atqui non alia facies est quieti moderatiq. imperij, quam sereni caeli & nitentis. Crudele regnum, turbidum, tenebrisque obscurum est inter trementes & ad repentinum sonitus expuientes, nec eo quidem qui omnia conturbat in concusso. Facilius priuatis ignoscitur, pertinaciter se vindicantibus. Possunt enim laedi, dolorque eorum ab iniuria uenit. Timent præterea contemptum: & non retulisse laudentibus gratiam, infirmitas videtur, non clementia. At cui ultio in facilis est, is omissa ea, certam laudem manuetudinis consequitur. Humili loco positus exercere manum, litigare, in rixam procurrere, ac morem irae sua gerere, liberius est. Leues inter paria iectus sunt. Regi vociferatio quoq. verborumq. intemperantia non ex maiestate est.

C A P. VIII.

Craue putas, eripi loquendi arbitrium regibus, quod humillimi habent. Ista inquis, seruitus est, non imprium. Quid tu non experiris istud nobis esse, non tibi seruitum? Alia condicio est eorum, qui in turba quam non excedunt, latent, quorum & virtutes vt apparent, diu luctatur, & vita tenebras habent. Vestra facta dictaque rumor excipit: & ideo nullis magis cauendum est, qualem famam habeat, quam qui qualemcumque meruerint, magnam habutur sum. Quam multa tibi non licent, quae nobis beneficio tuo licent. Possum in qualibet parte vrbis solus incidere sine timore, quamvis nullus sequatur comes. nullus sit domi, nullus ad latus gladius: tibi in tua pace armato viuendum est. Aberrare a fortuna tua non potes, oblidet te, & quoque descendit, magno apparatu sequitur. Et haec summa magnitudinis seruitus est, non posse fieri minorem; fed cum dij tibi communis ista necessitas est. Nam illi quoque caelum alligatos tenet: nec magis illis descendere datum est, quam tibi. Fastigio tuo affixus es. Nostros motus pauci sentiunt. Prodire nobis, ac recedere, & mutare habitum sine sensu publico licet: tibi non magis quam soli latere contingit. Multa contra te lux est, omnium in istam conuersi oculi sunt. Prodire te putas? oriris: loqui non potes, nisi vt uocem tuam quae ubique sunt gentes excipiunt. Irasci non potes, nisi vt omnia trement. Sic neminem potes affligere, nisi ut quicquid circa fuerit, quatiatur. Ut fulmina paucorum pericolo cadunt, omnium metu; sic animaduersiones magnarum potestatum terribus latius, quam nocent: non sine causa. Non enim quantum fecerit, sed quantum factus sit, cogitur, in eo qui omnia potest. Adiace nunc, quod priuatos homines ad accipendas iniurias opportuniore, acceptarum patientia facit: regibus certior est ex mansuetudine securitas. Quia freques vindicta paucorum odium reprimit, omnium irritat: uoluntas oportet ante fauendi, quamcauila deficiat. Alioquin quemadmodum praecisa arbores plurimi ramis repullant, & multa satorū genera ut densiora surgant, reciduntur: ita regia crudelitas angere inimicorum numerum tollendo. Parentes

Aa enim

enim liberique eorum qui interfecti sunt, & propinqui, & amici, in locum singulorum succedunt. Hoc quām verum sit, admonere te exemplo domestico volo.

C A P. IX.

DIUS Augustus fuit mitis princeps, si quis illum à principatu suo aestimare incipiat: in communione quidem Rep. cum hoc aetatis esset, quod tu nunc es, duodecimum egressus annum, iam pugiones in sinu amicorum absconderat, iam infidijs M. Antonij confusus latus petierat, iam fuerat collega proscriptio: sed cum annum quadragesimum transisset, & in Gallia moraretur, delatus est ad eum indicium, L. Cinnam stolidi ingenij virū infidias ei struere. Dictum est & ubi, & quando, & quem admodum aggredi vellet. Vnus ex conficijs deferebat. Constituit se ab eo vindicare. Consilium amicorum aduocari iussit. Nox illi inquieta erat, cum cogitaret adolescentem nobilem, hoc detrahe, integrum, Cn. Pompej neptorem dampnandum. Iam vnum hominem occidere non poterat: cum M. Antonio proscriptio: edictum inter coenam dictarat. Gemens subinde voces emittet varias, & inter se contrarias: Quid ergo? ego percuissorem meum securum ambulare patiar, me sollicito? Ergo non dabit poenas, qui tot ciuilibus bellis frustra petitus caput, tot naualibus, tot pedestribus proelij incolume, postquam terra marique pax parva est, non occidere constituit, sed immolare? Nam sacrificantem placuerat adoriri. Rursus silentio interposito, maiore multo voce, sibi, quām Cinnae, irascitur. Quid vivis, si perire te tam multorum interest? Quis finis erit suppliciorum? Quis sanguinis? Ego sum nobilibus adolescentulis expositiū caput, in quo mucrones acuant. Non est tanti vita, si ut ego non peream, tam multa perdenda sunt. Interpellavit tandem illum Liuia vxor: Et admittis, inquit, mulhere consilium? Fac quod medici solent: qui ubi visitata remedia non procedunt, tentant contraria. Seueritate nihil adhuc profecisti: Salvidienum Lepidum secutus est, Lepidum Muraena, Muraenam Caepio, Caepionem Egnatius, vt alios taceam, quos tantum ausus pudet: nunc tenta, quomodo tibi cedat clementia. Ignoscit L. Cinnae, deprehensus est. Iam nocere tibi non potest, prodesse famae tuae potest. Ganius sibi, quōd aduocatum inuenierat, vxori quidem gratias egit: renuntiari autem exemplo amicis, quos in consilium rogauerat, imperauit, & Cinnam vnum ad se accersit: dimissisque omnibus e cubiculo, cum alteram Cinnae ponit cathedram iussisse: Hoc, inquit, primum à te peto, ne me loquentem interpellas, ne meo sermone medio proclames, dabitus tibi loqueri liberum tempus. Ego te, Cinnam, cum in hostium castris inuenissem, non factum tantum mihi inimicum, sed natum seruani, patrimonium: tibi omne concessi. Hodie tam felix es, & tam diues, vt vieto victores inuidant. Sacerdotium tibi pertinet, praerexitis pluribus, quorum parentes mecum militauerant, dedi. Cum sic de te meruerim, occidere me constitui. Cum ad hanc vocem exclamasset, procul hanc ab se abesse dementiam: Non praestas, inquit, fidem, Cinnam: conuenerat, ne interloquereris. Occidere, inquam, me paras, adiecit locum, socios, diem, ordinem insidiarum, cui commissum esset ferrum. Et cum defixum videret, nec ex conuentione iam, sed ex conscientia tacentem: Quo, inquit, hoc animo facis? Vt ipse sis princeps? Male mehercule cum Republica agitur, si tibi ad imperandum nihil praeter me obstat. Domum tueri tuam non potes. Nuper liberrini hominis gratia, in priuato iudicio superatus es. Adeo nihil facilius potes, quām contra Caesarem aduocare? Cedo, si spes tuas solus impedio. Paulus ne te, & Fabius Maximus, & Cossi, & Seruili ferent, tantumque agmen nobilium, non iniania nomina praeferentium, sed eorum, qui imaginibus suis decori sunt? Ne totam eius orationem repetendo, magnam partem voluminis occupem: diuitias enim quām duabus horis locutum esse constat, cum hanc poenam, qua sola erat contentus futurus, extenderet: Vitam tibi, inquit, Cinnam, iterum do, prius hosti, nunc insidiatori ac parricidae. Ex hodierno die inter nos amicia incipiat. Contendamus, vtrum ego meliore fide vitam tibi dederim, an tu debēas. Post haec denulit vltro consulatum, questus, quōd non auderet petere. Amicissimum fidelissimumque habuit. heres solus fuit illi. Nullis amplius insidijs ab ylo peritus est.

C A P. X.

Ignouit abauus tuus vičis. Nam si non ignouisset, quibus imperasset? Sallustium, & Cocceios, & Duilius, & totam cohoret primam interioris admissionis, ex aduersariorum castris conscripsit. Nam Domitios, Messallas, Afinios, Cicerones, & quicquid floris in ciuitate erat, clementiae sua debebat. Ipsum Lepidum quādū mori passus non est? Per multos annos tulit ornamenta principis retinentem; & pontificatum maximum, non nisi mortuo illo, transferri in se passus est. Maluit enim illum honorem vocari, quām spolium. Haec eum clementia ad salutem securitatemque perduxit, haec gratū ac fauorabilem reddidit, quamvis nondum subiectis Reipub. ceruicibus mauum impoſuſſer. Haec ho- dieque praeſtat illi famam, quae vix viuis principibus seruit. Deum esse, non tanquam inſi credimus, bonum principem Augustum, & bene illi conuenisse parentis nomen, fatemur: ob nullā aliam causam, quām quōd contumelias quoque suas, quae acerbiores principibus solent esse, quām iniuriae, nulla crudelitate exequatur: quod probrosis in se distis arrisit; quod dare illum poenas apparebat, cum exige- ret: quod quoſcumque ob adulterium filiae suae damnauerat, adeo non occidit, vt dimittis, quo tuiores effent, diplomata daret. Hoc est ignoscere, cum scias multos futuros qui pro te irascantur, & tibi alieno sanguine gratificantur, non dare tantum salutem, sed praeſert.

C A P. XI.

HAEC Augustus senex, aut iam in senectutem annis vergentibus. In adolescentia caluit: arſit ira:

multa

multa fecit, ad quae inuitus oculos retorquet. Comparare nemo mansuetudini tuae audebit diuum Augustum, etiam si in certamen iuuenilium annorum deduxerit senectutem plus quām maturam. Fuerit moderatus & clemens: nempe post mare Attiacum Romano ciuore infectum, nempe post fractas in Sicilia classes, & suas & alienas: nempe post Perusinas aras & proscriptiones. Ego vero clementiam non voco laſſam crudelitatem. Haec est, Caesar, clementia vera, quam tu praeſtas, quae non ſacuitiae paenitentia coepit: nullam habere maculam, nunquam ciuilem ſanguinem fudit. Haec est in maxima potestate, veriſima animi temperantia, & humani generis incomprehensibilis amor, non cupiditate aliqua, non temeritate incendi, non priorum principum exemplis corruptum, quantum in ciues tuos liceat, experiendo tentare, sed hebetare aciem imperij sui. Praefutis, Caesar, ciuitatem incurrant, & hoc quod magno animo gloriatus es, nullam te toto orbe ſtillam ciuoris humani misere: eo maius est mirabilis que, quod nulli vñquam citius gladius commisus est. Clementia ergo non tantum honestiores, sed tuiores praeſtar: ornameatumque imperiorum est, ſit illi certissima ſalus. cum reges conſenserint, libetrisque ac nepotibus tradiderint regna, tyrannorum execrabilis, ac breuis potestas est. Quid intereft in ter tyrannum & regem? species enim ipsa fortuna ac licentia par est, niſi quod tyrani ex voluptate faciunt, reges non niſi ex cauſa ac neceſſitate.

C A P. XII.

Quid ergo? non reges quoque occidere solent? Sed quōd id fieri publica utilitas persuader. Tyrani ſacuitia cordi est. Tyrannus autem à rege diffat factis non nomine. Nam & Dionysius maior iure meritoque praeferri multis regibus potest. Et L. Sylla appellari tyrannum quid prohibet, cui occidendi finem fecit inopia hostium: Deſcenderit licet è dictatura ſua, & ſe togae redi derit: quis tamen vñquam tyrannus tam autem ciuitanum ſanguinem bibit, quām ille, qui septem millia ciuium Romanorū contrucidari iussit: Er' cū in vicino ad aeđem Bellonae ſedens exaudiſſet conciſationē, tot milliū ſub gladio gentium, exterrito ſenatu: Hoc agamus, inquit, P. C. Seditiosi pauciſſi meo iuſtu occiduntur. Hoc non est mentitus: pauci, Syllae videbantur. Sed mox de Sylla conſequemur, quomodo hostibus iraſcendum ſit: vñque ſi in hostile nomē ciues, & ex eodē corpore abrupti tranſierint. Interim hoc quod dicebam, clementia efficit, vt magnum inter regem tyranumque diſcrimen ſit: vterque licet non minus armis valletur ſed alter arma habet, quibus in munimentū pacis vtitur, alter vt magno timore, magna odia compescat. Nec illas ipſas manūs, quibus ſe commiſſit, ſecuris apſicit. Contrarijs in contraria agitur. Nam & inuiſus eſt, quia timetur, & timeri vult, quia inuiſus eſt: & illo execrabilis versu, qui multos dedit praecepites, vtitur.

Oderint dum metuant. Ignarus quanta rabies oritur, ubi ſupra modum odia creuerunt. Temperatus enim timor cohibet animos, affidius vero & acer, & extrema admouens, in audaciam iacētes excitat, & omnia experiri ſuader. Si feras lineis & pinna cluſas: contineas: eaſdem à tergo eques telis inceſſat: tentabunt fugam per ipſa quae fegerant, procubantque formidinem. A certima virtus eſt, quam ultima neceſſitas extundit. Relinquit oportet ſecuri aliiquid metus, multoque plus ſpe quam periculorum oſtēret. Alioquin ubi quiescenti paria metuuntur, incurrere in pericula inuit, & aliena anima abutit. Placido tranquilloq. regi ſida ſunt auxilia ſua, quibus ad communem ſalutem vtratur. Gloriosusq. miles (publicae enim ſecuritati dare operam videtur) omnem laborem libens patitur, parentis custos. At illum acerbum & ſanguinarium neceſſe eſt grauentur, ſtipatōres ſui.

C A P. XIII. **N**on potest habere quiſquam bona ac fidae voluntatis ministros, quibus in tormentis & eculeo, & ferramentis ad mortem paratis vtitur, quibus non aliter quām bestijs homines obiecat, omnibus reis noxiior ac ſolicitor, vt qui homines deoſq. testes ac vindices facinorum timeat, eo perductus, vt non licet illi mutare mores. Hoc enim inter cetera, vel pefſimum habet crudelitas: pefuerandum eſt, nec ad meliora patet regressus. Sceleria enim sceleribus tuenda ſunt. Quid autem eo infelicius, cui iam eſſe malum neceſſe eſt? O miserabile illum, ſibi certe: nam ceteris militeri eius nefas ſit, qui caedibus ac rapinis potentiam exercuit, qui ſuſpecta ſibi cuncta reddidit, tam externa quām domestica: cum arma metuat, ad arma confugens: non amicorum fidei credens, non liberorum pietati. Qui ubi circumſpexit quaeq. fecit, quaeq. facturus eſt, & conſcientiam ſuam plenam sceleribus ac tormentis adaperuit, ſaepē mortem timeret, ſaepius optat, inuiſor ſibi quām ſeruientibus. E contrario is cui curae ſunt vniuerla, quamquam alia magis, alia minus tuerit, nullam non Reip. partem tanquam ſui nutrit, inclinatus ad mitiora; etiā ſi ex viuſi eſt animaduertere, ostendens quām inuitus aspero remedio manus admoueat, in cuius animo nihil hostile, nihil efferum eſt. Qui potentia ſuam placide ac ſalutariter exercet, approbare imperia ſua ciuibus cupiens. Felix abunde ſibi viuſi, ſi fortunam ſuam publicaverit, ſermone affabilis, acceſſuq. facilis, vultu qui maxime populos demeretur, amabilis, aequis deſiderijs propensus, & iniquis acerbus, a tota ciuitate amat, defendit, colitur. Eadem de illo homines ſecreto loquuntur, quae palam. Tollere filios cupiunt, & publicis malis sterilitas indicta recluditur. Bene ſe meritum de liberis ſuis quifq. non dubitat, quibus tale ſaeculum oſtenderit. Hic princeps ſuo beneficio tuus, nihil praefidijs eger: arma ornamenti cauſa habet.

Quod ergo officium eius est? Quod bonorum parentum: qui obiurgare liberos nonnunquam blande, nonnumquam minaciter solent, aliquando admonere etiam verberibus. Nunquid aliquis fatus filium ad primâ offendam exheredit? Nisi magnæ & multæ iniuriae patientiam euicerint, nisi plus est, quod timet, quād quod damnat, non accedit ad decretorium stilum. Multa ante tentat, quibus dubiam indolem & peiores loco iam positam renoget; simul deplorata est, ultima experitur. Nemo ad supplicia exigenda percutit, nisi qui remedio consutupisit. Hoc quod parenti, etiam principi faciendum est: quem appellauimus patrem patriæ, non adulatio vana adducti. Cetera enim cognomina honori data sunt. Magnos & Felices & Augustos diximus, & ambitione maiestati quicquid potumus titulorū concessimus, illis hoc tribuentes. Patrem quidem patriæ appellauimus, ut sciret datum sibi potestatem patriam: quae est temperatissima, liberis consilens, suaque post illos ponens. Tardè sibi pater membra sua abscondit: etiam cum abscederet, reponere cupiat: & in abscondendo gemat, cunctatus multum diuque. Prope enim est ut libenter damnat, qui cito. Prope ut inique puniat, qui nimis. Erixonem equitem Romanum, memoria posttra, quād filium suum flagellis occiderat, populus in foro graphijs confudit. Vix illum Augusti Caesaris auctoritas, infestis tam patrum, quād filiorum manibus eripuit.

Trium, qui filium deprehensem in patricidio, exilio damnauit, causa cognita, nemo non suscepit quod contentus exilio, & exilio delegato Massiliae, patricidam continuit, & annua illi praefuit, quanta praefata integro solebat. Haec liberalitas efficit, ut in qua civitate nunquam deest patronus peribus, nemo dubitarer, quin reus merito damnatus esset, quem is patet damnare potuisse, qui odisse non poterat. Hoc ipso exemplo dabo, quem compares bono patri bonum principem. Cognitus de filio T. Atrii, adiuvauit in consilium, Caesarem Augustum. Venit in priuatos penates, assedit, pars alieni consilij fuit. Non dixit: Impio in meam domum veniat. Quod si factum esset, Caesari futura erat cognitio, non patris. Audita causa, excusisque omnibus, & his quae adolescentis pro se dixerat, & his quibus arguebatur, petuit, ut sententiam suam quisque scriberet, ne en omnium fieret, quae Caesari fuisset. Deinde priuquam aperirentur codicilli, iuravit se T. Atrii hominis locupletis hereditatem non adiutorum. Dicer aliquis, pufillo animo. Timuit, ne videretur locum spei suae aperire velle, filij damnatione. Ego contra sentio. Quilibet nostrum debuisset aduersus opiniones malignas satis fiduciae habere in bona conscientia. Principes multa debent etiam farnae dare. Iuravit se non adiutorum hereditatem. Atrius quidē eodem die & alterum heredem perdidit, sed Caesar libertatem sententiae suae redemit. & postquam approbavit gratuitam esse seueritatem suam, quod principi semper curandum est, dixit, relegandum quo patri videretur. Non culleua, non serpentes, non carcere decauit; memor non de quo censeret, sed cui in consilio esset. Mollissimo genere poenae contentum esse debere patrem dixit in filio adolescenti lo, impulso in id scelus, in quo se, quod proximum erat ab ianocentia, timide gessisset: debere illum ab vrbe & à parentis oculis submoueri.

Odignum, quem in consilium patres aduocarent: o dignum, quem coheredem innocentibus liberis scriberent. Haec clementia principem decet, ut quocunq. venerit, mansuetioria omnia faciat. Nemo regi tam vialis sit, ut illum perire non sentiat, qualisunque pars imperij est. In magna imperia ex minoribus petamus exemplum. Non est vnum imperandi genus. Imperat princeps ciuibus suis, pater liberis, praeceptor discentibus, tribunus vel centurio milittibus. Nonne pessimus pater videbitur, qui assiduis plagiis liberos etiam ex leuissimis causis compelsit? Vter autem praeceptor liberalibus studijs dignior, qui excarnificat discipulos, si memoria illis non conserterit, aut si parum agilis in legendō oculus haeret: an qui monitionibus & verecundia emendare ac docere malit? Tribunum centurionēque da saeuum: desertores faciet; quibus tamen ignoscit. Nunquidna aequum est, grauius homini & durius imperari, quād imperatur animalibus mutis? Atqui equum non crebris verberibus exterret, domandi peritus magister. Fier enim formidolosus & contumax, nisi eū tactu blandiente pernauferit. Idē facit venator, qui instituit catulos vestigia sequi, quique iam exercitatis vtitur ad excitandas vel persequendas feras. Nec crebro illis minatur: contunditur enim animus, & quicquid est indolis, comminuitur trepidatione degeneri: nec licentiam vagandi errandique passim concedit. Adiicias his licet, tardiora agentes iumenta: quae cum ad contumelias & miseras nata sint, nimia saeuitia coguntur augumentare.

Nulum animal morosius est, nullum maiore arte tractandum, quād homo. Nulli magis parcendum. Quid enim stultius, quād in iumentis quidem & canibus erubescere, iram exercere, pessima autem condicione hominem esse? Morbis medemur, nec irascimur. Atqui & morbus animi mollem medicinam desiderat, ipsumque medentem minime infestum aegro. Malum medici est, desperare, ne curet. Idem in his, quorum animus affectus est, facere debebit, cui credita salus omnium est, non cito spē projicere, nec mortifera signa pronuntiare. Luctetur cū virtutis, resifat, alijs morbi suū exprobret quosdam molli curatione decipiat, citius meliusque sanaturus remedij fallentibus. Agat princeps curam, non tantum salutis, sed etiam honestae cicatricis. Nulli regi gloria est ex saeuia animaduersione.

Quis enim dubitat posse? At contra maxima, si vim suam continet, si multos irae alienae eripuit, neminem suae impedit.

Seruis imperare moderate, laus est: & in principio cogitandum est, non quantum illud impune patratis iubet. Quanto iustius hominibus liberis, ingenuis, honestis, non ut mancipijs abuti, sed his quos gradu antecedas, quorunque tibi non tradita seruitus, sed tutela. Seruit ad statuam licet confugere. Cum in seruum omnia licent, est aliquid, quod in hominem licere commune ius vetet. Quis non Vedum Polliōnem peius oderat, quād serui sui, quod muraenes sanguine humano saginabat: & eos qui se aliquid offenderant, in viuarium, quid aliud quam serpentibus, obijci iubebat? O hominē mille mortibus dignum: siue deuorando seruos objiciebat muraenis, quas esurus erat, siue in hoc tantum illas alebat, ut sic aleret. Quemadmodum domini crudeles tota ciuitate commonstrantur, inuisque & detestabiles sunt ita regum & iniuria latius patet & infamia, atq. odium saeculis traditur. Quanto autem non nasci mellus fuit, quād numerari inter publico malo natos?

Ex cogitare nemo quicquam poterit, quod magis decorum regenti sit quād clementia: quocunque modo is, & quocunque iure praepositus ceteris erit. Eo scilicet formosius id esse, magnificientius que fatebitur, quo in maiori praestabilitur potestate: quoniam non oportet noxiā esse, sed ad naturae legem compositam. Natura enim commenta est regē: quod & ex alijs animalibus licet cognoscere, & ex apibus: quarum regi amplissimum cubile est, medioque ac tutissimo loco. Praeterea onere vacat, ex auctor alienorum operum: & amissō rege, totum dilabitur examen. Nec vñquam plus vnum patiuntur, melioreisque pugna quaerunt. Praeterea insignis regis forma est, distinguisque ceteris, tum magnitudine, tum nitore. Hoc tamē maxime distinguuntur iracundissimæ, ac pro corporis captu pugnacissimæ sunt apes, & aculeos in vulnere relinquunt: rex ipse sine aculeo est. Noluit illum natura nec saeum esse, nec vñconem magno constaratum petere: tenuique destraxit, & iram eius inertem reliquit. Exemplar hoc magnis regibus ingens. Est enim illi mos, exerere se in paris, & ingenium retum documenta minima agere. Pudeat ab exiguis animalibus non trahere mores: cum tanto hominum moderatior esse animus debeat, quanto vehementius nocet. Vtinam quidem eadem homini lex esset: & ira cum telo suo frangeretur: nec saepius licet nocere quād semel, nec alienis viribus exercere odia. Facile enim lassaretur furor, si per se sibi satisfaceret, & si mortis periculo vim suam effunderet. Sed ne nunc quidem illi curfus tutus est. Tantum enim necesse est timeat, quantum timeri voluit: & manus omnium obseruet, & eo quoque tempore quo non capatur, peti se iudicet, nullumque momentum immune à metu habeat. Hanc aliquis aegram vitam sustinet: cum licet innoxium, atque ob hoc securum, salutarem potentiam, laetis omnibus, tractare? Errat enim, si quis existimat tutum esse ibi regem, vbi nihil à rege tutum est. Securitas securitate mutua pacisenda est. Non opus est instruire in altum editas arces, nec in ascensum arduos colles emunire, nec latera montium abscondere, multiplicibus se muris turribusque saepire. Saluum regem in aperto clementia praestabit. Vnum est inexpugnabile munimentum, amor ciuium. Quid pulchritus est, quād viuere optantibus cunctis, & vota non sub custode nuncupantibus? Si paullum valetudo titubauit, non spem hominum excitari, sed metum? Nihil esse cuiquam tam pretiosum, quod non salute praefidis sui commutatum velit? Omne quod illi contingit, sibi quoque evenire deparet? In hoc assiduis bonitatis argumentis probauit, non R. emp. suam esse, sed se Republicae. quis huic audeat struere aliquod periculum? Quis ab hoc non, si possit, fortunam quoq. auertere velit, sub quo iustitia, pax, pudicitia, securitas, dignitas, florent, sub quo opulentia ciuitatis, copia bonorum omnium, abundat? Nec alio animo rectorem suum intuetur, quād si dij immortales potestatē visendi sui faciat intueremur venerantes colentesque. Quid autem? non proximum illis locum tenet is, qui se ex deorum natura gerit, beneficis ac largus, & in melius potens? Hoc affectare, hoc imitari decet: Maximum ita haberi, ut optimus simil habeatur.

Dabutus de causis punire princeps solet, si aut se vindicat, aut alium. Prius de parte differā, quae ipsum contingit. Difficilius est enim moderari, ubi dolori debetur ultio, quād ubi exemplo. Super vacuum est hoc loco admonere, ne facile credat, ut uerum excusat, ut innocentiae faueat, ut apparet, non minus rem agi periclitantis, quam iudicis. Hoc ad iustitiam, non ad clementiam pertinet. Nūc illum hortamur, ut manifeste laesus, animum in potestate habeat: & poenam, si rito poterit, donet: finminus, temperet: longeque sit in suis, quād in alienis exorabilior iniurias. Nam quemadmodum non est magni animi, qui de alieno liberalis est, sed ille qui quod alteri donat, sibi detrahit: ita clementem vocabo, non in alieno dolore facilem, sed eum, qui cum suis stimulis exagitetur, non proflit, qui intelligit magni animi esse, iniurias in summa potentia pati, nec quicquam esse gloriosius principe impune laeso.

CA P. XXI.
Vltio duas res praestare solet: aut solarium afferit ei qui accipit iniuriam, aut in reliquum securitatem. Principis maior est fortuna, quād ut tali solatio egeat, manifestiorque uis, quād ut alieno malo opinionem sibi uirium quaerat. Hoc dico, cū ab inferioribus petitus uiolatusq. est, Nā si quospa

res aliquando habuit, infra se videt, satis vindicatus est. Regem & sernus occidit, & serpens, & sagitta. Seruauit quidem nemo, nisi maior eo quem seruauit. Vt itaque animo debet tanto munere deorum, danni auferendi que vitam potens: in his praefertim, quos scit aliquando suo fastigio obstitisse: hoc arbitriū adeptus, vltionem impleuit, perfecitq. quantum verae poenae satis erat. Perdidit enim vitā qui debet: & quisquis ex alto ad inimici pedes abiectus, alienam de capite suo sententiam expectauit, in seruatoris sui gloriam viuet, plusque nomini eius conferet incolmis, quam si ex oculis ablatus esset. A fissum enim spectaculum alienas virtutis est: in triumpho cito transiit. Si vero regnum quoque suum tufo relinqui apud eum potuit, reponique eo vnde deciderat, ingenti incremento surgit laus eius, qui contentus fuit, ex rege victo nihil praeter gloriam sumere. Hoc est etiam ex Victoria sua triumphare, testarique, nihil se quod dignum esset victore, apud victos inuenire. Cum ciuibus & ignotis atque humilibus eo moderatus agendum est, quo minoris est affixisse eos. Quibusdam libenter parcas: à quibusdam te vindicare fasdiis, & non aliter quam ab animalibus paruis & obterentem inquinantibus, reducenda manus est. At in ijs qui in ore ciuitatis seruati punitique erunt, occasione notae clementiae vtendam est.

C A P. XXII.

TRANSFERAMUS ad alienas iniurias: in quibus vindicandis haec tria lex secuta est, quae princeps quoque sequi debet: aut ut eum, quem punit, emendet: aut vt poena eius ceteros meliores reddat: aut vt sublatis malis securiores ceteri viuant. Ipsos facilius emendabis minore poena. Diligentius enim viuit, cui aliquid integri superest. Nemo dignitati perdita parsit. Impunitatis genus est, iam non habere poenae locum. Ciuitatis autem mores magis corrigit parcitas animaduersiorum. Facit enim consuetudinem peccandi, multitudine peccantium. Et minus grauis nota est, quam turba damnatorum leuat: & se queritas, quod maximum remedium habet, assiduitate amittit, auctoritatem. Constitut bonos mores ciuitati principis, & virtus eius facilius compescit, si patiens eorum est, non tanquam prober, sed tanquam inuitus: & cum magno tormento ad castigandum veniat. Verecundiam peccandi facit ipsa clemensia regentis. Grauior multo poena videtur, quae à miti viro constituitur. Praeterea videbis ea saepe committi, quae saepe vindicantur.

C A P. XXIII.

PATER tuus plures intra quinquennium culeo insurit, quam omnibus saeculis insutus accepimus. Multo minus audebant liberi nefas ultimum admittere, quamdui sine legi crimen fuit. Summa enim prudentia altissimi viri, & rerum naturae peritissimi maluerunt, velut incredibile scelus, & ultra audaciam possum praeterire, quam dum vindicant, ostendere posse fieri. Itaque parricidae cum lege coepiunt, & illis facinus poena monstrant. Pessimo loco pietas fuit, postquam saepius culeos vidimus, quam crucis. In qua ciuitate raro homines puniuntur, in ea consensus fit innocentiae, & indulgetur velut publico bono. Putet se innocentem esse ciuitas: erit. Magis irascitur à communis frugalitate desipientibus, si paucos eos esse viderit. Periculorum est, mihi credere, ostendere ciuitati, quanto plures mali sint.

C A P. XXIII.

IN senatu dicta est aliquando sententia, vt seruos à liberis cultus distinguere. Deinde apparuit, quantum periculum immingerer, si serui nostri numerare nos coepissent. Idem scito metuendum esse, si nulli ignoratur. Cito apparet, pars ciuitatis deterior quanto praeclaruerit. Non minus principi turpia sunt multa supplicia, quam medico multa funera. Remissius imperanti, melius paretur. Natura contumax est humanus animus, & in contrarium atque arduum nitens, sequiturque facilius quam ducitur. Et vt generosi atque nobiles equi, melius facilis fraeno reguntur: ita clementiam voluntaria innocentia impetu suo sequitur, & dignam putat ciuitas, quam seruet sibi. Plus itaq. hac via proficitur. Crudelitas minime humanum malum est, indignum tam miti animo. Ferina ista rabies est, sanguine gaudere ac vulne: ribus: & abiecco homine, in filuestre animal transire.

C A P. XXV.

QVID enim intereft, oro te Alexander, leoni Lysimachum obijcas; an ipse laceres dentibus tuis? Tuum illud os est, tua illa feritas. O quam cuperes tibi potius vngues esse, tibi rictum illum eden dormitorum hominum capacest. Non exigimus à te, vt manus ista, exitum familiarium certissimum, illi salutaris sit: vt iste animus ferox, insatiable gentium malum, citra sanguinem caedemque facientur. Clemētia vocatur, si ad occidendum amicum, carnifex inter homines eligitur. Hoc est, quare vel maxime abominanda sit saevitia, quod excedit fines, primum solitos, deinde humanos. Noua supplicia conquirat, ingenium adjucat, instrumenta excogitat, per quae varietur atq. extundatur dolor, & delectatur malis hominum. Tunc ille dirus animi morbus ad insaniam peruenit ultimam, cum crudelitas versa est in vlaporem: & iam occidere hominem iuvat. Nam talem virum à tergo sequitur eueratio: odia, venena, gladii, tam multis periculis, petitur, quam multorum ipse periculum est: priuatisq. non unquam consilijs, alias vero consernatione publica circumuenitur: Leuis enim & priuata pernicies non totas virbes mouet. Quod late fure coepit, & omnes appetit, vndiq. configitur. Serpentes parvulae fallunt, nec publice consequuntur: vbi aliqua solitam mensuram transit, & in monstrum excrevit, vbi fontes potu inficit, & sufflato deurit, obteritq. quacunq. incessit, ballistis petitur. Possunt verba dare, & euadere pusilla mala: ingentib. obuiam itur. Sic vnu aeger, nec dominum quidem perturbat. vbi crebris mortibus pestilentia esse

esse apparuit, conclamatio ciuitatis, ac fuga est, & dijs ipsis manus intenduntur. Sub uno aliquo teclo flamma apparuit: familia uicinique aquam ingerunt. At incendium vastum, & multas iam domos de pastum, parte verbis obruitur.

C A P. XXVI.

Crudelitatem priuatorum seruiles quoque manus sub certo crucis periculo vltae sunt. Tyrannorum, gentes populique, & quorum erat malum, & hi quibus imminebat, excindere aggressi sunt. Aliquando sua praefidia in ipsos consurrexerunt, perfidiamq. & impietatem, & feritatem, & quicquid ab illis didicerant, in ipsos exercuerunt. Quid enim potest ab eo quisquam sperare, quem malum esse docuit? Non diu paret nequira, nec quantum iubetur, peccat. Sed puta tutam esse crudelitatem: quale eius regnum est? Non aliud quam captarum vrbium forma, & terribiles facies publici metus. Omnia maesta, trepida, & confusa. Voluptates ipsae timentur. Non conniuia secura inuenit, in quibus lingua sollicitate etiam ebrisi custodienda eltron non spectacula, ex quibus materia criminis ac periculi quaeritur. Ap parentur licet, magna impensa, & regis opibus, & artificium exquisitis nominibus: quem tamen e ludo in carcere ire iuuet? Quod istud, dij boni, malum est, occidere, saeuire, delectari sono catenarum, & ciuium capita decidere, quocunque uentum est multum sanguinis fundere, aspergunt suo terrere ac fugare. Quae alia uita esset, si leones ursique regnarent? Si serpentibus in nos, ac noxiissimo cuique anima li daretur potestas? Illa rationis expertise, & a nobis immanitatis crimine damnata abstinent suis: & tutus est etiam inter feras similitudo. Apud homines tantum nec a necessarijs quidem rabies temperat sibi, sed externa suaq. in aequo habet, quo possit exercitator singulorum caedibus, deinde in exitia gentium serpere, & injice teclis ignem; aratrum uetus urbibus inducere, potentiam putat: & unum occidi, aut alterum, parum imperatorum credit: nisi eodem tempore grex miserorum subiectus stetit, crudelitatem suam in ordinem coactam putat. Felicitas illa, multis salutem dare, & ad uitam ab ipsa morte reuocare, & mereri clemensia ciuitam. Nullum ornamenti principis fastigio dignius pulchriusq. est, quam illa corona OB. CIVES. SERVATOS. Non hostilia arma detracita uitatis, non currus barbaroru sanguine cruenti, non parta bello spolia. Haec diuina potentia est, gregatum ac publice seruare: multos autem occidere, & indiscretos, incendijs ac ruinae potentia est.

L. ANNÆ I. SENECAE AD. NERONEM. CAESAREM DE. CLEMENTIA LIBER. SECUNDVS

C A P. I.

Te clementia scriberem, Nero Caesar, vna me vox tua maxime compulit: quam ego non sine admiratione, & cum diceretur, audisse memini, & deinde alijs narrasse. Vocem generosam, magni animi, magnae lenitatis: quae non composita, nec alethis auribus data, subito erupit, sed bonitatem tuam cum fortuna tua litigantem in medium adduxit. Animaduersus in larrones duos Burrus praefectus tuus, vir egregius, & tibi principi natus, exigebat à te, scriberes, in quos & ex qua causa animaduerti velles. hoc saepe dilatum, vt aliquando fieret, instabat. Inuitus in uito cum charam protulisset, traderetque, exclamasti: Vellim nescire literas. O dignam vocem, quam audirent omnes gentes, quae Romanum imperium, incolunt, quaeque iuxta iacent dubiae libertatis, quaeque se contra viribus aut animis attollunt. O vocem, in contentionem omnium mortalium mittendam, in cuius verba principes regesque iurent. O vocem principis generis humani innocentiae: dignam cui redderetur antiquum illud saeculum. Nunc profecto cōfessure decebat ad aequum bonumque, expulsa alieni cupiditate, ex qua omne animi malum oritur: pietatem, integritatemque cum fide ac modestia surgere: & virtus diuino abusa regno, tandem felici ac puro saeculo dare locum.

C A P. II.

FUTURUM hoc Caesar ex magna parte sperare & confiteri libert. Tradetur ista animi tui mansuetudo, diffundeturq. paulatim per omne imperij corpus, & cuncta in similitudinem tui formabuntur. A capite bona valetudo. Inde omnia vegeta sunt atque erecta, aut languore demissa, prout animus eorum uiger

uiget aut marcer. Et erunt ciues, erunt socij digni hac bonitate: & in totum orbem recti mores reuertentur. Parcetur ubique manibus. Diutius me morari hic patere, non ut blandiar auribus tuis: nec enim mihi hic mos est. Maluerim ueris offendere, quām placere adulando. Quid ergo est, popter quod bene factis dictisque tuis, quām familiarissimum esse te cupio? ut quod nunc natura & impetus est, fiat iudicium. Illud mecum considero, multas uoces magnas, sed detestabiles in uitam humanam peruenisse, celebresque uulgo ferri: ut illam, *Oderint, dum metuant*. Cui Graecus ueris similis est, qui se mortuo terram misceri ignibus iubet, & alia huius nota. Ac nescio quomodo ingenia immania & inuisa materia foecundiori exprefserunt sensus uehementes & concitatos. Nullam adhuc uocem audiui ex bono lenique animosam. Quid ergo est? Ut raro, inuitus, & cum magna cunctatione, ita aliquando scribas neesse est istud, quod tibi in odium litteras adduxit: sed, sicut facis, cum magna cunctatione, cum multis dilationibus.

C A P. III.

ET ne forte decipiat nos speciosum clementiae nomen, & in contrarium aliquando abducatur, uideamus quid sit clementia, qualis que sit, & quos fines habeat. Clementia est temperantia animi, in potestate ulciscendi, uel lenitas superioris aduersus inferiorem in constitutis poenis. Plures proponere est tutius; ne una definitio parum rem comprehendat; & ut ita dicam, formula excidat. Itaque dici potest & inclinatio animi ad lenitatem in poena exigenda. Illa finitio contradictiones inneniet, quamvis maxime ad uerum accedat, si dixerimus, clementiam esse moderationem aliquid ex merita ac debita poena remittentem, reclamabitur, nullam uirtutem quicquam minus debito facere. Atqui hoc omnes intellegunt, clementiam esse, quae se flectit citra id, quod merito constitui posset. Huic contrariam imperit putant severitatem; sed nulla uirtus uirtuti contraria est.

C A P. IIII.

Quid ergo opponitur clementiae? Crudelitas, quae nihil aliud est, quam atrocitas animi in exigendis poenis. Sed quidam non exigunt poenas, crueles tamen sunt, tanquam qui ignotos homines & obuios non in compendium, sed occidendi causa occidunt. Nec interficere contenti faeuunt; ut Senni ille & Procrustes, & piratae, qui captos verberant, & in ignem viros imponunt. Haec crudelitas quidem: sed quia nec vltionem sequitur (nō enim laesa est) nec peccato alicui irascitur (nullum enim antecedens crimen) extra definitionem nostram cadit: quae finitio continebat in exigendis poenis intemperantiam animi. Possimus dicere, non esse hanc crudelitatem, sed feritatem, cui uoluptati faeuitia est: possimus insaniam uocare, nam uaria sunt genera eius, & nullum certius, quam quod in cædes hominum & laniationes peruenit. Illos ergo crueles uocabo, qui puniendi causam habent, modum non habent. Sicut in Phalaxi, quem aiunt non quidem in homines innocentes, sed super humanum ac probabilem modum faeuuisse. Possimus effugere cauillationem, & ita finire, ut sit crudelitas, inclinatio animi ad asperiora. Hanc clementia repellit longius a se: nam cum seueritate illi conuenire, certum est. Ad rem pertinet, quaerere hoc loco, quid sit misericordia. Plerique enim ut uirtutem eam laudant, & bonum hominem uocant misericordem. Haec autem uitium animi est. Vtique circa seueritatem, circaque clementiam posita sunt: quae uitare debemus, ne per speciem seueritatis in crudelitatem, neve per speciem clementiae in misericordiam incidamus. In hoc, leuore periculo erratur, sed par error est a uero recendentium.

C A P. V.

ERGO quemadmodum religio deos colit, superstitio uiolat: clementiam mansuetudin emque omnes boni praefabunt, misericordiam autem uitabunt. Est enim uitium pusilli animi, ad speciem alienorum malorum succidentis. Itaque pessimus cuique familiarissima est. Anus & mulierculæ sunt, quae lacrimis nocentissimorum mouentur, quae si liceret, carcerem effringent. Misericordia non cauam, sed fortunam spectat; clementia rationi accedit. Scio male audire apud imperitos seftam Stoicorum, tanquam nimis duram, & minime principibus regibusque bonum daturam consilium. Obijcitur enim illi, quod sapientem negat misereri, negat ignoscere. Hac si per se ponantur, inuisa sunt. Videntur enim nullam spem relinquere humanis erroribus, sed omnia delicta ad poenam deducere. Quod si est, quid hac sefta durius, quae dedicere humanitatem iubet, portumque aduersus fortunam certissimum, mutuo auxilio cludit? Sed nulla sefta benignior leniorque est, nulla amantior hominum, & communibus bonis attentior: vt propositum sit usui esse aut auxilio, nec sibi tantum, sed vniuersis singulique consuere. Misericordia est aegritudo animi ob alienarum miseriuarum speciem: aut tristitia ex alienis malis concepta, quae accidere immerentibus credit. Aegritudo autem in sapientem virum non cadit. Serena enim eius mēs est, nec quicquam incidere potest quod illam obducat. Nihil aequa hominem, quām magnus animus decet. Non potest autem magnus esse idem, si metus & maeror contundit, si mentem obdūcit & costrahit. Hoc sapienti ne in suis quidem accidet calamitatibus, sed omnem fortunæ iram reuherabat, & ante se frauget. Eandem semper faciem seruabit, placidam & inconcussam: quod facere non posset, si tristiam reciperet. Adijce, quod sapiens prouidus est, & in expedito consilium habet. Nunquam autem liquidum sincerumque ex turbido venit. Tristitia enim inhabilis est ad dispiciendas res, vtilia excogitanda, periculosa vitanda, aequa aestimanda. Ergo non miseretur, quia est sine miseria. Ceterum omnia, quae qui miserentur, dolentes facerent: hic libens & alacri animo faciet.

CAP.

C A P. VI.

Secundum alienis lacrimis, non accedit: dabit manum naufragio, exuli hospitium, egenti stipem, non hanc contumeliosam, qua pars maior horum, qui se misericordes uideri volunt, abiicit & fastidit quos adiuuat, contingue ab his timet: sed ut homo homini ex communi dabit. Donabit lacrimis maternis filium, & catenas solui iubebit, & ludo eximet, & cadaver etiam noxiuam sepelier. At faciet ista tranquilla mente, uultu suo. Ergo non miserebitur sapiens, sed succurret, sed proderit, in commune auxilium natu, ac publicum bonum, ex quo dabit cuique partem: etiam ad calamitosos pro portione, improbandos & emendandos, bonitatem suam permitter. Affiliis uero, & fortius laborantibus multo libenter subueniet. Quotiens poterit, fortunæ intercedet. Vbi enim opibus potius utetur, aut uiribus, quām ad restituenda quae casus impulit? Vultum quidem non dejicit, nec animum, ad aeris cantans ciuis aut pannosi aridam faciem & obnixā baculo senectutem: ceterum omnibus dignis proderit, & deorum more calamitosos propius respicit. Misericordia uicina est miseria: habet enim aliquid, trahitque ex ea. Imbecilles oculos efficias, qui ad alienam lippitudinem & ipsi suffunduntur: tam mehercule, quām morbum esse, non hilaritatem, semper arridere rideantibus, & ad omnium oscitationem ipsum quoque os ducere. Misericordia uitium est animalium, nimis miseriae fauentum: quam si quis à sapiente exigit, prope est, ut lamentationem exigit, & in alienis funeribus gemitus. At quare non ignoscat, dicam. Constituamus nunc quoque quid sit uenia, ut sciamus dari illam à sapiente non debere. Venia est poenae merita remissio. Hanc sapiens quare non debeat dare, reddit rationem diutius, quibus hoc propositum est.

C A P. VII.

EGO ut breuiter tanquam in alieno iudicio dicam, ei ignoscitur qui puniri debuit. Sapiens autem nihil facit quod nona debet, nihil praetermitit quod debet. Itaque poenam quam exigere debet, non donat: sed illud quod ex venia consequi vis, honestiore tibi via tribuit. Parci enim sapiens, consult & corrigit. Idem facit, quod si ignoscet, nec ignoscit: quoniam qui ignoscit, fatetur aliquid se quod fieri debuit, omisit. Aliquem verbis tantum admonebit, poena non afficit, aetatem eius emendabilem intuens. Aliquem iniuria criminis manifeste laborantem, iubebit in columnam esse: quia deceptus est, quia per vinum lapsus. Hostes dimittere saluos, aliquando etiam laudatos, si honestis causis pro fide, pro foedere, pro libertate in bellum accincti sunt. Haec omnia non veniae, sed clementiae opera sunt. Clemencia liberum arbitrium habet: non sub formula, sed ex aequo & bono iudicat. Et absoluere illi licet, & quanti vult, a estimare item. Nihil ex his facit, tanquam iusto minus fecerit, sed tanquam id quod constituit, iustissimum sit. Ignoscere autem est, quae iudicas punienda, non punire. Venia, debitae poenae remissio est. Clementia hoc primum praefat, vt quos dimittit, nihil aliud illos pati debuisse pronuntiet. Plenior est ergo quam venia & honestior. De verbo (vt mea fert opinio) controversia est, de re quidem conuenit. Sapiens multa remittet, multos parum fani, sed fanabilis ingenij seruabit. Agricolas bonos imitabitur, qui non tantum rectas procerasque arbores colunt, sed illis quoque quas aliqua deprauauit causa, adminicula quibus regantur, applicant. Alias circumcidunt, ne proceritatem rami premant. Quasdam infirmas vitio loci, nutritiunt. Quibusdam aliena umbra laborantibus cælum aperiunt. Secundum haec videbit perfectus sapiens, quod ingenium qua ratione tractandum sit quo modo in rectum præflectantur.

M U L T A D E S V N T.

M. AN-

M· ANTONII MVRETI AD
LIBROS SENECAE
DE IRA· NOTAE



Ilibri, ut plaeaque huius scriptoris, ita nulli decuriatique sunt, ut iusta prope causas fuerit grauiter ijs irascendi, quorum id negligentia contigit, nisi ipsimet irasci nos vetarent. Feramus hinc quoque iacturam aequo animo: Ex ijs quae super iuri, quae nobis vsui sunt, studiose colligamus. Nostum hunc Senecae fratrem fuisse, sunt qui suspicuntur: & ego ab eorum sententio, non abboreo.

Ferauimus cupiditate. Ita melius puto, quam, ut in alijs, Fruens.

Vltionis secum multa tracturae. Magnas strages, magnas ruinas daturae. Hic quoque conjecturae aliquid datum est. Alij enim libri habebant, tractare.

Iram dixerunt breuem insaniam. Η uavtay δηρργεινον. Horatius. Ira furor brevis est.

In quod coepit pertinax. Εμμητες οπτη δρου. ut Timon in Sillis de Anaxarcho dixerat.

Iam vero. Hucusque docuit, quam foedis ac turpis sit ira. nunc, quae damna hominum generi importet.

Tamquam aut curam. Non est dubium, quin hoc loco multa defint. In quibus, quantum e sequentibus manifesto perspicitur, etiam iram, exigendae poenae cupiditatem. Deinde argumentatus erat aduersus eam definitionem: Inter cetera argumenta illud quoque posuerat, quod populus interdum gladiatoriibus ignave se gerentibus irascitur: a quibus tamen nullam iniuriam accepit: ut propriea poenam ab eis exigi velit. Respondet autem Seneca, illam non esse veram iram, sed tantum quandam inanem irae similitudinem. Hac ipsa de re ita Cicero pro Milone. Etenim si in gladiatoriis pugnis & in insimi generis hominum condicione atque fortuna timidos & supplices, & vt viuere liceat, obsecrantes, etiam odisse solemus: fortes & animos, & se acriter ipsi morti offerentes seruare cupimus: eorumq. nos magis miseret, qui nostram misericordiam non requirunt, quam, qui illam efflagitant: quanto hoc magis in fortissimis ciuibus facere debemus?

Irascimur, inquit. Alterum argumentum aduersus eandem definitionem. Poenam exigere non cupimus ab ijs, qui nos laesuri sunt, sed ab ijs tantum qui laeserunt. Irascimur autem etiam ijs, qui de nobis laendis cogitant, quamvis nondum laeserint. Non est igitur ira cupiditas poenae exigendae. Respondet, eos qui laedere nos cupiunt, animo iam & cogitatione laedere.

Vt scias, inquit. Tertium argumentum. Nemo usque eo infirmus est, ut vel potentissimo non irascatur. Ne que tamen sperat, nisi plane desipiat, se ab eo penas exacturum. Aliud igitur est irasci, aliud poenam concipi. Duplex hic responso est. Nam & multa cupimus quae non speramus: & in tanta rerum humanarum inconstans sperare poenam etiam infirmissimus a potentissimo potest.

Primum diximus. Vbi dixit, si nihil deesset? Sed iam supra monui, multa desiderari.

Concupiscunt autem homines & quae non possunt. Quare potest, verum ne sit quod hic dicitur, concupiscere homines etiam ea quae non possunt, an id sanac mentis hominibus usi venire non possit. Aristoteles quidem libro secundo rhetoriconum videtur aliter sentire, quam Seneca. negat enim, quenqua cupere ea, quae se consequi non posse opinetur. Verba ipsius haec sunt. Odisseus δέ τοι φανούσιν δ' αυτόν εφεται ωντον. At Aristoteles loquitur non simpliciter οὐδὲ διανούσιν, sed οὐδὲ φανούσιν διανούσιν. Fieri autem potest, ut iratus quis concupiscat ea quorum compos effici non potest: cum tamen ipse ira occaecatus aliter opinetur: aut certo interea non cogitet, fieri possint an minus. Non pugnant autem haec: neminem cupere ea quae se nullo modo poterit consequi posse: & multis cupere ea quae consequi non possint, cum aut ipsi errore ducti aliter de ijs indicent, aut interea non cogitent talia esse. Sed nomine plena vita exemplorum est, multa cupere homines, quae sciunt nullo modo fieri posse.

Nunc ego Triptolemi cuperem concidere currus, ait Ouidius: & alio loco:

O vtinam subito fieri mea munera possem.

Ita igitur excors erat, ut id putaret posse fieri? Quin etiam granisimus philosophorum Plato, in quibusdam versibus, ait se cupere fieri caelum: ut pluribus oculis intueretur in cum quae libenter videbat. Et Anacreontis aliorumque poetarum multa confimilia vota sunt. Sed animaduertendum est in primis ipsum loquendi genus, quo in talibus vniuersit. Nemo enim satis ita dicit. Cupio volare: aut cupio fieri annulus. Sed, cuperem volare. Cuperem hoc aut illud fieri, qua oratione non id significatur, eum qui id dicit, simpliciter cupere: sed quid cuperet, si id quod dicit, fieri posset. Velle, dicit immortales fecissent, ait Cicero in deploranda Sulpicii morte, ut nullo potius Ser. Sulpicio gratias ageremus: quam honores mortuo quereremus. Mutata: vbi est velle, ut sit, volo: ceteraque huic verbo consequenter. Insani hominis oratio videbitur: quae nunc pietatis humanitatisque plenissima est. Intelligendum est illud quoque, verbo cupiendi aut concupiscendi nonnunquam significari simpli- cem quandam animi, sine vlo conatu motionem: vt, cum dicimus. Cuperem ita esse: aut, Ut timam ita eset: atque hoc modo cupere dicimus etiam ea quae fieri non queunt: & inde ait Aristoteles tertio ethicorum voluntatem esse etiam οὐδὲ διανούσιν, interdum ad significari eo verbo etiam conatum quendam & studium ac contentionem animi ad efficiendum id quod concupiscitur: & hoc sensu nonnullam sanus ea quae se nullo modo praestare ac consequi posse intelligeret, concipiuit.

Cupiditatem doloris reponendi.] τοις απλυντοις. Sed dicendum est feras ira carere, & omnia praeter hominem.] Est & hacc una de admirabilibus illis Stoicorum sententijs, feras non irasci, sed tanquam irasci, non metuere: nullum denique esse in eis animi τάδος, sed tantum impetus quosdam eorum similes. τάδος enim esse auerionem quandam a ratione, quare in quibus ratio non eset, in eis ne pathos quidem esse posse. Disputantur quaedam aduersus hanc sententiam a Galeno in libris de decretis Hippocratis & Platonis.

Regium enim illud.] τοις ηρεμοντοις. quod statim vocat principale.

Apud Graecos.] Alij enim dicuntur proprii ορθίοι, qui cito irascuntur, cito placantur: alij αρρενοί, alij μητροί, alij γενετοί. Vide Aristotelem quartu Ethicorum.

Quaedam saeuiae manu, verbis parciore.] Incepit in alijs libris, quaedam sedemant. Haec emenda-

tio, ut aliae plaeaque, ex opino & veterissimo libro Siculo est.

Quarundam rerum initia.] Hac de re vide Aristotelem caput quinto libri tertij ethicorum.

Phrenesim.] Scio Graece dici οφείν, sed in omnibus cuiusque generis latinis veteribus libris scriptum video phrenesim, & phreneticus, non, phreniticus. Et tamen olim quidam plane phreneticus, siue ut ipse dici malebat, phreniticus, cum quendam Varroris versum ita edidisset: ut reppereram,

Phreneticus, septem trionum filii. clamabat, omnes qui ita scriberent, & Graeci & Latini sermonis imperitos esse: in me, quasi primus ita scriptis sem, inuehebatur: ridente me, & cum homine ad coniunctandum exercitatisimo certamen refugiente. Non debet autem cuquam aut mirum aut nouum videri, in voce peregrina, quam veteres latini sibi utendam sumeret, νηνα litteram mutatam esse. Illi, quae erat apud Graecos: δια non syllam aut syluam, sed filuam fecerunt: ijde littera ν in diphthongum mutata, caenam dixerunt, quae illis fuerat σωνι. neque tropaeum, sed irophaei, neq. hyemem, quamvis erat ab Ιω, sed hiemem vocarunt. Nilum, melonem, Garymedem, Catamitum, Odyssaea, Vlitem, Acauta, Aiacem, nominarunt: & talantum noluerunt, quod erat τάλαντο: talentum maluerunt. Sed apud insinos, & in eo quod semel dixerunt obstinatos nihil momenta rationum valent.

Metus ex pauido fecit audacem.] Ouidius de Anna sorore Didonis loquens: audacem fecerat ipse timor.

Inualidum omne natura est querulum.] Idem docet Aristoteles secundo rhetoriconum.

Quis enim cui medetur irascitur?] Valde hic periret nūbi videtur id quod de Demonacte memoriae prodium est, eum nunquam visum esse clamantem, aut immoda contentionem videntem, aut indignantem, ne tum quidem cum oburgandus aliquis erat. Sed peccata quidem acerbe reprehendere, ijs autem qui peccassent, ignorare solitum: cum diceret, se id medicorum exemplo facere, qui morbis quidem medentur, ira autem aduersus eos, qui aegrotant, non videntur.

Et per tua alienaque volutato supplicia.] Ita in Siculo: nisi quod pro volutato erat volute. Alij libri misere hic depravati erant.

Peruerfa induenda magistrati vestis.] Praetextatis ut notum est, incedebant magistratus. sed cum ciuem quempiam capitis damnaturi erant, ponebant praetextam, eamque peruersam induebant, id est, partem illius floridiorum ac nitidiorum introrūs ac se vidente; maeroris significandi gratia. Valerius Maximus de C. Macro. Dum sententiae dicerentur, in moeniae consendit, inidem cum M. Ciceronem qui id iudicium cogebat praetextam ponentem vidissem, misit ad eum qui diceret, se non damnatum sed reum perijisse: nec sua bona hastae posse subiici. Ac protinus sudario quod forte in manu habebat, ore & fauibus coarctatis incluso spiritu, poenam morte praecurrit. Ponentem videlicet praetextam, & eam peruersam indueret: quod signum erat imminentis damnationis.

Et conuocanda classico contio est.] Ad incutendum terrorem. Seneca pater. Ascendit praetor tribunal, in spectante provincia. Noxae post terga ligant manus. Statim intento ac tristi omnium vulta, fit a pracone silentium. Adhibentur deinde legitima verba. Canitur ex altera parte classicum. Tacitus libro secundo annualium ab excessu D. Augusti. In P. Marcius consules extra portā Exquelinam, cum classificū canere iussissent, more prisco animaduertere.

Et agi iubeo.] Sumpium a victimario, qui saepe iterabat, Agon? neq. percutiebat victimam, donec agere iussus eset. Ouidius.

Semper, agat ne, roget: nec nisi iussus agit.

Ita igitur agendi, aut lege agendi, verbum sumebant & in supplicijs. Seneca pater. Etiam quibus animaduertere in damnatos necesse est, non dicunt, occide: non, morere: sed lege age. Cruelitatem i imperij verbo mitiore subducunt.

Sine ira.] Cōgruit cū dicto Demonactis, quē cū quida, qui ab Imperatore exercitu & provinciae praepositi erat interrogasset, quomodo optime imperare posset: Si ira carebis, inquit: & si pauca loqueris, multa audies.

Aduocatio ambitiosior.] Aduocatione vocabant, tempus, quod interdum dabatur a iudice, ijs qui ad causam suam tuendam non satis instructi erant, aduocandorum amicorum causa, quorum consilio & auxilio iterentur. Cicero. Omnibus vnde petitur, hoc consilij dederim, vt binas aduocationes postularent. Hic noster libro sequenti. Vtrique parti dares aduocationem, dares tempus, nec semel audires. Ita enim legendum, non, vt vulgo, actionem. Idem tertio horum librorum. Si in hoc petita erit aduocatio, apparebit, iudicium esse, non iram, & paulo post. Dum conspicimus, dum nostri sumus, aduocemus.

Nemo prudens.] Platonicum. Si certo constare posset, neque eos qui peccarunt, neque alios eorum imputate permotus, posse pccatores esse, poena cessaret.

Sine missione.] Ea lege, vt alter cedat. Appuleius. Hodierna pugna non habet missiōnem.

H M' ANAEIP' H EΓΩΣΣΕ.] Annī sunt amplius triginta, cum hic locus ita a me restitutus est. In libro autē siculo ita plane omnibus litteris scriptum est. Legitur & eodem modo apud Dionem.

M· ANTONII· MVRETI· AD SECUNDVM LIBRVM DE IRA· NOT AE

BEnignorem.] Faciliorem ad tractandum, & in qua liberius excurrere posset oratio. Mela libro primo. Quem persequi longa est magis quam benigna materia.

Species oblate in iuria.] Hoc est, quod Aristoteles dicit, iram existere in quoque iuria.

Quid sit ira.] Sed nonne priore libro, profligata iam haec quaestio est? Neq; hoc tam quaeritur, quid sit ira, quam quas animo semel occupato vires habeat. Fortassis igitur legendum,

Quid possit ira, Ipsi puero.] Ptolemaeo, cuius iussu Pompeius intersectus est.

Manum ad arma misisse.] Cum Diogenes diceret, meliorem sibi eum musicum visumiri, si eos cantus reperiret, quibus Alexander incitatus & furens cohiberi ac reprimi posset. Facile est enim eo quemque impellere, quo suapte propensis est.

Iudicia patris.] Agit de inofficio.

Septa.] In campo Martio, que alio nomine ouilia vocabantur.

Initiationes.] ut eorum qui mutuum, aut depositum abnegant. Martialis.

In ius o fallax atq; initiator eamus.

Formido.] Huius meminit & libro primo de clementia. Virgilius.

Punicaeq; agitant pauidos formidine pennae. Hanc Gratius ita describit.

Sunt, quibus immundo decerpae vulture pluma.

Instrumentum operis fuit, & non parua facultas.

Tantum inter niuei iungantur vellera Cygni.

Et satis armorum est, hae clara luce coruscant.

Terribiles species, ab vulture dirus auaro.

Turbat odor filias, meliusq; alterna valet res. Nemestanus.

Linea quietiam, magnos circundare saltus.

Quae possit, volacreq; metu concludere praedas,

Digerat inexas non vna ex aliis pinas.

Namq; visos, magnosq; sues, ceruosq; fugaces

Terrificant, liniq; vetant transcendere septum.

Seneca tragicus.

Pista rubenti linea pinna

Vano claudat terrore feras.

Nec vt quibusdam visum est.] Aduersus nobilem & omnium sermone celebratam Hesiodi sententiā, qua

virtutem in arduo, nequitiam in proclivi esse dicit.

In te modo.] Verbum vestitum etiam in formulis. Vtrisq; superfluis praesentibus, hac via dico. In te via.

Quidam tamen qui recta corrigebat, depravata magis etiam distorquebat, mutare, hoc apud Ciceronem voluit.

Nce

Nec praedam.] Male ante, Nec prædonem.

Refert quantum quisque.] Vide Galeni libellum, ἐπει τὰ τῆς φύσης ἡδη τὰς τὰς σύμβατος καράστη ἔπειται.

Quod pueris Plato negandum putat.] Plato libro secundo de legibus. Φῶνταν μὲν τοὺς παιδεῖς μέγες ἐστὶ διαπολιτειαὶ τοῦ παιδείαν μὲν γένεσθαι, διελέκτοντες δέ εἰς τὸ παιδεῖαν τὴν φυχὴν φρίνει τοὺς παῖδες εὐτεροῖς παιδεῖαν, τὴν ἐμμανῆ διατελεῖν μενοὶ εἰσι, τοῦ παιδείαν.

Quod flenti negatum fuerit, quieto offeratur.] Expressit vocem vestitam olim nutritibus ad pueros flentes. Define fleret & accipies. Μὲν κατέ εἰ λίπιον, plutarchus θεοὶ ἀρργήσας.

Ille tyrannicida.] Zenonem Eleaten dicit, de quo vide Valerium libri tertij capite tertio: & Laertium in vita ipsius.

Ab Hippia.] Ita plane liber Siculus, sed hunc tyrannum alij Phalarim, alij Nearchum, alij Diomedontem vocant.

Vbi animum simul & corpus,] Hac de re ita Plutarchus. ὅτε γένεσθαι ἐχει περιδας δέσιν ἤτοι ισχυρας. αλλὰ γένει πατέσαι τῷ περιδας πινάκῃ πατέσαι πολλὰ ποιεῖται πολλές εἰς δρυγὸν καθίστανται.

M· ANTONII· MVRETI· AD· TERTIVM· LIBRVM SENECAE· DE· IRA N O T A E,

RA impedit.] Est quidem in libris veteribus Incedit: sed impedit legendum, & praecedentia & sequentia manifesto declarant.

Si neque priuatim neque publice.] Hoc est, quod Epicurus sapientis esse dicebat. τὰ τέλεσθαι. Cicero, negotium suum agere. Verba Democriti ita leguntur apud Plutarchum. μὲν πολλὰ φρόντες, μόντε idητικάται. Conuerit autem ea Seneca etiam in libro de tranquillitate vitae.

Et secundas agere.] Horatius.

Vi puerum faeuo credas dictata magistro Reddere, vel partes minima tractare secundas.

Qui comitiali vitio.] Plutarchus. Απειλεῖται εἰς κράτους ή φεύγειν ή ἀποκρύπτειν καὶ καθορμέσθαι έναντι τοῦ εἰσιτοῦ, ἀπειλεῖται εἰς πληράκαις αὐτούς σωματικούς.

Ne sis curiosus.] Sophocles. τὰ πλεῖστα φρεστά, αἰσχρὰ φωρεῖται βροτός.

In Socrate.] Plutarchus. ὁ τοκετός δύναται εἰς διπλούν κακούμενον, εἰπεῖσθαι τε τῇ φύσει, καὶ διεμένεια ποιεῖσθαι τοις φρεσταῖς καὶ τοῖς βλέψασια περιεῖσθαι.

Et occisos in conspectu parentis abiecit.] Alij scriferant otiosos. Altum sane & pingue illud otium fuit. At alio loco, ubi erat iuuenium otiosorum, fecerant occisorum.

Et hostium & cinium.] Non dubitauit conjectura fretus ita scribere: cum librorum partim haberent, iudicium, partim vindicium.

Gynden late fulsum annem.] Hoc ipsum ita narrat Freculphus episcopus Lexoniensis. Cyrus cunctis aduersum quos ierat perdomitus, Assyrios & Babyloniam petit gentem: vrbeq; tunc cunctis opulentiores, sed impletum eius Gyndes fluuius secundae post Euphraten magnitudinis interceptum, nam vnde regiorum equorum, candore formaq; excellentem, transmeandi fiducia perfusa, qua per rapace m alueum offensi vado vertices attollebantur, arreptum precipitatumque merserunt. Rex iratus, vlcisci in annum statuit, cōtestans, eum, qui nunc praeclarum equitem vorauisset, feminis, vix genua vndis attingentibus, permeabilem relinquendum. haec peragendo segnior, tortis copijs, perpeti anno, Gynden fluuium per magnas concūsum diductumque fossas, in ccccxl. alueos comminuit.

Antigonus.] Narrantur & haec prope eadem modo a Plutarcho.

Hoc enim est primum, hoc extreum.] Ironis est. Significat enim neque primum, neque extreum pectorum esse.

Euocati ex longinquis regionibus.] Ad dijudicandas potentiorum controuerrias interdum e prouincijs homines spectatae fidei & prudentiae euocabantur, qui neq; gratia neq; odio permoti, verius ac sincerius iudicarent. Hoc primum a Graecis institutum fuisse narrat Plutarchus. ἐκκατονταρχητικῶν δικαιοσηνῶν ἀναγνωρισθεῖσαν.

L· A N N A E I · S E N E C A E
D E · V I T A · B E A T A
A D · G A L L I O N E M · F R A T R E M

L I B E R . V N V S

C A P . I.

VERE, Gallio frater, omnes beate volunt: sed ad peruidendū quid sit, quod beatam vitam efficiat caligant. Adeoq. non est facile cōsequi beatam vitam, vt ab ea quisque eo longius recedat, quo ad illam citatus fertur, si via lapsus est: quae vbi in contrarium dicit, ipsa velocitas maioris interualli causa fit. Proponendum est itaq. primum, quid sit quod petamus: tunc circumspicendum est, qua contendere illo celerrime possumus: intellecturi in ipso itinere, si modo rectum erit, quantum quotidie profligetur: quantoq. proprius ab eo sumus, ad quo d nos cupiditas naturalis impellit. Quamdui quidem paſſim vagamur, nō ducem secuti, sed frenum & clamore diffonum in diuersa vocantiū, conteritur vita inter errores, breuis, etiā si dies noſteſq. bona menti laboremus. Decernatur itaq. & quo tendamus, & qua, nō sine perito aliquo, cui explorata sint ea in quae procedimus. Quoniam quidē non eadem hic, quae in ceteris peregrinationibus condicio est. In illis comprehensus aliquis limes, & interrogati incolae non patiuntur errare. At hic triuſſima quaeq. via & celeberrima maxime decipit. Nihil ergo magis praestandum est, quam ne pecorum ritu ſequamur antecedentium gregem, pergentes non qua eundum eſt, ſed qua itur. Atqui nulla res nos maioribus malis implicat; quamquid ad rumorem componimur, optima rati ea, quae magno afflens recepta ſunt, quorumq. exempla multa ſunt: nec ad rationem, ſed ad ſimilitudinem viuimus. Inde iſta tanta coaceratio aliorum ſupra alios ruerunt. Quod in ſtrage hominum magna euuenit, cum ipſe ſe populus premit, nemo ita cadit, vt non aliud in ſe attrahat: primi exitio ſequentibus ſunt: hoc in omni vita accidere videoſ licet: nemo ſibi tantum errat, fed alij erroris cauſa & auctor eſt. Nocet enim applicari antecedentibus: & dum vnuſquisque manuſt credere quam iudicare, nunquam de vita iudicatur, ſemper creditur. Verſatq. nos & praecipit traditus per manus error, alienisq. perimus exemplis. Sanabimur, ſi modo ſeparemur a coetu. Nunc vero ſtat contra rationē defenſor mali ſui populus. Itaq. idem euuenit quod in comitijs, in quibus eos factos praetores ijdem qui fecere mirantur, cum ſe mobilis favor circumagit. Eadem probamus, eadem reprehendimus. Hic exitus eſt omnis iudicij, in quo lis ſecundum plures datur.

CVMde beata vita agitur, non eſt quid mihi illud diſcſionum more repondeas: Haec pars maior Cefle videtur. ideo enim peior eſt. Nō tam bene cū rebus humanis agitur, vt meliora pluribus placant. Argumentū poffimi turba eſt. Quaeramus quid optimē factū ſit, non quid vſitatiſſimū: & quid nos in poſſeſſione felicitatis aeternaſ conſtituat, nō quid vulgo, veritatis poffimo interpreti, probatum ſit. Vulgum autem tam chlamydatos quam coronam vco. Non enim colorem vſtiū, quibus praetexta corpora ſunt, aſpicio: oculis de homine nō credo. Habeo melius certiusq. lumen, quo a falfis vera diju dicem. Animi bonum animus inuenia. Hic ſi vnuquā illi respireat & recedere in ſe vacauerit, o quam ſibi ipſe verum, tortus à ſe, fatebitur, ac dicit: Quicquid dixi, cum recogito, in multis video. Quicquid optauit, inimicorum exortationem puto. Quicquid timui, dij boni, quanto melius fuit, quam quod con cupiui. Cum multis inimicitiis gefſi, & in gratiam ex odio (ſi modo vlla inter malos gratia eſt) redij: mihi ipſi nondum amicus ſum. Omneſ operam dedi, vt me multitudini educerem, & aliqua dote notabiliter facerem. Quid aliud quam me oppofui, & malevolen.iae quod morderet ostendi? Vides tu iſtos, qui eloquenſiam laudant, qui opes ſequuntur, qui gratiae adulantur, qui potētiam extollunt? Omnes aut ſunt hostes, aut (quod in aequo eſt) eſſe poſſunt. Quam magnus mirantium, tam magnus inuidentium populus eſt.

C A P . III.

Quin potius quaero aliquid uſu bonum, quod ſentiam, non quod oſtendam. Iſta quae ſpectantur, ad quae conſtituitur, quae alter alteri ſtupens monſtrat, foris nitent, in trorū ſiſera ſunt. Quaera muſ aliqd non in ſpeciem bonum, ſed ſolidum & aequabile, & a ſecretiore parte formofiuſ. Hoc erua muſ. Nec longe poſitum eſt, inuenietur. Scire tantum opus eſt, quo manum porrigit. Nunc velut in te nebris vicina tranſimus, offenſantes in ipſa quae defideramus. Sed ne te per circuitus traham, aliorum quidem opiniones praeteribo: nam & enumerate illas lögum eſt, & coaugue: noſtrā accipe. Noſtrā vero cum dico, non alligo me ad vnum aliquem ex Stoicis proceribus. Eſt & mihi censendi ius. Itaque aliquem ſequar, aliquem iubebo ſentiam diuidere. Fortaffe & poſt omnes citatus, nihil improbablo ex hiſ quae priores decreuerint, & dicam: Hoc amplius cenſeo. Interim quod inter omnes Stoicos conuenit, rerum naturae aſſentior. Ab illa non deerrare, & ad illius legem exemplumq. formari, ſapientia eſt. Beata

L I B E R . V N V S.

283

eſt. Beata eſt ergo vita, conueniens naturae ſua: quae non aliter contingere potest, quam si prium ſana mens eſt, & in perpetua poſſeſſione ſanitatis ſua. Deinde ſi fortis ac vehemens, tum pulcherrima & paſiens, apta temporibus, corporis ſui pertinetiamq. ad id curioſa: non anxi eſt, rerum quae vitam instruunt diligens fine admiratione cuiusquam: vſura fortunae muneribus, non feruitura. Intelligis, etiam ſi non adjiccam, ſequi perpetuam tranquillitatem, libertatem, depulſis hiſ quae aut irritat nos, aut terrant. Nam pro voluptatibus, & pro illis quae parua ac fragilia ſunt. & in iſpis flagitijs noxia, ingens gaudentia ſubit, inconſcuſum, & aequabile: tum pax & concordia animi, & magnitudo cum mansuetudine. Omnis enim ex infirmitate feritas eſt.

C A P . I V.

Poteſt aliter quoque definiri bonum noſtrum, id eſt, eadem ſententia, non iſdem comprehendit verbis. Quemadmodum idem exercitus modo latius pandit, modo in angustum coarctatur, & aut in cornua, finiata media parte, curvatur, aut recta fronte explicatur: vi illi, vñcunque ordinatus eſt, eadem eſt, & voluntas pro iſdem partibus standi: ita definitio ſummi boni alias diffundi potest & exporrigi, alias colligi, & in ſe cogi. Idem itaque eſt iſi dixerit: Summum bonum eſt animus fortuita deficiens, virtus: laetus: aut inuicta viſ animi, perita rerum, placida in auctu, cum humanitate multa, & conuerſantia cura. Libet & ita definiſtre, vt beatum dicamus hominem eum, cui nullum bonum malumque ſit, niſi bonus malusq. animus: honesti cultor, virtute contentus, quem nec extollant fortuita, nec frangant, qui nullum maius bonum eo quod libi ipſe dare potest, nouerit, cui vera voluptas eſit, voluptatum contemptio. Licet, ſi euagari velis, idem in aliam atque altam faciem, falua, & integra potestate, transferre. Quid enim prohibet nos beatam vitam dicere, liberum animum, & erectum, & interritum ac ſtabilem, extra metum, extra cupiditatem poſitum? cui vnuum bonum honestas, vnuum malum turpitudine? Ce tera vilis turba rerum, nec detrahens quicquam beatae viæ, nec adjiciens, ſine auctu ac detramento ſum mi boni veniens ac recedens. Hunc ita fundatum neceſſe eſt, velit nolit, ſequatur hilaritas continua, & laetitia alta, atque ex alto veniens, vt quae ſuis gaudeat, nec maiora domelficiſ ſupradit. Quid ni iſta penſet bene cum minutis, & friuolis, & non perfeuerantibus corporiſ ſuobus? Quo die iſtra voluptatem fuerit, & iſtra dolorem eſit.

C A P . V.

Vides autem, quam malam & noxiā ſeruitutem ſeruiturus ſit, quem voluptates doloreſq., incertissimae domīnae, impotentiſſimaeq., alternis poſſeſſebunt. Ergo exēendum ad libertatem eſt. Hac non alia res tribuit, quam fortunae negligētia. Tum illa orietur inaeſtimabile bonum, quies mentis in tuto collocatae, & ſublimitas, expulſiſq. terroribus ex cognitione veri gaudentia grande & immotum, comitatiſq. & diffuſio animi: quibus deleſtabit non vt bonis, ſed vt bono ſuo ortis. Quoniam libera liter agere coepi, potest beatus dici, qui nec capit nec timet, beneficio rationis. Quoniam & ſaxa timore & tristitia caret, nec minus pecudes: non ideo tam in quicquam felicia dixerit, quibus non eſt felicitatis intelleſtus. Eodem loco pone homines, quos in numerum pecorum & animalium rededit hebes natura, & ignoratio ſui. Nihil inter eſt in reto certioq. iudicio ſtabilita & immutabilis. Tunc enim pura mens eſt, & ſoluta omnibus malis, cum non tantum lacerationes, ſed etiam vellicationes effugeri, ſtatuta ſemper vbi conſtituit, ac ſedem ſuum etiam irata & infelicitate fortuna vindicatura. Nam quod ad voluptatem pertinet, licet circumfundatur vnde dique, per omnes vias inſluat, animumq. blandimenti ſuis leniat, aliaq. ex alijs admoueat, quibus totas quoque partes noſtri ſolliciter: quis mortalium, cui vllum ſupererit hominis vſtigium, per diem noſtemque titillari velit, & deſerto animo, corpori operam dare?

C A P . VI.

Sed & animus quoque, inquit, voluptates habebit ſuas. Habeat fane, ſed eatque luxuria & voluptatū arbitri, impletat ſe omnibus eis, quae oblectare ſenſus ſolent: deinde praeterita respiciat, & exoletatum voluptatum memor exultet prioribus, futurisq. iam imminet, ac ſpes ordinet ſuas, & dum corpus in praefenti ſagina iacet, cogitationes ad futura praemittat, hoc mihi videtur miſerior, quoniam ma la pro bonis legere dementia eft. Nec ſine ſanitate quiſquam beatus eft: nec ſanus, cui offutura pro optimis appetuntur. Beatus eft ergo iudicij rectus. Beatus eft praefentibus, qualiacunq. ſunt, contentus, amicisq. rebus ſuis. Beatus iſ, cui omnem habitum rerum ſuatum ratio commendat. Vident & illi qui ſum munim bonū voluptatem dixerunt, quam turpi illud loco poſuerint. Itaq. negant poſſe voluptatem à virtute diduci, & aiunt, nec honeste quenquam viuere vt non iucunde, nec iucunde vt non honeste viuunt. Non video, quomodo iſta tam diuersa in eandem copulam coniiciantur. Quid eft, oro vos, cur separati voluptas à virtute non poſſit? videlicet quod omne boni ex virtute principium eft. Ex huius radicibus etiam ea quae vos & amatis & experitis, oriuntur. Sed iſta indiſcreta eſſent, non videremus quaedam iucunda, ſed non honesta: quaedam uero honestissima, ſed aspera, & per dolores exigenda.

C A P . VII.

A dite nunc, quid voluptas etiam ad uitam turpissimā uenit. At uitus malam uitam non admittit. Et infelices quidam non ſine voluptate, imo ob iſlam voluptatē ſunt: quod nō euuenire, ſi uitus ſe uoluptas imminifuerit, qua uitus ſaepē caret, nūquā indiget. Quid diſſimilia, imo diuersa cōponit?

Altum quiddam est virtus, excelsum, regale, inuictum, infatigabile: voluptas, humile, seruile, imbecillū, caducum, cuius statio ad domicilium fornices & popinae sunt. Virtutem in templo inuenies, in foro, in curia, pro munis stantem, puluerulenta, colorata, callosas habentem manus: voluptatem latitatem saepius, ac tenebras captantem: circa balnea ac sudatoria, ac loca aedilem metuentia, mollem, eneruem, mero atque vnguento inadentem, pallidam, fucatam, & medicamentis pollinatam. Summum bonum immortale est, nescit exire: nec satietatem habet: nec paenitentiam. Nunquam enim recta mens vertitur: nec sibi odio est, nec quicquam mutauit optima. At voluptas tunc cum maxime delectat, extinguitur. Nec multum loci habet, itaque cito implet: & taedio est, & post primum impetum marcer. Nec id unquam certum est, cuius in motu natura est. Ita ne potest quidem illa eius esse substantia, quod venit transitus celestis, in ipso vsu sui peritum. Eo enim peruenit, ubi definat: & dum incipit, spectat ad finem.

C A P. VIII.

Quid tam bonis quam malis voluptas inest? Nec minus turpes dedecus suum, quam honestos egredia delectant. Ideoque praeceperunt veteres, optimam sequi vitam, non iucundissimam: vt rectae ac bona voluntatis non dux, sed comes voluptas sit. Natura enim duce vtendum est. Hanc ratio obseruat, hanc consult. Idem est ergo beate vivere, & secundum naturam. Hoc quid sit, iam aperiam. Si corporis dotes & apta naturae conseruabimus diligenter & impavide, tanquam in diem data & fugacia, si non subierimus eorum seruitutem, nec nos aliena possederint, si corpori grata & aduenticia eo nobis loco fuerint, quo sunt in castris auxilia, & armaturae leues. Seruant ista, non imperent: ita demum utilia sunt menti. Incorruptus vir sit externis & insuperabilis, miratorq. tantum sui; fidens animi, atque in virtutis paratus, artifex vitae. Fiducia eius non sine scientia sit, non sine constantia. Maneant illi semel placita, nec villa in decreta eius litura sit. Intelligitur, etiam si non adiecer, compositum ordinatumq. fore talem virum, & in his quae agit cum comite magnificum, erit vera ratio sensibus insita, & capiens inde principia. Nec enim habet aliud unde conetur, aut unde ad verum, impetum capiat, & in se reuertatur. Nam mundus quoque cuncta complectens, rectorq. vniuersi Deus, in exteriora quidem tendit, sed ramen in totum vndeque in se redit. Idem nostra mens faciat: cum secuta sensus suos per illos se ad exteriores porrexterit, & illorū & sui potens sit, & (vt ita dicam) deuinciat summum bonum. Hoc modo una efficietur vis ac potestas concors sibi: & ratio illa certa nasceret, non dissidens nec haesitans in opinionibus comprehensionibusq., nec in sua persuasione. Quae cum se disposita, & partibus suis confensit, & (vt ita dicam) concinuit, summum bonum tetigit. Nihil enim praui, nihil lubrici supererat, nihil in quo ariet, aut labet,

C A P. IX.

Omnia faciet ex imperio suo. Nihilq. inopinatum accidet; sed quicquid ager, in bonum exhibit, facile & parate, & sine tergiuersatione agentis. Nam pigritia & haesitatio pugnam & inconstantiam ostendit. Quare audacter licet profitearis, summum bonum esse animi concordiam. Virtutes enim ibi esse debebunt, ubi consensus atque unitas erit: dissidentia vita. Sed tu quoque, inquit, virtutem non ob aliud colis, quam quia aliquam ex illa speras voluptatem. Primum non si voluptatem praestatura virtus est, ideo propter hanc petitur. Non enim hanc praestat, sed & hanc; nec huic laborat, sed labor eius quamvis aliud petat, hoc quoque assequetur. Sicut in arvo quod segeti proscissum est, aliqui flores interna cunctur, non tamē huic herbulae, quamvis delēctet oculos, tantum operis insumptum est: aliud sicut serenti propositum, hoc superuenit: sic voluptas non est merces, nec causa virtutis, sed accessio. Nec quia delectat, placet: sed quia placet, delectat. Summum bonum in ipso iudicio est, & habitu optimae mentis: quae cum suum habitum implevit, & finibus se suis cinxit, consummatum est summum bonum, nec quicquam amplius desiderat. Nihil enim extra totum est non magis quam ultra finem. Itaque erras, cum interrogas quid sit illud propter quod virtutem petam. Quaeris enim aliquid supra summum. Interrogas, quid petam ex virtute ipsam. Nihil enim est melius: ipsa pretium sui est. An hoc parum magnum est? Cum tibi dicam, summum bonum est, in fragili animi rigor, & prouidentia, sanitas, & libertas, concordia, & decor: aliquid etiam sum exigit maius, ad quod ista referantur? Quid mihi voluptatem nominas? Hominis bonum quero, non ventris, qui pecudibus ac beluis laxior est.

C A P. X.

Dissimulas, inquit, quid à me dicitur. Ego enim nego quemquam posse incunde vivere, nisi simul & honeste vivat: quod non potest mutis contingere animalibus, nec bonum suum cibo metentibus. Clare, inquam, ac palam testor hanc vitam, quam ego iucundam voco, non sine adiecta virtute contingere. At quis ignorat, plenissimos esse voluptatibus vestrīs stultissimos quoque, & nequitiam abundantem, animumq. ipsum nō tantū genera voluptatis prava, sed multa suggestere? In primis insuetam & nimiam aestimationem sui, tumoremq. elatum supra ceteros, & amorem rerum suarum causum & improvidum; delicias fluentes, ex minimis ac puerilibus causis exultationem, iam dicacitatem & loquacitatem, ac superbiam contumelias gaudentem, desidiam, dissolutionemq. segnis animi indormientis sibi. Haec omnia virtus discutit, & aurem peruellit, & voluptates astimat, antequam admittat: nec quas probauit, magni pendit (vtique enim admittit) nec vsu earū, sed temperantia laeta est. Temperantia autem cum uoluptates minuat, summi boni iniuria est. Tu uoluptatem complectis: ego compe-

fco

fco. Tu uoluptate frueris: ego utor. Tu illam summum bonum putas: ego nec bonum. Tu omnia uoluptatis causa facis: ego nihil. Cum dico me nihil uoluptatis causa facere, de illo loquor sapiente, cui soli concedis uoluptatem.

C A P. XI.

Non uoco autem sapientem, supra quem quicquam est, nedum uoluptas. Atqui ab hac occupatus quomodo resistet labori, ac periculo, & tot humanam uitam circumstrepentibus minis? Quomodo conspectum mortis, quomodo doloris feret? quomodo mundi frigores, & tantum acerimorum hostium, à tam molli aduersario uictus? Quicquid uoluptas suaferit, faciet. Age, nō uides quā multa suaferit? Nihil, inquit, poterit fraudere turbiter, quia adiuncta uirtutē est. Non tu uides iterum, quale sit summum bonum, cui custode opus est, ut bonum sit? Virtus autem quomodo uoluptatem reget, quam sequitur: cum sequi parentis sit, regere imperantis? A tergo ponitis, quod imperat. Egregium autem uirtutis apud uos officium, uoluptates praegustare. Sed uidebis, an apud quos tam contumeliose tractata uirtus est, adhuc uirtus sit: que habere nomen suum non potest, si loco cessit. Interim de quo agitur, multis ostendam uoluptatis obcessos, in quos fortuna omnia munera sua effudit, quo fauoris necesse est malos. Aspice Nomentanum & Apicum, terrarum ac maris (ut si uocant) bona conquirentes, & super mensam recognoscentes omnium gentium animalia. Vide hos eodem e lectis suis ipectantes popinam suam, aures uocum sono, spectaculis oculos, saporibus palatum suum delectantes: mollibus lenibusq. fomentis totum lacescit eorum corpus. Et ne nares interim cessent, odoribus uarijs inficitur locus ipse, in quo luxuriae parentatur. Hos esse in uoluptatibus dices: nec tamen illis bene erit, quia non bono gaudent.

C A P. XII.

Male, inquit, illis erit: quia multa interueniunt, quae perturbant animum, & opiniones inter se contrariae mentem inquietabunt. Quod ita esse concedo. Sed nihilominus illi ipsi stulti, & inaequales, & sub iactu paenitentiae positi, magnas percipiunt uoluptates: vt fatendum sit, tam longe tum illos ab omni molesta abesse, quam à bona mente, & (quod plerisque contingit) hilarem insaniam insanire, ac per risum furere. At contra sapientium remissae uoluptates & modestae, ac paene languidae sunt, compellaeque, & vix notabiles: vt quae neq. arcessitae veniant, nec, quamvis per se acceſſerint, in honore sint neq. vlo gaudio percipientium exaeptae. Miscent enim illas & interponunt vitae, vt ludum iocumque inter seria. Definient ergo inconuenientia iungere, & virtuti uoluptatem implicare, per quod vitium perfidis quibusq. adulantur. Ille effusus in uoluptates, reptabundus semper atque ebrius, quia scit se cum uoluptate vivere, credit & cum virtute: audit enim uoluptatem à virtute separari non posse. Deinde viatis suis sapientiam inscribit, & abscondenda profiteretur. Ita non ab Epicuro impulsū luxuriantur, sed uitios dediti luxuriam suam in philosophiae sinu abscondunt, & eo concurrant, ubi audiunt laudari uoluptatem. Nec aestimatus uoluptas illa Epicuri: ita enim mehercules sentio; quum sobria ac secca sit: sed ad nomen ipsum aduelant, querentes libidinibus suis patrocinium aliquod ac uelamentum. Itaq. quod unum habebant in malis bonum, perdunt, peccandi uercundiam. Laudant enim ea quibus erubescunt, & uitio gloriantur: ideoque ne refurgere quidem adolescentiae licet, cum honestus turpi desidiae titulus accessit.

C A P. XIII.

Hoc est cur ista uoluptatis laudatio pernicioſa sit, quia honesta praecpta intra latent: quod corrumpit, apparet. Mea quidem ista sententia est (inuitis hoc nostris popularibus dicam) sancta Epicurū & recta praecipere, & si proprius accesseris, tristia: uoluptas enim illa ad paruum & exile renocatur: & quam nos virtuti legem dicimus, eam ille dicit uoluptati. Iuber illam parere naturae. Parum est autem luxuriae, quod naturae satis est. Quid ergo est? Ille qui desidiosum otium, & gulæ ac libidinis vices felicitatem vocat, bonum malae rei quaerit auctorem: & dum illo venit, blando nomine inductus, sequitur uoluptatem, non quam audit, sed quam attulit: & virtus sua cum coepit putare similia praeciptis, indulget illis, non timide nec obscurè luxuriantur etiam inoperto capite. Itaque non dico quod placuisse nostrorum, sanctam Epicuri flagitorum magistram esse: sed illud dico, male audit, infamis est: & immrito. Nec hoc scire quisquam potest, nisi interius fuerit admisitus. Frons ipsa dat locum fabulae, & ad malam spem inuitat. Hoc tale est, quale vir fortis stola induitus. Constante tibi pudicitia, virtus salua est. Nulli corpus tuum impudicitiae vacat, sed in manu tympanum est. Titulus itaque honestus eligatur, & inscriptio ipsa excitans animum ad ea repellenda quae statim eneruant, quoni uenerint, virtus. Quisquis ad virtutem accessit, dedit generofae indolis spem. Qui uoluptatem sequitur, videtur eneruis, fractus, degenerans a viro, peruenit in turpia: nisi aliquis distinxerit illi uoluptates, vt sciat quae ex eis intra naturale desiderium sstant, quae in praeceps ferant, infinita eque sint, & quo magis implentur, eo magis inexplebiles. Agedum virtus antecedat: tutum erit omne vestigium. Voluptas nocet nimia: in virtute nō est verendum, ne quid nimium sit: quia in ipsa est modus.

C A P. XIV.

Non est bonum, quod magnitudine laborat sua. Rationabilem porro fortis naturam, quae melius res, quam ratio proponit? & si placet illa iunctura, si hoc placet ad beatam vitam ire comitatu, virtus antecedat, comitet uoluptas, & circa corpus, vt umbra versetur. Virtutem quidem excelsum

simar omnium, voluptati tradere ancillam, nihil magnum animo capientis est. Prima virtus sit, haec ferat signa. Habeimus nihilominus volupatem, si domini eius & temperatores erimus. Aliquid nos exorabit, nihil cogit. At hi qui voluptati tradidere principia, utroque caruere. Virtutem enim amittunt, ceterum non ipsi voluptatem, sed ipsos voluptas habet: cuius aut inopia torquentur, aut copia strangulantur. Miseri, si deseruntur ab illa: miseriore, si obruuntur. Sicut deprehensi in mari Syrtico, modo in sicco relinquuntur, modo corrente vnda fluctuantur. Euenit autem hoc nimia intemperantia, & amore caeco rei. Nam mala pro bonis petenti periculum est asequi. Ut feras cum labore periculoque venatur, & captarum quoque illarum sollicito posse est: saepem enim laniant dominos: ita habentis magnas voluptates, in magnum malum euasere, captaeque cepere. Quae quo plures maioresque sunt, eo ille minor, ac plurium seruus est, quem felicem vulgus appellat. Permanere libet in hac etiamnum huius rei imagine. Quemadmodum qui bestiarum cubilia indagat, & laqueo captare feras magno aestimat, & magnos canibus circundare saltus, ut illarum vestigia premat, potiora deserit, multisque officijs renuntiat: ita qui sectatur voluptatem, omnia postponit: & primam libertatem neglit, ac pro ventre dependit: nec voluptates sibi emit, sed se voluptatibus vendit.

C A P. XV.

Quid tamen, inquit, prohibet in unum virtutem voluptatemque confundi, & ita effici summum bonum, ut idem & honestum & iucundum sit? Quia pars honesti non potest esse, nisi honestum. Nec summum bonum habebit sinceritatem suam, si aliquid in se viderit dissimile meliori. Nec gaudium quidem quod ex virtute oritur, quamuis bonum sit absoluti tamen boni pars est: non magis quam laetitia & tranquillitas, quamvis ex pulcherrimis causis nascantur. Sunt enim ista bona, sed consequentia sumnum bonum, non consummatio. Qui vero voluptatis virtutisque societatem facit, & ne exaequat quidem, fragilitate alterius boni quicquid in altero vigoris est, hebetat: libertatemque illam irademum, si nihil se pretiosius nouit, inuitam, sub iugum mittit. Nam (quae maxima seruitus est) incipit illi opus esse fortuna. Sequitur vita anxia, suspicio, tanta, calum patens, temporumque suspensa momentis. Non das virtuti fundamentum graue, immobile, sed iubes illam in loco uolubili stare. Quid autem tam uolubile est, quam fortitorum expectatio: & corporis, rerumque corpus afficiuntium uarietas? Quomodo hic potest Deo parere, & quicquid euenerit, bono animo excipere, nec de fato queri, causum suorum benignus interpres, si ad uoluptatum dolorumque punctiunculas concutitur? Sed nec patria quidem bonus tutor aut index est, nec amicorum propugnator, si ad uoluptates uergit. Illo ergo sumnum bonum excedit, unde nulla in detrahitur: quo neque doleri, neque spei neque timori sit aditus, nec ulli rei quae deterius summi boni ius faciat. Excedere autem illo sola virtus potest. Illius gradu clivus iste frangendus est. Illa fortiter stabit, & quicquid euenerit, ferer: non patiens tantum, sed etiam volens: omnemque temporum difficultatem scier legem esse naturae. Et ut bonus miles feret vulnera, enumerabit cicatrices, & transuerberatus telis, moriens amabit eum, pro quo cadet, imperatorem: habebit in animo illud vetus praeceptum: Deum sequere. Quisquis autem queritur, & plorat, & gemit: imperata facere vi cogitur, & iniurus rapitur ad iussa nihilominus. Quae autem dementia est, potius trahi quam sequi? Tam mehercule, quam stultitia & ignorantia condicione sua, dolere, quod aliquid tibi incidit durius, aut mirari aut indigne ferre ea, quae tam bonis accident quā malis: morbos dico, funera, debilitates, & cetera ex transuerso in vitam humanam incurrentia. Quicquid ex vniuersi constitutio- ne patientium est, magno excipiatur animo. Ad hoc sacramentum adacti sumus, ferre mortalia: nec perturbari his, quae vitare, nostrae potestatis non est. In regno nati sumus. Deo parere, libertas est.

C A P. XVI.

Ergo in virtute posita est vera felicitas. Quid haec tibi suscepit? Ne quid aut bonum, aut malum existimes, quod nec virtute, nec malitia contingit. Deinde ut sis immobils contra malum ex bono, ut, quae fas est, Deum effingas. Quid tibi pro hac expeditione promittitur? Ingentia & aequa diuinis. Nihil cogeris: nullo indigebis: liber eris, tutus, indēnis: nihil frustra tentabis: nihil prohibeberis. Omnia tibi ex sententia cedent. Nihil aduersum acciderit. Nihil contra opinionem ac voluntatem. Quid ergo? virtus ad viuentum beatē sufficit, perfecta illa & diuina? Quid ni sufficiat? immo superfluit. Quid enim deesse potest extra desiderium omnium posito? quid extrinsecus opus est ei, qui omnia sua in se collegit? Sed ei qui ad virtutem tendit, etiam si multum processit, opus est tamen aliqua fortunae indulgentia, adhuc inter humana luctanti, dum nodum illum exoluit, & omne vinculū mortale. Quid ergo intercessit? Quod alij alligati sunt, alij astricti, alij districti quoque. Hic qui ad superiora progressus est, & se altius extulit, laxam catenam trahit, nondum liber, iam tamen pro libero.

C A P. XVII.

Siquis itaque ex istis qui philosophiam conlant, quod solent, dixerit: Quare ego tu fortius loqueris quam viuis? Quare superiori verba summittis, & pecuniam necessarium tibi instrumentum existimas, & clamno moueris, & lacrimas, audita coniugis aut amici morte, dimitis, & respicis famam, & malignis sermonibus tangeris? Quare cultius rus tibi est, quam naturalis visus desiderat? Cur nō ad praescriptum tuum coenas? Cur ubi mundior supellex est? Cur apud te vinum aetate tua vetustius bibitur? Cur aurem domus disponitur? Cur arbores praeter umbram nihil daturae conseruntur? Quare uxora locupletis domus censum aribus gerit? Quare paedagogium pretiosa ueste succingitur? Quare ars est

est apud te, ministrare: nec temere, & ut liber collocatur argentum, sed perite seruitur, & est aliquis secundandi obsonij magister? Adiace, si uis, cur trans mare possides? Cur plura quam nosti, possides? Tumper aut tam negligens es, ut nō noueris pauculos seruos: aut tam luxuriosus, ut plures habeas, quam quorum notitiae memoria sufficiat. Aduuabo postmodum conuicia, & plura mihi quam putas, obijcam. Nunc hoc respondebo tibi. Non sum sapiens, & vt malevolentiam tuam pascam, Nec ero. Exigo itaque à me, non vt optimis par sim, sed vt malis melior. Hoc mihi satis est, quotidie aliquid ex vitijs meis demere, & errores meos obiurgare. Non perueni ad sanitatem, ne perueniam quidem: delinimenta magis quam remedia podagræ meae compono, contentus si rarius accedit, & si minus verminatur. Vestris quidem pedibus comparatus, debilis cursor sum.

C A P. XVIII.

HAec non pro me loquor. ego enim in alto vitorum omnium sum: sed pro illo, cui aliquid acti est. A liter, inquit, loqueris: alter vitius. Hoc per malignissima capita, & optimo cuique inimicissima, Platonii obiectum est, obiectum Epicuro, obiectum Zenoni. Omnes enim isti dicebant, non quemadmodum ipsi viuerent, sed quemadmodum viuendum esset. De virtute, non de me loquor. Et cum vitijs conuicium facio, in primis meis facio. cum potuero, viuam quomodo oportet. Nec malignitas me ista multo veneno tincta deterrebit optimis. Ne virus quidem istud, quo alios spargitis, vos necatis, me impedit, quo minus perleuere laudare vitam, non quam ago, sed quā agendum actio: quo minus virtutem adorem, & ex interculo ingenti reptabundus sequar. Expectabo scilicet, vt quicquam maliuolentiae in uiolatum sit, cui sacer nec Rutilius fuit, nec Cato? Cur & aliquis non istis diues nimis videatur, quibus Demetrius Cynicus parum pauper est? O virum acerrimum, & contra omnia naturae desideria pugnantem. ita quod sibi interdixit habere, interdixit & poscere. Negat enim sapientem egere. Vides eum: non virtutis scientiam, sed egestatem professus est.

C A P. XIX.

Diodorum Epicureum philosophum, qui intra paucos dies finem vitae suae manu sua imposuit, ne hanc ex decreto Epicuri fecisse, quod sibi gulam praesecuit. Alij dementiam videri uolunt factum hoc eius, alij temeritatem. Ille interim beatus, ac plenus bona conscientia, reddidit sibi testimonium uitæ excedens, laudauitq. aetatis in portu, & ad ancoram aetæ quietem: & dixit quod uos inuiti audistis, quasi uobis quoque faciendum sit:

Vixi, & quem dederat cursum fortuna, peregi.

De alterius uita, de alterius morte disputationis: & ad nomen magnorum ob aliquam eximiam laudem uitorum, sicut ad occursum ignotorum hominum minutis canes, latratis. Expedit eum uobis, neminem uideri bonum: quasi aliena uirtus, exprobatio delictorum uestrorum sit. Inuiti splendida cum sordibus uestrorum conferunt, nec intelligunt quanto id uestrum detrimento atdebitis. Nam si illi qui uirtutem sequuntur, auari, libidinosi, ambitionisq. sunt: quid uos estis, quibus ipsum nomen uirtutis odio est? Negatis quēquam praestare quae loquitur, nec ad exemplar orationis suae uiuere. Quid mirum? cum loquantur fortia, ingentia, omnes humanas tempestates euidentia: cum refigere se crucibus conentur, in quas uniusquisque uestrum clauso suo ipse adjicit. Ad supplicium tamen acti stipribus singulis pendent. Hi qui in seipso animaduertunt, quot cupiditatibus, tot crucibus distrahitur: & maledici, in alienam contumeliam uenusti sunt. Credere illis, nisi quidam ex patibulo suis spectatores conspuerent.

C A P. XX.

Non praestant philosophi quae loquuntur: multum tamen praestant, quod loquuntur, quod honesta mente concipiunt. Nam si & paria dictis agerent, quid esset illis beatus? Interim non est, quod contemnas bona uerba, & bonis cogitationibus plena praecordia. Studiorum salutarium, etiam circa effectum, laudanda tractatio est. Quid mirum, si non descendunt in altum? Arduos aggressus uirtutis suspicere, etiam si decidunt, magna conantur. Generosa res est, repicientem non ad suas, sed ad naturae suae uires, conari alta, tentare: & mente maiora concipere, quam etiam ingenti animo adornatis effici possint. Qui sibi hoc proposuit: Ego mortem eodem vultu audiam, quo videbo. Ego laboribus, quanticunque illi erunt, parebo, animo fulciens corpus. Ego diuitias & praesentes & absentes aequo contemnam: nec si alibi iacebunt, tristior: nec si circa me fulgebunt, animosior. Ego fortunā nec ueni tem sentiam, nec recedentem. Ego terras omnes tanquam meas videbo, meas tanquam omnium. Ego sic viuam, quis si sciāt alij me natū: & naturae rerum hoc nomine gratias agam. Quo enim melius gene re negotio meum agere potuit? vnu me donavit omnibus: vni mihi omnes. Quicquid habeo, nec forde custodiā, nec prodige spargam. Nihil magis possidere me credam, quam bene donata: non numero, nec pondere beneficia, nec ulla, nisi accipientis aestimatione, pendam. Nunquam id mihi multum erit, quod dignus accipiet. Nihil opinionis causa, omnia conscientiae faciam: populo spectante fieri credam, quicquid me conscientia faciam. Edendi erit bibendique finis, desideria naturae restinguere, non implere alium, & exinanire. Ego amicis iucundus, inimicis mitis & facilis, exorabor, antequam roger, honestis precibus occurram. Patriam meam esse mundum sciām: & praefides deos supra me, circaque me stare, & horum dictorumque censores. Quandoconque autem natura spiritum repetet, aut ratio dimitter, testatus exibo, bonam me conscientiam amasse, bona studia: nullius per me libertatem imminutam, minime meam.

CAP

C A P. XXI.

Qui hoc facere proponet; volet, tentabit, ad deos iter faciet: ne ille, etiam si non tenuerit, magnis tamen excidet ausis. Vos quidem qui virtutem cultoremque eius oditis, nihil noui facitis. Nam & solem lumina aegra formidant, & auerfantur diem splendidum nocturna animalia, quae ad primū eius ortum stupent, & latibula sua passim petunt, abduntur in alias rimas timida lucis. Gemite, & infeliciem linguam bonorum exercete conuicio. Instate, commordete: citius multo frangetis dentes, quam imprimetis. Quare ille philosophiae studiosus est, & tam diues vita agit? Quare opes contemnendas dicit, & habet: vitam contemnendam putat, & tamen vivit? Valetudinem contemnendam, & tamen illam diligentissime tuetur, atque optimam mauult? Et exilium nomen vanū putat, & ait, Quid est enim mali, mutare regiones? & tamen si licet, senectit in patria. Et inter longius tempus & brevius nihil interesse iudicari: tamen si nihil prohibet, extendit aetatem, & in multa senectute placidus viret? Ait ista debere contemni: non, ne habeat, sed ne sollicitus habeat. Non abiger illa à se: sed abeuntia securus profectus. Diuitias quidem vbi tutius fortuna deponet quam ibi, vnde sine querela reddentis receptura est? M. Cato cum laudaret Curius & Coruncanum, & saeculum illud in quo censorium crimen erat, paucae argenti lamellae, possidebat ipse quadragies festerium: minus sine dubio quam Craffus, plus tamen quam censorius Cato. Maiores spatio, si comparentur, proauum vicerat, quam à Craffo vincetur. Et si maiores illi obuincissent opes, non spreuister. Nec enim se sapiens indignum ullis munieribus fortuitis putat. Non amat diuitias, sed mauult. Non in animum illas, sed in domum recipit. Nec res ipsas possellas, sed continet, & maiorem virtuti sua materiam subministrari vult.

C A P. XXII.

Quid autem dubij est, quin maior materia sapienti viro sit animum explicandi suum in diuitijs quam in paupertate. cum in hac vnum genus virtutis sit, non inclinari, nec deprimiti: in diuitijs & tempestantia, & liberalitas, & diligentia, & dispositio, & magnificentia, campum habeat patentem? Non contemnit se sapiens, etiam si fuerit minimae statuarie: esse tamen se procerum volet. & exilis corpore, ac amissio oculo valebit: male tamen sibi esse corporis robur. Et haec ita, vt sciat esse aliud in se valētius. Malam valitudinem tolerabit, bonam optabit. Quaedam enim, etiam si in summa rei parua sunt, vt & subduci sine ruina principalis boni possint, adjicunt tamen aliquid ad perpetuam laetitiam, & ex virtute nascentem. Sic illum afficiunt diuitiae, & exhilarant, vt navigantem secundus & ferens ventus, vt dies bonus, vt in bruma ac frigore apricus locus. Quis porro sapientum, nostrorum dico, quibus vnum est bonum virtus, negat etiam haec quae indifferentia vocamus, habere in se aliiquid pretij, & alia alijs esse potiora? Quibusdam ex his tribuitur aliquid honoris, quibusdam multum. Ne erres itaque, inter potiora diuitiae sunt. Quid ergo, inquis, me derides, cum eudem apud te locum habeant, quem apud me? Vis scire, quam non habeant eudem locum? Mihi diuitiae si effluxerint, nihil auferent, nisi semper ipsas: tu stupebis, & videberis tibi sine te relictus, si ille à te recesserit. Apud me diuitiae aliquem locū habent: apud te, summum. Ad postremum, diuitiae meae sunt, tu diuitiarum es.

C A P. XXIII.

Desine ergo philosophis pecunia interdicere. Nemo sapientiam paupertate damnavit. Habebit philosophus amplas opes: sed nulli detraictas, nec alieno sanguine cruenter, sine cuiusquam iniuria partas, sine sordidis quaestibus, quarū tam honestus sit exitus quam in troitus, quibus nemo ingemescat, nisi maligus. In quantum vis, exaggera illas, honestae sunt: in quibus cum multa sint quae quisque sua dici velit, nihil est quod quisquam suum possit dicere. Ille vero fortunae benignitatem à se non submouebit, & patrimonio per honesta quaestio nec gloriabitur, nec erubescet. Habebit tamen etiam quo glorietur, si aperta domo, & admissa in res suas cunctitate, poterit dicere: Quod quisque suum agnoverit, tollat. O magnum virum, optime diuitiū, si opus ad hanc vocem consonet, si post hanc vocem tantundem habuerit: ita dico si tutus & securus scrutationem populo praebuerit: si nihil quisquam apud illum inuenierit, quo manus injiciat, andacter & propalam erit diues. Sicut sapiens nullum denarium intra limen suum admittet male intrantem: ita & magnas opes, minus fortunae, fructumq. virtutis, non repudiat, nec excludet. Quid enim est, quare illis bonum locum inuidet: veniant, hospitentur. Nec iactabit illas, nec abscondet. Alterum infrauniti animi est, alterum timidi & pusilli, velut magnum bonum intra finum continentis, nec, vt dixi, ejiciet illas ē domo. Quid enim dices? vtrum ne, Inutiles estis: an, Ego vti diuitijs nescio? Quemadmodum etiam si pedibus suis poterit iter confidere, escendere tamen veheculum maler: sic si poterit esse diues, volet: & habebit vrique opes, sed tanquam leues & anolaturas: nec vli alijs, nec sibi graves esse patientur. Donabit. Quid erexitis aures? Quid expeditis finum? Donabit, aut bonis, aut eiis quos facere poterit bonos. Donabit cum summo consilio, dignissimos eligens: vt qui meminerit, tam expensorum quam acceptorum rationem esse reddendam. Donabit ex recta & probabili causa. Nam inter turpes iacturas malum munus est. Habebit finum facilem, non performatum, ex quo multa exeat, nihil excidat.

C A P. XXIV.

Errat, si quis existimat facilem rem esse donare. Plurimum ista res habet difficultatis, si modo con filio tribuitur, non casu & impetu spargitur. Hunc promereor, illi reddo: huic succurro, huius misereor. Illum instruo, dignum quem non diducat paupertas, nec occupatum teneat. Quibusdam non

non dabo, quamvis desit: quia etiam si dederō, erit defuturum. Quibusdam offeram. Quibusdam etiam inculcabo. Non possum in hac re esse negligēs: numquā magis nomina facio, quam cum dono. Quid tu, inquis, recepturus donas? immo nō perditurus. Eo loco sit donatio, vnde repeti non debeat, reddi possit. Beneficium collocetur, quemadmodum thesaurus alte obrutus: quem non eras, nisi fuerit necesse. Quid domus ipsa diuitis viri, quantam habet benefaciendi materiam? Quis enim liberalitatem tantum ad togatos vocat? Horninibus prodeſſe natura iubet: serui liberi ne fint, ingenui an libertini, iustae libertatis, an inter amicos datae, quid refert? vbi cunque homo est, ibi beneficio locus est. Poteſt etiam pecuniam suam in tra limen suum diffundere, & liberalitatem exercere: quae non quia liberis debetur, sed quia à libero animo proficiscitur, ita nominata est. Haec apud sapientem nec vñquam in turpes indigosque impingitur, nec vñquam ita defatigata erit, vt non quotiens dignum inuenierit, quasi ex pleno fluat. Non est ergo quod perperam exaudiatis, quae honeste, fortiter, animose, à studiosis sapientiae dicuntur. Et hoc primum attendite. Aliud est, studios sapientiae: aliud, iam adeptus sapientiam. Ille tibi dicet: Optime loquor, sed adhuc inter mala volutor plurima. Non est, quod me ad formulam meā exigas: cummaxime facio me & formo, & ad exemplar ingens attollo: si processero, quantum proposui, exige, vt dictis facta respondeant. Asseditus vero humani boni summan, aliter tecum ager, & dicet: Primum non est, quod tibi permittas de melioribus ferre sententiam. Mihi iam quod argumentum est recti contigit, malis displicere. Sed vt tibi rationem reddam, quam nulli mortalium inuideo, audi quid promittam, & quanti quaeque aestimem. Diuitias nego bonum esse: nam si essent, bonos facerent. Nunc quoniam quod apud malos reprehenditur, dici bonum non potest: hoc illis nomen nego. Ceterum & habendas esse, & vtiles, & magna commoda adferentes, fateor.

C A P. XXV.

Quid ergo sit, quare illas non in bonis numerem, & quid in illis praestem aliud, quam vos, quoniam inter vrosque conuenit habendas, audite. Pone in opulentissima me domo, pone vbi aurum argentumq. in promiscuo vsu sit. Non suspicia me ob ista, quae etiam si apud me, extra me tamen sunt. In sublium ponem me transfer, & inter egentes abige: non ideo tamen me despiciam, quod in illorum numero confideo, qui manum ad stipem porrigit. Quid enim ad rem, an frustum panis desit, cui non deest mori posse? Quid ergo est: domum illam splendidam malo, quam ponem. Pone me in instrumentis splendentibus, & delicato apparatu: nihil me felicior credam, quod mihi molle erit amiculum, quod purpura conuiuis meis substeretur. Nihilo miseror ero, si lassa ceruix mea in manipulo foeni acquiesceret, si super circense tomentum, per luturas veteris lintei effluens, incubabo. Quid ergo est? Malo quid mihi animi sit ostendere, praetextus & Canisnatus, quam nudis scapulis. Vt omnes mihi dies ex voto cedant, nouae gratulationes prioribus subtexantur: non ob hoc mihi placebo. Muta in contrarium hanc indulgentiam temporis: hinc illinc percutiatur animus, damno, lucri, incursonibus varijs, nulla hora sine aliqua querela sit: non ideo me dicam inter miserri- ma miserum, non ideo aliquem execrabor diem: prouisum est enim à me, ne quis mihi ater dies eset. Quid ergo est? Malo gaudia temperare, quam dolores compescere. Hoc tibi ille Socrates dicit. Fac me vietorem vniuersarum gentium. Delicatus ille Liberi currus triumphantem usque ad Thebas à foliis ortu vehat. Iura reges Periarum pertant. Me hominem esse tum maxime cogitabo, cum deus vnde consalutabor. Huic tam sublimi fastigio coniunge protinus praecipitem mutationem: in alienum imponar ferculum, exornatus viatoris superbi ac feri pompa: non humilior sub alieno curru agar, quam in meo steteram. Quid ergo est? vincere tamen, quam capi malo. Totum fortunae regnum despiciam: sed ex illo, si dabitur electio, molliora sumam. Quicquid ad me venerit, bonum fiet: sed malo faciliora ac iucundiora veniant, & minus vexatura tractant. Non est enim quod villam exsimes esse sine labore virtutem: sed quaedam virtutes stimulis, quaedam fraenis egent. Quemadmodum corpus in proliu retinerti debet, in ardua impelli: ita quaedam virtutes in proliu sunt, quaedam clivum subeunt. An dubium sit, quin escendant, nitatur, obliquetur patientia, fortitudo, perseverantia, & quaeconque alia duris opposita virtus est, & fortunam subigit? Quid ergo non aequa manifestum est per desexum ire liberalitatem, temperantiam, mansuetudinem? In his contineamus animum, ne prolabatur. In illis exhortamur, incitamusque. Acerrimas ergo paupertati adhibebimus, illas quae pugnare sciunt, fortiores: diuitijs illas diligenter, quae suspenſum gradum ponunt, & pondus suum sustinent.

C A P. XXVI.

Cum hoc ita diuisum sit, malo has in vsu mihi esse, quae exercitae tranquillius sint, quam eas, quae cum experimentū sanguis & sudor est. Ergo non ego, inquit sapiens, aliter vivo quam loquor, sed vos aliter auditis. Sonus tantummodo verborum ad aures vestras peruenit, quid significet, nō quaeritis. Quid ergo inter me stultum, & te sapientem interest, si vterque habere volumus? Plurimum. Diuitiae enim apud sapientem virum inleruitate sunt: apud stultum in imperio. Sapiens diuitijs nihil permittit, vobis diuitiae omnia. Vos, tanquam aliquis vobis aeternam possessionem earum promiserit, assuefcitis illis, & cohaeretis: sapiens tunc maxime paupertatem meditatur, cum in medijs diuitijs constituit. Nunquam imperator ita paci credit, vt non se præpararet bello: quod etiam si non geritur, indicium est. Nos domus formosa, tanquam nec ardere nec ruere possit, in solentes: vos opes tanquam periculum omne trascenderint, maioreisque sint quam quibus cōsumendis satis virium habeat fortuna, obstupefaciūt. Otiosi

Otiosi duijts luditis, nec prouidetis illarum periculum: sicut barbari plerunque inclusi, & ignati machinarum, segnes laborem obdidentium spectant, nec quo illa pertineant, quae ex longinquio instruntur, intelligunt. Idem vobis euenit. Marceris in vestris rebus: nec cogitatis, quo casus vndiq. imminet, iamiamq. pretiosa spolia latiri. Sapieti quisquis a bostlerit diauitas, omnia illi sua relinquet. Viuit enim praesentibus laetus, futuri securus. Nihil magis, Socrates inquit, aut aliquis alius, cui idem ius aduersus humana atque eadem potestas est, persuasi mihi, quā ne ad opiniones vestras a cūm vitae meae flecte rem. Solita conferte vndique verba: non conuiciari vos putabo, sed uagire uelut infantes. Haec dicer ille, cui sapientia contigit: quem animus uiriorum immunit in compare alios, nō quia odi, sed in remedium, iubet. Adiçiet his illa: Existimatio mea vestra non meo nomine, sed vestro mouet. odisse, & lacefere virtutem, bona spei eiuratio est. Nullam mihi iniuriam facitis, sicut ne dijs quidem hi, qui aras euerunt: sed malum propositum appetet, malumq. consilium, etiam vbi nocere non potuit. Sic vestras hallucinations fero, quemadmodum Iupiter optimus maximus ineptias poetarum; quorum alias illi aspergunt, alias cornua; alias adulterum illam induxit, & abnoctatem: alias faeuum in deos, alias iniquum in homines: alias raptoem ingenuorum, corriptoremq., & cognatorum quidem: alias parricidam, & regni alieni paterniq. expugnatoem. Quibus nihil aliud a cūm est, quām vt pudor hominibus peccandi demeretur, si tales deos credidissent. Sed quanquam ista me nihil laedat, vestra tamen vos moneo causa. suscipite virtutem. Credite his, qui illam diu fecuti, magnus quiddam ipsos, & quod in dies maius appearat, sequi clamat. Er i p̄fām vt deos, & professores eius vt antītites colite: & quotiens mentio sacra litterarum interuerenter, fauete linguis. Hoc verbum non, vt plerique existimāt, à fauore trahitur: sed imperatur silentium, vt rite peragi possit sacram, nulla voce mala obstrepete.

C A P. XXVII.

Quod multo magis necessarium est imperari vobis, vt quotiens aliquid ex illo proferetur oraculo, intenti & compressa voce audiatis. Cum fistrum aliquis concutens ex imperio mentitur, cum aliquis secandi lacertos suos artifex, brachia atque humeros suspensa manu cruentat, cum aliqua genibus per viam repens vlvat, latrūmq. linteatus senex, & medio lucernam die praeferrens, conclamat, iratum aliquem deorum, concurrīt & auditis, & diuinum esse eum, inuicem mutuum alentes stuporem, affirmatis. Ecce Socrates ex illo carcere, quem intrando purgauit, omniq. honestiorem curia reddidit, proclamat. Quis iste furor? quae ista inimica dijs hominib⁹q. natura est: infamare uirtutes & malignis sermo nibus sancta uiolare: Si potestis, bonos laudate: si minus, transite. Quod si vobis exercere taetram istam licentiam placet, alter in alterum incursitate. Nam cum in caelum insanitus, non dico facilegium facitis, sed operam perditis. Praebui ego aliquando Aristophani materiam iocorum. tota illa comicorum poetarum manus in me venenata sales suos effudit. Illustrata est uirtus mea, per ea ipsa, per quae petebatur. Producit enim illi & tentari expedit: nec ulli magis intelligunt quanta sit, quām qui uires eius lacessendo fenserunt. Duritia silicis nulli magis quām ferientibus nota est. Praebeo me non aliter quām rupes aliqua in vadolo mari destituta, quam fluctus non desinunt vnde cuncte moti sunt uerberare: nec ideo aut loco eam mouent, aut per tot aerales crebro incursu suo consumunt. A filiis, facite impetum, ferendo vos vincam. In ea quae firma & insuperabilia sunt, quicquid incurrit, malo suo uim suam exercet. Proinde quaerite aliquam mollem cedentemq. materiam, in quam tela vestra figātur. Vobis autem vacat aliena scutari mala, & sententias ferre de quoquā? Quare hic philosophus laxius habitat? Quare hic laius coenat? Papulas obseruat alienas, ipsi obſiti plurimis viceribus. Hoc tale est, quale si quis pulcherrimorum corporum natus aut uerrucas derideat, quem fera scabies depascitur. Obijcite Platonis, quod petierit pecuniam: Aristoteli, quod acceperit: Democrito, quod neglexerit: Epicuro, quod conſumpferit: mihi ipsi Alcibiadem & Phaedrum obiectate. O vos maxime felices, cum primum vobis imitari uita nostra contigerit. Quin potius mala vestra circumspicitis, quae vos ab omni parte confidunt, alia grastantia extrinsecus, alia in uisceribus ipsi ardenta? Non eo loco res humanae sunt, etiam si statum vestrum parum noſtis, ut uobis tantum otii ſuperſit, ut in probra meliorum agitare linquam uacet,

C A P. XXVIII.

Hoc uos non intelligitis, & alienum fortunae uestrae uultum geritis: sicut plurimi, quibus in circuio aut in theatro desidentibus, iam funesta domus est, nec annuntiatum malum. At ego ex alio proficiens, nideo quae tempestates aut imminente vobis, paulo tardius rupturae nymbum suum, aut tam uicinae, ut uos ac uestra rapturæ sint, si proprius acceſſerint. Quid porro, nonne nunc quoque (etiam si parum sentitis) turbo quidam animos uestros rotat, & inuoluit fugientes, perenteſq. eadem, & nunc in sublime alleatos, nunc in infima alligos rapit? Circi nobis magno consensu uitia commendant. Licet nihil aliud, quod sit salutare tentemus, proderit tamen primo in ſeipſum ſecedere. Meliores erimus ſinguli. Quid, quod ſecedere optimos viros, & aliquod exemplum eligere, ad quod vitam dirigamus, licet? Tunc potest obtinere quod ſemel placuit, ubi nemo interuenit, qui iudicium adhuc imbecillum populo adiutorie detorquet. Tunc potest uita aequali & uno tenore procedere, quam propofitum diuerſissimis ſcindimus. Nam inter cetera mala illud pefſum est, quod uita ipsa mutans. Sic ne hoc quidem nobis contingit, permanere in malo iam familiariter. Aliud ex alio placet, vexatq. nos. Hoc quoque, quod iudicia nostra non tam praua, sed etiam leuia ſunt. Fluctuamus, aliudq.

ex alio

ex alio comprehendimus: petita relinquimus, relata repetimus: alternae inter cupiditatem nostram, & paenitentiam vices ſunt. Pendemus enim toti ex alienis iudicijs: & id optimum nobis videtur, quod pētatores laudatoresque multos habet, non id quod laudandum petendumque eſt. Nec viam bonam ac malam per ſe aeffimamus, ſed turba veltigorum, in quibus nulla ſunt redeuntum. Dices mihi: Quid agis Seneca? deferas partes. Certe Stoici ueltri dicunt: V̄ſque ad ultimum vitae finem in aetū erimus, non definiſimus communī bono operam dare, adiuuare ſingulos, opem ferre etiam inimicis, eniti manu. Nos ſumus, qui nullis annis vacationem damus, & quod ait ille vir diuertiſſimus, Canitiem galea premimus. Nos ſumus, apud quos vſque eo nihil ante mortem otiosum eſt, ut, ſi res patitur, non ſit ipſa mox otiosa. Quid nobis Epicuri praeepta in i p̄fā Zenonis principiis loqueris? Quin tu bene & nauiter, ſi partiū piget, trāſ fugis portius, quām prodiſ: Hoc tibi in praefentia repondebo. Nunquid vis amplius, quām ut me ſimile ducibus meis praefem? Quid ergo eſt: non quo miserint me illi, ſed quo duxerint, ibo.

C A P. XXIX.

Nunc probabo tibi, non defiſcere me à praeeptis Stoicorum: nam ne ipſi quidem à suis defiſciuntur: & tamen excusatissimis eſem, etiam ſi non praeepta illorum ſequeret, ſed exempla. Hoc quod dico, in duas diuidam partes. Primum, vt poſſit aliquis, vel à prima aetate, contemplationi veritatis totum ſe tradere, rationem viuendi quaerere, atque exercere ſecreto. Deinde, emeritus iam ſtipendis, profligatae aetatis, optimos facere & alios: virginum Vestalium more, quae annis inter officia diuifis diſcunt facere ſacra, & cum didicerunt, docent.

C A P. XXX.

Hec Stoicis quoque placere oſtendam: non quia legem dixerim mihi, nihil contra dictum Zenonis Chrysippie comiſſit, ſed quia res ipſa patitur me ire in illorum ſententiam: quam ſi quis ſemper unius ſequitur, nonne inuicem infinit ceteris? Utinam quidem iam tenerentur omnia, & inoperata ac confessa ueritas eſſet: nihil ex decretis mutaremus. Nunc veritatem cum eis ipſis qui docent, quaerimus. Duæ maxime in hac re diſſident ſectae, Epicureorum & Stoicorum: ſed utraque ad otium diuerſa via mitit. Epicurus ait: Non acceder ad rem p. ſapiē, niſi quid interuenierit. Zenon ait: Accedet ad temp. niſi ſi quid impedierit. Alter otium ex proposito petit, alter ex cauſa. Caufa autem illa late patet: ſi resp. corrupcio eſt, quām vt adiuuari poſſit, ſi occupata eſt malis, nō nitetur ſapiens in ſuperuacuum, nec ſe nihil profuturus impender: ſi parum habebit auctoritatis aut virium: nec illum erit admittura resp. ſi valetudo illum impedit. Quomodo nauem qualiam non deducere in mare, quomodo nomen in militiam non daret debilis: ſic ad iter quod inhabile ſciet, non acceder. Potest ergo & ille cui omnia adhuc in integro ſunt, antequam illas experiantur tempeſtas, in tuto ſubſttere, & protinus commendare ſe bonis artibus: & illud beatum otium exigere, uirtutum cultor, quae exerceri etiam a quietiſſimis poſſunt. Hoc nempe ab homine exigitur, vt profit hominibus, ſi fieri poſet, multis: ſi minus, paucis: ſi minus, proximis: ſi minus, ſibi. Nam cum ſe utilem ceteris efficit, commune agit negotium. Quomodo qui ſe deteriorem facit, non ſibi tantummodo noſet, ſed etiam omnibus eis, quibus melior factus prodeſſe potuifet: ſic ſi quis bene de ſe meretur, hoc ipſo aliis prodeſſet, quod illis profuturum parat.

C A P. XXXI.

Dicas respublicas animo complectamur, alteram magnam, & vere publicam, qua dij atque homines continentur, in qua non ad hunc angulum reſpicimus, aut ad illum, ſed terminos ciuitatis noſtræ cum ſole metimus: alteram, cui nos aſcripſit conditio naſcendi. Haec aut Atheniensium erit, aut Cartaginem, aut alterius alicuius urbis, quae non ad omnes pertineat homines, ſed ad certos. Quidā eodem tempore utrique reip. dant operam, maiori minotique: quidam tantum minoti: quidam tantum maior. Huic maiori reip. & in otio deſeruire poſſumus. Imo uero nefcio an in otio melius: vt qua era- mus, quid ſit uirtus, vna plureſe ſint: natura an ars bonos uiros faciat; vnum ſit hoc, quod maria terraque, & mari ad terris inſerta complectitur: an multa Deus corpora eiusmodi ſparſerit: continua ſit omnis & plena materia, ex qua cuncta gignuntur, an diuina. & ſolidis inane permixtum ſit: Deus ſedēs opus ſuum ſpectet, an traſtet: vrum ne extrinſecus illi circumfulſus ſit, an toti inditus: immortalis ſit mundus, an inter caduca, & ad tempus nata numerandus. Haec qui contemplatur, quid Deo praefat? Ne tanta eius opera ſine teste ſint. Solemus dicere, ſumnum bonum eſſe ſecundum naturam viuere. Natura nos ad utriusque genuit, & contemplationi rerum, & actioni. Nunc probemus quod prius diuimus.

C A P. XXXII.

Quid porro, hoc non erit probatum, ſi ſe vnuſquisque conſuluerit, quantum cupiditatem habeat ignota noſcendi, quam ad omnes fabulas exciſetur? Nauigant quidā, & labores peregrinationis lo- gissimae vna mercede perpetuantur, cognoscendi aliquid abditum remotumque. Haec res ad ſpectacula populos contrahit, haec cogit praecula rimati, ſecretiora exquirere, antiquitates euoluere, mores barbarum audire gentium. Curiosum nobis natura ingenium dedit: & artis ſibi ac pulchritudinis ſuae conſilia, pefſatores nos tantis rerum ſpectaculis genuit, perditura fructum ſui, ſi tam magna, tam clara, tam ſubtiliter ducta, tam nitida, & non vno genere formosa, ſolitudini ostenderet. Ut ſcas illam ſpectacum voluisse, non tantum aſpici, vide quem nobis locum dederit. In media nos ſui parte conſtituit, & circumſpectum omnium nobis dedit: nec erexit tantummodo hominem, ſed etiam ut ab ortu ſidera in o-

Cc casum

Cafum labentia prosequi posset, & vultum suum circumferre cum toto, sublime fecit illi caput, & collo flexibili imposuit. Deinde sena per diem, sena per noctem signa produxit, nullam non partem sui explicavit: vt per haec quae obtulerat eius oculis, cupiditatem faceret etiam ceterorum. nec enim omnia, nec tanta vilium, quanta sunt, sed aries nostra aperit sibi inuestigando viam & fundamenta veri facit, vt inquisitio transeat ex apertis in obscura, & aliquid ipso mundo inueniat antiquius: vnde ista fidera existint: quis fuerit vniuersi status, antequam singula in partes discederent: que ratio mersa & confusa diluxerit: quis loca rebus assignauerit: siapte natura grauia defederint, euolauerint lenia, an praeter nimum pondusque corporum aliis aliqua vis legem singulis dixerit: an illud verum sit, quo maxime probatur, hominem diuinum spiritus esse partem, ac veluti scintillas quasdam sacrorum in terras desiluisse, atque alieno loco haesuisse. Cogitatio nostra caeli munimenta perrumpit, nec contenta est id quod ostendit scire. illud, inquit, scrutor, quod ultra mundum iacet, utrumque profunda vastitas sit, an & hoc ipsum terminis suis cludatur: qualis sit habitus exclusis, informa & confusa sint, an in omnem partem tantundem loci obstinentia, an & illa in aliquem cultum discripta sint: huic cohaerent mundo, an longe ab hoc secesserint, & in vacuo volentur: indiuidea sint, per quae struitur omne id quod natum futurumq. est, an continua eorum materia sit, & per totum mutabilis: utrum contraria inter se elementa sint, an non pugnant, sed per diversa conspirent. Ad haec quaerenda natus, aestima, quam non multum accepit temporis, etiam si illud totum sibi vindicer: cui licet nihil facilitate eripi, nihil negligenter patitur excidere, licet horas suas atarissime seruet, & usque in ultimae aetatis humanae terminos procedat, nec quicquam illi ex eo quod natura constituit, fortuna concutiat, tamen homo ad immortalium cognitionem nimis mortalis est. Ergo secundum naturam viuo, si totum me illi dedo, si illius admirator cultorque sum. At natura utrumque facere me voluit, & agere, & contemplationi vacare. Utrumque facio: quoniam ne contemplatio quidem sine actione est. Sed refert, inquis, an ad hanc voluptatis causa accelerit, nihil aliud ex illa petens, quam assiduum contemplationem, sine exitu. Est enim dulcis, & habet illecebras suas. Aduersus hoc tibi respondeo. aequa refert, quo animo ciuilem agas vitam: an vt semper inquietus sis, nec vnguane sumas ullum tempus, quo ab humanis ad diuina respicias. Quomodo res appetere sine vlo virtutum amore & sine cultu ingenij, ac nudas edere operas, minime probabile est: (misericordia enim inter se ista, & conferri debent) sic imperfectum ac languidum bonum est, in otium sine actu proiecta virtus, nunquam id quod didicit ostendens. Quis negat illum debere profectus suis in opere tentare? nec tantum quid faciendum sit cogitare, sed etiam aliquando manum exercere, & ea quae meditata sunt, ad uerum perduere? Quid si per ipsum sapientem non est mora, si non actor deest, sed agenda desunt: ecquid illi secum esse permittes? Quo animo ad otium sapiens fecedit? Viscitat secum quoque ea acturum, per quae posteris profit. Nos certe sumus, qui dicimus, & Zenonem & Chrysippum maiora egisse, quam si duxissent exercitus, gessissent honores, leges tulissent, quas non uni ciuitat, sed toti humano generi tulerunt. Quid ergo est, quare tale otium, non conueniat bono uiuendo, per quod futura saecula ordinet, nec apud paticos contionetur, sed apud omnes omnium gentium homines quique sunt quique erunt? Ad summam quaero, an ex praecepsis suis uixerint Cleanthes & Chrysippus & Zenon? Non dubie respondebis, fricilos uixisse, quemadmodum dixerant esse uiuentum. Atqui nemo illorum rem p. administravit. Non fuit illis, inquis, aut ea fortuna, aut dignitas, quae admitti ad publicarum rerum tractationem solet. sed iudem nihilominus non segnem egere uitam. Inueniunt quemadmodum plus quies illorum hominibus prodebet, quam aliorum discursus & sudor. Ergo nihilominus hi multum egisse vihi sunt, quamvis nihil publice agerent. Praeterea tria genera sunt vitae, inter quae, quod sit optimum, quaeri solet. Vnum voluptati vacat, alterum contemplationi, tertium actioni. Primum, deposita contentione, depositoque odio, quod implacabile diuersa sequentibus indiximus, videamus an haec omnia ad idem sub alio titulo perueniant. Nec ille qui voluptatem probat, sine contemplatione est: nec ille qui contemplatione infernit, sine voluptate est: nec ille cuius vita actioni destinata est, sine contemplatione est. Plurimum, inquis, discriminis est, utrum aliqua res propositum, an propositi alterius accessio sit. Sane grande discrimen. Tamen alterum sine altero non est. Nec ille sine actione contemplatur, nec hic sine contemplatione agit. Nec ille tertius, de quo male existimare consuevimus, voluptatem inertem probat, sed eam, quam ratione efficit firmam sibi. Ita & haec ipsa voluptaria, facta in actu est. Quid ni in actu sit, quum ipse dicat Epicurus, aliquando se recessurum à voluptate, dolore etiam appetiturum, si aut voluptati imminabit paenitentia, aut dolor minor pro grauiore sumetur? Quo pertinet hoc dicere? Ut appareat, contemplationem placere omnibus. Alij petunt illam: nobis haec statio est, non portus. Adiace nunc huc, quod è lege Chrysippi vivere otioso licet. Non dico vt otium patiatur, sed vt eligat. Negant nostri sapientem ad quamlibet rem. accessum. Quid autem interest, quomodo sapiens ad otium veniat: utrum quia resp. illi deest, an quia ipse reipublicae? Si omnibus defutura resp. est, semper autem deerit fastidiose querentibus, interrogabo ad quam rem. sapiens accessurus sit. Ad Atheniensum, in qua Socrates damnatur, Aristoteles ne damaretur, fugit in qua opprimit inuidia virtutes? Negabis mihi accessurum ad hanc rem. sapientem. Ad Carthaginem usum ergo rem. sapiens accedit, in qua assida feditio, & optimo cuique infesta libertas est, summa aequi ac boni uirilis, aduersus hostes inhumana crudelitas, etiam aduersus suos hostiles? Et hanc fugiet. Si percensere singulas voluero, nullam inueniam. quae sapientem, aut quam

quam sapiens pati possit. Quod si non intenitur illa resp. quam nobis fingimus, incipit omnibus esse otium necessarium: quia quod unum preferri poterat otio, nusquam est. Si quis dicit optimum esse nauigare, deinde negat nauigandum in eo mari, in quo naufragia fieri soleant, & frequenter subitae tempestates sint, quae rectorem in contrarium rapiant: puto, hic vetat nauem soluere, quanquam laudat nauigationem.

Notae in hunc librum coniungentur cum ijs quae sunt in libros de tranquillitate animi.

L. ANN AE I SENECAE AD SERENVM DE TRANQVILLITATE ANIMI LIBER PRIMVS.

CAP. I.

NQVIRENTI mihi in me, quaedam via apparet reducta, in aperto posita, quae manu prenderem, quaedam obcuriora & in recessu, quaedam non continua, sed ex interratis redeuntia: quae vel molestissima dixerim, vt hostes vagos, & ex occasiobus affilientes, per quos neutrum licet, nec tamquam in bello paratum esse, nec tanquam in pace securum. Illum tamen habitum in me maxime deprehendo (quare enim non verum vt medico fatear?) me, nec bona fide liberatum ijs quae timebam & oderam, nec rursus obnoxium. In statu vt non pessimo, ita maxime querulo & moroso positus sum: Nec aegroto, nec valeo. Non est quod dicas, omnium virtutum tenera esse principia, tempore ipsis duramentum & robur accedere. Non ignoror, etiam quae in speciem laborant, dignitatem dico, & eloquentiae famam, & quicquid ad alienum suffragium venit, mora cōualescere. Et quae veras vires parant, & quae ad placendum fuso quadam subornantur, expectant annos, donec paulatim colorem diuturnitas ducat. Sed ego vereor, ne consuetudo, quae rebus afferit constantiam, hoc vitium in me altius sigat. Tam bonorum quam malorum longa conuersatio amorem inducit. Haec animi inter utrumque dubij, nec ad recta fortiter, nec ad praua vergentis infirmitas qualis sit, non tam sensu tibi possum, quam per partes ostendere. Dicam quae accidunt mihi: tu morbo nomen inuenies. Tenet me summus amor parimoniae, fateor. Placet non in ambitionem cubile compositum, non ex arcu prolati vestis, non ponderibus aut tormentis splendere cogentibus pressa: sed domestica, & vilis: nec seruata, nec sumenda sollicite. Placet cibus, quem nec parent familiae, nec spectent, non ante multis paratus dies, nec multorum manibus ministratus: sed parabilis facilisque, nihil habens accessiti pretio: sed vibilis non defuturus, nec patrimonio gratis, nec corpori, nec redditus qua intrauerat. Placet minister inculcus & rudis vernula, argentum graue rustic patris, fine vlo opere & nomine artificis: & mensa non varietate macularum conspicua, nec per multas elegantium dominorum successiones ciuitati nota: sed in vsum posita, quae nullius coniuiae oculos nec voluptate moretur, nec accendat inuidia. Cum bene ista placuerunt, praefixit animum apparatus alicuius pedagogij, diligentius quam iam inta priuatum larem vestita & auro culta mancipia, & agmen seruorum nitentium, lam domus etiam qua calcatur pretiosa, & diuitijs per omnes angulos dissipatis, tecta ipsa fulgentia, & affectuator comeque patrimoniorum pereuntium populus. Quid perluentes ad imum aquas, & circumfluentes ipsa coniuia, quid epulas loquar, scaena sua dignas? Circumfudit me ex longo frugalitatis situ venientem, multo splendore luxuria, & vndique circumsonuit. Paulum titubat acies: facilis aduersus illam animum quam oculos attollo. Recedo itaque non peior, sed tristior. Nec inter illa friuola mea tam laetus incedo, tacitusque in oris lubit, & dubitatio, nunquid illa meliora sint, nihil horum me mutat, nihil tamen non concutit. Placet vir praceptoris sequi, & in median ire Rem publicam. Placet honores fascesque, non purpura aut virgis adductum capessere, sed vt amici propinquique, & omnibus ciuibus, omnibus deinde mortalibus parati, viliorque sim, proprius positus. Sequor Zenonem, Cleanthem, Chrysippum: quorum tam nemo ad Rem pub. accessit, nemo non misit. Ad quam cum animum in solitum arietare permisi, ubi aliquid occurrit, aut indignum (vt in omni vita humana multa sunt) aut parum ex facili fluens, aut multum temporis res non magno aestimanda poposcerunt, ad otium conuertor: & quemadmodum pccoribus fatigatis quoque velocior domum gradus est. Placet intra parietes suos vitam coercere. Nemo vnum auferat diem, nihil dignum tanto impedio redditurus. sibi ipse animus haeret, se colat, nihil alieni agat, nihil quod ad iudicem spectet. Ametur expers publicae priuataeque curae tranquillitas. Sed

Cc 2 vbi

ubi lectio fortior erexit animum, & aculeos subdiderunt exempla nobilia: profilare libet in forum, commodare alteri uocem, alteri operam, et si nihil profuturam, tamē conaturam prodesse: alterius coercere in foro superbiam, male secundis rebus elati. In studijs puto mehercule melius esse res ipsas intueri, & harum causa loqui: ceterum verba rebus permittere, ut qua duxerint, hac inelaborata sequatur oratio. Quid opus est saeculis duratura componere? Vis tu non id agere, ne te posteri taceant? Morti natus es: minus molestiarum habet finis tacitum. Itaq. occupandi temporis causa, in vnum tuum, non in praeconium aliquid simplici stilo scribe. Minore labore opus est studentibus in diem. Rursus ubi se animus cogitationis magnitudine leuauit, ambitiosus in verba est, altiusque vt spirare, ita eloqui gemit, & ad dignitatem rerum exsurgit oratio: oblitus tum legis pressiorisque iudicij, sublimis feror, & ore iam non meo. Ne singula diutius persequar, in omnibus rebus haec me sequitur bona mentis infirmitas, cui ne paulatim defluat vvereor, aut quod est sollicitus, ne semper casuero similis pendeam, & plus fortasse sit, quam quod ipse prouideo. Familiariter enim domestica alpiciamus, & semper iudicio fauor officit. Puto multos potuisse ad sapientiam peruenire, nisi pitassen se peruenisse: nisi quedam in se dissimilassent, quedam apertis oculis transfigissent. Non est enim quod nos magis aliena iudices adulatione perire, quam nostra. Quis sibi uerum dicere ausus est? Quis non inter laudantium, blandientiumque positus greges, plurimum tamen sibi ipse assentatus est? Rogo itaque, si quod habes remedium, quo hanc fluctuationem meam fistas, dignum putes me, qui tibi tranquillitatem debeat. Non esse periculosos motus animi, nec quicquam tumultuosi afferentis ictio. Vt uera tibi similitudine id de quo queror exprimam, non tempestate uexor, sed nauis. Detrahe ergo quicquid hoc est mali, & succurre in conspectu terrarum laborant.

C A P. II.

Quapropter mehercule iam dudum, Serene, ipse tacitus, cui talem affectum animi similem putem. Nec ullius proprius admoneor exemplo, quam eorum, qui ex longa & graui ualeitudine expliciti, mortuiculis, lenib[us]que interim offensis perstringuntur, & cum reliquias effugerint, suspicitionibus tamen inquietantur, medicisque iam sanu manum porrigit, & omnem calorem corporis sui calumniantr. Horū, Serene, non parū sanum est corpus, sed sanitati parū affueuit: sicut est quidā tremor etiā tranquilli matris, aut lacus, cū ex tempestate requieuit. Opus est itaq. non illis diu roribus, quae etiā transcurri mus, ut aliquib[us] obstes tibi, ali cubi irascaris, alienib[us] iustes grauius, sed illud quod ultimū uenit, ut sicut ibi habeas, & recta ire via te credas, nihil auocatus transuersis multorum uestigis passim discurrentium, & quorundā circa ipsam errantiū uiam. Quod desideras autē, magnū & summum est, Deoque uicinū, non concuti. Hanc stabilem animi sedem, Graeci & suū vocant, noxiam, de qua Democriti uolumen egregium est: ego tranquillitatem uoco, nec enim imitari & transferre uerba ad illorum formam necesse est. Res ipsa de qua agitur, aliquo signanda nomine est, quod appellationis Graecae vim debet habere, non faciem. Ergo quaerimus, quomodo animus semper aequalis, secundoque cursu eat, propitiusque sibi sit, & sua laetus aspiciat, & hoc gaudiū non interrumpat, sed placido statu maneat, nec atollens se unquā, nec deprimens. Id tranquillitas erit. Quomodo ad hanc perueniri possit, in uniuersum quereramus. Sumes tu ex publico remedio quantum uoles. Totum interim uitium in medium protrahendum est, ex quo agno scet quisque partem suam. Simul tu intelliges, quanto minus negotii habeas cum fastidio tui, quam hi quos ad professionem speciosam alligatos, & sub ingeni titulo laborantes, in sua simulatione pudor magis quam uoluntas tenet. Omnes in eadē causa sunt, & hi qui leuitate uexantur, ac taedio, assidueq. mutatione propositi, quibus semper magis placet quod reliquerunt, & illi qui marcent & oscitant. Adiice illos, qui non aliter quam quibus difficilis somnus est, uerant se, & hoc atque illo modo componunt, donec quietē laitudine inueniant: statū uiae formando subinde, in eo nouissime manent, in quo illos nō mutandi odiū, sed senectus ad nouandū pigra deprehendit. Adiice & illos, qui non inconstitiae vitio, parū leues sint, sed inertia. Viuunt, non quomodo uolunt, sed quomodo coeperūt. Innumerabiles deinceps proprietates sunt, sed unus effectus uitij, displicere sibi, hoc oritur ab intēperie animi, & cupiditatibus timidis, aut parum prosperis, ubi aut non audent, quantum concupiscunt, aut non consequuntur, & in spem toti prominent, semper instabiles mobileque. Quod necesse est accidere pendebit. Omni uita pendet, & in honesta se ac difficultia docēt, coguntque: & ubi sine praemio labor est, torquet illos irritū dedecus, & dolent se prava frustra voluisse. Tunc illos & paenitentia coepit tener, & incipiendi timor, surrepitq. illa iactatio animi, non inuenientis exitū, quia nec cupiditatibus suis imperare, nec obiequi possunt: & cunctatio mitiae parum se explicant, & inter desituta uota torpens animi fitus. Quae omnia grauiora sunt, ubi odio infelicitatis operosae ad otium profugerunt, & ad secreta studia: quae pati non potest animus ad ciuilia erectus, agendique cupidus, & natura inquietus, parum scilicet in se solitorum habens: ideoque detractis oblectationibus, quas ipsae occupationes discurreribus praebent, domum, solitudinem, parietes non fert, iuinitus aspicit se, sibi relictum. Hinc illud est: taedium: & diplacentia sui, & nusquam residentis animi uoluntatio, & otii sui tristis atque aegra paientia: utique ubi causas fateri puget, tormenta introrsus egit uerecindia, in angusto inclusae cupiditates sine exitu se ipsae strangulant. Inde maior marcorque & mille fluctus mentis incertae, quam inchoata habent suspenſam, deplorata tristem: inde ille affectus otium suum detestantū, querentiumque nihil ipsos habere quod agant, & alienis incrementis inimicissima inuidia. Alit enim liuorem infelix inertia.

inertia: & omnes destrui cupiunt, quia se non potuerunt prouehere: & ex hac deinde auerstione alienorum processuum, & suorum desperatione, obiraſcens fortunae animus, & de saeculo querens, & in angulos se retrahens, & poenae incubans sua, dum taeder sui, pigetque. Natura enim humanus animus agilis est, & pronus ad motus. Grata omnis illi excitandi se materia est, gravior quibusque pessimis ingenij, quae occupationibus libenter deteruntur. Ut vlcera quaedam nocituras manus appetunt, & taetu gaudent, & feram corporum scabiem delectat, quicquid exasperat: non aliter dixerim his mentibus, in quas cupiditates velut mala ulcera eruperunt, uolupati esse laborem vexationemque. Sunt enim quaedam, quae corpus quoque nostrum cum quadam dolore delectant: vt versare se, & mutare nondum fessum latus, & alio atque alio positum ventilari. Qualis ille Homericus Achilles est, modo pronus, modo lupinus, in variis habitus se ipse component. Quod proprium aegri est, nihil diu pati, & mutationibus, vt remedij uti. Inde peregrinationes suscipiuntur vagae, & littora pererrantur, & modo mari se, modo terra experitū semper praesentibus infesta leuitas. Nunc, Campaniam petamus. Iam delicata fastidio sunt: inculta videantur. Brutios & Lucanos saltus persequuntur. Aliiquid tamen inter deserta amoeni requiratur, in quo luxuriosi oculi longo locorum horrentū squalore relevantur. Tarentum petatur, laudatusq. portus, & hiberna caeli mitioris, & tecta vel antiquae fastis opulēta turbae. Iam flectamus cursum ad vrbe: nimis diu à plauso & fragore aures vacauerunt. Iuuat īā & humano sanguine frui. Aliud ex alio suscipitur, & spectacula spectaculis mutatur: vt ait Lucretius.

Hoc se quisque modo semper fugit.

Sed quid prodest, si non effugit: sequitur se ipse, & vrget grauissimus comes. Itaque scire debemus, non locorum uitium esse quo laboramus, sed nostrum. Infirmi sumus ad omne tolerandum, nec labores patientes, nec uolupatis, nec nostrae, nec vlliū rei diutius. Hoc quosdam egit ad mortem, quod propria saepe mutando, in eadem reuoluerunt, & non reliquerāt nouitati locum. Fastidio illis esse coepit vita & ipse mundus, & subit illud rabidarium deficitum: Quousque eadem?

C A P. III.

Aduersus hoc taedium quo auxilio putem utendum, quaeris. Optimum erat (vt ait Athenodorus) actione rerum & Reip. tractatione, & officiis civilibus se detinere. Nam vt quidam sole & exercitatio & cura corporis diem ducunt, athletique utilissimum est, lacertos suos, roburque cui se vni dicauerunt, maiores temporis parte nutriti: ita nobis animum ad rerum civiliū certamē parantibus, in opere esse longe pulcherrimum est. Nam cum uitemi se efficeri ciuib[us] mortalibusque propositum habeat, simul & exercetur & proficit, qui in medijs se officijs posuit, communia priuataque pro facultate administrans. Sed quia in hac, inquit, tam insana hominum ambitione, tot calumnia toribus in derius recta torquentibus parum tutu simplicitas est, & plus futurum temper est quod obstat, quam quod succedit, à foro quidem & publico recedendum est: fed haber, vbi se etiam in priuato late explicit magnus animus. Nec vt leonum animaliumque impetus caueis coercetur sic hominum, quorum maxime in seducta actiones sunt. Ita tamen delituerit, vt vbi cunque orium suum absconditer, prodeste velit & singulis & uniuersis, ingenio, voce, cōfilio. Nec enim is solus Reip. prodest, qui candidatos extrahit, & tuerit reos, & de pace belloque censet: sed qui iuuentutem exhortatur, qui in tanta bonitū praecceptorum inopia virtute instruit animos, qui ad pecuniam luxuriamque cursu ruentes presnat ac retrahit, & si nihil aliud, certe moratur, in priuato publicum negorū agit. An ille plus praestat, qui inter peregrinos & ciues, aut urbanus praetor praeeuntibus assessoribus tria verba pronuntiat, quam qui docet quid sit iustitia, quid pietas, quid sapientia, quid fortitudo, quid mortis contemptus, quid deorum intellectus, quantum bonum sit bona conscientia? Ergo si tempus in studia conferas, quod subduxeris officijs, non deserueris, nec munus detractueris. Neque enim ille solus militat, qui in acie stat, & cornu dextrum laetumque defendit: sed & qui portas tuerit, & statione minus periculosa, non otiosa tamen, fungitur uigiliasque seruat, & armamentario praest. Quae ministeria quamuis incruenta sint, in numerum stipendiōrum veniunt. Si te ad studia reuocaueris, omne vitae fastidium effugeris: nec noctem fieri optabis taedio lucis, nec tibi grauius eris, nec alijs superuacuus: multis in amicitia attrahes, afflueret que ad te optimus quisque. Nunquam enim quamvis obscura virtus latet, sed mittit sui signa. Quisquis dignus fuerit, vestigis illam colliger. Nam si omnem conversationem tollimus, & generi humano renuntiamus, viuimulque in nos tantum conuerti, sequitur hanc solitudinem, omni studio carentem, inopia rerum agēdarum. Incipiems aedificia alia ponere, alia subuertere, & mare submuovere, & aquas cōtra difficultates locorum ducere, & male dispensare tempus, quod nobis natura consumendum dedit. Alij parce illo virtutē, alijs prodige: alijs sic impendimus, vt possimus rationem reddere: alijs, vt nullas habeamus reliquias. Quare nihil turpis est, quam grandis natu senex, qui nullum aliud habet argumentum, quo se probet duuixisse, praeter aetatem. Mihi, carissime Serene, nimis videtur submisile temporibus se Athenodorus, nimis cito refugisse. Nec ego negauerim aliquando cedendum, sed sensim relato gradu, & salua signis, salua militari dignitate. Sanctiores turi orefque sunt hostibus suis, qui in fidem cum armis veniunt. Hoc puto virtuti faciendum, studiosoque uirtutis si praeualebit fortuna, & praecedit agendi facultatem, non statim auersus inermisque fugiat, latebras quaerens, quasi vllus locus sit, quo non possit fortuna perseguiri. Sed parcus se inserat officijs, & cum dilectu inueniat aliquid, in quo utilis ciuitati sit. Militare non licet: honores spectet. priuato viuendum est: si orator, silentium indicū est:

tacita aduocatione ciues iuguet, periculorum etiam ingressu forum est: in domibus, in spectaculis, in cōuiuis, bonum contubernalem, amicum fidelem, temperantem coniuiam aga. Officia si ciuis amiserit, hominis exerceat. Ideo magno animo nos non unius vrbis moenibus clusimus, sed in totius orbis com mercium emisimus. Patriamque nobis mundum professi sumus: vt liceret latiore virtuti campum dare. Praeculsum tibi tribunal est, & rostris prohibitis, aut comitiis: respice post te, quantum latissimum regionum pateat, quantum populorum. Numquam ubi ita magna pars obstruetur, vt non maior relin quatur. Sed vide, ne totum istud uitium tuum sit. Non vis enim nisi consul, aut prytane, aut ceryx, aut fusus administrare Remp. Quid si militare nolis, nisi imperator aut tribunus: etiam si alij primam frontem tenebunt: te fors inter triarios posuit: inde noce, achtoratione, exemplo, animo milita. Praecisis quoque manibus ille in proelio inuenit, quod partibus conferat, qui stat tantum, & clamore iuuat. Tale quiddam facies, si à prima te Reip. parte fortuna submouerit: stes tamen, clamore iuues: si quis fauces oppreserit, stes tamen, & silentio iuues. Nunquam inutilis est opera ciuis boni. Auditu enim, visu, vultu, nutu, obsimulatione tacita, incessuque ipso prodest. Ut salutaria quedam citra gustum tactumq; odore proficiunt: ita virtus utilitatem etiam ex longinquo & latens fundit, siue spargitur & se viritur, suo iure, siue precarios haber excessus, cogiturque vela contrahere, siue otiosa mutaque est, & angusto circumscripta, siue adaptata: in quocunque habitu est, prodest. Quid? tu parum vtile putas exemplum bene quiescentis? Longe, inquam optimum est misericordia otium rebus, quo tamen actuosa vita impedimentis fortuitis, aut ciuitatis cōdicione prohibetur. Nunquam usque eo interclusa sunt omnia, vt nulli actioni honestae locus sit. Nunquid potes inuenire urbem miserorem, quam Atheniensium fuit, cum illam triginta tyranni diuellerent: mille trecentos ciues, optimum quemque, occiderant. Nec finem ideo faciebat, sed irritabat se ipsa saevitia. In qua ciuitate erat ariopagos, religiosissimum iudicium, in qua se natus, populusq; senatus similis coibat, quotidie carnificiū triste collegit, & infelix curia tyrani angusta. Poterat illa ciuitas conquiescere, in qua toti tyranni, tot satellites erat? Ne spes quidē villa recipiendae libertatis animis poterat offerri: nec ulli remedio locus apparebat, cōtra tantam vim malorum. Vnde enim miserae ciuitati tot Harmodios? Socrates tamē in medio erat, & lugentes patres cōsolabantur, & desprantes de Rep. exhortabantur, & diuitibus opes suas metueptibus exprobabant feram periculosae auaritiae paenitentiam; & imitari volentibus magnū cōfūcum ferebat exemplar, cum inter triginta dominos liber incederet. Hunc tamē Athenae ipsae in carcere occiderunt: & qui tuto insultauet agmini tyranorum, eius libertatem libera ciuitas non tulit: vt scias & in afflita Rep. esse occasionem: lapienti viro ad se proferendum, & in florenti ac beata, impotentiam, inuidiam, mille alia vita inermia regnare. Vt cuncte ergo se Rep. dabit, vt cuncte fortuna permitteret, ita aut explicabimus nos, aut contrahemus. Vtique mouebimus, nec alligati metu torpebimus. Immo ille vir fuerit, qui periculis vndiq; imminentibus, armis & catenis circumfrentibus, non alliserit virtutem nec absconderit. Non est enim seruare se, obruere. Ut opinor, Curius Dentatus aiebat, malle esse se quam vivere mortuum. Ultimum malorum est, ex viuorum numero exire, antequam moriaris: sed faciendum erit, si in Reip. tempus minus tractabile incidentur, vt plus otio ac litteris vindices: nec aliter quam in periculosa nauigatione subinde portum petas: nec expectes donec res te dimittant, sed ab illis te ipse diuinas.

C A P. IIII.

Inspicere autem debemus primum nosmetipso, deinde quae aggredimur negotia, deinde eos quorū causa, aut cum quibus agendum est. Ante omnia necesse est scip̄um aestimare: quia fere plus nobis videtur posse quā possimus. Alius eloquacia fiducia prolabitur, aliis patrimonio suo plus imperatur, quā fere posse: aliis infirmum corpus laborioso oppressis officio. Quorundam parum idonea est verecundia rebus ciuilibus, quae firmam frontem desiderant: quorundam contumacia non facit ad aulam. Quidam non habent iram in potestate: & illos ad temeraria verba quaelibet indignatio effert. Quidam urbanitatem nesciunt continere, nec periculosis abstinent salibus. Omnibus his viatorum negotio quies est. Ferox impatiensque natura, irritamenta nociturae libertatis evitet.

C A P. V.

Aestimanda sunt deinde ipsa, quae aggredimur, & vires nostrae cum rebus quas tentaturi sumus, comparandae. Debet enim semper plus esse virium in labore, quam in onere. Necesse est oppriment onera, quae ferente maiora sunt. Quaedam praeterea non tam magna sunt negotia, quam foecunda, multumq; negotiorum ferunt. Et haec refugienda sunt, ex quibus noua occupatio multiplexq; nascetur. Nec accedendum eo, vnde liber regressus non sit. His admouenda manus est, quorum fine aut facere, aut sperare possis. Relinquenda quae latius actu procedunt, nec vbi proposueris, desinunt.

C A P. VI.

Hominum viisque delectus habendus est, an digni sint, quibus partem vitae nostrae impendamus, han ad illos temporis nostri iactura pertinet. Quidam vltro officia nostra nobis imputant. Atheneorus ait, ne ad coenam quidem se iturum ad eum, qui sibi nil pro hoc debiturus sit. Puto intelligi, multo minus ad eos iturū, qui cum amicorum officijs paria in mensa faciunt, qui fercula pro cōgiarijs numerant: quasi in alienum honorem intemperantes sint. De me illis testes spectatoresque, nō delectabit popina secreta. Considerandum est, vtrum natura tua agendis rebus, an otioso studio, contemplatione aptior sit: & eo inclinandum, quo te vis ingenij defert. Isocrates. Ephorum iniecta manu à fore

foro subduxit, vtiliorem componendis monumentis historiarum ratus. Male enim respondent coact ingenia, reluctance natura irritus labor est.

C A P. VII.

Nihil tamen aequae, oblectauerit animum, quam amicitia fidelis. Quantum bonum est, vbi sunt timeas, quorum sermo sollicitudinem leniat, sententia consilium expeditat, hilaritas tristitiam dissipet, conspectus ipse delectet: Quos scilicet vacuos, quantum fieri poterit, à cupiditatibus, eligemus. Seruit enim vita, & in proximis quemque transiliunt, & contactu nocent. Itaque ut in pestilentia cauedum est, ne corruptis iam corporibus, & morbo flagrantibus assideamus, quia pericula trahemus, a flattuque ipso laborabimus: ita in amicorum legendis ingenij dabimus operam, vt quam minime inquinatos assumamus. Initium morbi est, aegris sana miscere. Nec hoc praeceperim tibi, vt neminem nisi sapientem sequaris, aut attrahas. Vbi enim istum inuenies, quem tot saeculis quaerimus? Pro optimo est minime malus. Vix tibi effet facultas delectus felicioris, si inter Platōnēs & Xenophontas, & illum Socrati foetus prouerbit bonos quaereret, aut si tibi potestas Catoniana fieret aetatis, quae plerosque dignitatis, qui Catonēs saeculo nascerentur, sicut multos peiores, quam vñquam alias, maximorumque militares scelerum. Vtraque enim turba opus erat, vt Cato posset intelligi. habere debuit & bonos, quibus te approbare: & malos, in quibus vim suam experiretur. Nunc vero in tanta bonorum effigie, minus fastidiosa fiat electio. Praecipue tamen vitentur tristes, & omnia deplorantes, quibus nulla non causa in querelas placet. Constatilli licet fides & benevolentia, tranquillitati tamen inimicus est comes perturbatus, & omnia gemens.

C A P. VIII.

Transeamus ad patrimonia, maximam humanarum aerumnarum materiam. Nam si omnia alia quibus angimur, compares, mortes, aegrotationes, metus, desideria, dolorum laborumque patientiam, cum ijs quae nobis mala pecunia nostra exhibet, haec pars multum praegratabit. Itaque cogitandum est, quanto lenior dolor sit, non habere, quam perdere: & intelligemus, paupertati eo minorem tormentorum, quo minorum damnorum esse materiam. Erras enim, si putas animosius detrimeta diuites ferre. Maximis minimisque corporibus par est dolor vulneris. Bion eleganter ait, Non minus molestum esse comatis quam caluis, pilos velli. Idem scias licet de pauperibus locupletibusque, par illis esse tormentum. Vtrisque enim pecunia sua adhaesit, nec sine sensu auelli potest. Tolerabilius autem est, vt dixi, faciliusque, non acquirere, quam amittere. Ideoq; laetiores videbis quos nunquam fortuna respexit, quam quos deseruit. Videlicet hoc Diogenes, vir ingentis animi, & effectus ne quid sibi eripi posset. Tu istud paupertatem, inopiam, egfestatem voca, & quam volēs ignominiosum securitati nomen impone. Putabo hunc nō esse felicem, si quem mihi alium inuenieris, cui nihil pereat. Aut ego fallor, aut regnum est, inter auaros, circumscriptores, latrones, plagiarios, vnum esse, cui nō certi non possit. Si quis de felicitate Diogenis dubitat, potest idem dubitare & de deorum immortalium statu, an parum beate degant, quod illis non praedia, nec horti sint, nec alieno colono rura pretiosa, nec grande in foro foenus. Non te pudet, quisquis diuitijs adstupes? Respice agedum mundum: nidos videbis deos, omnia dantes, nihil habentes. Hunc tu pauperem putas, an dijs immortalibus similem, qui se fortuitis omnibus exuit? Feliciorum tu Demetrium Pompeianum vocas, quem non pudet locupletorem esse Pompeio? Numerus illi quotidie seruorum, velut imperatori exercitus, referebatur, cui iamdudum diuitia e esse debuerant, duo vicarij, & cella laxior. At Diogeni seruus vnicus fugit, nec eum reducere, cum monstraretur, tanti putauit. Turpe est, inquit, Manen sine Diogenem posse vivere, Diogenem sine Mane non posse. Videatur mihi dixisse: Age tuum negotium fortuna. nihil apud Diogenem iam tuum est. Fugit mihi seruus, immo liber abiit. Familia vestiarum petit, vñctumque. Tot ventres auditis simorum animalium tueri sunt. Emenda vestis, & custodienda rapacissimae manus, & flentium detestantiumque ministerijs vendendum. Quanto ille felicior, qui nihil vli debet, nisi, cui faciliter negat, sibi. Sed quoniā nō est tantum roboris nobis, angustanda certe sunt patrimonia, vt minus ad iniurias fortunae simus exposti. Habiliora sunt corpora pusilla, quae in arna sua contrahi possunt, quam quae superfunduntur, & vndique magnitudo sua vulneribus obiecit. Optimus pecuniae modus est, qui nec in paupertatem cadit, nec procul à paupertate discedit.

C A P. IX.

Placebit autē haec nobis mēsura, si prius parsumonia placuerit: si nee villa opes sufficiunt, nec viliae satis patent: praeſertim cum in vicino remedium sit, & possit ipsa paupertas in diuitias se, ad uocata frugalitate, conuertere. Assuecamus à nobis remouere pompa, & vñcū rerum ornamenti meati. Cibus famem, domet, portio sitim, libido quo necesse est fluat. Discamus membris nostris inniti: cultum vñctumque non ad noua exempla componere, sed vi maiorum suadent mores. Discamus continentiam augete, luxuriam coercere, gulam temperare, iracundiam lenire, paupertatem aequis oculis appetere, frugalitatem colere, etiam si nos pudebit desiderijs naturalibus paruo parata remedia adhibere, spes effraenatas, & animum in futura eminentem velut sub vinculis habere, id agere, vt diuitias à nobis potius quam à fortuna petamus. Non potest, inquam, tanta varietas & iniurias casuum ita depelli, vt non multum procellarum irruat magna armamenta pandentibus: cogendae in arctum res sunt, vt tela

In vanum cadant. Ideoque exilia interdum calamitatesque in remedium cessere, & leuioribus incommodis grauiora sanata sunt, vbi parū audit praecpta animus, nec curari molibus potest. Quid ni? consultur? si & paupertas & ignominiosa rerum euerio adhibetur: malo malum opponitur. Atque camus ergo coenare posse sine populo, & seruis paucioribus seruiri, & vestes parare in quod inuentae sunt, habitare contractus. Non in curu tantum circuī certamine, sed in his spatijs vitae interius flectendum est. Studiorum quoque, quae liberalissima impensa est, tamdiu ratione habebo, quamdiu modum. Quo mihi innumerabiles libros & bibliothecās, quātūm dominus vix tota vita sua indices perlegit? Onerat discentem turba, non instruit: multoq[ue] latius est paucis te auctoribus tradere, quām errare per multos. Quadragesinta millia librorum Alexandriæ afferunt, pulcherimum regiae opulentiae monumentum. alius laudauerit, sicut Luius, qui elegantiæ regum curaeque egregium id opus ait fuisse. Non fuit eleganti illud, atq[ue] cura, sed studioſa luxuria: imo ne studiōſa quidem, quoniam non in studiū, sed in spectaculum comparauerant: sicut plāterisque ignaris etiam seruiliū litterarum, libri non studiorum instrumenta, sed coenationum ornamentiā sunt. Patet itaque librorum quantum fatis sit, nihil in apparatum. Honestius, inquis, in hos impēſas quām in Corinthia pictasque tabulas effuderim. Vitosum est vbiq[ue] quod nimius est. Quid habes cur minus ignoscas nomen marmore atque ebore captanti, quām opera conquirent, aut ignotorum auctorum aut improbatorum, & in ter tot millia librorum oscitant, cui voluminum suorum frontes maxime placent, titulique? Apud desidiosissimos ergo videbis, quicquid orationum historiarum quē est, & tecū tenus extructa loculamenta. Iam enim inter balnearia & thermas, bibliotheca quoque, ut necessariū domus ornamentum expolitur. Ignoscere rem plane, si studiorum nimia cupidine oriretur. Nunc ista exquisita, & cum imaginibus suis delcripta sacerorum opera ingeniorum, in speciem & cultu in patietur comparantur.

C A P. X.

AT in aliquot genus vitaedificile incidisti, & tibi ignoranti vel publica fortuna, vel priuata lare onera & impedimenta crurum: deinde vbi non indignari illa, sed pati proposuerunt, necessitas fortiter ferre docet, consuetudo facile. Inuenies in quolibet genere uitae oblectamēta, & remissiones, & voluptates, si nolueris malam putare vitam potius quām inuidiosam facere. Nullo melius nomine de nobis natura meruit, quām quod cū sciret, quibus aerum his nasceremur, calamitatū mollementum confusitudinem inuenit, cito in familiaritatem grauiſſimā adducens. Nemo duraret, si rerum aduersarum eandem vim affiditas haberet, quam primus iētus. Omnes cum fortuna copulati sumus. Aliorum a ure catena est, & laxa aliorum arcta & sordida. Sed quid refert? eadem custodia vniuersos circumdedit: aligatis que sunt etiam qui alligauerint. Nisi tu forte leuiorē in sinistra catenam putas. Alium honores, alium opes vinciūpt. Quosdam nobilitas, quosdam humilitas premit: quibusdam aliena supra caput imperia sunt, quibusdam sua: quosdam exilia vno loco tenent, quosdam sacerdotia. Omnis vita servitum est. Atque itaque condicioni suae, & quaminimū de illa querendum: & quicquid habet circa se commodi, apprehendendum est. Nihil tam acerbū est, in quo non aequus animus foliūtum inueniat. Exigua saepe areae in multos vsus describentis arte patuere, & quamvis angustum pedem dispositio fecit habitabilem. Adhibe rationem difficultatibus, possant & dura molliri, & angusta laxari, & grauiſſe ferentes minus premere. Non sunt praeterea cupiditates in longinquum mitrandae, sed in vicinū illis egredi permittamus, quoniam includi ex toto non patiuntur. Relictis his quae aut non possunt fieri, aut difficiliter possunt, prope poita, speique nostrae alludentia sequamur. Sed sciamus, omnia aequa leua esse, extrinsecus diuerias facies habentia, introrsus pariter vana. Nec inuidieamus altius stantibus. Quae excelsi videntur, praeerupta sunt. Illi rursus quos fors iniqua in antiquiti posuit, tutiores erunt superbia in detrahendo rebus per se superbis, & fortunam suam quammaxime poterunt, in planum deferendo. Multi quidem sunt, quibus necessario haerendū sit in fastigio suo, ex quo non possunt, nisi cadendo descendere: sed hoc ipsum testetur, maximum onus suum esse, quod alijs graues esse cogantur, nec subleuator se, sed suffixos: iustitia, mansuetudine, humana lege, & benigna manu praeparent multa ad sequentes casus praeſidia, quōrū ſpe ſecuris pendeant. Nihil tam aequa h[oc] ab his animi fluctibus vindicauerit, quām ſemper aliquem incrementis terminum figere: nec fortunae arbitrium definiendi dare, sed ipſos, & quidem vltro, citra, extrema confiſſere. Sic & aliquae cupiditates animum acuent, sed finitae: non in immēſum incertumque producent.

C A P. XI.

AD imperfectos & mediocres, & male ſanos hic meus ſermo pertinet, non ad ſapientem. Huic non timide, nec pedenterim ambulandum est. Tanta enim fiducia ſui est, vt obuiam fortunae ire non dubitet, nec inquam loco illi ceflurus sit: nec habet vbi illam timeat: quia non mancipia tantum, poſſeffionesque & dignitatem, ſed corpus quoque ſuum & oculos, & quicquid eſt cariorem vitam fakturū, ſequi p[ro]p[ter]um inter precaria numerat, viuique commodatus ſibi, & reponſentibus ſine tristitia redditus. Nec ideo eſt vila ſibi, quia ſciit ſe ſuum non eſſe: ſed omnia tam diligēter faciet, tam circumſpecte, quām religiosus homo laetusque ſolet rueri fidei commissa. Quandocunque autem reddere ſubebitur, non queretur cum fortuna: ſed dicet: Gratias ago pro eo quod poſſedi, habuique. Magna quidem tuas mercede colui: ſed quā ſuperat, cedo gratus libensque. Si quid habere me tu volueris,

ſtiam

etiam nunc ſeruabo: ſi a liud placet, ego vero factum ſignatumque argētum, domum, fauiliamq[ue] meam reddo, restituo. Appellauerit natura, quae prior nobis credidit, & huic dicemus: Recipe animum meliorem quām dediſti, non tergiuersor, nec refugio, paratum habes à volente, quod non ſentienti dediſti. Aufeſt. Eueriſt vnde veneris, quid graue eſt? Male viuet, quisquis nesciet bene mori. Huic itaque priuum rei pretium detrahendum eſt, & ſpiritus inter ſeruia nūmerandus. Gladiatores (ait Cicero) inuifos habemus, ſi omni modo vitam impetrare cupiunt: fauemus, ſi contemptum eius p[ro]aſferunt. Idem euenire nobis ſciſ. Saepe enim cauſa moriendi eſt timide mori. Fortuna illa quae ludos ſibi facit, Quo, inquit, te referuem, malum & trepidum animal; eo magis conuineraberis & confodieris, quia nescis p[ro]aſbere iugulum. At tu & viues diuiti, & morieris expeditius, qui ferrum non subducta certuice, nec manibus oppofitum, ſed animo recipis. Qui mortem timebit, nihil vnuquam pro viuo faciet. At qui ſciit, hoc ſibi cum conciperetur, statim condicūt, viuet ad formulam: & ſimil illud quoque eodem animi robore p[ro]aſfit, ne quid ex his quae eueniunt, ſubitum fit. Quicquid enim fieri potest, quāf[er] futurum propiciendo, malorum omnium impetus molliter, qui ad p[re]paratos expectantesque nihil afferunt noui, ſecuris & beata tantum ſpectantibus graues eueniunt. Morbus enim, captiuitas, ruinā, agnus, nihil horum repentinum eſt. Sciebam in quām tumultuofum me contubernium natura duxit. Totiens in vicinia mea conclamatū eſt, totiens p[re]ter limen immaturas exequias fax cereusq[ue] p[ro]aſfit. Saepe altius ruentis aedificij fragor ſonuit. Multos ex his, quos forum, curia, ſermo, mecum contraxerat, nox abſtulit, & viuetas ad ſodalitum manus copulatas intercidit. Mirer aliquando ad me pericula accessiſſe, quae circa me ſemper errauerūt: Magna pars hominum eſt, quae nauigatura, de tempeſtate non cogitat. Nunquam me in bona re, mali p[ro]uicit auctoris. Publius tragicis comicisque vehementior ingenii, quotiens mimicas ineptias, & uerba ad ſummam caueam ſpectantia reliquit, inter multa alia cothurno non tantum ſipario fortiora, & hoc ait:

Cuius p[ro]aſt accidere, quod cuīquām p[ro]aſt.

Hoc ſi quis in medullas demiferit, & omnia aliena mala, quorum ingens quotidie copia eſt, ſic asperxerit, tanquam illis liberum & ad ſe iter fit, multo ante ſe armabit, quām petatur. Sero animus ad periculorum patientiam post pericula inſtruitur. Non putauit hoc futurum, nunquā hoc euenturum credidisse. Quare autem non? Quae ſunt diuitiae, quas non egertas, & fames, & mendicitas à tergo c[on]ſequatur? Quae dignitas, cuius non praetextam, & augurale, & patricia, & fordes comiteatur, & exportatio & nota, & mille maculae, & extrema contemptio? Quod regnum eſt, cui non parat, ſit ruina, & proculatio, & dominus, & carnifex? Nec magnis iſta interuallis diuifa, ſed horae momentum intereft in ſolum, & aliena genia. Scito ergo, omnem conditionem uerſabilem eſſe; & quicquid in villo incurrat, poſſe in te quoque incurrere. Locuples eſt, nunquid dicitur Pompeio: cui cum, vetus cognatus, hoſpes nouus, aperiuit ſet Caefaris domum, vt ſuam clideret, defuit panis & aqua: cum tot flumina poſſideret in ſuo orientia, & in ſuo cadentia, mendicavit ſtillicidia, fame ac ſiti perit, in palatio cognati, dum illi heres publicum funus eſtūt. Honoribus ſumimus funtus eſt. Nunquid aut tam magnis, aut tam inſperatis, aut tam uniuersis, quām Seianus? Quo die illum ſenatus deduxerat, populus in fruſta diuifit: in quem quicquid congeri poterat, dij homineſque contulerat: ex eo nihil ſuperfuit, quod carnifex traheret. Rex eſt? non ad Croefum te mittam, qui rogum ſuum, & eſcendit iuſſus, & extingui vidit: factus non regno tantum, ſed etiam morti ſuae ſuperftes: non ad lugurham, quem populus Romanus intra annum quām timuerat, ſpectauit. Ptolemaeū Africæ regem, Armeニア Mithridatē, inter Caianas custodias uidimus. Alter in exilium miſsus eſt: alter ut meliore fide mitteretur optabat. In tanta rerum ſursum ac deorum euentum uerſatione, ſi non quicquid fieri po[te]t, pro futuro habes, das in te uires rebus aduerſis: quas infregit, quisquis prior uidit. Proximum ab his erit, ne aut in ſuperuacuis, aut ex ſuperuacuо laboremus: id eſt, ne aut quae non poſſutus conſequi, concupiſcamus: aut adepti, cupiditatim uanitatem noſtrarum ſero poſt multum pudorem intelligamus. Id eſt, ne aut labor irritus ſine effectu ſit, aut effectus labore indigetus. Fere enim ex his tristitia ſequitur, ſi aut non ſuccedit, aut ſuccelus p[ro]uerit.

C A P. XII.

Circuncidenda eſt concurſatio, qualis eſt magna parti hominum, domos & theatra, & forū pererrantium. Alienis ſe negotiis offerunt, ſemper aliquid agentibus ſimiles. Horum ſi aliquem ex euentu domo interrogauerit: Quo tu? quid cogitas? Respondebit tibi: Non mehercule ſcio: ſed aliquos uidebo, aliquid agam. Sine proposito uagantur, quaerentes negotia: nec quae destinauerunt, agunt, ſed in quae incurrerunt. Inconfultus illis uanuſque cursus eſt, qualis formicis per arbusta reperitibus, quae in ſummum cacumen, deinde in imum inanes aguntur. His pl[er]ique ſimilem uitam agunt, quorum non immetato quis inquietam inertiam dixerit. Quorundam quāf[er] ad incendium currunt, misereberis: uſque eo impellunt obuios, & fe alioſque praecipitare: cum interim cucurſerint, aut ſalutatūr aliquid non reſalutatur, aut funis ignoti hominis proſecuturi, aut iudicium ſaepe litigant, aut ſponsalia ſaepe nubentis, & leſtīcam affectati, quibusdam locis & ipsi tulerint, deinde domum cum ſuperuacua redētentes laſſitudine, iurant nesciſſe ſeipſos, quare exierint, ubi fuerint, poſterdie eratūr per eadem illa uestigia. Omnis itaque labor aliquo referatur, aliquo reficiat. Non induſtria inquietos, & inſanos, ſed falſae rerum imagines agitant. Nam ne illi quidem ſine aliqua ſpe moenit,

tar, proritat illos alicuius rei species, cuius vanitatem capta mens non coaguit. Eodem modo vnum: quemque ex his qui ad augendam turbam exirent, inanes & leues causae per urbem circumducunt, nihilque habentem in quo labore, lux orta expellit: & cum multorum frustra liminibus illis nomenclator persalutauit, à multis exclusus, neminem ex omnibus difficultius domi quām se conuenit. Ex hoc malo dependet illud taeterrimum uitium, auscultatio, & publicorum secretorumque inquisitio, & multarum rerum scientia, quae nec tuto narrantur, nec tuto audiuntur. Hoc secutum puto Democritum ita coepisse. Qui tranquille volet viuere, nec priuatim agat multa, nec publice, ad superuacua scilicet referentem. Nam si necessaria sunt, & priuatim & publice non tantum multa, sed innumerabilia agerda sunt. Vbi uero nullum officium solleme nos citat, inhibenda actiones sunt.

C A P. XIII.

Nam qui multa agit, saepe fortunae potestatem sui facit: quam tutissimum est raro experiri, ceterum semper de illa cogitare, & sibi nihil de fide eius promittere. Nauigabo, nisi si quid incidenterit: & praetor siam, nisi si quid obliteriter: & negotiatio mihi respondebit, nisi si quid interuenerit. Hoc est, quare sapienti nihil contra opinionem dicamus accidere. Non illum casibus hominum excepiimus, sed erroribus. Nec illi omnia ut voluit cedunt, sed ut cogitauit. In primis autem cogitauit aliquid posse propositis suis resistere. Necesse est autem leuius ad animum peruenire destituae cupiditatis dolorem, cui successum non utique promiseris.

C A P. XIV.

Faciles etiam nos facere debemus, ne nimis destinatis rebus indulgeamus: transamus in ea, in quae nescius casus deduxerit: nec mutations aut consilii aut status pertineat: dummodo nos leuitas, inimicissimum quieti vitium, non excipiat. Nam & pertinacia necesse est anxia & misera sit, cui fortuna saepe aliquid extorquet: & leuitas multo grauior, nunquam se continens. Utrumque infestum est tranquillitati, & nihil mutare posse, & nihil pati. Utique animus ab omnibus externis in se reuocandus est, sibi confidat, se gaudeat, sua suspiciat, recedat quantum potest ab alienis, & se sibi applicet, dama non sentiat, etiam aduersa benigne interpretetur. Nuntiato naufragio, Zeno noster cum omnia sua audiret submersa: luber, inquit, me fortuna expeditius philosophari. Minabatur Theodoro philosopho tyrannus mortem, & quidem infelicitam. Habes, inquit, cur tibi placeas, hemina sanguinis in tua potestate est, nam quod ad sepulturam pertinet, te ineptum, si putas interesse, supra terram, an infra putrescam. Canius Iulus, vir in primis magnus, cuius admiratione ne hoc quidem obstat, quid nostro saeculo natus est, cum Caio diu a tercatus, postquam abeunti ille dixit: Ne forte inepta spe tibi blandiaris, duci te iussi. Gratias, inquit, ago, optime princeps. Quid senserit, dubito. Multa enim occurruunt mihi. Contumeliosus esse voluit, & ostendere quanta crudelitas esset, in qua mors beneficium erat? An exprobrauit illi quotidiam dementiam? Agebant enim gratias, & quorum liberi occisi, & quorum bona ablata erant. An tanquam libertatem libenter accepit? Quicquid est, magno animo respondit. Dicit aliquis: Potuit post haec iubere illum Caius viuere. Non timuit hoc Canius. Nota erat Caius in talibus imperij fides. Credis ne illum decem medios uique ad supplicium dies sine villa sollicitudine exegisse? Verisimile non est, quae ut ille dixerit, quae fecerit, quām in tranquillo fuerit. Ludebat latrunculis, cum centurio agmen periturorum trahens, & illum quoque citari iubet. Vocatus numerauit calculos, & sodali suo: Vide, inquit ne post mortem meam mentiaris te vicisse. Tum annuens centurionem: Testis, inquit, eris, uno me antecedere. Lusisse tu Canium illa tabula putas? illusit. Tristes erant amici, tales amissi virum. Quid maefsi, inquit, elitis? Vos queritis, an immortales animae sint. Ego iam sciām, nec desit, in ipso veritatem fine scrutari, & ex more suo quaestionem habere. Prosequebatur illum philosophus suus: nec iam procul erat tumulus, in quo Caesar deo nostro siebat quotidianum lacrum. Quid, inquit, Cani nunc cogitas? aut quae tibi mens est? Observare, inquit Canius, proposui illo velocissimo momēto, an senitus sit animus, exire se, promisitque, si quid explorasset, circumitorum amicos, & indicaturum quis esset animarum status. Ecce in media tempestate tranquillitas: ecce animus aeternitate dignus, qui fatum suum in argumentum veri vocat, qui in ultimo illo gradu positus, exeuitem animam percontatur, nec usque ad mortem tantum, sed aliquid etiam ex ipsa morte dicit. Nemo diutius philosophatus: sed non raptim relinquetur magnus vir, & cum cura dicendus. Dabitus te in omnem memoriam, clarissimum caput, Caianae cladi magna portio,

C A P. XV.

Sed nihil prodest priuatae tristiae causas abiecisse. Occupat enim nonnunquam odium generosus humani, & occurrit tot scelerum felicium turba, cum cogitaueris, quam sit rara integritas, quām ignota innocentia, & vix inquam, nisi cum expedit, fides, & libidinis lucra damnaque pariter iniusta, & ambitio usque eo iam se suis non continens terminis, vt per turpitudinem splendeat. Agitur animus in noctem, & velut eversis virtutibus, quas nee sperare licet, nec habere prodest, tenebrae obviuntur. In hoc itaque flectendi sumus, vt omnia vulgi vita non iniuia nobis, sed ridicula videantur: & Democritum potius imitemur, quām Heraclitum. Hic enim quoties in publicum processerat, flebat: ille ridebat. Huic omnia quae agimus, miseriae: illi ineptiae videbantur. Eleuanda ergo omnia, & facilis animo ferenda. Humanius est deridere vitam, quam deplorare. Adiice, quid de humano quoque

quoque generē melius meretur qui ridet illud, quām qui luget. Ille specie bonae aliquid relinquit: hic autem stulte desler, quae corrigi posse desperat: & vniuersa contemplatus, maioris animi est, qui risum non tener, quām qui lacrimas: quando levissimum affectum animi mouet, & nihil magnum, nihil seuerum, nec seruum quidem, ex tanto apparatu putat. Singula propter quae laeti ac trifles sumus, sibi quāque proponat, & sciat verum esse, quod Bion dixit, Omnia hominum negotia similia initii esse, nec vitam illorum magis sanctam aut severam esse, quām conceptus inchoatos. Sed satius est, publicos mores & humana vita placide accipere, nec in risum, nec in lacrimas excidere. Nam alienis malis torqueri, aeterna miseria est: alienis delecati malis, voluptas inhumana. Sicut illa inutilis humanitas, flere, quia aliquis filium efficerat, & frontem suam fingere. In tuis quoque malis id agere te oportet, vt dolor tantum des, quantum posci ratio, non quantum consuetudo. Plaerique enim lacrimas fundunt, vt ostendant: & toties siccros oculos habent, quoties pectora defuit: turpe indicantes, non flere, cum omnes faciant. Adeo penitus hoc se malum fixit, ex aliena opinione pendere, vt in simulationem etiam simplicissima res, dolor veniat. Sequitur pars quae solet non immerito contristare, & in solitudinem deducere, vbi bonorum exitus mali sunt. Ut Socrates cogit in carcere mori, Rutuli in exilio viuevere, Pompeius & Cicero clientibus suis prebere ceruicem: Cato ille, virtutum viua imago, incumbens gladio, simul de se ac de Repub. palam facere. Necesse est queri, tam iniqua praemia fortunam perfolare. Et quid sibi quisque nunc speret, cum videat pessima optimos pati? Quid ergo est? Vide quomodo quisque illorum tulerit: & si fortes fuerunt, iporum animos desideri: si mulieriter & ignavae periire, nihil perit. Aut digni sunt, quorum virtus tibi placet: aut indigni, quorum desideretur ignavia. Quid enim est turpis, quām si maximis viris timidos fortiter moriendo faciunt? Laudemus toties dignum laudibus, & dicamus: Tanto fortior, tanto felicior: humanos effugisti casus, liuorem, morbum: existi ex custodia: non tu dignus mala fortuna Diis visus es, sed indignus in quem iam aliquid fortuna posset. Subducenibus vero se, & in ipsa morte ad vitam respectantibus, manus iniicienda sunt. Neminem flebo jaetum, neminem flentem. Ille lacrimas meas ipse abstergit: hic suis lacrimis efficit, ne vilius dignus sit. Ego Herculem fleam, quid tot clavis configitur: aut Catonem, quid vulnus suum iterauerit? Omnes isti leui temporis impensa inuenierunt, quomodo aeterni fierent: ad immortalitatem moriendo venerunt. Est & illa solitudinum non mediocris materia, si te anxiæ componas, nec ulli simpliciter ostendas: qualis multorum vita est, ficta, & ostentationi parata. Torquæ enim assidua obseruatio sui, & deprehendi aliter, quām solet, metuit. Nec unquam cura soluimur, vbi toties nos aestimari putamus, quoties aspici. Nam & multa incident, quae inuitos denudent: & vt bene cedat tanta sui diligentia, non tamen iucunda vita, aut secura est, semper sub persona viuentium. At illa quantum habet voluptatis sincera & per se ornata simplicitas, nihil obtendens moribus suis. Subit tamen & haec vita contemptus periculum, si omnia omnibus patent. Sunt enim qui fastidiant, quicquid proprius adierunt. Sed nec virtuti periculum est, ne admota oculis reuilefacat: & satius est simplicitate contemni, quām perpetua simulatione torqueri. Modum tamen rei adhibeamus. Multum interest, simpliciter viuas an negligenter. Multum in se recedendum est. Conuersatio enim dissimilium, bene composita distractat, & renouat affectus, & quicquid imbecillum in animo, nec percuratum est, exulcerat. Misenda tamen ista, & alternanda sunt, solitudo & frequentia. Illa nobis faciet hominum desiderium, haec nostri: & erit altera alterius remedium. Odium turbæ sanabit solitudo, taedium solitudinis turbæ. Nec in eadem intentione aequaliter retinenda mens est, sed ad iocos reuocanda. Cum pueris Socrates ludere non crucebat: & Cato vino laxabat animum, curis publicis fatigatum: & Scipio triumphale illud & militare corpus mouit ad numeros, non molliter se infringens, vt nunc mos est, etiam incessu ipso ultra mulierem mollitem fluentibus, sed vt illi antiqui viri solebant inter lusum ac festa virilem in modum tripudare, non facturi detrimentum, etiam si ab hostibus suis spectarentur. Danda est remissio animis: meliores actioresque requiriunt. Ut fertilibus agris non est imperandum: cito enim exahaurierit illos nunquam intermissa foecunditas, ita animorum impetus assiduus labor stragit. Vires recipient paulum resoluti & remissi. Nascitur ex assiduitate laborum, animorum hebetatio quaedam & languor. Nec ad hoc tanta hominum cupiditas tenderet, nisi naturalem quandam voluntatem haberet Iusus iocisque: quorum frequens vsus, omne animis pondus, omnemque vim eriperet. Nam & somnus refectioni necessarius est. Hunc tamen si per diem noctemque continuus, mors erit. Multum interest, remittas aliquid, an soluas. Legum conditoris festos instituerunt dies, vt ad hilaritatem homines publice cogerentur, tanquam necessarium laboribus interponentes temperamenti. Et magni, vt dixi, viri quidam sibi menstruas certis diebus ferias dabant: quidam nullum nondiem inter & otium & curas diuidebant. Qualem Pollio nomen oratorem magnum meminimus, quem nulla res ultra decimam retinuit. Ne epistolas quidem post eam horam legebat, ne quid nouae curae nasceretur, sed totius diei laetitudinem duabus illis horis ponebat. Quidam medio die interiunxerunt, & in postmeridianas horas aliquid leuioris operæ distulerunt. Maiores quoque nostri nouam relationem post horam decimam in senatu fieri vertabant. Miles vigilias diuidit, & nox immunitis est ab expeditione redeuntium. Indulgendum est animo: dandumque subinde otium, quod alimenti ac viuum loco sit: & in ambulationibus aperius vagandum, vt caelo libero & multo spiritu augeat

augeat attollatque se animus. Aliquando yeclatio iterque, & mutata regio vigorem dabunt, conui-
tusque & liberalior potio: nonnunquam & vsque ad ebrietatem venientum, non vt mergat nos, sed
vt deprimat curas. Eluit enim curas, & ab imo animum mouet: & vt morbis quibusdam, ita tristitiae
medetur: Liberque non ob licentiam linguae dictus est inuentor vini, sed quia liberat seruitio cura-
rum animum, & afferit, vegetiore inque & audaciorem in omnes conatus facit. Sed vt libertatis, ita
vini salubris moderatio est. Et Solonem, Arcesilaumque induluisse vino credunt. Catoni, ebrietas
obiecta est, at facilius efficiet, quisquis obiecerit, hoc crimen honestum, quam turpem Cato nem. Sed
nec saepe faciendum est, ne animus malam consuetudinem ducat; & aliquando tamen in exultationem
libertatemque extrahendus, tristisque sobrietas remouenda paulisper. Nam, siue Graeco poetae
credimus, aliquando & insanire iucundum est: siue Platoni, frustra poeticas fores compos sui pepuli:
siue Aristoteli, nullum magnum ingenium sine mixtura dementiae fuit. Non potest grande aliquid &
supra ceteros loqui, nisi mota mens. Cum vulgaria & solita contempnit, insinuetque sacro surrexit
excelsior, tunc demum aliquid cecinit grandius & mortali. Non potest sublime quicquam & in ar-
duo possum contingeri, quamdiu apud se est. Descensat oportet a solito, & efferatur, & mordet frac-
nos, & rectorem rapiat suum: eoque ferat, quo per se timuister escendere.

Habes, Serene carissime, quae possint tranquillitatem tueri, quae restituere, quae surrepentibus us vi-
tiis resistant. Illud tamen scito, nihil horum satis esse validum, rem imbecillam seruantibus, nisi inten-
ta & assidua cura circumeat animum labentem.

Libri de tranquillitate animi finis.

L. ANN AEI SENECAE AD SERENVM, QVOD IN SAPIENTEM NON CADIT INIVRIA.

C A P . I.

ANTVM inter Stoicos, Serene, & ceteros sapientiam professos interesse, quantum
inter feminas & mares, non immerito dixerim: cum vtraque turba ad vitas societatem
tantudem conferat: sed altera pars ad obsequendum, altera imperio nata sit. Ceteri
sapientes molliter & blande, vt fere domestici & familiares medici, aegris corporibus,
non qua optimum & celerrimum est medentur, sed qua licet. Stoici virilem ingressi-
viam, non vt amoena ineuntibus videatur curae habent, sed vt quam primum nos eri-
pant, & in illum editum verticem educant, qui adeo extra omnem teli iactum surrexit, vt supra fortu-
nam emineat. At ardua per quae vocamus, & confragosa sunt. Quid enim plano adiutur excelsum?
Sed ne tam abrupta quidem sunt, quam quidam putant. Prima tantum pars laxa rupeisque haberet, &
inuij speciem: sicut pleraque ex longinquis speculatibus abscissa & conexa videri solent, cum aciem
longinquitas fallat. Deinde proprius adeuntibus eadem illa quae in vnu congererat error oculorum,
paulatin adaperiuntur: tum illis quae praecipitia ex interallo apparebant, reddit lene fastigium. Nu-
per cum incidisset mentio M. Catonis, indigne ferebas (sicut es iniquitatis impatiens) quod Catonem
aetas tua parum intellexisset, quod supra Pompeios & Caefares surgentem, infra Vatinios posuisset: &
tibi indignum videbatur, quod illi disiuisuro legem, toga in foro effet erpta, quodq. à Rostris vsque ad
arcum Fabianum per seditiones factionis manus tractus, voces improbas, & fputa, & omnes alias infi-
nae multitudinis contumelias pertulisset. Tunc ego respondi, habere te quod Reipublicas nomine
moueretis, quam hinc P. Clodius, hinc Vatinius ac pessimus quisque venundabat: & caeca cupiditate
corrupti non intelligebant, se, dum vendunt, etiam venire.

C A P . II.

PRO ipso quidem Catone securum te esse iussi. Nullum enim sapientem nec iniuriam accipere, nec
contumeliam posse. Catonem autem certius exemplar sapientis viri nobis deos immortales de-
dice, quam Vixem & Herculem prioribus saeculis. Hos enim Stoici nostri sapientes pronuntiaue-
runt

runt, inuictos laboribus, & contemptores voluptatis, & victores omnium terrarum. Cato cum feris
manus non contulit, quas consecuti venatoris agrestisque est: nec monstrum igne ac ferro persecutus est,
nec in ea tempora incidit, quibus credi posset caelum vnius humeris inniti, excusa iam antiqua creci-
tate, & saeculo ad summam perdueto solertia. Cum ambitu congressus, multiformi malo, & cum
potentiae immodesta cupiditate, quam totus orbis in tres diuisus satiare non poterat, aduersus vitia ciuita-
tis degenerant, & per suam mole fidens stetit solus, & cadentem Rem publicam, quatuor modo una
retrahi manu poterat, retinuit: donec vel abruptus vel abstractus, comitem se diu sustentatae ruinae de-
dit: simulque extincta sunt, que nefas erat diuidi. Neque enim Cato post libertatem vixit, nec libertas
post Catonem. Huic tu putas iniuriam fieri potuisse à populo, quod aut praetoram illi detrxaxit, aut ro-
gam: quod sacrum illud caput purgamentis oris aspersit: Tuttus est sapiens, nec villa affici aut iniuria aut
contumelia potest.

C A P . III.

Videor mihi iniuriu animum tuum incensum & effervescentem. Paras acclamare: Haec sunt quae
auctoritatim praeceps vestris detrahant. Magna promittitis, & quae ne optari quidem, nedum
credi possint. Deinde ingentia locuti, cum pauperem negatis esse sapientem, non negatis sole illi &
seruum, & vestem, & tecum, & cibum deesse. Cum sapientem negatis insanire, non negatis & alienari, &
parum sana verba emittere, & quicquid vis in orbi cogit, audere. Cum sapientem negatis seruum esse,
ridem non itis infis, & ventum iturum, & imperata facturum, & domino suo seruilia praefiteturum
ministeria. Ita sublato alte supercilio, in eadē quae ceteri, descenditis, mutatis rerū nominibus. Tale ita-
que aliud & in hoc esse suspicor, quod prima specie pulchrum atq. magnificum est, nec iniuriam, nec
contumeliam acceptur esse sapientem. Multum autem interest, vtrum sapientem extra indignatio-
nem, an extra iniuriam ponas. Si dicas illum aequo animo laturum, nullum habet priuilegium. Conti-
git illi res vulgaris, & quae discitur ipsa iniuriarum assiduitate, patientia. Si negas accepturum iniuriam,
id est, neminem illi tentaturū facere, omnibus relictis negotiis Stoicus fio. Ego vero sapientem nō ima-
ginario honore verborum exornare constitui, sed eo loco ponere, quo nulla perueniat iniuria. Quid er-
go? nemo erit qui lacefar, qui tenter? Nihil in rerum natura tam sacram est, quod sacrilegum non in-
ueniat. Sed non ideo diuina minus in sublimi sunt, si existunt, qui magnitudinem multum ultra se po-
sitam non iacturi perant. Inuulnerabile est, non quod non feritur, sed quod non laeditur. Ex hac tibi no-
ta sapientem exhibeo. Nunquid dubium est, quin certius robur sit, quod nou vincitur, quam quod nō
lacefatur: cum dubiae sint vires inexpertae: at merito certissima firmitas habeatur, quae omnes incur-
sus respuit? Sic tu sapientem melioris scito esse naturae, si nullius illi iniuria nocet, quam si nulla fit.
Et illum fortem virum dicam, quem bellū non subigunt, nec admota vis hostilis extret, non cui pin-
gue otium est inter desides populos. Huiusmodi igitur sapientem nulli esse iniuriae obnoxium. Itaque
non refert, quam multa in illum coniunctant tela, cum sit nulli penetrabilis. Quomodo quorundam
lapidum inexpugnabilis ferro duritia est, nec secari adamus, aut caedi vel teri potest, sed incurrentia vl-
tro retundit: quemadmodum quedam non possunt igne coquimi, sed flamma circumfusa, rigorem
suum habitumque conseruant: quedam proiecti in altum scopuli mare frangunt, nec ipsi villa fa-
uitiae vestigia tot verberari saeculis ostentant: ita sapientis animus solidus est, & id roboris colligit, vt
tam tutus sit ab iniuria, quam illa quae retulit.

C A P . IV.

Quid igitur? non erit aliquis qui sapienti facere tentet iniuriam? Tentabit, sed non perueniunturam
que ad illum vires suas perferat. Etiam cum potentes, & imperio editi, & consensu seruientium validi,
nocere ei tentent: tam citra sapientem omnes eorum impetus deficient, quam quae neruo, tormentive
in altum exprimuntur, cum extra visum exilierunt, citra caelum tamen flectuntur. Quid tu putas, cum
stolidus ille rex multitudine telorum diem obcurasset, villam sagittam in Solem incidisse? Aut de-
missis in profundum catheism Neptunū potuisse contingi? Ut cælestia humanas manus effugiant, & ab
his qui tempa diruant, aut simulacra conflant, nihil diuinitati nocetur: ita quicquid sit in sapientem
proterue, petulante, superbe, frustra tentatur. At satius erat, neminem esse qui facere vellet. Rem diffi-
cile optas humanæ generi, innocentiam. At non fieri, eorum interest, qui facturi sunt, non eius, qui pa-
tit, ne si fiat quidem, potest. Immo nescio, an magis vires sapientia ostendat tranquilla inter lacefentia:
sicut maximum argumentum est imperatoris armis virisque pollentis, tuti secutis & in hostium ter-
ra. Diuidamus si tibi videtur, Serene, iniuriam à contumelia. Prior illa natura grauor est: haec leuior,
& tantum delicatis grauis: quia non laeduntur, sed offenduntur. Tanta est tamen animorum dissoluo &
aliqua re non contem-
nitas, vt quidam nihil acerbius putent. Sic inuenies seruum, qui flagellis quam colaphis caedi malit,
& qui mortem ac verbera tolerabiliora credat, quam contumeliosa verba. Ad tantas ineptias perutem
personarum deformitas, & depravata facies, lacrimas vero euocant nomina parum grata auribus, &
digitorum motus, & alia quae impetu quoddam erroris improuidi refugunt. Iniuria propositum hoc non contemnenda
habet, aliquem malo afficer. Malo autem sapientia nō relinquit locum. Vnum enim malum illi est ut
privari necessaria: quae introire eo, ubi iam virtus honestumque est, non potest.

D d C A P .

C A P. V.

Inuria ergo ad sapientem non peruenit. Nam si iniuria alicuius mali patientia est, sapiēs autem nullius mali est patiens, nulla ad sapientem iniuria pertinet. Omnis iniuria diminutio eius est, in quem incurrit. Nec potest alius iniuriam accipere sine aliquo detimento vel dignitatis, vel corporis, vel rerum extra nos positarum. Sapiens autem nihil perdere potest; omnia in se reposuit, nihil fortunae credit, bona sua in solido habet, contentus virtute, quae fortuitis nō indiget. Ideoque nec augeri, nec minui potest. Nam in summum perducta, incrementi non habent locū. Nihil eripit fortuna, nisi quod dedit: virtutem autem non dat: ideo nec detrahit. Libera est, iniurabilis, immota, inconcussa, sic contra casus inducata vt nec inclinari quidem, nedum vinci possit. Aduersus apparatus terribilium, rectos oculos tenet, nihil ex vultu mutat, siue illi dura, siue secunda ostentantur. Itaque nihil perdet, quod perire sensurus fit. Vnius enim in possessione virtutis est, ex qua depelli non quā potest: ceteris precaria utitur. Quis autē iactura mouetur alieni? Quod si iniuria nihil laedere potest ex his quae propria sapientis sunt, quia virtute sua salua sunt, iniuria sapienti non potest fieri. Megaram Demetrius ceperat, cui cognomen Poliorcetes fuit, ab hoc Sulpon philosophus interrogatus, nunquid perdidisset. Nihil, inquit: Omnia namque mea mecum sunt. Atqui & patrimonium eius in praedam cesserat, & filias rapuerat hostis, & patriam. At ille victoriam illi excusit: & se, virbe capta, non iniuriam tantum, sed indemnum esse testatus est. Habebat enim secum vera bona, in quae non est manus intencio. At ea, quae dissipata & direpta ferrebatur, non iudicabat sua, sed aduentia, & nutum fortunae frequentia. ideo non ut propria dilexerat. Omnia enim extrinsecus afflentiū lubrica & incesta posse est. Cogita nunc, an huic fur, an caluniator, aut vicinus potens, aut diues aliquis, regnum orbæ sene&ctus exercens, facere iniuriam possit, cui bellum & hostis ille egregiam artē quassandarū vrbium professus, eripere nihil potuit. Inter micantes vbiq. gladios, & militarem in rapinam tumultum, inter flamas & sanguinem stragemque impulsae ciuitatis, inter fragorem templorum super deos suos cadentium, vni homini pax fuit. Nō est itaque quod audax iudices promissum: cuius tibi, li parum fidei habeo, sponforem dabo. Vix enim credis tantum firmitatem in hominem, aut tantam animi magnitudinem cadere, sed si prodit in medium qui dicat,

C A P. VI.

Non est quod dubites, an attollere se homo ratus supra humana possit, an dolores, damna, vleerations, vulnera, magnos motus rerum circa se frementium securus alpicat, & dura placide ferat, & secunda moderate: nec illis cedens, nec his fretus, vnius idemque inter diversa sit, nec quicquam suū, nisi se putet esse, ea quoque parte qua melior est. Assum hoc vobis probaturus, sub isto tot ciuitatū euerore, munimenta incurru arietis labefieri, & turrium altitudinem cunctis ac latentibus fossis repente residere, & aequaturum editissimas arcēs aggerem crescere: at nulla machina menta posse reperi, quae bene fundatum animum agent. Eripe si modo ē ruinis domus, & incendijs vndique relucētibus, per flamas, per sanguinem fugi. Filias meas qui casus habeat, an peior publico, nescio. Solus, & senior, & hostilia circa me omnia videns, tamen integrum incolumente esse censum meum profiteor, teneo, habeo quicquid mei habui. Non est quod me viētum, viatorem te credas. Vicit fortuna, tua fortunam meam. Cadūca illa, & dominum mutantia, vbi sunt nescio. Quod ad res meas pertinet, mecum sunt, mecum erunt. Perdiderunt isti diuities patrimonia, & libidinosi amores suos, & magno pudoris impendio dilecta scorta: ambitiosi curiam & forum, & loca exercendis in publico vitij destinata: foeneratores perdiderunt tabellas suas, quibus avaritia falso laeta, diuitias imaginatur. Ego quidem omnia integra illibataq. habeo. Proinde istos interroga qui flent, qui lamentantur, strictis gladiis nuda pro pecunia corpora opponunt, qui hostem onerato finū fugiunt. Ergo ita habe, Serene, perfectum illum virum, humanis diuinisq. virtutibus plenum, nihil perdere. Bona eius solidis & inexuperabilibus munimentis praecesta sunt. Non Babylonis illi muros contuleris, quos Alexander ipsa uiri. Non Carthaginis aut Numantiae moenia, vna manu capta. Non Capitolium, arcem ve. Habent ista hostile vestigium: illa, quae sapientem tuerunt, à flamma & ab incuria tua sunt; nullam introitum præbent, excelsa, inexpugnabilia, diuis aqua.

C A P. VII.

Non est quod dicas, ita ut soles, hunc sapientem nostrum nusquam inueniri. Non fingimus istud humani ingenii vanum decus, nec ingentem i[n]haginem falsae rei concipimus, sed qualem confiramus, exhibutus, & exhibemus. Raro forsitan, magnisque actatum inter alias inuenitur. Neque enim magna & excedentia solitum ac vulgare modum crebro gignuntur. Ceterum hic ipse M. Cato, à cuius mentione haec disputatio processit, vereor ne supra nostrum exemplar sit. Denique validius debet esse quod laedit, eo quod laeditur. Non est autem fortior nequitia virtute. Non potest ergo laedi sapiēs. Iniuria in bonos non tentatur nisi a malis. Bonis inter se pax est. Quod si laedi nisi infirmior nō potest: malus autē bono infirmior est: nec iniuria bonis, nisi a dispari, verenda est: iniuria in sapientē virū non cadit. Illud enim iā non es admīnendus, neminem bonum esse, nisi sapientem. Sed iniuste, inquis, Socrates damnatus est, iniuriam accepit. Hoc loco intelligere nos oportet, posse eueniēre, vt faciat aliquis iniuriam mihi, & ego non accipiam: tanquam si quis rem cum ē villa mea surripuit, in domo mea ponat, ille furtum fecerit, ego nihil perdiiderim. Potest alius nocens fieri, quamvis non nocuerit. Si quis cum vxore tanquam cum aliena concubat, adulter erit, quamvis illa adultera non sit. Aliquis mihi venenum

venenum dedit, sed nūm suam remixtū cibo perdidit. Venenum illud dando, scelerū se obligauit, etiam si non nocuit. Non minus latro est, cuius telum opposita ueste elusum est. Omnia scelerū etiam ante effectum operis, quantum culpae satis est, perfecta sunt. Quaedam eius condicōnis sunt, & hac vice copulantur, vt alterū sine altero esse nō possit. Quod dico, conabor facere manifestum. Postūm pedes mouere, vt non currā: currere non possum, vt pedes non moueam. Possum, quamvis in aqua sim, non narrare: si nato, non possum in aqua non esse. Ex hac forte & hoc est, de quo agitur: si iniuriam accepi, nec esse est factam esse: si est facta, non est necesse acceperisse me. Multa enim incidere possunt quae submovent iniuriā. Ut intentam manū deicere aliquis casus potest, & emissā tela declinare. ita iniurias qualescumque potest aliqua res depellere, & in medio intercipere, vt & factae sint, nec acceptae. Praeter ea nihil iniustum iustitia pati potest: quia non coeunt contraria. Iniuria autem non potest fieri, non iniuste. Ergo sapienti iniuria non potest fieri.

C A P. VIII.

Nec quod mireris, si nemo potest illi iniuriam facere. nec prodeſſe quidem quisquam potest. & sapiēti nihil deſſt, quod accipere possit loco muneri, & malus nihil potest tribuere sapienti. Habere enim prius debet, quādā clare. Nihil autem habet quod ad se transferri sapiens ganisurus sit. Non potest ergo quisquam aut nocere sapienti, aut prodeſſe. Quemadmodum diuina nec innari desiderant, nec laedi possunt. Sapiens autem vicinus proximusque diis consisit, excepta mortalitate, similis Deo. Ad illa nitens pergenſque excelsa, ordinata, intrepida, aequali & concordi cursu fluentia, secura, benigna, bono publico natus, & sibi & aliis salutari, nihil humile concupiscet, nihil flebit, qui ratione innexus, per humanos casus diuino incedet animo. Non habet vnde accipiat iniuriam. ab homine me tandem dicere putas? nec a fortuna quidem: quae quotiens cum virtute congregata est, nunquam par receſſit. Si maximum illud, ultra quod nihil habent iratae leges, ac saeuissimi domini quod minentur, in quo imperium suum fortuna consumit, aequo placido animo accipimus, & scimus morte malum non esse, ob hoc ne iniuriam quidem: multo facilis alia tolerabimus, damna, dolores, ignominias, locorum committationes, orbitates, discidia: quae sapientem, etiam si vniuersa circumueniant, non mergunt, nem̄dum ad singulorum impulsus maereat. Et si fortunae iniurias moderate fert, quanto magis hominum potentium, quos scit fortunae manus esse?

C A P. IX.

Omnia itaque sic patitur, vt hiemis rigorem, ut intertemperantiam caeli, ut feruores morbosque, & cetera forte accidentia. Nec de quoquam tam bene iudicat, vt illum quicquam putet consilio fecisse: quod in vno sapiente est. Aliorum omnium non consilia, sed fraudes & infidiae, & motus animorum inconditi sunt, quos casibus adnumerat. Omne autem fortuitum citra nos facit. Illud quoque cogita, iniuriarum latissime patere materiam illis, per quae periculum nobis quaefitum est: ut accusatore submissio, aut criminatio falla, aut irritatio in nos potentiorum motibus, quaeque alia inter rogatos laetitia sunt. Est & illa iniuria frequens, si lucrū alicui excaſsum est, aut praemium diu captatum, si magno labore affectata hereditas auera est, & quaestuosa domus gratia erupta. Haec effugit sapiēs, qui nec scit nec in spe, nec in metu viuere. Adiice nunc, quod iniuriam nemo immota mente accipit, sed ad sensum eius perturbatur. Caret autem perturbatione vir erexitus: moderator sui, altae quietis & placidae. Nam si illū tangit iniuria, & mouet, & impedit. Caret autem ira sapiens, quā excitat iniuriæ species: nec aliter careret ira, nisi & iniuria, quam scit sibi non posse fieri. Inde tam erexitus laetusq. est, inde continuo gaudio elatus, adeo ad offensiones rerum hominumq. non contrahitur, vt ipsa illi iniuria usū sit, per quam experimentum sui capit, & uitetur tentat. Faueamus, obsecro vos, huic proposito, aequisq. & animis & auribus assimus, dum sapiens iniuria excipitur: nec quicquam ideo petulatiae noſtrae, aut rapacissimis cupiditatibus, aut temeritati superbiaeque detrahitur. Saluis uitii vestris, haec sapienti libertas quaeritur, non vt vobis facere non licet iniuriā, agimus, sed vt ille omnes iniurias in altum de mittat, patientiaq. se ac magnitudine ani mi defendat. Sic in certaminibus sacris plerique nice, caedenia ac fideli, robur perpetendi laſſandique omnem inimicam vim consecuti sunt.

C A P. X.

Quoniam priorem partem percurrimus, ad alteram transeamus: in qua quibusdam propriis, pharisi magis quādā exequi possumus, quā leges quoque nulla dignam vindictā putauerunt. Hunc affectum mouet humilitas animi contrahentis fe, ob factum diūtumq. in honoriſcum. Ille me hodie non admittit, cū alios admitteret. Sermonē meum aut superbe auerlatus est, aut palam risit: & non in medio me loco, sed imo collocauit: & alia huius notae. Quae quid vocem, nisi querelas nauisatis animi, in quas fe re delicati & felices incident. Non vacat enim haec notare, cui peiora instant. Nimio otio ingenia natura infirma, & muliebria, & inopia verae iniuriæ lascivientia, his commouentur, quorum pars maior constat virtio interpretantis. Itaque nec prudentiae quicquam in se esse, nec fiduciae ostendit, qui contumelia afficitur. Non dubie enim contemptum se iudicat. & hic morsus nō sine quadam humilitate animi euenit, supprimens se ac descendens. Sapiens autem à nullo contemnitur, magnitudinem suam nouit: nullique tantum de se licere renuntiat sibi: & omnes has quas non miserias animorum, sed mo-

Iestias dixerim, non vincit, sed ne sentit quidem. Alia sunt quae sapientem feriunt, etiam si non peruer-
tunt: ut dolor corporis, & debilitas, aut amicorum, liberorumque amissio, & patriae bello flagrantis ca-
lamitas. Haec non nego sentire sapientem. Nec enim lapidis illi duritiam feriue afferimus. Nulla virtus
est, quae non sentias perpeti.

C A P. XI.

Quid ergo est? Quosdam iectus recipit, sed receptos euincit, sanat, & comprimit. Haec vero minora
ne sentit quidem, nec aduersus ea solita illa virtute virum dura tolerandi: sed aut non annotat, aut
digna risu putat. Praeterea cum magnam partem contumeliarum superbi insolentesque faciant, & ma-
le felicitatem ferentes, haber quo illum affectum inflatum respuat, pulcherrimam virtutem omnium,
animi sanitatem magnitudinemq. illa quicquid huiusmodi est trascurrevit, ut vanas somniorum species,
vistusque nocturnus, nihil habentes solidi, neque veri. Simul illud cogitat, omnes inferiores esse, quam
• illis audacia sit, tanto excelsiora despiciere. Contumelia à contemptu dicta est: quia nemo, nisi quem
contempnit, tali iniuria notat. Nemo autem maiorem melioremque contemnit, etiam si facit aliquid
quod contemnentes solent. Nam & pueri os parentum feriunt, & crines matris turbavit lacerauitque
infans, & sputo aspergit, aut nudauit in conspectu suorum tegenda, & verbis obscenioribus non peper-
cit: & nihil horum contumeliam dicimus. Quare? quia qui fecit, contempnere non potest. Eadem causa
est, cur nos mancipiorum nostrorum urbanitas in dominos contumeliosos delebet: quorum audacia ita
demum sibi in coniunctis ius facit, si coepit à domino. Ut quisque contempsimus, & ut maxime ludibrio
est, ita solutissimae linguae est. Pueros quidam in hoc mercatur procaces, & eorum impudentiam acuunt,
& sub magistro habent, qui probra meditate effundant. Nec has contumelias vocamus, sed argutias.

C A P. XII.

Qvanta autem dementia est, iisdem modo delectari, modo offendit: & rem ab amico dictam, male-
dictum vocare: à seruulo, oculare conuicium? Quem animū nos aduersus pueros habemus, hūc
sapient aduersus omnes, quibus etiam post iuuentam canosque puerilis est. An quicquam isti profece-
runt, quibus animi mala sunt, vtique in maius errores, qui à pueris magnitudine tantum formaq. cor-
porum differunt: ceterum non minus vagi incerti, voluptatem sine dilectu apperentes, trepidi, & non
ingenio, sed formidine quieti: non ideo quicquam inter illos puerofq. interesse quis dixerit, quod illis
talorum nucumq. & aeris minutu avaritia est, his aurū argenteū & vibium: quod illi inter ipsos magi-
stratus gerunt, & praetextam fascesq. ac tribunal imitantur, hi eadem in capo foroq. & in curia ludunt.
Illi in litoribus arena congregata simulacra domuum excitant: hi ut magnum aliquid agentes, in la-
pidibus ac parietibus, & tectis molieri occupati, ad tutelam corporum inuenta, in periculum verterunt.
Ego par pueris, longiusq. progreffis, sed in alia majoraq. error est. Non immerito itaque horum con-
tumelias sapient ut iocos accipit: & altiquando illos, tamquam pueros, malo poenaq. admonet, & affi-
cit: non quia accepit iniuriā, sed quia fecerunt, & ut desinat facere. Sic enim & pecora verbere doman-
tur: nec irascimur illis, cum sefforem reculauerint: sed compescimus, ut dolor contumacia vim vinca. Er-
go & illud solutum scies, quod nobis opponitur, quare si non accepit iniuriā nec contumeliam sapiēs,
punit eos, qui fecerunt? Non enim se vlciscitur, sed illos emendat.

C A P. XIII.

Quid est autem, quare hancanimi firmitatem non credas in virum sapientem cadere, cum tibi in
aliis idem notare, sed non ex eadem causa leiceat? Quis enim phrenetico medicus irascitur? quis fe-
bricitantis & frigida prohibiti, maledicta in malam partem accipit? Hunc affectum aduersus omnes ha-
bet sapiens, quem aduersus aegros suos medicus: quorum nec obsceno, si remedio egent, contractare,
nec reliquias & effusa intueri designatur, nec per furem saeuientium excipere conuicia. Scit sapiens,
omnes hos qui togati, purparatiq. incidunt coloratos maleq. sanos esse: quos non aliter videt, quam
aegros intemperantes. Itaque ne succenset quidem, si quid in morbo petulantius ausi sunt aduersus me-
dementis: & quo animo honores eorum nihilo aestimat, eodem parum honorifice facta. Quemadmo dū
non placet sibi, si illum mendicus coluerit, nec contumeliam iudicabit, si illi homo plebis ultimae fa-
lunti mutuam salutationē non reddiderit: sic nec se suspiciet quidem, si illum multi diuites suspex-
erint. Scit enim illos nihil à mendicis differre, immo miseriores esse. Illi enim exiguo, hi multo egent: &
rursum non tangetur, si illū rex Medorū, Atralus ve Aiae, salutantem silentio ac vultu arroganti transie-
rit. Scit statim eius non magis habere quicquam innundendum, quam eius cui in magna familia cura
obligit aegros insanosque compescere. Num moleste feram, si mihi non reddiderit nomen aliquis ex
his, qui ad Caftoris negotiantur, nequam mancipia ementes videntefque, quorum tabernae pessimo-
rum seruorum turba refertae sunt? Non, vt puto. quid enim is boni habet, sub quo nemo nisi malus
est? Ergo ut huius humanitatem inhumanitatemque negligit, ita & regis. Habes sub te Parthos, Me-
dos, & Baetrianos, sed quos metu contines, sed propter quos remittere arcuū tibi non contingit, sed po-
stremon, sed venales, sed nouum auctupantes dominum. Nullius ergo mouebitur contumelia. Omnes
enim inter se differunt. Sapiens quidem pares illos ob aequalem stultitiam omnes putat. Nam si se-
mel se demiserit eo, ut autiniuria inoueat, aut contumelia, non poterit vnguam esse securus. Securi-
tas autem proprium bonum sapientis est: nec cōmittet, ut vindicando sibi contumeliam factam, honorem
habeat ei, qui fecit. Necesse est enim, a quo quisque contemni moleste fert, suspici gaudeat.

C A P.

C A P. XIV.

Tanta quosdam dementia tenet, ut contumeliam sibi posse fieri putent à muliere. Quid resert quot
habeat lecticarios, quām oneratas aures, quām laxam sellam? aque impudens animal est, & nisi
scientia accessit, ac multa eruditio, ferum, cupiditatū incontinentis. Quidam se à cinerario impulsos mo-
leste ferunt, & contumeliam uocant oīsiāj difficultatem, nomenculatoris superbiam, cubiculaij su-
perciliū. O quantus inter ista risus tollendus est, quanta uoluptate implendus animus, ex alienorum
errorum tumultu, contemplanti quietem suam. Quid ergo? Sapiens non accedit ad fores quas durus ia-
nitor obſiderit? Ille uero, si res necessaria vocabit, experierit, & illum, quisquis erit, tanquam canem acré,
obiecto cibo leniet, nec indignabitur aliquid impendere, ut limen transeat, cogitans, & in pontibus qui-
busdam pro transitu dari. Itaque illi quoq. quisquis erit, qui hoc salutationū publicum exercet, dona-
bit. Scit emere uenalia. Ille p̄fili animi est, qui sibi placet, quod ostiario libere respondit, quod virgam
eius fregit: quod ad dominum accessit, & petiit coriū. Facit se aduersarium qui contendit, & ut uincat,
par fuit. At sapiens colaphis percussus, quid faciet? Quod Cato, cum illi os percussum esset, non ex-
canduit, non uindicauit iniuriam, ne remisit quidem: sed factam negauit. Maiores animo non agnouit,
quām ignouisset. Non diu in hoc haeretimus. Quis enim nescit, nihil ex his quae creduntur bona aut
mala, ita uideri sapienti, ut omnibus? Non respicit quid homines turpe iudicent, aut miserum: non it
quā populus: sed ut fidera contrarium mundo iter intendunt, ita hic aduersus opinionem omniū vadit. eruditia gruita?

C A P. XV.

Definite itaque dicere: Non accipiet ergo sapiens iniuriam, si caedetur? si oculus illi eruetur? non ac-
cipiet contumeliam, si obscenorum uocibus improbis per forum agetur? si in coniuvio regis re-
cumbe infra mensam, uescique cum seruis ignominiosa officia fortis iubebitur? si quid aliud ferre
cogetur, eorum quae excogitari pudori ingenio molesta possunt? In quantumcunque ista vel numero,
vel magnitudine creuerint, eiusdem naturae erunt. Si non tangent illum parua, ne maiora quidem. Si
non tangent pauca, ne plura quidem. Sed ex imbecillitate uestra conteturam capitis ingentis animi: &
cum cogitatis quantum poteris nos pati posse, sapientis patiēiae paulo vltiore terminum ponitis.
At illum in aliis mundi finibus sua uirtus collocauit, nihil nobiscum commune habentem. Quare & si
aspera, & quaecunque tolerati grauia sunt, audituque & uisu refugienda, ingraterint, nō obruerunt etiam
eorum coetū: & qualis singulis, talis uniuersis obſisteret. Qui dicit illud tolerabile sapienti, illud intole-
rable, & animi magnitudinem intra certos fines teneri, male agit. Vincit nos fortuna, nisi tota uincatur.
Nec putes istam Stoicam esse duritiam. Epicurus, quem nos patronum inertiae uestrae assūmitis, puta-
tisque mollia ac desideria praecepere, & ad voluntates ducentia: Rara, inquit, sapienti interuenit fortu-
na. Quām paene emisit nūri uocem. Vis tu fortius loqui, & illam ex toto submuovere? Domus haec fa-
pientis angusta sine cultu, sine strepitū, sine apparatu, nullis obſeruatur ianitoribus, turbam uenali fasti-
dio digerentibus. sed per hoc uacuum, & ab ostiariis liberum fortuna non transit. Scit non esse
illuc sibi locum, ubi nihil est. Quod si Epicurus quoque, qui corpori plurimum indulxit, aduersus ini-
uriias exurgit: quid apud nos incredibile uideri potest, aut supra humanae naturae mēsuram? Ille ait in-
iurias tolerabiles esse sapienti, nos iniurias non esse. Nec est, quod dicas hoc naturae repugnare.

C A P. XVI.

Non negamus rem incommodam esse uerberari & impelli, & aliquo mēbro carere: sed omnia ista
negamus iniurias esse, non sensum illis doloris detrahimus: sed nōmen iniuriæ, quod non potest
recipi uirtute salua. Vr̄er uerius dicat, videbimus. Ad contemptum quidem iniuriæ uterque consentit.
Quæreris quid inter duos interficit? Quod inter gladiatores fortissimos: quorum alter premit uulnus &
stat in gradu, alter respiciens ad clamantem populum, significat nihil esse, & intercedi non patitur. Nō
est, quod putes magnum, quo discedimus. Illud quidem agitur, quod unum ad nos pertinet. Vtique
exempla hortantur contempnere & iniurias, & quas iniuriarū umbras ac suspiciones dixerim, contume-
lias. Ad quas despiciendas non sapienti opus est uiro, sed tantum conficiente, qui sibi possit dicere:
Vtrum merito mihi ista accident, an immerito? Si merito, non est contumelia, iudicium est. Si immerito:
illi qui iniusta facit, erubescendum est. Et quid est illud, quod contumelia dicitur? In capitib⁹ mei, le-
uitatem iocatus est, & in oculorum ualitudinem, & in crurum gracilitatem, & in staturam. Quae con-
tumelia est, quod apparent, audire? Coram uno aliquid dictum ridemus, coram pluribus indignamur: &
eorum aliis libertatem non relinquimus, quae ipsi in nos dicere aſſuemus. Iocis temperatis delecta-
mur, immodicis irascimur.

C A P. XVII.

Chryſippus ait quendam indignatum, quod illum aliquis ueruēc marinum dixerat. In senatu
flentem vidimus Fidum Cornelium Nasōnū generū, cum illum Corbulo Stuthiocamelum de-
pilatum dixisset. Aduersus alia maledicta, mores & uitam conuulnerantia, frontis illi firmitas constitit:
aduersus hoc tam absurdum lacrimae prociderūt. Tanta animorum imbecillitas est, ubi ratio discessit.
Quid, quod offendimur, si quis sermonem noſtrum imitatur, si quis incessum, si quis uitium aliquod
corporis aut linguae exprimit? quasi notiora illa fiant alio imitante, quam nobis facientibus. Sene-
cūtem quidam inuiti audient, & canos, & alia, ad quae uoto peruenit. Paupertatis maledictum quos-
dam perussit: quam sibi obiecit, quisquis abscondit. Itaque materia perulantibus, & per contumeliam

vrbani detrahitur, si vltro illā & prior occupes. Nemo altis risum praebuit qui ex se cepit. Vatinium hominem natum & ad risum, & ad odium, scurrum fuisse venustum ac dicacem, memoriae proditum est. In pedes suos ipse plurima dicebat, & in fauces cōcīcas: sic inimicorum, quos plures habebat quām morbos, & in primis Ciceronis urbanitatem effugit. Si ille hoc potuit duritia oris, qui assiduis conuiūis depudere cōdicerat: cur is non possit, qui studiis liberalibus & sapientiae cultu ad aliquē profectum peruererit? Adiace, quod genus vltionis est, eripere ei qui fecit, contumeliae voluptate. Solent dicere: Miserum me, puto non intellexi, adeo fructus contumelias in sensu & indignatione patientis est. Dein de non deerit illi aliquando par. Inuenietur qui te quoque vindicet.

C A P. XVIII.

Caesar inter cetera uita quibus abundabat, cōtumeliosus, mirabilī studio ferebatur omnes aliqua nota feriendi, ipse materia risus benignissima. Tanta illi palloris infaniam testantis foeditas erat, tanta oculorum sub fronte anili latentium toruitas, tanta capitis destituti, & emendicatis capilis aspersi deformitas. Adiace obfessam fetis ceruicem, & exilitatem crurum, & enormitatem pedum. Immensum est, si velim singula referre, per quae in parentes auofisque suos contumeliosus fuit, per quae in vniuersos ordines. ea referam, quae illum exitio declarunt. Asiaticum Valerium in primis amicis habebat, fero-cem virum, & vix aequo animo alienas contumelias laturum. Huic in continuo, item in contione, voce clarissima, qualis in concubitu esset vxor eius, obiecit. Dij boni, hoc uirum audire, principem scire, & vñq. eo licentiam peruenisse, vt non dico amico, sed tantum marito princeps & adulterium suum narrat, & fastidium? De Chaerea tribuno militum, sermo non pro manu erat, quōd languidus sono, & ni facta nosles, suspectior. Huic Caius signum petenti modo Veneris, modo Priapi dabant: aliter atque aliter exprobrans armato mollitiam. Haec, ipse perlucidus, crepidatus, armillatus. Coegit itaque illum uti ferro, ne saepius signum peteret. Ille primus inter coniuratos manum sustulit, ceruicem medium vno iechu decidit: plurimum deinde undique publicas ac priuatās iniurias vlciscentium gladiorum ingestum est. Sed primus vir fuit, qui minime viuis est. At idem Caius omnia contumelias putabat, & fuit ferendarum impatiens, faciendarum cupidissimus. Iratus fuit Herennio Macro, qui illum Caium salutauerat: nec impune cessit primi pilario, quōd Caligulam dixerat. Hoc enim in castris natus, & alumnus legionum uocari solebat, nullo nomine militibus familiarior vñquam factus: sed iam Caligulam conuicium & probum iudicabat. Cōturbatis ergo hoc ipsum solatio erit, etiam si nostra facilitas ultionem omiserit, futurum aliquem, qui poenas exigat à procace, & superbo, & iniurioso: quae vita nunquam in uno homine, & in vna contumelia consumuntur. Respiciamus eorū exempla, quorum laudamus patientiam: vt Socratis, qui comoediārum publicatos in se & spectatores sales in partem bonam accepit, risusque non minus, quām cum ab uxore Xantippe immunda aqua perfundere-tur. At Iphicrates, cui mater barbara & Threessa obiiciebatur, respōdit, & deorum matrem Idaeam esse.

C A P. XIX.

Non est in rīxā collocationemque ueniendum, procul auferendi pedes sunt: & quicquid horum ab imprudentioribus fiet, fieri autem nisi ab imprudentibus non potest, negligendum. Et honores & iniuriae uulgi, in promiscuo habendi sunt. Nec his dolendum nec illis gaudendum. Alioquin multa, timore contumeliarū aut taedio, necessaria omittemus: & publicis priuatique officiis, aliquando etiam falutaribus, non occurremus, dum muliebris nos cura augit, aliquid contra animum auditendi: aliquando etiam irati potentibus, detegemus hunc affectum intemperant libertate. Non est autem libertas, nihil pati? Fallimur: libertas est, animū opponere iniuriis, & eum facere le ex quo solo sibi gaudenda veniant: exteriora deducere à se, ne inquieta agenda sit vita, omnium risus, omnium linguis timenti. Qui est enim, qui non possit contumeliam facere, si quisquam potest? Diuerso autem remedio vtetur sapiēs affectorumque sapientiae. Imperfectis enim, & adhuc ad publicum se iudicū dirigantibus, hoc proponendum est, inter iniurias ipsos contumeliasque debere uersari. Omnia leuiora accidunt expectantibus: quo quique honestior genere, fama, patrimonio est, hoc se fortius gerat; memor, in prima acie altos ordinē stare, contumelias & verba probrofa, & ignominias, & cetera dehonesta menta, uelut clamorem hostium fera, & lōginqua tela, & faxa sine vulnere circa galeas crepitātia. Iniurias vero, vt uulnera, alia armis, alia pectori infixa, non deiectus, ne motus quidem gradu, sustineat. Etiam si premeris, & infesta vi uirgeris, cedere turpe est, assignatum à natura locum tuere. Quaeris quis hic sit locus? Viri. Sapienti aliud auxilium est huic contrarium. Vos enim rem geritis: illi parta vīctoria est. Ne repugnate uestro bono, & hanc spem, dum ad uerum peruenitis, alite in animis: libenterque meliora excipite, & op in iōne ac voto iuuate. Esse aliquem iniūctum, esse aliquem in quem nihil fortuna possit, e Republica humani generis est.

M. AN-

M· ANTONII· MVRETTI

AD LIBRVM· SENECAE

DE VITA. BEATA

N. O T AE.



E beata vita.] Ita vocant Latini, auctore Cicerone, quam Graci d' aquilar.

Quantum prōfligetur.] Ita veteres libri: ita plane legendum. Nam scriptor quidem non solum Atticarum non nauic habendus, qui prōfligandi verbum latine ita accipi negat. Linus liber XXI. Sed ita fortassis decuit, cum foederum ruptore duce ac populo deos ipsos sine viola vlla humana ope committere ac prōfligatum conficeret. Sed & Tacitus, & Cicero ipse ita saepe accipiunt. Tale est, quod idem grammaticus tradit de verbo superesse, libri primi capite XXII. Nam eo verbo & Tacitus, & Plinius in epistolis, non paulo vterque melior latinae auctor, quam hic usus, ut & vñ, ita saepe vniuntur, vt ipse vñendum negat.

Cum se mobilis fauor circumvegit.] Cum recepit se: cum ad se redijt, & quid egerit, sero iam, re peracta, attenius considerauit.

Discessiōnum mōre.] Cum senatus consilia per discessiōnem fiunt.

Cum rebus humanis agitur.] Ita veteres libri: non, vt in vulgatis, geritur.

Quicquid optauit.] Hoc est quod dicit Iuuenialis:

Euertere domos totas, o plantibus ipsis!

Di faciles.

Neque quidquam euenerit stultis deterius potest, quam si eorum vota Deus audiat. vt grauiſime disputatur in Alciabiade secundo.

Nec longe positura est.] Quod de virtute Hesiodus dixerat, uāla δ' εγγύδη γαῖαι, id hic noster ad virtutē elegansime transtulit.

Et diffusio animi] sic & οὐχις veteres Stoici dicebant. Opponitur ei αὐστὴν φύξις, contratio.

Deinde praeterita respiciat.] Turpis haec opinio Epicureorum fuit, Sapientem & praeſentibus voluptatis gaudere, & recordantem præteritarum, & cogitatione præcipientem futuras. Eam eleganter exagitat Cicerone libro secundo de finibus.

Vident & illi. J. Male in alijs. Vide autem & in illis. Sed haec & talia cum prætermittere decreuerim, nescio quomodo me interdum abripi patior.

Pollinatam.] Vñctam, delibutam. Vetus verbum ab alijs temere electum, in meis libris, omnibus litteris scriptum visitur.

Nec quicquam mutauit optimā.] Quod optimum est, mutari non potest. Nam quicquid mutatur, aut ab alio mutatur, aut a semetipso. Optimum non mutatur ab alio. o portaret enim aliquid esse optimō potentiū: cū a quoque externo aliud mutatur, potentiū necessario sit eo, quod mutatur. Ne a se ipso quidem mutaretur enim a se in deterius, quod a natura abborret. Ita disputant haec a Platone, libro secundo de rep. vbi de immutabilitate Dei disputatur. Idem hic & Seneca dicit: quod qui non intellexerant, aliquot uoces minime necessarias interiecerant. Eas vetustis libris auctōribus sustulit.

Ideoque praecepunt veteres.] Socratis hoc praeceptum est apud Xenophontem.

Voluptates praezugatae.] οὐχις. Ita in vetustis libris meis, multo sine dubio melius & elegantius, quam vt in alijs, praeſtare.

Et si minus verminatur. Liber vetus fermentatur: vnde fecerant, fera minatur. Erroris origo omnibus, vt opinor, in promptu est. Sic quodam loco ex veritate fecerant feritatem.

Crucibus.] Omnes qui tollebantur in crucem, clavis suffigebantur. & quod latrones, qui cum Christo domino ac deo nostro in crucem acti sunt, mulieris locis ita videmus expressos, quāsi funibus tantum alligati fuerint, pīlīorum ac latuariorum error est. Docet id primum verbum ipsum, quo Graci rituntur, οὐχ οὐ. Sed & latro verbo suffigendi idem plane indicatur. Et cum crux Domini tanto sanctissimae feminae studio quaesita ac reperta est, facile statim agnita esset, si ex tribus, quae effosae sunt, in una tantum vestigia clauorum fuissent. Quomodo autem mortui essent, nisi forte longa fame, si funibus tantum reuincti peperissent? At nū ad alios per singulas manus, ac singulos pedes singulis clavis, & venis, & nervis abruptis, desuente ingenti copia sanguinis, incredibili cruciati eos intra horas aliquot mori necesse erat. Quod si serius fieret, effringebantur eis crura ad accele-

accelerand: in mortem. Illud quidem de clavis manifeste ostendunt multa veterum loca. Ut quod hic scribitur a Seneca. Cum refigere se crucibus conentur, in quas vnuisque vestrum clavos ipse suos adigit. Demofibenes etiudou. Kā ἐπὶ δικαιοδότερον, οὐ νομίζεις, quod Vlpianus ita exponit, τὸν συνταγματικὸν τοῦ πολέμου. Horatius.

Si quis eum scrum, patinam qui tollere iussus,
Semel poscet, tepidumq. ligurrierit ius,

In cruce luffigat. Non dixit, religet, aut, reuiniat; sed, suffigat.

Plinius lib. XXVIII. cap. IV. Item in quartanis, fragmentum clavi a cruce, inuolutum lana, collo subnecunt. Plutarchus. ἀνὰ τὸν καθηκόντα, οὐδὲν οὐδὲν. Appuleius. Hic nares & digiti: illic carnosū clavi pendentium. Sed plura congerere, nihil necesse est.

Crederem illis, nisi quidam. Vetus librarius scriperat crederem illis hoc nisi quidam. deinde cum ani maduertifret, vocem Hoc redundare, adscriperat minutori charactere, vacat. delere enim, etiam si quid perperam scriperant, non solebant: ne libros suos minus venales facerent. At secuti alij, geminato errore, non id quod vacabat sustulerunt: sed vitroque recepto, scriperunt, crederem illis hoc uacare. Leuiculū hoc est fateor. sed quia saepē in eo genere peccatum est, semel monere, non alienum esse duxi.

Non ne habeat, sed ne sollicitus habeat. Hoc est, quod Plutarchus ait, fortunac dicturum esse sapiente:

Hūi μὲν ἄγγελος, δὲ τὸν δὲ ἔργον, διατελεῖ.

Paucae argenti lamellae. Ita vetus liber. Videlur autem respexisse ad illud Ouidij:

Ἐτ leuis argenti lamina crimen erat.

Ingemescat. Ne quis putet librariorum erratum esse: ita est in libro Siculo, et saepē in veteribus libris me mini legerem Gemesco, tremesco, et talia, per secundam vocalēm, non per tertiam. Sed quid negligemus, si hac iam non negligimus?

Infrunisti. De hac voce dixi in superioribus.

Ad Togatos. Ad eos quilibet potiorum obseruant, ut eos salutent, deducant, ac reducant. Iustae libertatis, an inter amicos darea. Ita uastam libertatem vocat plenam, ut corum qui vindicta libera- bantur, an inter amicos liberati, Latinī tantum siebant.

Praetextatus & Canusinatus. Ita scriptum est in libro Siculo, melius, ut puto, quam, ut antea legebatur, candidatus. Sed vocis insolentia factum est, ut moueretur loco. Canusinae lanae in optimis et pulcherrimis erant. Plinius libro VIII. cap. XLVII. Circa Tarentum Canusinique sumnam nobilitatem habent. Atheneus libro tertio. οὐδὲν εἰναι τῆς ιδεᾶς οὐδὲν καταστήθει αντανάσσει. Canusinatus igitur est molli et delicata ueste indutus, quales et lana Canusina contexebantur.

Quam nudis scapulis. libri veteres. quam nudis scapulis aferentibus, puto legendum, ac foetentibus. Ob squalorem videlicet et illuuiem. At alij ex illo aferentibus, fecerunt, ut fententiae, non sane dissimiles.

Me hominem maxime cogitabo, cum dijs vndique consultabo. Sic alij. At quanto melius, quod a me ex libro Siculo eratum est? Me hominem esse tum maxime cogitabo, cum deus vndique confusatabor, Haec emendare satis erat: ostentare nihil uicecesserat. Sed me amicorum quorundam studia ingenio meo indulgere non sinunt.

Fauere linguis. οὐδὲν τὸν λεόντην. Θρηνοῦντες. Ita hoc Graeci. Et locis mihi diligenter notandus videtur. Papulas. In quibusdam veteribus libris, pululas: quod et ipsum recte legi potest.

Ipsi obſitū. Liber Siculus, ibi obſitū. Alij putarunt, ibi obſitū, per errorem a librarijs scriptum.

Circi nobis. Alij, cur nobis. Sed illud verius et veterum librorum auctoritate nititur. Saepē autem dicit ludos circenses, aliaque eius generis spectacula, multorum virtutum somitem est. Ego autem quae ab hoc loco usque ad finem huius libri scripta sunt, puto aliunde assuta esse: Et pertinere ad librum aliquem, quo quaeretur, deberet ne sapiens ad rem accedere. Ea re sit, ut quibusdam insulſis hominibus Seneca scripta parum interdum inter se cohaerere videantur. Non Aristotelis scripta, in quo omnia alia ex alij apta et connexa sunt, inter se cohaerent, si quis adhuc modum ea dilaniaverit.

Præterea tria genera sunt vitae. Aristoteleum est et primo Ethicorum ad Nicomachum.

M. AN.

M·ANTONII·MVRETI AD LIBRVM·SENCAE DE TRANQVILLITATE ANIMI

NOTAE.

 Era buius libri inscriptio est, De tranquilitate animi, non quae vulgo inoleuit, De tranquilitate vitae, quod et veteres libri confirmant: Et certe dicitur Democriti, quam ille alio nomine vocabat τὸν έρεσον, animi tranquillitas melius virtutis, quam tranquillitas vitae. Sed et Cicero ipse nomen Διαίτης ita interpretatur.

Inquirenti mihi in me. Totum hoc principium, usque ad eam partem, Quaero mehercule, videntur cuiusdam esse, qui Senecam consulat, ab eoque petat, ut sibi rationes tradat securae tranquilleq. uiuendi. Atque hoc ita esse in quibusdam veteribus libris annotatum est: in quibus etiam, quod vulgo legitur. Quedam vita apparebant Serene, ita scriptum videoas, Quedam vita apparebant Seneca. Genus tamen ipsum dictio plane Senecam olet. At in libro Siculo neque, Serene, scriptum est, neque, Seneca, sed, Quedam vita apparebant retecta. Hoc igitur totum quale sit, alij iudicabunt.

Longa conuersatio amorem inducit. Hoc est quod ait Lucretius:

Consueto concinnat amorem.

Et Aristoteles in rhetorica, inter ea quae iucunda sunt, numerat ea, quibus assueuimus.

Parabilis facilisque. Horatianum.

Namque parabile amo Venerem facilemque.

Cum bene ista placuerint. Ovidius.

Iurauit quoties redditurum ad limina nunquam?

Cum bene iurauit, pes tamen ipse reddit.

Inter illa friuola mea. Ita vocabant vniuersalia, et supellecilem non magni pretij. Iuuenalis.
iam friuola transferit. Vcaglon.

Tantusque morsus. Coniectura ductus, legendum putauit, Tacitusque morsus.

Non purpura aut aureis virgis. Num virgatas auro vestes, et segmentis ornatas intelligit? An fasces, qui magistratibus praeferabantur? Sed illi certe aurei non erant. Vetera exemplaria variant, et alia habent vocem, Aureis, alia non habent.

Quaero mehercule. Hinc quidam existimant, ut dixi, incipere Senecam ex persona sua loqui.

Homericus Achilles. Annos etiū indecētae τετρακούρευστα διπλάτη.

Ιπλοι, έπιοτε δὲ οπλινθήστε φέρεται. Iliad. 8.

Malle esse se quam viuere mortuum. Diutum elegantissimum alij, traiectis vocibus, corruperant. Qui mortuus est, ei obijci nihil potest, cur quietescat. At mortui viuere dicuntur, qui, cum viuant ac spirant, nihil tam plus agunt, quam si mortui essent.

Interius flectendum est. Agitatores exercitati in ludis circensis, introrsum, quantum poterant, flectebant, breuiorem cursum conficerent: ea modo cautione adhibita, ut ne ad metam offendarent, atque aristarēt.

Sic igitur etiam in vita ait contrahenda esse vela.

Quadrinagenta millia librorum. Septingenta fuisse ait scriptor noctium Atticarum, capite ultimo libri sexti.

Fax cereusque praecepsit. Immaturas exequias fax et cereus praecedere solebant. Cuius consuetudinis mentio fit etiam in libro de breuitate vitae, in extremo.

Ad summam caueam. ad plebem, quae ex summa cauea spectare ludos solebat.

Et lora patricia. Quae tandem lora patricia esse dicemus? Vox Lora abest a plaeisque veteribus libris, qua delecta non male fortassis interpretabimur patricia, quos Plutarchus οὐδὲν οὐδὲν vocat παρθενοῖς, his verbis καλέων επι μη ποτὲ παρθενοῖς. Budaeus verit Senatoria significare, quantum opinor, voluit lunatos calceos, quos et Philofratus calceos patricios vocavit, notavit vir eruditissimus Ianus Parrhasius in Ciceronis Milonianam.

Nunquid dicit Pompeio? Quis iste Pompeius est tam diues, qui tamen fame ac siti, miserrimo, ut ait Homerius, mortis genere in palatio cognati perierit? Evidem non Pompeio, sed Ptolemaeo, legendum arbitror: ut Iubae regis filium intelligamus, quem Suetonius Caligulae consobrinum fuisse testatur. Eum Caligula non sene apparet, Romam euocatum interfecit. Dio. Iulius de eis πούτῳ τοι τοι λεπτοῖς τοι Ιβα ησα.

δια μεταπέμψας, ἡ μαθὼν ὃν πλαυτῶν, ἀπέκτενε τὸ ἄλλος πόλεμος μετ' αὐτῷ. Ζωναράς, ὁ δὲ τὸν πόλεμον τὴν τῆς Ἰβηρίας πέμψας μεταπλάσενος, ὃς πλαυτῶν, καὶ καὶ νον ἀπέκτενε. Certius fortassis ab alijs aliquid reperietur. Ego quod potius praesciit.

*Alienis se negotiis offerunt.] Vt ille Horatianus.
aliena negotia curio.*

Excusus proprijs.

Qui tranquille voler viuere.] Graeca ipsa Democriti verba supra posui.

Decem medios vñque ad supplicium dies.] qui dabuntur damnatis ex S. C. quod sub Tiberio factum erat. Auctor Tacitus.

*Vñque ad ebrietatem.] Ita quidem suader Plato libro primo de legibus.
Catoni ebrietas.] Horatius.*

Narratur & magni Catonis.

Saepe mero caluisse virtus.

Graeco poetae.] Anacreonti: ex quo illud verit Horatius.

Dulce est desipere in loco.

Poeticas fores.] Locus est Platonis in Phaedro.

Sive Aristotelis.] Cicero primo Tusculanarum. Aristoteles quidem ait, omnes ingeniosos melancholicos esse. Locus Aristotelis est in problematis, τύμχαντι.

M· ANTONII· MVR ETI AD· LIBRVM· SENECAE QVOD· IN· SAPIENTEM· NEQ. INIVRIA. CADAT. NEQVE CONTUMELIA

NOTAE.

Hoc quod inter admirabilia Stoicorum numerarit aliquis, sapientem nulli iniuria patere, plane Socraticum est. Nam cum iniuriam accipere non dicatur, nisi qui ab alio laeditur: Sapientis autem laedi non queat: consequens est, cum extra iniuriam esse. Siquidem is demum laeditur, qui deterior fit ad obecundū minus suum: ut si equus ad curfum, bos ad culturam agri deterior fiat. At id sapienti vñsuene non potest: nisi quis ei sapientiam, iustitiam, aliam ve quam virtutem auferat: quae bona firmiora & stabiliore sunt, quam ut eripi possint. Quibus positis, efficitur id, quod hoc libro docetur: posse quidem aliquem multa conari, ut iniuriam sapienti faciat: sed iniuriam ad sapientem non peruenire. Haec a Socrate & in apologia, & libro primo de rep. in hac fere sententiam disputatione.

Cato cum feris manus non contulit.] Haec comparatio Catonis cum Hercule simile quiddam habere videatur cum comparatione Herculis & Epicuri, quae legitur apud Lucretium libro quinto.

Animum tuum inclusum.] Melius e libro Siculo, Incessum, & statim, Patas acclamare, melius, quam, in vulgo, Paratum acclamare.

Ex hac tibi nota.] εἰ τούτην στήνομεν.

Tamen delicatis grauis.] Rectior Siculo libri scriptura: Et tantum delicatis grauis. Sed quid ago? Si haec singillatim annumerare volvero, ad molem libri addetur aliiquid: ad legemnum vtilitatem nihil. Desinamus ergo λεπτολογίαν.

Quod si laedi nisi infirmior non potest.] οὐδὲ πενιστὴν οὐδὲ χειρόφορον βλέψειεν.
Malus autem bono infirmior est. *Nam si ininfirmitate, morbus est animi, iustitia, sanitas, quis acerutum valente firmorem dixerit? Itaque ne ininfirmitate quidem tueri se sine aliqua ope infirmitate potest.*

Renundat sibi.] Pessime alijs, Quam sibi, ant, Quantum sibi. Renuntiare sibi, est admonere se: subiaceere sibi, reuocare sibi in animum & in memoriam. Sic in consolatione ad Polybium. Poteft illa res a luctu te prohibere nimio, si tibi ipsi renuntiaturis, nihil horum quae facis posse subdaci. Quintilianus lib. xij. cap. xi.

Quibus animi mala sunt autq. in maius errores.] Inepita scriptura, & ex qua nullam idoneam sententiam elicueris.

vñque in maius errores. Sic paulo inferius. Ergo par pueris longiusque progressis, sed in alia mai oraque error est.

Qui salutatorium publicum exerceat,] Foede depravatus locus: quem e libro Siculo ita restitui. Qui hoc salutationum publicum exercet, neque quidquam magis ex consuetudine Senecae, id est, urbanius & elegantius dici potest. Publica exercent, qui ex eo publicani vocantur: vt publicum pecoris, publicum salis, vini, ceterarumque mercium pro quibus portorium exigunt. Ita igitur dicit eos salutationum publicum exercere, qui admissionibus praesunt, & ad principes salutandos admittunt eos, quibus, eis conuentis opus est: mercede que ab eis eo nomine non exigunt.

Et petijt corium.] Ita legitur in veteribus libris: melius, quam, quod quidam substituere voluit, Lorum. Petere autem corium, est, petere, vt offiaris vapulet: vt sibi de eius corio satisfiat.

Tanta oculorum sub fronte anili latentium tortitas.] Non displiceret conjectura eorum, qui legendum putant. Sub fronte sima: nisi magis me moueret consensus librorum veterum, in quibus aperie ac perspicue legitur. Sub fronte anili.

De Chaerea tribuno militum sermo promanauerat.] Incredibile dictu est, quanto mihi Siculi libri scriptura prior esse videatur, quae haec est. Sermo non pro manu erat. Hoc enim significat sermonem non fuisse conuenientem manu: cum Chaerea sermone quidem mollis & infractus videatur: at manu fortis esset ac strenuus.

Languidus somno, & infracta voce suspirior.] Hic quoque locus mirifice ex eodem libro restitutus est, hoc modo: Languidus, & ni facta noſſes, suspirior. Posteaſt effeſus ſuspectus molliitiae, ni facta noſſes, ſed facta ipſius nullum ei ſuspicioni locum relinquebat.

Modo Veneris, modo Priapi dabat.] Ita & apud Suetonium legitur, at apud Dionem & Xiphilinum, in latina quidem interpretatione, Cupidinis aut Veneris. Sed homini eruditissimo, qui eos scriptores interpretatus est, fraudi ſuere graeca exemplaria, in quibus vñiſſe legitur nō ſu, cum legendum sit nō ſu.

L· ANN AE I· SENECAE AD· PAVLINVM· DE BREVITATE VITAE LIBER. VNVS

C A P. I.

NAIOR pars mortalium, Pauline, de naturae malignitate conqueritur, quod in exiguum aeuū gigantur, quod haec tam rapidi dat nobis temporis spatia decurrat, adeo ut exceptis admodum paucis, ceteros in ipso vita apparatu vita deſtituat. Nec huic publico, ut opinantur, malo, turba tantum & imprudēs vulgus ingemuit. Clarorum quoque virorum hic affectus querelas euocauit. Inde illa maximis medicorum exclamatio est, Vitam breuem esse, longam artem. Inde Aristoteli cum rerum natura exigenti, minime conueniens sapienti viro lis est: illam animalibus tantum indulſisse, vt quina aut dena ſaecula edurent, homini in tam multa ac magna genito, tanto citeriore terminum stare. Non exiguum temporis habemus, ſed multum perdimus. Satis longa vita, & in maximārum rerum consummationem large data est, ſi tota bene collocaretur. Sed vbi per luxum ac negligentiam defluit, vbi nulli rei bona impendit, ultima demum neceſſitate cogente, quam ire non intelleximus, tranſiſſe ſentimus. Ita est, non ac cepimus breuem vitam, ſed fecimus: nec inopes eius, ſed prodigi, ſumus. Sicut amplae & regiae opes vbi ad malum dominum peruererunt, momento diſſipantur: at quamvis modicae, ſi bono custodi traditae ſunt, vñſſe crescent: ita aetas noſtra bene diſponenti multum patet.

C A P. II.
Quid de rerum natura querimur: illa ſe benigne geſſit. Vita, ſi ſciatis vñi, longa eſt. Alium infatiabilis tenet avaritiam: alium in ſuperuacuis laboribus operofa ſedulitas: alius vino madet: alius inertia torpet: alium defatigat ex alienis iudicijs ſuſpenſa ſemper ambitione. Alium mercandi praecipitas circa omnes terras, omnia maria, ſe lucri ducit. Quodam torquet cupidio militiae, nunquam nō aut alienis periculis intentos, aut ſuis anxios. Sunt quos ingratus superiorum cultus voluntaria ſeruitute conſumat. Multos aut affectatio alienae fortunae, aut ſuae odium detinuit. Plaerosque nihil certum ſequentes, vaga & inconstans, & ſibi diſplicens leuitas per noua confilia iactauit. Quibusdam nihil quod curum

cursum dirigant, placet, sed marcentes oscitantesque fata deprehendunt; adeo ut quod apud maximum poetarum more oraculi dictum est, verum esse non dubitem:

Exigua pars est vite quam nos vivimus.

Ceterum quidem omne spatum, non vita, sed tempus est. Vrgentia circumstant via vndique: nec resurgere, aut in dispectum ueri atolleris oculos finunt, sed mersos, & in cupiditatibus infixos premunt. Nunquam illis recurrere ad se licet: sed si quando aliqua quies fortuito contigit, velut in profundo mari, in quo post ventum quoque voluntatio est, fluctuantur, nec vnquam illis a cupiditatibus suis otium inflat. De istis me putas differere, quorum in confesso mala sunt? At pice illos, ad quorum felicitatem concurrit, bonis suis effocantur. Quam multis graues sunt diuitiae? Quam multorum eloquentia quotidiano ostentandi ingenij spatio, sanguinem educit? Quam multi continuus voluptatis bus pallent? Quam multis nihil liberi relinquit cir cūtūs clientū populus? Omnes deniq. istos ab infinitis usque ad summos pererra. Hic aduocat, hic adest: ille periclitatur, ille defendit, ille iudicat. Nemo se sibi vindicat, Alius in alium consumitur. Interroga de istis, quorum nomina ediscuntur. His illos dignoci videbis notis. Hic illius cultor est, ille illius, suis nemo. Deinde dementissima quorundam indignatio est. Queruntur de superiorum fastidio: quod ipsi adire volentibus non vacauerint. Audet quisquam de alterius superioria queri, qui sibi ipse nunquam vacat? Ille tamen, quisquis est, insolenti quidem vultu, sed aliquando respexit. Ille aures suas ad tua verba demisit. Ille te ad latum suum recepit. Tu non inspicere te unquam, non audiire dignatus es.

C A P. III.

Non est itaque quod ista officia cuiquam imputes: quoniam quidē cum illa faceres, non esse cum aliquo volebas, sed tecum esse non poteras. Omnia licet quae unquam ingenia fulserunt, in hoc unum confiant, nunquam satis habet humanarum mentium caliginem mirabuntur. Præsidia sua occupari a nullo patiuntur; & si exigua contentio est de modo finiū, ad lapides & arma discurrunt. In vitam suam incedere alios finunt, immo vero ipsi etiam possessores eius futuros inducunt. Nemo inuenitur, qui pecuniam suam dividere velit: vitam uniusque quam multis distribuit. Astricti sunt in continendo patrimonio. Simil ad temporis lacturam ventum est, profusi simili in eo, cuius unius honesta auaritia est. Liber itaque ex seniorum turba comprehendere aliquem. Peruehisse te ad ultimum aetatis humanae videmus. Centesimus tibi vel supra premiū atq. Agedum ad computationem, aetatem tuam reuoca. Dic quantum ex isto tempore creditor, quantum amica, quantum reus, quantum cliens abstulerit, quantum lis vxoria, quantum seruorum coercitio, quantum officiosa per urbem discursatio. Adiice morbos quos manu fecimus. Adiice, quod sine viu iacuit. Videbis te pauciores annos habere quam numeras. Repete memoria tecum, quando certus consilij fueris, quotus quisque dies ut destinaveras recesserit, qui tibi visus tui fuerit, quando in statu suo vultus, quando animus intrepidus, quid tibi in tam longo aeuo facti operis sit: quam multi vitam tuam diripuerint, te non sentiente quid perderes: quantum vanus dolor, stulta laetitia, anida cupiditas, blanda coquersatio abstulerit. quam exiguum tibi de tuo relictum sit, intelliges te immaturum mori.

C A P. IIII.

Quid ergo est in causa? Tanquam semper viucti viuimus. Numquam vobis fragilitas vestra succurrat. Non obseruatis quantum temporis transierit, velut ex pleno & abundanti perditis: cum interim fortasse ille ipse qui alicui vel homini vel rei donatur, ultimus dies sit. Omnia tanquam mortales timeris. Omnia tanquam immortales concupisces. Audies pleroq. dicentes: A quinquefimo in otium fecerat: sexagesimus annus ab officijs me dimitter. Et quem tandem longioris vitae praedem accipis? Quis ista, sicuti disponis, ire patietur? Non pudet te reliquias vitae tibi referuare, & id solum tempus bonaे menti destinare, quod in nullam rem conferri possit? Quam seruū est, tunc viuere incipere, cum definiendum est? Quae tam stulta mortalitatis obliuio, in quinquefimū & sexagesimum annum differre sana consilia: & inde velle vitam inchoare, quo pauci perduxerunt. Potentissimi & in altum sublati homines excidere voces videbis, quibus otium optent, laudent, omnibus bonis suis præferant. Cupiunt interim ex illo fastigio suo, si tuō licet, descendere. Nam ut nihil extra laceſſat, aut quatiat, in se ipsa fortuna ruit.

C A P. V.

Diuus Augustus, cui dij plura quam illi praefiterunt, non desit quietem sibi precari, vacationem à Rep. petere. Omnis eius sermo ad hoc semper renolutus est, ut sibi speraret otium. Hoc labores suos, etiam si falso, dulci tamen oblectabat solatio, aliquando se viucturum sibi. In quadam ad senatum missa epistula, cum requiem suam non vacuam fore dignitatis, nec à priore gloria discrepantem, pollicitus est, haec verba inueniri: Sed ista fieri speciosius quam promitti possunt. me tamen cupido temporis optatissimi mihi, prouexit, vt quoniā rerum laetitia moratur adhuc, praeciperem aliiquid voluptatis ex verborum dulcedine. Tanta visu est res otium, vt illam, quia vnu non poterat, cogitatione præfumeret. Qui omnia videbat ex se vno pendens, qui hominibus gentibusque fortunam dabat, illum diem laetiſſimus cogitabat, quo magnitudinem suam exueret. Expertus erat, quantum illa bona per omnes terras fulgentia sudoris exprimerent, quantum occultarum solitudinum tegerent: cum ciuibus prium, deinde cum collegis, nouissime cum affinibus, coactus armis decernere, mari terraque sanguinem

nem

nem fudit: per Macedoniam, Siciliam, Aegyptum, Syriam, Asiamque, & omnes prope oras bello circūctus, Romana caede lassos exercitus ad externa bella conuertit. Dum alpes pacat, immixtosque mediae paci & imperio hostes perdomat, dum ultra Rhenum, Euphratēm & Danubium terminos mouet, in ipsa urbe, Murenae, Caepionis, Lepidi, Egnatorum in eum mucrones acuebantur. Non dū horum effugerat in fidias, filia, & tot nobiles iuuenes adulterio velut sacramento adacti, iam infractam aetatem terribabant: plusq. & iterum timenda cum Antonio mulier. Haec vlcera cum ipsis membris abscederat: alia subnascibantur, velut cum graue multo sanguine est corpus, partes semper aliquae rumpabantur. Itaq. otium optabat: in huius spe & cogitatione labores eius refidebant. Hoc votum erat eius, qui voti compotes facere poterat. M. Cicero inter Catilinas, Clodiosq. iactatus, Pompeiosq. & Crassos, partim manifestos inimicos, partim dubios amicos, dum fluctuat cum republica, & illam peplum euentem tenet, nouissime abductus, nec secundis rebus quietus, nec aduersarum patiens, quotiens illum ipsum consulatum suum non sine causa, sed sine fine laudatum detestatur, quam flebiles uoces exprimit in quadam ad Atti cum epistola, iam victo patre Pompeio, adhuc filio in Hispania fracta arma refouente? Quid agam, inquit, hic quaeris? moror in Tusculano meo semilibet. Alia deinceps adiicit, quibus & priorem aetatem complorat, & de praesenti quaeritur, & de futura desperat. Semiliberum se dixit Cicero. at mehercules nunquam sapiens in tam humile nomen procedet, numquam semilibet erit. Integrae semper libertatis, & solidae, solutus, & sui iuris, altior certet. Quid enim supra eum potest esse, qui supra fortunam est?

C A P. VI.

Luius Drusus, vir acer & vehemens, cum leges nouas, & mala Gracchana mouisset, stipatus ingenti totius Italie coetu, exitum rerum non prouidens, quas nec agere licebat, nec iam liberum erat semel inchoatas relinquere, execratus inquietam à primordijs vitam, dicitur dixisse, vni sibi, nec puer quidem, unquam ferias contigisse. Aufus est enim & pupillus adhuc & praetextatus, iudicibus reos commendare, & gratiam suam interponere tam efficaciter, vt quaedam iudicia constet ab illo raptis. Quo nō erumperet tam immatura ambitione? Scires in malum ingēs, & priuatum, & publicum euafuram illam tā festinatam audaciam. Seru itaque querebatur, nullas sibi ferias contigisse: à puer seditionis, & foro gravis. Disputatur, an ipse sibi manus attulerit. Subito enim vulnere per inguen accepto, collapsus est: aliquo dubitante, an mors volūtaria esset, an tempestiva. Superuacuum est commemorare plures: qui cum alijs felicissimi viderentur, ipsi in se verum testimonium dixerint, perosi omnem actum annorum suorum. Sed his querelis nec alios mutauerunt, nec seipios. Nam cum verba erumperent, affectus ad consuetudinem relabebatur. Vestra mehercule vita, licet supra mille annos exeat, in arctissimum contrahetur. Ista omnia nullum non saeculum deuorabunt. Hoc vero spatium, quod, quamvis natura currit, ratio dilatata, citio vos effugiar necesse est. Non enim apprehenditis, nec retinetis, nec velocissimae omnium rei moram facitis, sed abire ut rem superuacuanam ac reparabilem finitis. In primis autem & illos numero, qui nulli rei, nisi vino ac libidini vacant. Nulli enim turpius occupati sunt. Ceteri, etiam si vana gloriae imagine teneantur, speciose tamen errant. Licet avaros mihi, licet vel iracundos enumeres, vel bellatores, omnes isti virilium peccant. In venerem ac libidinem projectorum in honesta labes est. Omnia istorum tempora excute. Aspice quamdiu computent, quamdiu insidentur, quamdiu timeant, quamdiu colant, quamdiu colantur, quantum vadimonium sua atque aliena occupent, quantum conuiuia, quae iam ipsa officia sunt. videbis quemadmodum illos respirare non sinant vel mala sua, vel bona. Deniq. inter omnes conuenit, nullā rem bene exerceri posse ab homine occupato: non eloquentia, non liberales disciplinas: quando districtus animus nihil altius recipit, sed omnia velut inculcata retinet. Nihil minus est hominis occupati, quam viuere: nullius rei difficilior est scientia. Professores aliarū artū vulgo multiq. sunt.

C A P. VII.

Quodam vero ex his pueri admodum ita percepisse visi sunt, vt etiam praecipere possent. Viuere tota vita discendum est: & quod magis fortasse miraberis, tota vita discendum est mori. Tot maximis viri, relicti omnibus impedimentis, cum diuitijs, officiis, voluntatibus renuntiascent, hoc vnu in extremam vñq. aetatem egerunt, vt viuere scirent. Plures tamen ex his nondum se scire confessi e vita abiuerunt, nedum vt isti sciunt. Magni, mihi crede, & supra humanos errores eminentis viri est, nihil ex suo tempore delibare: & ideo vita eius longissima est, cui quantcumque patuit, totum ipsi vacavit. Nihil inde inculsum, otiosumque iacuit: nihil sub alio fuit. neque enim quicquam repperit dignum quod cum tempore suo permutteret, custos eius parvissimum. Itaque fatis illi fuit. His vero necesse est defuisse, ex quorum vita multum populus tulit. Nec est quod putes, hinc illos non intelligere damnum suum. placuisse certe audies ex his quos magna felicitas grauat, inter clientium greges, aut causarum actiones, aut ceteras honestas miserias exclamare interdum, Mihi viuere non licet. Qui ni non licet? Omnes illi qui te sibi aduocant, tibi abducunt. Ille reus quod dies abstulit, quod ille candidatus, quod illa anus, effrendis heredibus lassa? quod ille ad irritandam auaritiam caprantium simulatus aeger? Quod ille potentior amicus, qui vos nō in amicitia, sed in apparatu habet? Dispunge, inquit ac recente vitae tuae dies: vides paucos admodum & reiūlos apud te redire. Assequutus ille quos optauerat fasces, cupit poneare, & subinde dicit: Quando hic annus praeteribit? Facit ille ludos, quorum fortē sibi obtingere magno aestimanit. Quando, inquit, istos effugiam? Diripiuit ille toto foro patronus, & magno concursu omnia, ultra quam audiri potest, compleat: Quando inquit res proferentur? Praecipitat quisq. vitā suam, & futuri desiderio laborat, praesentium taedio. At ille, qui nullum nō tempus in viuū suos confert, qui omnes dies tanquam vitā ordinat, nec optat crastinū, nec timet. Quid enim est, quod iā illa hora nouae vo-

Ee luptatis

Jupiter possit afferre? Omnia nota, omnia ad satietatem percepta sunt: de cetero fors fortuna ut volet ordinet, vita iam in tuto est. Huic adjici potest, detrahi nihil: & adjici sic, quemadmodum saturo iam & pleno aliquid cibi, quod nec desiderat, nec capit.

C A P. VIII.

Non est itaque quod quenquam propter canos aut rugas putes diu vixisse. Non ille diu vixit, sed diu fuit. Quid enim? illum multum putas nauigasse, quem saeva tempestas à portu exceptum huc & illuc tulit, ac viribus ventorum ex diuerso furentium per eadem spatiis in orbem egit? Non ille multū nauigauit, sed multum iactatus est. Mirari soleo, cum video aliquos tempus petere, & eos qui rogantur facillimos. Illud uterque spectat, propter quod tempus petitus est: ipsum quidem neuter. Quasi nihil petitur, quasi nihil datur. Re omnium pretiosissima luditur. Fallit autem illos, quia res incorporalis est, quia sub oculis non venit. Ideoq. vilissima aestimatur, immo paene nullum pretium eius est. Annua congiaria homines clarissimi accipiunt, & his aut labore, aut operam, aut diligentiā suam locant: nemo aestimat tempus. Ut tunc illo laxius, quasi gratuito. At eosdem aegros vide, si mortis periculum admotum est proprius, medicorum genua tangentes: si metuunt capitale supplicium, omnia sua, ut viuant, paratos impendere. Tanta in illis discordia affectuum est. Quod si posset quemadmodum praeteritorum annorum cuiusq. numerus proponi, sic futurorum: quomodo illi qui paucos viderent supereffe, trepidarent, quomodo illis parcerent. At qui facile est, quamvis exiguum dispensare, quod certum est. Id debet seruari diligentius, quod nescias quando deficiat. Nec est tamen, quod ignorare putes illos, quām cara res sit. Dicere solent, eis quos valdissime diligunt, paratos se partem annorum suorum dare. Dant, nec intelligunt: dant autem ita, ut sine illorum incremento sibi detrahant: sed hoc ipsum an detrahant, nesciunt: ideo tolerabilis est illis iactura detrimenti latentis. Nemo restituet annos, nemo iterum te tibi reddet. Ibit quā copia aetas, nec cursus suum aut reuocabit, aut supprimet: nihil tumultuabitur, nihil admonebit velocitas sua: tacita labetur. Non illa regitur imperio, non fauore populi logius proferet. Sicut iussi est à primo die, curre: nusquam diuerter, nusquam remotabatur. Quid fiet? tu occupatus es, vita festinat. Mors interim aderit, cui, velis nolis, vacandum est.

C A P. IX.

Potesit ne quinquam sensus hominum, eorum dico qui prudentiam iactant, operosius, occupati sunt, ut melius possint vivere? Impendio vitae vitam instruunt, cogitationes suas in longum ordinant. Maxima porro vitae iactura dilatio est. Illa primum quemque extrahit diem, illa eripit praesentia dum vteriora promittit. Maximum vivendi impedimentum est, expectatio, quae pender ex craftino. Perdis hodiernum, quod in manu fortunae politum est disponis: quod in tua, dimittis. Quo spectas, quo te extensis? Omnia quae ventura sunt, in incerto rident. Protinus vivet, clamat ecce maximus vates, & velut diuinio furore instinetus, salutare Carmen cant:

Optima quaeque dies miseris mortalibus aeni
Prima fugit.

Quid cunctarīs, inquit, quid cessas? Nisi occupas, fugit: cum occupaueris, tamen fugiet. Itaq. cum celeritate temporis, vtedi velocitate certāndū est, velut ex torrente rapido, nec semper casuō, cito hauiēnum est. Hoc quoq. pylcherrime ad expobandam infinitam cogitationem, quod non optimam quamque aetatem, sed diem dicit. Quid securus, & in tanta tempornm fuga lensus, mensē tibi & annos, & lōgan seriem, vt cunq. auditiū tuae vīsum est, exporrigit? De die tecum loquitur, & de hoc ipso fugiente. Non dubium est ergo, quim prima quaeque optima dies fugiat mortalibus miseris, id est, occupatis: quorum pueriles adhuc animos senectus opprimit, ad quam imparati, inermesq. veniunt. Nihil enim prouisum est: subito in illam, nec opinantes inciderunt. Accedere eam quotidie non sentiebant. Quemadmodum quos aut sermo, aut lecio, aut aliqua interior cogitatio iter facientes decipit, peruenisse se ante sciunt, quām appropinquasse: ita hoc iter vitae assiduum & citatissimum, quod dormientes vigilantesq. eodem gradu facimus, occupatis non appetit, nisi in fine.

C A P. X.

Quod proposui, si in partes velim & argumenta diducere, multa mihi occurserunt, per quae probem breuissimam esse occupatorum vitam. Solebat dicere Fabianus, non ex his cathedralijs philosophis, sed ex veris & antiquis, contra affectus imperii, non subtilitate pugnandi, nec minutis vulneribus, sed incursi auertendā aciem. Sugillationem enim retundi debere, non velicati. Tamen ut illis error exprobretur suis, docendi, non tantū deplorandi sunt. In tria tempora vita dividitur: quod est, quod fuit, & quod futurū est. Ex his quod agimus, breve est: quod acturi sumus, dubium; quod egimus, certū. Hoc est enim in quod fortuna ius perdidit, quod in nullius arbitriū reduci potest. Hoc amittunt occupati: nec enim illis vacat praeterita respicere: & si vase, certe iniucunda est recordatio. Inuiti namq. ad tēporā male exacta animū reuocant, nec audent ea retentare, quorū vitia etiam quae aliquo praefentis voluntatis lenocinio subrepabant, retentando patescunt. Nemo, nisi à quo omnia acta sunt sub censura sua, quae nunquā fallitur, libenter se in praeteritū retorquet. Ille qui multa ambitione cōcupiit, superbe contemptus, impotēte vicit, insidioso decepit, auare rapuit, prodige effudiit, necesse est memorā suā timeat. Atqui haec est pars tēporis nostri sacra ac dedicata, omnes humanos casus supergressa, extra regnū fortunae subducta: quā nō inopia, nō metus, nō morborū incursum exagit. Haec nec turbari, nec eripī potest: perpetua eius & intrepida possessio est. Singuli tantū dies, & hi per momēta praesētes sunt. At praeteriti tēporis, omnes cū iusterū aderūt, ad arbitriū tuū se inspici ac detineri patiētur quod facere occupatis nō vacat.

vacat. Securae & quietae mentis est, in omnes vitae suae partes discutere. Occupatorum animi velut subiugo sunt, flēctere se ac respicere nō possunt. Abiit igitur vita eorū in profundū, & ut nihil prodest, quantumlibet ingeras, si nō subest quod excipiat ac seruet: sic nihil refert, quantū temporis datur, si nō est ubi subsidat, per quassos foratoq. animos transmititur. Praesens tempus breuissimū est, adeo quidē, ut quibusdam nullū videatur: in cursu enim semper est. Fluit & praecepit: ante definit esse, quām venit. Nec magis moram patitur quā mundus, aut sidera, quorū irrequia semper agitatio, nunquam in eodem veltigio manet. Solum igitur ad occupatos praefens pertinet tempus: quod tam breve est, ut arripi non possit, & id ipsum illis districtis in multa, subducitur.

C A P. XI.

Deniq. vis scire, quām nō diu viuāt. Vide quām cupiāt diu viuere. Decrepiti senes paucorū annorū accessionē votis mendicant. Minores natu seipso esse singunt: mendacio sibi blandiuntur: & tam libenter fallunt, quām si fata vna decipient. Lā vero cū illis aliqua imbecillitas mortalitatis admonuit, quemadmodū pauentes moriuntur, non tanquā exeant de vita, sed tanquā extrahantur? stultos se fuisse quod nō vixerint, clamitant, & si modo euaserint ex illa valetudine, in otio viēturos. Tunc quām frustra parauerint, quibus non fruerentur, quām incassum omnis labor cederit, cogirāt. At quibus vita procūl ab omni negotio agitur, quid ni spatio sit? Nihil ex illa delegatur, nihil alio atque alio spargitur, nihil inde fortuiae traditur, nihil negligēt, interit, nihil largitione detrahitur, nihil superuacuū est: tota (ut ita dicam) in reditu est. Quantulacumq. itaq. abunde sufficit, & ideo quandocunq. ultimus dies venire, nō cunctabatur vir sapiēs ire ad mortē certo gradu. Quaeris forte, quos occupatos vocē. Nō est quod me solos pures dicere, quos à basilica immisī demum canes eiiciunt, quos aut in sua video turba specio sius elici, aut in aliena contempti, quos officia domibus suis euocant, vt alienis foribus illidant, quos hasta praeatoris infami lucro, & quandoque suppuratione exercet. Quorundam otium occupatum est, in villa, aut in lecto suo, in media solitudine, quamvis ab omnibus recesserunt, sibi ipsi molesti sunt. Quorum non otiosa vita est dicenda, sed desidiosa occupatio.

C A P. XII.

Illam tu otiosum vocas, qui Corinthia paucorum furore pretiosa, anxia subtilitate concinnat, & maiorem dierū partē in aeruginosis lamellis consumit, qui in ceromatē (nam, p̄o faciūs, ne Romanis quidem virtus laboramus) spectator puerorum rixantium sedet, qui uincitorū fuorū greges in aetatu & colorū paria diducit, qui athletas nouissimo pascit? Quid illos otiosos vocas, quibus apud tonsorē mūltae horae transiuntur, dum decerpit, si quid proxima nocte succurrit, dum de singulis capillis in consilium itur, dum aut disiecta coma restituitur, aut deficiens hinc atq. illinc in frontē cōpellitur? Quomodo irascuntur, si tonsor paulo negligentior fuit? tanquā virū teneret. Quomodo excandescunt, si quid ex iuba sua decisum est, si quid extra ordinē iacuit, nisi omnia in annulos suos reciderunt? Quis est istorum, qui non malit rem publicā turbari, quām comam suam? qui non solicitor sit de capitis sui decore, quām de salute? qui non cōptior esse malit, quām honestior? Hos tu otiosos vocas, inter pectinē speculumq. occupatos? Quid illi, qui in componendis, audiendis, discendis canticis occupati sunt, dum vocē, cuius rectū cursus natura & optimū & simplicissimū fecit, in flexu modulacionis inēptissimae torqueat? Quorū digiti aliquod inter se carmen metientes semper sonant: quorū cū ad res serias, etiā saepe tristes, adhibiti sunt, exauditi tacita modulatio? Non habent isti otium, sed iners negotiū. Coniuia mehercule horū non posuerim inter vacantia tempora, cū videā quām solliciti argenteū ordinent, quām diligenter excoletorū suorū tunicas succingant, quām suspensi sint, quomodo aper à coco exeat. Quanta celeritate, signo dato, glabri ad ministeria discurrent. Quanta arte scanduntur aues in frusta nō enormia, quām curiose infelices pueruli ebrios pūta detergeat. Ex his elegantiae lauitiaeq. fama captatur, & vsque eo in omnes virae successus mala sua illos sequuntur, vt nec bilant sine ambitione, nec edant. Nec illos quidē inter otiosos numeraueris, qui sella & leētia huc & illuc ferunt, & ad gestationū suarum, quasi deficerent illas non licet, horas occurrunt, quos, quando lauari debant, quando natāre, quando coquare, aliud admonet, & vsq. eo nimio delicati animi languore solvuntur, vt per se scire non possit, an elūriant. Audio quendā ex deditis, si modo deliciae uocandae sunt, vitā & consuetudinē humanā dediscere, cū ex balneo inter manus elatus & in sella positus esset, dixisse interrogādo, lā sedeo. Hāc tu ignorātē an sedeat, putas scire an vivat an videat, an otiosus sit? Non facile dixerim, virū magis misereat, si hoc ignoravit, an si se ignorare finxit. Multarū quidem rerū obliuionem non sentunt, sed mentiūtūr, quae dā vitia illos quasi felicitatis argumenta delectant. Nimis humili & contēpti hominis esse videtur, scire quid faciat. I nunc, & mimos multa mētrū ad expobrandā luxuriā puta. Plura mehercule praetererunt quam fingunt: & tanta incredibilium vitiorū copia, ingenioſo in hoc vnum saeculo, processit, vt iam mimorum arguere possimus negligēt. esse aliquem, qui vsque eo delicijs interierit, vt an sedeat, alteri credat?

C A P. XIII.

Non est ergo otiosus hic: aliud nomen imponas Aeger est: immo mortuus est. Ille otiosus est, qui otij sui tensus est: hic vero semiuius, cui ad intelligendos corporis sui habitus indice opus est. **E**t modo potest hic alicuius temporis dominus esse? Persequi singulos longum est: quorū aut laterū, aut pilā, aut excoquendi in sole corporis cura consumptare vitam. Non sunt otiosi, quorum voluptates multum negotiū habent. Nam de illis nemo dubitat, quin operose nihil agant, qui in litterarū inutilium studijs detinentur: quae iam apud Romanos quoq. magna manus est. Graecorū iste morbus uit, quaerere quem numerum remigum Vlices habuissent: prior scripta est Ilias, an Odyssea: praeterea

an eiusdem esset auctor. Alia deinceps huius notae: quae siue contineas, nihil tacitam conscientiam iuant: siue proferas, non doctior videberis, sed molestior. Ecce Romanos quoque inuasit inane studium superuacua discendi. His diebus audiui quendam referentem, quae primus quisque ex Romanis ducibus fecisset. Primus natali proelio Duilius vicit, primus Carius Dentatus in triumpho duxit elephantos. Etiamnum ista, & si ad veram gloriam non tendunt, circa ciuilium tamen operum exempla versantur. Non est profutura talis scientia: est tamen quae nos speciosa rerum vanitate detineat. Hoc quoque quaerentibus remittamus, quis Romanis primus perfusa nauem concendere. Claudius is fuit: Caudex ob hoc ipsum appellatus, quia plurimum tabularum contextus caudex apud antiquos vocabatur: unde publicae tabulae codices dicuntur: & naues nunc quoque, quae ex antiqua consuetudine per Tiberim commeatus subuehant, caudicariae vocantur. Sane & hoc ad rem pertineat, quod Valerius Corvinus primus Messanam vicit, & primus ex familia Valeriorum, urbis capite in se translatu nomine Messana appellatus est, paulatinq. vulgo permutante litteras, Messalla dictus est. num & hoc quenquam curare permittas, quod primus L. Sylla in circa leones solutos dedit, cum alioquin alligati darentur, ad conficiendos eos missis à rege Bocco iacularibus? Et hoc sene remittatur. num & Pompeium primum in circa elephantorum diodecimtigint pugnam edidisse, commissis more proeliis noxijs hominibus, ad illam rem bonam pertinet? Princeps ciuitatis, & inter antiquos principes, ut fama tradidit, bonitatis eximiae, memorabile putauit spectaculi genus, nouo more perdere homines. Depugnant: parum est, laciniantur: parum est, ingenti mole animalium obterantur. Satius erat ista in obliuionem ire, ne quis postea potens disceret, inuidetque rei minime humanae.

C A P. XIII.

Quantum caliginis mentibus humanis obijcit magna felicitas. Ille se supra rerum naturam esse tunc creditit, cum tot miserorum hominum ceteras, sub alio caelo natu' beluis obijceret, cum bellum inter tam disparia animalia committeret, cum in conspectu populi Romani multum sanguinis funderet, mox plus ipsum fundere coacturus. At idem postea Alexandrina perfidia decepis, ultimo mancipio transfiendum se praebuit, tum denum intellecta inani iactatione cognominis sui. Sed ut illo reuerterat, vnde decepsi, & in alia materia ostendam superuacuum quorundam diligentiam: idem narrabat Metellum viuis in Sicilia Poenis, triumphantem, unum omnium Romanorum ante currum centrum & viginti captiuos elephanter duxisse. Syllam ultimum Romanorum protulisse pomoerium, quod nunquam provinciali, sed Italico agro acquisito mos proferre apud antiquos fuit. Hoc scire magis prodest, quam Auenrinum montem extra pomoerium esse, ut ille affirmabat, propter alteram ex dnabus causis: aut quod plebs eō fecessisset, aut quod Remo a uscipe illo loco ares non addixissent. Alia deinceps innumerabilia, quae aut ficta sunt, aut mendaciae similia. Nam ut concedas omnia eos fide bona dicere, ut ad praestationem scribant: tamen cuius ista errores minuentur? cuius cupiditates prement? quem fornorem, quem iustitorem, quem liberalitatem facient? Dubitat se interim Fabianus noster aiebat, an satius esset nullis studijs admoueri, quam his implicari. Soli omnium otiosi sunt, qui sapientiae vacant: soli viuunt: nec enim suam tantum aetatem bene tuentur: omne aevum suo adjiciunt. Quicquid annorum ante illos actum est, illis acquisitum est. Nisi ingratissimi sumus, illi clarissimi sacrarum opionionum conditores, nobis natu' sunt, nobis vitani praeparauerunt. Ad res pulcherrimas ex tenebris ad lucem erutas, alieno labore deducimus: nullo nobis saeculo interdictum est: in omnia admittimus: & si magnitudine animi egredi humanae imbecillitas angustias libet, multum per quod spatiem temporis est. Disputare cum Socrate licet, dubitare cum Carneade, cum Epicuro quiescere, homini s' naturalum cum Stoicis vincere, cu' Cynicis excedere, cu' reru' natura in consortiu' omnis aeu' pariter incedere. Quid ni ab hoc exiguo & caduco temporis transitu, in illa nos toto demus animo, quae immensa, quae aeterna sunt, quae cum melioribus communia. Iti qui per officia discursant, qui se aliosque inquietant, cum bene insaniant, cum omnium limina quotidie perambulauerint, nec villas apertas fores praeterierint, cum per diueras domos meritoriam salutationem circumstulerint: quotu' quemque ex tam immensa, & varijs cupiditatibus distracta vrbe poterunt videre? quam multi erunt, quorum illos aut somnus, aut luxuria, aut inhumanitas submoueat? quam multi, qui illos, cum diu torserint, simulata festinatione transcurrant? quam multi per referum clientibus atrium prodire vitabunt, & per obscuros aedium aditus profugient? quasi non inhumanius sit decipere, quam excludere. quam multi hefterna crapula semisomnes & graues, illis miseris somnum suum rumpentibus, ut alienum expectent, vix alleuatis labijs insuffuratum millies nomen, oscitatione superbiissima reddent? Hos in veris officiis morari licet dicamus, qui Zenonem, qui Pythagoram quotidie & Democritum, ceteros, que adiustes bonarum artium, qui Aristotelem & Theophrastum volent habere quam familiarissimos. nemo horum non vacabit, nemo non venientem ad se beatorem, amantio remque sui dimitteret, nemo quenquam vacuis a se manibus abre patietur. Noche conueniri & interdiu ab omnibus mortalibus possunt. Horum te mori nemo coget, omnes docebunt: horum nemo annos tuos conteret: suos tibi contribuet: nullius ex his sermo periculofus erit, nullius amicitia capitalis, nullius sumptuosa obseruatio.

C A P. XV.

Feres ex his quicquid voles: per illos non stabit, quo minus quantum plurimum cupieris, haurias. Quae illa felicitas, quam pulchra feneetus manet, qui se in horu' clientelā cōtulit? habebit cu' quibus de minimis maximisque rebus deliberet, quos de se quotidie consular, a quibus audiat verum sine contumelia, laudetur sine adulacione, ad quorum se similitudinem effingat. Solemus dicere, non fuisse in no-

in nostra potestate, quos fortiremur parētes: forte nobis datos. Nobis vero ad nostrum arbitrium nasci licet, nobilissimorum ingeniorum familiae sunt. Elige in quam ascisci velis: non in nomen tantum adoptaberis, sed in ipsa bona, quae non erunt fordide nec maligne custodienda: maiora fiunt, quo illa pluribus diuiseris. Hi tibi dabunt ad aeternitatem iter, & te in illum locum, ex quo nemo eiiciet, subleuantur: haec vna ratio est extendendae mortalitatis, immo in immortalitatem vertendae. Honores, monumenta, quicquid aut decretis ambitio iussi, aut operibus extruxit, cito subruritur: nihil nō longa demolitur vetustas, & mouet ocyus, quod consecrauit. Sapientiae noceri non potest, nulla delebita aetas praefens, nulla diminuet sequens, ac deinde semper vltior aliiquid ad venerationem conferet: quoniam quidem in uicino versatur inuidia, simplicius longe posita miramur. Sapientis ergo multum pater vita, non idem illum qui ceteros terminus includit. solus generis humani legibus soluitur: omnia illi saecula, vt Deo, seruiunt. Transiit tempus: aliiquid ex hoc recordatione comprehendit, instat? hoc vltur. venturum est: hoc precipit. Longam illi vitam facit omnium temporum in vnum collatio, illorum breuissima ac sollicitissima aetas est, qui praeteritorum obliuiscuntur, praesentia negligunt, de futuro timent. Cum ad extrema venerint, sere intelligent miseri, tamdiu se, dum nihil agunt, occupatos fuisse.

C A P. XVI.

Nec est quod hoc argumento probari putes, longam illos agere vitam, quia interdum mortem inueniunt, vexat illos imprudentia incertis affectibus, & in currentibus in ipsa quae inueniunt. Mortem saepe ideo optant, quia timent. Illud quoque argumentum nō est, quo putes diu vulturos, quod saep illis longus videtur dies: quod dum veniat conditum tempus coenae, tarde ire horas queruntur. nāfi quando illos deferunt occupationes, in otio relieti aestuant, nec quomodo id disponant, aut extrahant, sciunt. Itaque ad occupationem aliquam tendunt, & quod interiacet, omne tempus graue est: tam mehercules, quam cum dies munera gladiatoriū edictus est, aut cum alicuius alterius vel spectaculi vel voluptatis expectatur constitutum, transilire medios dies volunt. Omnis illis speratae rei longa dilatatio est. At illud tempus, quod amant, breue est, & preecepit, breuissime multo fit suo vltio: aliunde enim alio transfigunt, & confundere in vna cupiditate non possunt. Non sunt illis longi dies, sed inuisi. At contra, quam exiguae noctes videntur, quas in complexi scortorum aut vno exigunt. Inde etiam poetarum furor, fabulis humanos errores aletium, quibus visus est Iupiter voluptate concubitus delenitus duplascit noctem. Quid alud est vltia incendere, quam auctores illis inscribere deos, & dare morbo, exemplo diuinitatis excusat, in licentiam? Possunt ipsis non breuissimae videri noctes, quas tam care mercantur? Diem noctis expectatione perdunt, noctem lucis metu. Ipsae voluptates eorum trepidae, & varijs terroribus inquietae sunt, subitque cummaxime exultantes sollicita cogitatio: Haec quam diu? Ab hoc affectu reges suam fleuere potentiam: nec illos magnitudo fortunae suae delecat, sed venturus aliquando finis exterruit. Cum per magna camporum spatiā porrigeret exercitum, nec numerum eius, sed mensuram comprehenderet Persarum rex insolentissimus, lacrimas fudit, quod intra centum annos nemo ex tanta iuuentute superfuturus esset. At illis erat admoturus fatum ille ipse qui flebat, perditusque alios in terra, alios in mari, alios in proelio, alios in fuga: & intra exiguum tempus consumpturus illos, quibus centesimum annum timebat.

C A P. XVI.

Quid, quod gaudia quoque eorum trepidā sunt? non enim solidis causis innituntur, sed eadem qualia: cu' haec quoque quibus se attollunt, & supra hominem effterunt, parum sincera sunt. Maxima quaeque bona sollicita sunt: nec vlli fortunae minus bene quam optimae creditur. Alia felicitate ad tuendā felicitatem opus est: & pro ipsis quae successerunt votis, vota facienda sunt. Omne enim quod fortuito evenit, instabile est: quo altius surrexit, vergit pronius in occasum. Neminem porro casura delectant. Misericordiam ergo necesse est, non tantum breuissimam, vitam eorum esse, qui magno parant labore, quod maiore possident: operose assequuntur quae volunt, anxijs tenet quae assecutus sunt. Nulla interim nunquam amplius reddituri temporis est ratio. Nouae occupationes veteribus substituuntur, spes spem excitat, ambitionem ambitio: misericordiarum non finis quaeritur, sed materia nutritur. Nostrī nos honores sorferunt, plus temporis alieni auferunt. candidati laborare desiuimus: suffragatores incipiimus: accusandi depositum molestiam: iudicandi nanciscimur. iudex defit est: quae sit est, alienorum bonorum mercenaria proconsentit: suis opibus detinetur. Marium caliga dimisit: consulatus exercet. Quintius dictaturam properat euadere: ab aratro reuocabitur. Ibi in Poenis nondum tantae matratus rei Scipio, victor Hannibal, victor Antiochi, sui consulatus decus, fraterni sponsori: per ipsum mora sit, cum loue reponetur: ciuitates seruatorem agitabunt seditiones, & post fastidios a iuene dijs aequos honores, iam senem contumacis exilijs delectabit ambitio. Nunquam deerunt vel felices, vel miserae sollicitudinis causa: per occupationes intercludetur otium: nunquam agetur, semper optabitur.

C A P. XVII.

Excerpe itaque te vulgo, Pauline carissime, & in tranquilliores portum, non pro aetatis spatio iactatus, tandem recede. Cogita quod fluitus subieris, quod tempestates partim priuatas sustinueris, partim publicas in te conuerteris. Satis iam per laboriofa & inquietu documenta exhibita virtus est: experire quid in otio faciat. Maior pars aetatis, certe melior Reip. data sit. Aliiquid temporis tui sume

Ec 3 etiam

etiam tibi. Nec te ad segnem aut inertem quietem voco: non ut somno & caris turbae voluptatibus, quicquid est in te indolis viuae, demergas. Non est istud quiescere. Inuenies maiora omnibus adhuc strenue tractatis operibus, quae repositus & securus agites. Tu quidem orbis terrarum rationes administras, tam abstinerent quam alienas, tam diligenter quam tuas, tam religiose quam publicas. in officio amorem consequeris, in quo odium vitare difficile est, sed tamen, mihi crede, satius est vita suae rationem, quam frumenti publici nosse. Istum animi vigorem, rerum maximarum capacissimum, a ministerio honorifico quidem, sed parum ad beatam vitam apto, ad te reuoca: & cogita, non id egisse te ab aetate prima omni cultu studiorum liberalium, vt tibi multa millia frumenti committerentur. maius quiddam & altius de te promiseras. Non derunt & frugalitatis exactae homines, & laboriosae operae. Tanto aptiora exportandis oneribus tarda iumenta sunt, quam nobiles equi: quorū generosam perniciatem quis vñquam graui sarcina pressit? Cogita praeterea, quantum follicitudinis sit, ad tantam te molem obijcere. cum ventre humano tibi negotium est. Nec rationem patitur, nec aequitate mitigatur, nec ulla prece flebitur populus efuriens. Modo intra paucos illos dies, quibus C. Caesār perire, li quis inferis sensus est, hoc grauissime fetens, quod dicebat, populo Romano superfici, septem aut octo certe dicrum cibaria superesse, dum ille pontes naubus iungit, & viribus imperij ludit, aderat ultimum malorum obfessis quoque, alimentorum egestas. Exitio paene ac fame constituit, & quae famem sequitur rerum omnium ruina, furiosi & externi & infelicitate superbi regis imitatio. Quem tunc animum habuerunt illi, quibus erat mandata frumenti publici cura? ferrum, faxa, ignes. Calum excepturi, summa dissimulatione tantum inter uiscera latentis mali tegebant: cum ratione scilicet. Quaedam enim ignorantibus aegris curanda sunt. Causa multis moriendo fuit, morbum suum nosse.

C A P. XIX.

Recipe te ad haec tranquilliora, tutiora, maiora. Simile tu putas esse, ut incorruptum à fraude aduentum & negligientia frumentum transfundatur in horrea, ne concepto humore uitetur, & concatescat, ut ad mensuram pondusque respondeat: an ad haec sacra & sublimia accedas, sciturus quae natura sit Dijis, quae uoluntas, quae condicio, quae forma, quis animum tuum casus experiet, ubi nos à corporibus dimisso natura componat? Quid sit quod huius mundi grauissima quaque in medio sustineat, supra leuia suspendat, in summum ignem ferat, fidera cursibus suis exciter? Cetera deinceps ingentibus plena miraculis. Vis tu, telisto solo, mente ad ista respicere? Nunc dum caler sanguis, vigentibus ad meliora eundum est. Expectat te in hoc genere vitae multis bonarum artium amor, virtutumque usus, cupiditatum obliuio, viuendi atque moriendo scientia, alta rerum quies. Omnia quidem occupatorum condicio misera est: eorum tamen miserissima, qui ne suis quidem occupationibus laborant, ad alienum dormiunt somnum, ad alienum ambulant gradum, ad alienum comedunt appetitum, amare & odire, res omnium liberrimas, iubentur. Hi si velint scire, quam breuis ipsorum vita sit, cogitent, ex quota parte sua sit. Cum videris itaque praetextam saepè iam sumptam: cum celebre in foto nomine, non inuidideris, ista vita damno parantur, vt vnu ab illis numeretur annus, omnes annos suos conterent. Quodcum in summum ambitionis ementerent, inter prima luctantes aetas reliquit. Quodcum in cōsummationem dignitatis per mille indignitates erep̄fūlserit, misera subiit cogitatio, ipsos laborasse in titulum sepulcri. Quorundam ultima senectus dum in nouas spes ut iuuenta disponitur, inter conatus magnos & improbos inualida defecit.

C A P. XX.

Foedus ille, quem in iudicio pro ignotissimis litigatoriis grandem natu & imperitiae coronae affen rationes captantem, spiritus liquit. Turpis ille, qui viuendo lassus citius quam laborando, inter ipsa officia collapsus est. Turpis, quem accipiendis immoriente rationibus, dum tractus risit heres. Praeterire quod mihi occurrit exemplum, non possum. Turannus fuit exactae diligentiae senex: qui post annum nonagesimum cum vacatioem procurrationis à C. Caesare vltro accepisset, componi se in lecto, & velet exanimem à circumstante familia plangi iussit. Lugebat domus otium domini senis, nec finiuit ante tristitiam, quam laborilli suis restitutus est. Adeone iuuat occupatum mori? Idem plerisque animus est: diutius cupiditas illis laboris, quam facultas est: cum imbecillitate corporis pugnant: senectutem ipsam nullo alio nomine graueni iudicant, quam quod illos seponit. Lex à quinquagesimo anno militem non cogit, à sexagesimo senatorem non curat. Difficilius homines à se otium impetrant, quam à lege. Interim dum rapiuntur & rapiunt, dum alter alterius quietem rumpit, dum mutuo sunt miseri, vita est sine fructu, sine voluptate, sine vlo profectu animi: nemo in conspicuo mortem habet, nemo nō procul spes intendit. Quidam verò disponunt etiam illa quae ultra vitam sunt, moles magnas sepulcrorum, & operum publicorum dedicationes, & ad rogum munera & ambitiosas exequias. At mehercale istorum funera ad faces & ad cereos ducenda sunt.

M. AN-

M· ANTONII· MVR ETI AD LIBRVM· SENECAE DE BREVITATE VITAE.

N O T A E.

 *Aulinus, ad quem liber hic scriptus est, sacer, ut puto, Seneca fuit.*
Maximi medicorum.] Locus Hippocratis notus est, e principio definitionum. O bios θεοφράστης,
in ἡ τέχνη μαρτυρίᾳ.

Inde Aristotelis.] Querela haec in libris Aristotelis non extat. Theophrastum hac ipsa de re conquestrum esse morientem, narrat Cicero libro tertio Tusculanarum.

Apud maximum poetarum.] Quis tandem iste est maximus poetarum? Libri veteres partim habent, apud maximum poetam, partim Apud Axium poetam, legendum fortasse sit, apud Attium poetam, aut simpli citer apud Attium. Ut illud poetam addiderit aliquis, qui declarare velle, qui fuisset Attius.

Dicere solent eis quos validissime diligunt.] Sic habent veteres libri meti: valdissime, inquam, non, validissime. De hoc autem antiquo genere blandiendi scripti quedam capite primo libri noni variarum lectionem.

Quam si fata vna decipiat.] Eleganter Martialis in eū qui capillū sibi tingebat, ut minus senex videatur.
Non omnes fallit. Scit te Proferpina canum.

Personam capiti detrahit illa tuo.
Qui vicorum suorum greges metatur, & colonorum paria deducit.] Foede contaminatus locus, quem ope libri Sicilienis ita restitu. Qui vinctorum suorum greges in actatum & colorum paria diducit. neq; meo quidem animo, verius aut rectius quidquid excoxitari potest.

Discendis canticus operati sunt.] id est, occupati. Lucretius.
Et quibus in rebus conuerunt esse operati. Horatius.

In cute curanda plus aequo operata iuuentus.
Quin operose nihil agant, qui in litterarum inutilium studijs detinentur.] Locus summa animaduertione dignus. Nam nostra quoque aetas eodem, aut etiam grauiori, morbo laborat. Multi sunt, qui quo naso, quibus oculis hic aut ille ex veteribus fuerit, quomodo vestitus, nudus pedibus an calceatis incesserit, Marco an Ma uio ei nomen fuerit, ubi habitauerit, diligenter ac sollicitius quaerant, quam quid ij, qui magnam sapientiae opinionem habuerunt, de virtute atque officio senserint, quam optimam reip, formam indicarint, quod iter ad sapientiam maxime compendiarum censerint. Ita in superuacanea curiosi, ad profutura negligentes sumus. Ego autem existimo, aequo in studijs nimiam diligentiam, si male collocetur, ac nimiam negligenciam nocere. Videant, obsecro, quanto leviora atque inaniora sint ea, in quibus multi liberalis doctirinae magnam partem positam esse contendunt, ijs, quae hoc loco Seneca meritissimo irridet.

Quominus quantum plurimum ceperis, haurias.] Libri veteres partim ceperis, partim cupieris. Neutrū danno. Sed capere est, quod huic loco accommodatus videtur. Itaq. ceperis malo.

Tyranus fuit exactae diligentiae senex.] Hic tyranus in diueniū locum, non inuistata tyrrannis consuētudine, inuaserat. In libro Siculo est Turannus: quod, non dubito, quin verum sit. Sed quod hic de Turanno dicitur, simile quiddam, me puer, narrabatur de mercatore quodam Parisiensi, ceteroqui viro bono, sed qui tota vita nihil vñquam vacui temporis a liibus forensibus habuisset: etiamq. tunc capularis senex foras omnia quotidie pernagaretur. Quod cum ad Francicum primum Galliarum regem, eleganti simi hominem ingenij, perlatum esset, quietis se aliquid misero homini conjecturum, & cum omnibus, tum qui quid ab ipso peterent, tum a quibus ipse peteret, bonis & aequis condicibus transactur recipit. At infelix senex ad regem accurrit, procul utq. ad illius genua, supplex orat, ut sibi vna saltem aut altera lis, in qua se exerceret, relinquatur: vitam sibi, adempta illa exercitatione, iniucundam & insuauem fore. Rigit rex: O homini qui quiccer nisi inquietus non posset, lites suas, vbi se arbitratu suo desatigaret, reliquit.

LIBER

LIBER DE CONSOLATIONE AD POLYBIVM AKEΦΑΛΟΣ.



Ostra corpora compares, firma sunt: si redigas ad condicionem naturae omnia destruentes, & vnde edidit, eodem reuocantis, caduca sunt. Quid enim immortale manus mortales fecerint? Septem illa miracula, & si qua his mirabiliora sequentium annorum extruxit ambitio, aliquando solo aequata visentur. Ita est. nihil perpetuum, pauca diuina sunt. Aliud alio modo fragile est: rerum exitus variatur. Ceterum quicquid coepit, & definit. Mundo quidam minantur interitum, & hoc vniuersum, quod omnia diuina humanaq. complectitur, si fas putas credere, dies aliquis dissipabit, & in confusionem veterem tenebrasque demerget. Eat nunc quis, & singulas complorat animas, Carrthaginac Numantiae Corinthiac cinerent, & si quid altius ecedit, lamentetur: cum etiam hoc, quod non habet quo cadat, sit interitum. Eat aliquis, & fata tantum aliquando nefas auras, sibi non pepercisse conqueratur.

C A P. XXI.

Quis tam superbae impotentisque arrogantiae est, vt in hac naturae necessitate omnia ad eundem finem reuocantis, se vnum ac suis leponi velit? ruinaeque ipsi mundo imminentis aliquam domum subtrahat? Maximum ergo solatium est, cogitare id sibi accidisse, quod ante se passi sunt omnes, omnique passuri: & ideo mihi videtur rerum natura, quod grauissimum fecit, commune fecisse, vt crudelitatem fati consolare aequalitas. Illud quoque te non minimm adiuuerit, si cogitaueris nihil profuturum dolorem tuum, nec illi quem desideras, nec tibi, noles enim longum esse, quod irritum est. Nam si quicquam tristitia profecta sumus, non recuso, quicquid lacrimarum fortunae meae superfuit, tuae affundere. Inueniam etiam nunc per hos exhaustos iam heteribus domesticis oculos quod effluat, si modo id tibi futurum bono est. Quid cessas? conqueramur, atque adeo ipse hanc litem meam faciam. Iniquissima omnium iudicio fortuna, adhuc videbaris ab eo homine te continuisse, qui munere tuo tantam venationem receperat, vt, quod raro ulli contingit, felicitas eius effugeret inuidiam. Ecce eum dolorem illi, quem falso Caelare accipere maximum poterat, impressisti: & cum bene illum vndeque circumiles, intellectisti hanc partem tantummodo patere ictibus tuis. Quid enim illi aliud faceres? pecuniam eriperes? nunquam illi obnoxius fuit, nunc quoque quantum potest, illam a se abjecit, & in rata felicite acquirendi, nullum maiores ex ea fructum, quam contemptum eius petit. Eriperes illi amicos? sciebas tam atabilem esse, vt facile in locum amisorum posset alios substituere. Vnum enim hunc ex his quos in principali domo potentes vidi, cognovisse videor: quem omnibus amicum habere cum expediatur, magis tamen etiam liber. Eriperes illi bonam opinionem? solidior est haec apud eum, quam vt a te quoque ipsa concuti posset. Eriperes bonam valitudinem? sciebas animum eius liberalibus disciplinis, quibus non innutritus tantum, sed innatus est, sic esse fundatum, vt supra omnes corporis dolores emineret. Eriperes spiritum? quantulum nocuisse? Longissimum illi aecum ingenij fama promisit. Id egit ipse, vt meliore sui parte duraret, & compositis eloquentiae praeclaris operibus, a mortalitate se vindicaret. Quamdiu fuerit vllus litteris honor, quamdiu steterit aut Latinae linguae potetia, aut Graecae gratia, vigebit cum maximis viris: quorum se ingenij vel contulit, vel, si hoc verecundia, eius recusat, applicuit.

C A P. XXII.

Hoc ergo vnum excogitasti, quomodo illi maxime posses nocere. Quo melior enim est quisque, hoc saepius ferre te conluevit, sine vlo delecta furentem, & inter ipsa bene ficia metuendam. Quantulum erat, tibi immuuem ab iniuria praefare eum hominem, in quem videbatur indulgentia tua ratione certa peruenisse, & no ex tuo more temere incidisse? Adi ciasius, si vis, ad has querelas, ipsius adolescentis interceptam inter prima incrementa indolem. Dignus fuit ille te fratre: tu certe eras dignissimus, qui nec ex indigno quicquam doleres fratre. Redditur illi testimonium aequale omnium hominum. Desideratur in tuum honorem, laudatur in suum: nihil in illo fuit, quod non libenter agnosceres. Tu quidem etiam minus bono fratri fuisse bonus: sed in illo pietas tua idoneam tacta materia, multo se liberius exercuit. Nemo potentiam eius iniuria sensit, nūquam ille te fratre vlli minatus est. Ad exemplum se modestiae tuae formauerat, cogitabatque quantum tu & ornamentum tuorum esses, & onus. Sufficiit ille huic sarcinac. O dura fata & nullis aqua virtutibus. antequam felicitatem suam nosset frater tuus, exemplius est. Parum autem me indignari scio: nihil est enim difficultius, quam magno dolori parva verba reperire. Iam nunc tamen si quid proficere possumus, conqueramur. Quid tibi voluisti tam iniusta & tam violenta fortuna? Tam cito indulgentiae tuae te paenituit? quae ista crudelitas est, in medios fratres imperium facere, & tam cruenta rapina, concordissimam turbam imminuire, tam bene stipatam optimorum adolescentium domum, in nullo fratre degenerantem, turbare, & sine vla causa de libare voluisti? Nihil ergo prodest innocentia ad omnem legem exacta, nihil antiqua frugalitas, nihil fe

licitatis

licitatis summae potentia, summa conseruata abstinentia, nihil sincerus & putus litterarum amor, nihil ab omni labore mens vacans? Luet Polybius, & in uno fratre, quid de reliquo possit metuere, admotus, etiam de ipsis doloris sui solatijs timet. Facinus indignum: luet Polybius, & aliquid proprio dolet Caelare, hoc sine dubio impotens fortuna captasti, vt ostenderes neminem contra te, ne à Caelare quidem posse defendi.

C A P. XXIII.

Dicitur accusare fata possumus, stant dura & inexorabilia, nemo illa cōuicio, nemo fleru, nemo cauta faciat: nihil vñquam parcunt vlli, nec remittunt. Proinde parcamus lacrimis, nihil proficiens. Facilius enim nos illi dolor adiicit, quam illum nobis reducit. Qui si nos torquet, non adiuvat: primo quoq. tēpore deponendum est: & ab inanibus solatijs, atq. amara quadā libidine dolendi, ani mus recipiendus. Nam lacrimis nostris, ni ratio finē fecerit, fortuna non faciet. Omnes agedū mortales circumspice. Larga vbiique flendi & assida materia. Aliud ad quotidianum opus laboriosa egestas vocat. Alium ambitio nunquā quieta sollicitat. Alius diuinitas quas optauerat, metuit, & voto laborat suo. Alium solicitude, alium labor torquet, aliud semper vestibulum obsidens turba. Hic habere se dolet liberos, hic perdidisse. Lacrimae nobis deerunt, antequam causae dolendi. Non vides quale vitam nomine: & ideo mihi videtur rerum natura, quod grauissimum fecit, commune fecisse, vt crudelitatem fati consolare aequalitas. Illud quoque te non minimm adiuuerit, si cogitaueris nihil profuturum dolorem tuum, nec illi quem desideras, nec tibi, noles enim longum esse, quod irritum est. Nam si quicquam tristitia profecta sumus, non recuso, quicquid lacrimarum fortunae meae superfuit, tuae affundere. Inueniam etiam nunc per hos exhaustos iam heteribus domesticis oculos quod effluat, si modo id tibi futurum bono est. Quid cessas? conqueramur, atque adeo ipse hanc litem meam faciam. Iniquissima omnium iudicio fortuna, adhuc videbaris ab eo homine te continuisse, qui munere tuo tantam venationem receperat, vt, quod raro ulli contingit, felicitas eius effugeret inuidiam. Ecce eum dolorem illi, quem falso Caelare accipere maximum poterat, impressisti: & cum bene illum vndeque circumiles, intellectisti hanc partem tantummodo patere ictibus tuis. Quid enim illi aliud faceres? pecuniam eriperes? nunquam illi obnoxius fuit, nunc quoque quantum potest, illam a se abjecit, & in rata felicite acquirendi, nullum maiores ex ea fructum, quam contemptum eius petit. Eriperes illi amicos? sciebas tam atabilem esse, vt facile in locum amisorum posset alios substituere. Vnum enim hunc ex his quos in principali domo potentes vidi, cognovisse videor: quem omnibus amicum habere cum expediatur, magis tamen etiam liber. Eriperes illi bonam opinionem? solidior est haec apud eum, quam vt a te quoque ipsa concuti posset. Eriperes bonam valitudinem? sciebas animum eius liberalibus disciplinis, quibus non innutritus tantum, sed innatus est, sic esse fundatum, vt supra omnes corporis dolores emineret. Eriperes spiritum? quantulum nocuisse? Longissimum illi aecum ingenij fama promisit. Id egit ipse, vt meliore sui parte duraret, & compositis eloquentiae praeclaris operibus, a mortalitate se vindicaret. Quamdiu fuerit vllus litteris honor, quamdiu steterit aut Latinae linguae potetia, aut Graecae gratia, vigebit cum maximis viris: quorum se ingenij vel contulit, vel, si hoc verecundia, eius recusat, applicuit.

C A P. XXIII.

Quid ergo? quem nemo aduersus te animum gerit, eum esse tu creditis fratri tui, vt cruciatu tuo nomine: & tibi, vt te velit abducere ab occupationibus tuis, id est, a studio, & Caelare? Non est hoc simile veri. Ille enim indulgentiam tibi tanquam fratri praefecit, venerationem tanquam parenti, cultum tanquam superiori: ille desiderio tibi esse vult, tormento esse non vult. Quid itaque iuuat dolori intabescere? quem, si quis defunctis sensus est, finiri frater tuus cupit? De alio fratre, cuius incerta posset voluntas videri, omnia haec dubie ponere, & dicere: Siue te torqueri lacrimis nunquam desinibus frater tuus cupit, indignus hoc affectu tuo est: siue non vult, virtute inutili dolorem dimitte. Nec impius frater sic desiderari debet, nec plus sic velit. In hoc vero, cuius tā explorata pietas est, pro certo habendum est, nihil esse illi posse acerbius, quam hic tibi causis eius acerbis est, si te vlo modo torquet, si oculos tuos, indignissimos hoc malo, sine vlo flendi sine conturbat idem & exhaustus. Pietatem tuam tamen nihil aequa à lactim tam inutilibus abducet, quam si cogitaueris, fratribus te tuis exemplo esse debere, fortiter hanc fortunae iniuriam sustinendi. Quod duces magni faciunt, rebus afflictis, vt hilariatem de industria simulent, & aduersas res adumbrata laetitia abscondant, ne militum animi, si fracta ductis sui mentem viderint, & ipsi collabentur: id nunc tibi quoque faciendum est. Indue dissimilem animo tuo vultum, & si potes, proijice omnem ex toto dolore: sin minus, introrsus abde, & contine, ne appetat, & da operam, vt fratres tui te imitentur, qui honestum putabunt quodcumque facientem videant, animumque ex vultu tuo sument. Et solatium debes esse, & consolator illorum. Non poteris autem horum maerori obstare, si tuo indulseris.

C A P. XXV.

Poteft & illa res à lucu te prohibere nimio, si tibi ipse renuntaueris, nihil horum quae facis posse subduci. Magnam tibi personam hominum consensu imposuit: haec tibi tuenda est. Circumstat te omnis ista consolantia frequentia, & in animum tuum inquirit, ac perspicit quantum roboris ille aduersus dolorem habeat, & vtrumne tu tantum rebus secundis dextere vti licias, an & aduersas possis viriliter ferre, obseruantur oculi tui. Liberiora omnia sunt ijs, quorum affectus tegi posunt. Tibi nullum secretum liberum est, in multa luce fortuna te posuit: omnes scient, quomodo te in isto tuo gessiferis vulnera, vtrumne statim percussus arma submisferis, an in gradu sterteris. Olim te in altiorum ordinem & amor Caelaris extulit, & tua studia deduxerunt: nihil te plebeium decet, nihil humile. Quid autem tam humile ac muliebre est, quam consumendum se dolori committere? Non idem tibi in lucu pari, quod tuis fratris licet. Multa, tibi non permittit opinio de studijs ac moribus tuis recepta: multum à te homines exigunt, multum expectant. Si volebas tibi omnia licere, non conuertis in te ora omnium: nūc autem tibi praestandum est, quantum promisi omnibus illis, qui opera ingenij tui ludent, qui describunt: quibus, cum fortuna tua opus non sit, ingenio opus est. Custodes animi tui sunt. Nihil vñquam potes indignū facere perfecti & eruditii viri professione, vt non multis admirationis de te sua paeniteat. Non licet tibi flere immodice: nec hoc tantummodo non licet, nec somnum quidem extendere in partē diei licet, aut à tumultu rerum in otium ruris, gratia quietis configere, aut assida laboriosi offici statione fatigatum corpus voluntaria peregrinatione recreare, aut spectaculorum varietate animum detinere, aut ex tuo arbitrio diem disponere.

C A P.

C A P. XXVI.

Multa tibi non licent, quae humillimis & in angulo iacentibus licent. Magna seruitus est, magna fortuna. Non licet tibi quiquam arbitrio tuo facere. Audienda sunt tot hominum millia, tot di sponendi libelli, tantus rerum ex orbe toto accidentium congestus. Ut possit per ordinem suum principis maximi officium geri, quieti animi est. Non licet tibi, inquam, here: ut multos flentes audire possis; ut periclitantum, & ad misericordiam misissimi Caesarem peruenire cupientum lacrimae profint, tibi tuae affliccande sunt. Hoc tamen etiam non in levioribus remedij adiuuabit. Cum voles omnium rerum obliuisci, cogita Caesarem: vide quantam huius in te indulgentiae fidem, quantam industriae debetas. intelliges non magis tibi incuruari licere, quam illi, si quis modo est, cuius humeris mundus innititur. Caesari quoque ipsi, cui omnia licent, propter hoc ipsum multa non licent. Omniū domos illius vigilia defendit, omnium otium illius labor, omnium delicias illius industria, omnium vacationem illius occupatio. Ex quo se Caesar orbi terrarum dedicauit, sibi eripiuit: & siderum modo, quae irrequia semper cursus fuos explicant, nunquam illi licet nec sub sistere, nec quicquam suum facere. Ad quandam itaque modum tibi quoque eadem necessitas iniungitur, non licet tibi ad uitiores tuas, ad studia tua respicere. Caesar orbē terrarum possidente, imparti te nec voluptati, nec dolori, nec vili rei potes: totū te Caesar debes. Adiace nunc, quod cum semper praedices cariorem tibi spiritu tuo Caesarem esse, fas tibi non est, salvo Caesar, de fortuna queri. Hoc cincolumi, salvi tibi sunt tui: nihil perdidi: non tantū siccos oculos tuos esse, sed etiam laetos oportet. In hoc tibi omnia sunt: hic pro omnibus est. Quod longe à sensibus tuis prudenter sumisque abest, aduersus felicitatem tuam parum gratus es, si tibi quicquam, hoc salvo flere permitis. Monstrabo etiamnum, non quidē firmius remedium, sed familiarius. Si quando te domum receperis, tunc erit tibi metuenda tristitia. Nam quandiu numen tuum intueberis, nullum illa ad te inueniet accessum: omnia in te Caesar tenebit: cum ab illo discesseris, tunc, velut occasione data, insidabitur solitudini tuae dolor, & requiecenti animo tuo paulatim irrepit. Itaque nō est, quod vllum tempus vacare patiaris à studijs: tunc tibi literae tuae, tam diu ac fideliter amatae, gratiam referant: tunc teillae antistitem & cultorem suum vindicent: tunc Homerus & Virgilius, tā bene de humano genere meriti, quam tu de omnibus & de illis meruisti; quos pluribus notos esse voluisti quam scripsierant, multum tecum morentur. Tunc id erit omne tempus, quod illis tuendum commiseris. Tūc Caesaris tui opera, ut per omnia saecula doméstico narrentur praeconio, quantum potes compone. Nā ipse tibi optime formandi condendique res gestas, & materiam dabit, & exemplum.

C A P. XXVII.

Non audeo te visque eo producere, ut fabellas quoque & Aesopeos logoi, intentatum Romanis ingenj opus, solita tibi venustate connectas. Difficile est quidem, ut ad haec hilariota studia rā vehementer perculsus animus, tam cito possit accedere. Hoc tamen argumentum habeo iam corroborati eius, & redditi sibi, si poterit se a superioribus scriptis ad haec solutiōra producere. In illis enim quāuis aegrum eum adhuc, & secum reluctantem aduocabit ipsa rerum quas tractabit austeritas: haec quae remissa fronte commentanda sunt, non feret, nisi cum iam sibi ab omni parte constiterit. Itaque debebis eum superiori materia primum exercere, deinde hilariore temperare. Illud quoque magno tibi erit leuamento, si saepe te sic interrogaueris: Vtrum ne meo nomine doleo, an eius qui decessit? Si meo, perit meae indulgentiae iactatio, & incipit dolor, hoc vno excusatus, quod honestus est, cum ad uitilitatem respiciat, a pietate desiccescens. Nihil autem minus bono viro conuenit, quam in fratribus luctu calculos pone re. Si illius nomine doleo, neceſſe est, alterutru ex his duobus esse iudicem. Nam si nullus defunctis sensus est, evasit omnia frater meus vitae incommoda, & in eum restitutus est locum, in quo fuerat antequam nasceretur, & expers omnis mali, nihil timet, nihil cupit, nihil patitur. Quis iste est furor, pro eo me nūquā dolere definere, qui nūquā dolitus est? Si est aliquis defunctis sensus, nūc animus fratris mei, velut ex diutino carcere emissus, tandem sui iuris & arbitrij, gelit, & rerum naturae spectaculo fruatur, & humana omnia ex superiori loco despicit, diuina vero, quorum rationē tandem frustra quaesiārat, proprius intuetur. Quid itaq. eius desiderio maceror, qui aut beatus, aut nullus est? Beatum defēre, inuidia est: nullum, dementia.

C A P. XXVIII.

An hoc te mouet, quid videtur ingentibus & cum maxime circumfusis bonis caruisse? Cum cogitaueris multa esse quae perdidit, cogita plura esse quae non timet. Non ira eum torquebit, non morbus affliger, non suspicio lacescer, non edax & inimica semper alienis processibus inuidia consequatur, non merus sollicitabit, non leuitas fortunae cito munera sua transferentis inquietabit. Si bene computes, plus illi remissum, quam erexit est. Non opibus fruerit, non tua simul ac sua gratia, nō accipiet beneficia, non dabit. Misericordia putas quod ista amissit, an beatum quod non desiderat? Mihi credo, is beatior est, cui fortuna superna est, quam is cui parta est. Omnia ista bona, quae nos speciosa, sed fallaci voluptate delectant, pecunia, dignitas, potentia, aliaque complura, ad quae generis humani caeca cupiditas obstupefit, cum labore possidentur, cum inuidia conspicuntur: eosque ipsos quos exornant, & prement, plus minantur quam profunt. Lubrica & incerta sunt: nunquam bene tenetur. nam vt nihil de tempore futuro timeatur, ipsa tamen magnae felicitatis tutela solicita est. Si velis credere altius veritatem inueni bus, omnis vita supplicium est. In hoc profundum inquietumque proiecti mare, alternis aestibus

bus reciprocum, & modo alleuans nos subitis incrementis, modo maioribus damnis deserens, assidue que iactans, nunquam stabili consistimus loco: pendemus & fluctuamur, & alter in alterum illidimur, & aliquando naufragium facimus, semper timemus. In hoc tam procelloso, & in omnes tempestates exposito mari nauigantibus, nullus porcus nisi mortis est. Ne itaque inuidis fratri tuo, quiete, tandem liber, tandem tuts, tandem aeternus est: superstitiū Caesarem, omnemque eius prolem, superstitem te cum omnib. habet fratribus. Antequam quicquam ex suo fauore fortuna mutaret, stantem adhuc illam, & munera plena manu congerentem reliquit. Frustratur nunc aperto & libero caelo, ex humili atque depresso in eum emicuit locum, quisquis ille est, qui solutas vinculis animas beato recipit finu: & nunc libere vagatur, omniaque rerum naturae bona cum summa voluptate perspicit. Erras, non perdidit lucem frater tuus, sed securiorē fortius est. Omnis, illuc nobis commune est iter. Quid fatalēst? non reliquit ille nos, sed antecessit.

C A P. XXIX.

Est, mihi crede, magna felicitas in ipsa felicitate moriendi. Nihil ne in totum quidem diem certi est. Quis in tam obscura & inuoluta veritate diuinat, utrum ne fratri tuo mors inuidet, an contuluerit? Illud quoque necesse est te adiuuet cogitatem, non inuidiam tibi factam, quod talem fratrem amisti, sed beneficium datum, quod tamdiu pietate eius tibi vti fruique licuit. Iniquus est, qui munera sui arbitrium danti non reliquit: auditus, qui non lucri loco habet quod accepit, sed danni, quod reddidit. Ingratus est, qui inuidiam vocat finem voluntatis: stultus, qui nullum fructum esse putat bonorum, nisi praesentium, qui nō & in praeteritis acquisit, & ea iudicat certiora quae abierūt, quia de illis ne desinat non est timendum. Nimirum angustia gaudia sua, qui eis tantummodo quae habet ac videt frui. se putat, & habuisse eadem pro nihil dicit, cito enim nos omnis voluntas relinquit, quae fluit & transit, & paene antequam veniat, auferit. Itaq. in praeteritum tempus animus mittendus est, & quicquid nos vñquam delectauit, reducendum, ac frequenti cogitatione pertractandum est. Longior fideliorque est memoria voluntatum, quam praefentia. Quod habuisti ergo optimum fratrem, in summis bonis pone. Non est quod cogites, quanto diutius habere potueris, sed quam diu habueris. Rerum natura illum tibi, sicut certis fratribus, non mancipio dedit, sed commodavit: cum vsum est deinde repetiri, nec tiam in eo satietatem fecuta est, sed suam legem. Si quis pecuniam creditam soluisse se moleste ferat, eam praesertim cuius vsum gratuitum accepit, nonne iniustus habebitur? Dedit natura fratri tuo vitam, dedit & tibi: quae suo iure vta, à quo voluit, debitum suum citius exigit. non illa in culpa est, cuius nota erat cōdicio, sed mortalis animi spes auida, quae subinde quid rerum natura sit obliuiscitur, nec vñquam sortis suae meminit, nisi cum admonetur. Gaudet itaque habuisse te tam bonum fratrem, & vsum fructum eius, quāuis breuitor voto tuo fuerit, boni co usque. Cozita inca lissi, num ēſe, quod habuisti: humanum, quod perdidisti. Nec enim quicquam minus inter le consuetaneum est, quam aliquem moueri, quod sibi talis frater parum diu configerit: nonq. uidere, quod tamen contingit. At inopinanti ereptus est. Sua quemq. credulitas decipit: & in eis quae diligit, voluntaria mortalitatis obliuio. Naturā nulli se necessitatis suae gratiam facturam esse testata est. Quidam praeter oculos nostros transeunt notorum ignotorumque fūnera: nos tamen aliud agimus, & fūbitum id putamus ēſe, quod nobis tota vita denuntiatur futurum. Non est itaq. ista fatorum iniquitas, sed mentis humanae prædicta, insatiabilis rerum omnium: quae indignatur inde se extre, quo admisla est precario.

C A P. XXX.

Quanto ille iustior, qui nuntiata filii morte, dignam magno viro vocem emisit: Ego cum genui, tū noriturum sciuī. Prorsus non mireris ex hoc natum ēſe, qui fortiter mori posset. non accepit tanquam nouam nuntiū, filii mortem. Quid est enim noui, hominem mori, caru tota vita nihil aliud quam ad morrem iter est? Ego cum genui, tū moriturum sciuī. Deinde adiecit rem maioris & prudentiae & animi. Huic rei saltu. Omnes huic rei tollimur: quicquid ad vitam editur, ad mortem defunatur. Gaudemus ergo omnes eo quod datur, reddamusque id cum reposcemur. alium alio tempore fata comprehendent, neminem praeteribunt. In procinctu sicut animus: & id quod necesse est, nunquam timeat: quod incertum est, semper expectet. Quid dicam duces ducomque progenies, & multis aut consulatibus conspicuos, aut triumphis, sorte defunctoris inexorabili? Tota cum regibus regna, populi que cum gentibus tulere fatum suum. Omnes, immo omnia in ultimum diem spectant, non idem vniuersis finis est. Alium in medio cursu vita deserit, aliū in ipso aditu relinquit, aliū in extrema senectute fatigatum iam & exire cupientem vix emitit: alio quidem atque alio tempore, omnes tamen in eundem locum redimus. Vtrum ne, stultus sit nescio, mortalitatis legem ignorare, an impudentius, recusare. Agedum illa quae multo ingenij tui labore celebrata sunt, in manus sume, vniuersitatem auctoris carmina: quaet ut ita res foliasti, ut quamvis structura illorum recesserit, permaneat tamen gratia. Sic enim illa ex alia lingua in aliam translusti, ut quod difficilium erat. Omnes virtutes in alienam te orationem fecutae sint. nullus erit in illis scriptis liber, qui non plurime varietatis humanae incertorumq. casuum & lacrimarum ex alia atque alia causa fluentium exempla tibi suggerat. Lege, quo spiritu ingentibus intonueris rebus. Pudebit te subito deficere, & ex tanta orationis magnitudine decidere. Ne commiseris, ut quicquid extēplo, ac modo scripta tua mirabatur, quaerat quomodo tam grandia tamque solida, tam fragilis animus conceperit. Potius ab istis, quae te torquent, ad haec tot & tanta quae consolantur, conuerte, ac respice optimos

optimos fratres, respice vxorem, filium respice. Pro omnium horum salute, hac tecum portione fortuna decidit. Multos habes in quibus acquiescas.

C A P. XXXI.

AB hac te infamia vindica, ne videatur omnibus plus apud te valere vnuis dolor, quām haec tam multa solatia. Omnes istos vna tecum perculos vides, nec posse tibi subuenire, immo eriam vltro expectare, vt à te subleuentur, intelligis: & ideo quāto minus in illis doctrinae minusque ingenij est, tanto magis resistere ne cessēt communi malo. Est autem hoc ipsum solati loco, inter multis dolorem suum diuidere: qui quia dispensatur inter plura, exigua debet apud te parte subisdere. Non desinat totiens tibi offerre Caesarem, illo moderante terras, & ostendente, quanto melius beneficij imperiū custodiatur, quām armis, illo rebus humanis praesidente, nō est periculum, ne quid perdidisse te sentias. in hoc vno tibi satis praesidijs, satis solatijs est. Attolle te: & quoties lacrimae suborūntur oculis tuis, totiens illos in Caesarem dirige. Siccabuntur maximi & clarissimi conspectū numinis. Fulgor eius illos, vt nihil aliud possint a spicere, praestringet, in se haerentes detinebit. Hic tibi quem tu diebus intueris ac noctibus, à quo nunquam deicis animū, cogitandus es, hic contra fortunam aduocandus: nec dubito, cum tanta illi aduersus omnes suos sit mansuetudo, tantaq; indulgentia, quia multis iam solatijs tuum istud vulnus obduxerit, nonnulla quae dolori obstant tuo congeserit. Quid porro? vt nihil horum fecerit, nonne protinus ipse conspectus per te tantummodo, cogitatq; Caesar, maximo solatio tibi est? Dij illum Deaeq; omnes terris diu commoden. Acta hic D. Augusti, & annos vincat, ac, quamdiu mortalis erit, nihil ex domo sua mortale esse sentiat. Rectorem Romano imperio filium longā fide, approbet, & ante illum confortem patris quām successorem accipiat. Sera, & nepotibus demū nostris dies nota sit, qua illum gens sua caelo afferat.

C A P. XXXII.

Abstine ab hoc manus tuas fortuna, nec in isto potentiam tuam, nisi ea parte qua prodes, ostendis. Patere illum generi humano iam diu aegro & affectō mederi: patere quicquid prioris principis furor concussit, in locum suum restituere ac reponere. Sidus hoc, quod praecepit in profundum, ac demerso in tenebras orbi refusit, semper luceat. Hic Germaniam pacet, Britanniam aperiatur, & patris triumphos ducat & nouos: quorum me quoque spectatorem futurum, quae primum obtinet locum, ex virtutibus eius promittit, nec enim sic me deiecit, vt nollet erigeret: immo ne deiecit quidem, sed impulsum à fortuna & cadentem sustinuit, & in praeceps euntem leniter diuinæ manus vsus mode ratione depositus. Deprecatus est pro me senatum, & vitam mihi non tantum dedit: sed etiam petiit. Viderit qualem volet aestimari causam meam, vel iustitia eius bonam perspicier, vel clementia faciet. Vrtrunque in aequo mihi eius beneficium erit, siue innocentem me scierit esse, siue voluerit. Interim magnum misericordiarum mearum solatium est, videre misericordiam eius totum orbem peruagantem: quae quum ex ipso angulo, in quo ego defossus sum, complures multorum iam annorum ruina obrutus effuderit, & in lucem reduxit, non vereor ne me vnum transeat. Ipse autem optime noui tempus, quo cui que debeat succurere: ego omninem operam dabo, ne peruenire ad me erubescat. O felicem clementiam tuam Caesar: quae efficit ut quietiorem sub te agant vitam exiles, quām in nuper sub Caio egere principes. Non trepidant, nec per singulas horas gladium expectant, nec ad omnium nauium confpectum pudent. Per te habent, vt fortunae fauientis modum, ita spem quoque melioris eiusdem, ac presentis quietem. Scias licet ea demum fulmina esse iustissima, quae etiam percusi colunt.

C A P. XXXIII.

Hic itaque princeps, qui publicum omnium hominum solarium est, aut me omnia fallunt, aut iam recreauit animum tuum, & tam magno vulneri maiora adhibuit remedia: iam te omni confirmavit modo: iam omnia exempla quibus ad animi aequitatem compellereris, tenacissima memoria retulit: iam omnium praecepta sapientum assūta sibi facundia explicit. Nullus itaque melius has alloquendi partes occupauerit, aliud habebunt hoc dicēte pondus verba, velut ab oraculo emissa, omnem viri doloris tui diuina eius contundet auctoritas. Hunc itaque tibi puta dicere: Non te solum fortuna desumpit sibi quem tam graui afficeret iniuria. Nulla domus in toto orbe terrarum aut est, aut fuit sine aliqua comploratione. Transibo exempla vulgaria: quae etiam si minor, tamen mira sunt. Ad fastos te & annales perducam publicos. Vides omnes has imagines, quae impleuere Caefareum atrium? nulla non harum aliquo suorum incommode insignis est: nemo non existis in ornamento faeculorum refulgentibus uiris, aut desiderio suorum tortus est, aut à suis cum maximo animi cruciati desideratus est. Quid tibi referam Scipionem Africatum, cui mors fratris in exilio nuntiata est? Is frater qui eripuit fratre carcere, non potuit eripere fato: & quam impatiens iniuriae pietas Aficanus fuerit, cunctis apparuit. Eodem enim die quo niatoris manibus fratre abstulerat, tribuno quoque plebis priuatus intercessit, tam magno tamen fratrem desiderauit hic animo, quām defendebat. Quid referam Aemilianum Scipionem, qui uno paene eodemque tempore spectauit patris triumphum, duorumque fratribus funera: adolescentulus tamen, ac propemodū puer, tanto animo tulit illam familie suae, super ipsum Paulum triumphum concidentis subitam uastitatem, quanto debuit ferre vir in hoc natus, ne yrbi Romanae aut Scipio deesse, aut Carthago superesset.

CAP.

C A P. XXXIV.

QVid referam duorum Lucullorū diremptam morte concordiam? Quid Pompeios? quibus ne hoc quidem saeuiens reliquit fortuna, vt vna denique conciderent ruina. Vixit Sextus Pompeius, primum forori superstes, cuius morte optime cohaerentis Romanæ pacis vincula resoluta sunt. Idemque vixit superstes optimo fratri: quem fortuna in hoc erexerat, ne minus alte eum deiiceret, quām patrem detecerat; & post hunc tamen casum non tantum dolori, sed belli sufficit. Innumerabilia vndique exempla separatorum morte fratrum succurrunt: immo contra vix illa vñquam horum paria conspecta sunt vna fenescentia: sed contentus nostra domus exemplis ero. Nemo enim tam expers erit sensus ac sanctitatis, vt fortanam vili queratur lucum intulisse: quam sciet etiam Caesaram lacrimas concupisse. Diuus Augustus amisit Octauiam fororem carissimam, & ne ei quidem rerum natura lugendi necessitatem abstulit, cui caelum destinauerat: immo vero idem omni genere orbitatis vexatus, fororis filium successioni praeparatum suae perdidit. Denique ne singulos eius luctus enumerem, & generos ille amisit, & liberos, & nepotes. Ac nemo magis ex omnibus mortalibus hominem esse se, dum inter homines erat, sensit: tamen tot tantosque luctus cepit regum omnium pacatissimum erus peccatus, victorque diuus Augustus non gentium tanquammodo externarum, sed etiam dolorum fuit. Caius Caesar, diu Augusti aunculi mei nepos, circa primos iuuentutis suae annos Lucium fratrem carissimum sibi, princeps iuuentutis principem eiusdem iuuentutis amisit in apparatu Parthici belli, & grauiore multo animi vulnera quam postea corporis iactus est: quod vtrumq; pij simile idē & fortissime tulit. Caesar patruus meus, Drusus Germanicum patrem meū, minorem natu quam ipse erat fratrem, intima Germaniae recludenter, & gentes ferociissimas Romano subiectum imperio, in complexu & osculis suis amisit: modum tamen lugendi non sibi tantum, sed etiam aliis fecit: ac totum exercitum, non solum maestum, sed etiam attonitum, corpus Drusii sibi vindicantem, ad morem Romani luctus redigit: iudicauitque non militandi tantum disciplinam esse seruandam, sed etiam dolendi. Non potuisse ille lacrimas alienas compescere, nisi prius pressisset suas.

C A P. XXXV.

MAntonius avus meus, nullo minor nisi eo à quo vietus est, tunc cum Remp. constitueret, & trium virali potestate praeditus, nihil supra se, exceptis vero duobus collegis omnia infra se cerneret, fratrem interfectum audiuit. Fortuna impotens, quales ex humanis malis tibi ipsa ludos facit. Eo ipso tempore quo M. Antonius ciuium suorum vitae fedebat mortisque arbiter, M. Antonij frater duci iubebatur. Tulit hoc tamen tam triste vulnus eadem magnitudine animi, qua omnia alia aduersa tolleraverat: & hoc fuit ei lugere, viginti legionum sanguine fratri parentare. Sed vt omnia alia exempla praetereant, vt in me quoque ipso alia racciam funera, bis me fraterno luctu fortuna aggressa est, bis intellexi laedi me posse, vinci non posse. Amisi Germanicum fratrem: quem quomodo amauerim, intelligit profecto quisquis cogitat, quomodo tuos fratres, pij fratres ament. Sic tamen affectum meum rex, vt nec relinqueret quicquam quod exigi deberet à bono fratre, nec facerem quod reprehendi posset in principe. Haec ergo puta tibi parentem publicum referre exempla, eundem ostendere quam nihil sacrum intactumq; sic fortunae, quae ex his penaribus ausa est funera ducere, ex quibus erat deos petuita. Nemo itaque miretur, aliquid ab illa aut crudeliter fieri, aut inique. Potest enim haec aduersus priuatas domos vlam acquirat, aut villam modestiam, cuius implacabilis saeuitia, totiens ipsa funerata puluaria? Faciamus licet illi coniuvicium, non nostro tantum ore, sed etiam publico: non tamen mutabitur: aduersus omnes se preces, omnesque querimonias eriget. Hoc fuit in rebus humanis fortuna, hoc erit: nihil inausum sibi reliquit: nihil intactum relinquet. Ibit violentior per omnia, sicut semper est solita, eas quoque domos ausa iniuriae causa intrare, in quas per tempora aditur, & atram laureatis foribus inducere vestem.

C A P. XXXVI.

HOc vnum obineamus ab illa votis ac precibus publicis, si nondum illi genus humanum placuit consumere, si Romanum adhuc nomine propria respicit, hunc principem, lapsis hominū rebus datum, sicut omnibus mortalibus, sibi esse sacrofactum velit. Discat ab illo clementiam, atque à mitissimo omnium principemis fieri. Debes itaque omnes intueri eos, quos paulo ante retuli, aut ascitos caelio, aut proximos, & ferre aequo animo fortunam, ad te quoque porrigitem manus: quas ne ab eis quidem per quos iuramus, abstinet. Debes illorum imitari firmitatem in perferendis & euincendis doloribus, & in quantum modo homini fas est, per diuinam ire vestigia. Quamvis in alijs rebus dignitatum magna discrimina sint, virtus in medio posita est: neminem dedignatur, qui modo dignus se illa judicet. Optime certe illos imitaberis, qui cum indignari possent non esse ipsos expertes huius mali, tamen in hoc vno se ceteris exaequari hominibus non iniuriam, sed ius mortalitatis iudicauerunt, tuleruntque nec nimis acerbe & asperre quod acciderat, nec molliter & effeminate. Nam & non sentire mala sua, non est hominis: & non ferre, non est uiri. Non possum tamen, cum omnes circumuerimus Caesares, quibus fortuna fratres & sorores eripuit, hunc praeterire ex omni Caefarum numero exceptendum, quem rerum natura in exitium opprobriumque humani generis edidit, à quo imperium eversum funditus, principis pij simili recreat clementia. C. Caesar, amissa sorore Drusilla, is homo qui non magis dolere quam gaudere principaliter posset, conspectum, conuersationemq; ciuiū suorum profugit, exequijsq; fororis suae

ff

suae non interfuit, iusta sorori non praestitit, sed in Albanum suum secessit. At foro & aduocatis, & huiusmodi alijs occupationibus acerbissimi funeris letabat mala. Pro pudor imperij. principis Romani lugentis sororem, ales solatium animi fuit. Idem ille Caius furioſa inconstantia, modo barbam capillumque submittens, modo Italiae ac Siciliae oras errabundus permetiens, & nūquam fatis certus utrum lugeri vellet, an coli sororem. Eodem enim tempore quo templa illi conſtituebat ac puluinaria, e os qui parum maefi fuerant, crudelissima afficiebat animaduerſione. Eadē enim intemperie animi ad uersatum rerum iectus ferebat, qua secundarum elatus euentu, ſupra humanum intumefcebat modum. Procul iſtud exemplum ab omni Romano viro, luctu ſuū aut intempeſtiuſu auocare lufibus, aut ſordium ac ſqualoris foecitate irritare, aut alienis malis oblectare, minime humano ſolatio. Tibi vero nihil ex conſuetudine mutandum tua. Quoniam quidem ea inſtituisti amare ſtudia, que & optime felicitatem extollunt, & facillime minunt calamitatem: eademque & ornamenta hominum maxima ſunt, & ſolatia.

C A P. XXXVII.

Nunc itaque te ſtudijs tuis immerge altius, nunc illa tibi velut munimenta animi circunda, nec ex vlla tui parte inueniat introitum dolor. Fratris quoque tui prodec memoriam aliquo ſcriptorum monumento tuorum. Hoc enim vnam eſt rebus humanis opus, cui nulla tempeſta noceat, quod nulla consumat vetuſtas. Cetera, quae per conſtructionem lapidum, & marmoreas moles, aut terrenos tumulos in magnam eductos altitudinem conſtant, non propagabunt longam diem: quippe & ipſa intereunt. Immortalis eſt ingenii memoria: hanc tuo fratri largire, in hac eum colloca. melius illum duraturo ſemper conſecrabis ingenio, quam irrito dolore lugebis. Quod, ad ipsam fortunam pertinet, etiam ſi nunc agi apud te cauſa eius nō potest: omnia enim illa quae nobis dedit, ob hoc ipſum quod aliquid eripuit, inuila ſunt: tunc tamen erit agenda, cum primum aequorem te illi iudicem dies fecerit: tunc enim poteris in gratiam cum illa redire. Nam multa proidit, quibus hanc emendaret iniuriam. Multa etiam nunc dabit quibus redimat. Denique ipsum quod abſtulit, ipſa dederat tibi. Noli ergo contra te ingenio vti tuo, noli addeſſe dolori tuo. Potest quidem eloquentia tua, quae parua ſunt approbare pro magnis: rurſus magna atenuare, & ad minima deducere. Sed alio iſta vires feruerit ſuas, nūc tota ſe in ſolatium tuum conſerat. Sed tamen diſpice, ne hoc iam quoque fit ſupervacuum. Aliquid enim à nobis natura exigit: plus vanitate contrahitur. Nunquam autem ego à te, ne ex toto maereas, exigam. Et ſcio inueniri quoldā durae magis quam fortiſ prudentiae viros, qui negent dolitum eſſe ſapientem. Hi vero videntur nunquam in huiusmodi caſu incidiſſe. Alioquin extuſiſſet illis fortuna ſuperbam ſapientiam, & ad confeſſionem eos veri etiam inuitos compulſiſſet. Satis praefiterit ratio, ſi id vnum ex dolore, quod & ſupeſt & abundat, exciderit. Nam vt quidem nullum omnino eſſe cum patiatur, nec ſperandum vlli, nec concupiſcendum eſt. Hunc potius modum feruerit, qui nec impietatem imitetur, nec insaniam: & nos in eo teneat habitu, qui & piae mentis eſt, nec emotae. Fluant lacrimae, ſed eadem deſinant: trahantur ex imo peccatore gemitus, ſed iudem & finiantur. Sic rege animum tuum, vt & ſapientibus te approbare poſſis, & fratribus. Effice, vt frequenter fratris tui memoriam tibi velis occurrere, vt illum & sermonibus celebres, & affidua recordatione repraesentes tibi. Quod ita denique conſequi poteris, ſi tibi memoriam eius iucundam magis quam flebilē feceris. Naturale eſt enim, vt ſemper animus ab eo refugiat, ad quod cum triftia reuertitur. Cogita modestiam eius, cogita in rebus agendis ſolertiā, in exequendis induſtriā, in promiſſis conſtantiam. Omnia dičta eius ac facta & alijs expone, & tibi meiple commemora. Qualis fuerit cogita, qualisque ſperati potuerit. Quid enim de illo nō tuto ſponderi fratre poſſet? Haec, utcumque potui, longo iam ſitu obſoleto & hebetato animu composui: que ſi aut parum reſpondere ingenio tuo, aut parum mederi dolori videbuntur, cogita quam non facile Latina ei verba ſuccurrant, quem Barbarorum inconditus grauiſque fremituſ circumſonat.

M. AN-

Polybius hic libertus Claudio a ſtudijs fuit: tantae apud illam pecudem potentiae, tantaq; arrogantiae, & ſaepē conſpectus ſi medijs inter duos consules publice incedens. Eum, fraatre amifio dolentem, conſolatur Seneca, in exilium iam a Claudio pulsus. Libri maior pars interiſt. Summa eloquentia ſcriptus eſt, ſed foedae ac feruili adulatioſis plenifimus. Neque defunt, qui Senecam vehementer accuſent, quod hic quidem Claudio tam demifſe & humiliiter aduleretur, in apocolocythoſi autem eidem mortuo tam petulantiter insultet. Atque equidem, vt verum fatear, non video, quomodo reprebenſionem effugere poſſit, ſi quis cum eo ſummo iure agere inſtituat. Sed tamen & patriae deſiderio condonandum aliquid eſt: & vix quisquam ea ſapiencia reperitur, qui, mortuo eo, a quo grauiſſimas accepit iniurias, aut laetari, aut geſtientem efferentemque ſe, conceptam ea ex re laetiam coercere ac comprimere poſſit.

Noſtra corpora compares.] Dixerat, vt ex his colligitur, & homines & humana omnia caduca ac fragilia. eſſe: & aedificia quoque ipſa, queſ firma ac diu duratura videantur, ſi ad corpora noſtra comparentur, firma eſſe: ſi ad naturae condiſionem, inſirma & caduca.

Mifi te, Marcia, ſcire tam longeab inſfirmitate muliebris animi, quam à ceteris vitijs reſeffiſte, & mores tuos velut antiquum aliquod exemplar aſpici, non auderem obuiam, ire dolori tuo, cui viri quoque libenter haerent & incumbunt. Nec ſpem concepiſſem, tam iniquo tempore, tam iniquo iudice, tam inuidioſo crime, poſſe me efficeret, vt fortunam tuam absoluereſ. Fiduciā mihi dedit exploratum iam robur ani- mi, & magno experimento approbata virtus tua. Non eſt ignotum, qualem te in persona patris tui geſſeris: quem non minus quam liberos dilexiſti: excepto eo, quod non optabas ſuperſitem: nec iicio an & optaueris. Permitit enim ſibi quaedam & contra bonum morem magna pietas. Mortem A. Cremutij Cordi, parentis tui, quantum poteras inhibuisti. Postquam tibi aperuit, inter Seianianos fatellites illam vnam patere feruuitis fugam, non fuuisti confilio eius, ſed dediti manus: viſtaque fudit lacrimas clari, & gemitus deuorauit quidem, non tamen hilari fronte texiſti: & hoc illo faculo, quod magna pietas erat, nihil impie facere. Ut vero aliquam occaſionem mutratio temporum dedit, ingenium patris tui, de quo ſumptum erat ſupplicium, in vſum hominum reduxiſſi, & à vera illum vindicati inorte, ac reſtituisti in publica monumenta libros, quos vir ille foruſſimus ſanguine ſuo ſcriperat. Optime meruisti de Romanis ſtudijs. magna illorum pars arſerat: optime de posteris, ad quos veniet incorrupta rerum fides, auctori ſuo magno imputata: optime de ipſo, cuius viget vi- gebitque memoria, quamdiu fuerit in prelio Romana cognoci, quamdiu quisquam erit, qui reuerti- velit ad acta maiorum, quamdiu quisquam, qui velit ſcire, quid ſit vir Romanus, qui ſubactis iam

Ff 2 cerui-

ceruicibus omnium, & ad Seianianum itigum adactis, indomitus sit homo, ingenio, animo, manu liber. Magnum mehercule detrimentum resp. cuperat, si illum ob duas artes pulcherrimas in obliuionem coniectum, eloquentiam & libertatem, non eruisses. Legitur, floret, in manus hominum, in pectora receptus, verustatem nullam timeret. At illorum carnificum cito scelerata, quibus solis memoriam meruerunt, tacebuntur. Haec magnitudo animi tui vetuit me ad sexum tuum respicere: vetuit ad vultum, quem tot annorum continua tristitia, vt semel obduxit, tenet. Et vide quam non surrepam tibi, nec fucum facere affectibus tuis cogitem. Antiqua mala in memoriam redixi. & vis scire hanc quoque plagam esse sannam ostendi tibi aequa magni vulneris cicatricem. Alij itaque molliter agant, & blandiantur: ego configere cu tuo maerore confitui, & defessos exhaustosq. oculos, si veru audire vis, magis iam ex consuetudine, quam ex desiderio fluentes continuebo: si fieri potuerit, fauente te remedij tuis: sin minus, vel iniuita, teneas licet & amplexeris dolorem tuum, quem tibi in filii locum superstitem fecisti. Quis enim erit finis? Omnia in superiuacuum tentata sunt. Fatigatae allocutiones amicorum, auctoritates magorum & affinium tibi virorum: studia, hereditarium & paternum bonum, surdas aures irrita, ac vix ad breuem occupationem proficiente solatio transeat. Illud ipsum naturale remedium temporis, quod maximas aerumnas componit, in te vna vim suam perdidit. Tertius iam praeterit annus, cum interim nihil ex primo illo impetu cecidit, renouat se, & corroborat quotidie luctus: & iam sibi ius mora fecit, coequo adductus est, vt putet turpe desinere. Quemadmodum omnia vitia penitus insidunt, nisi dum surgunt, oppresa sint, ita quoque haec tristia & misera, & in se faeuientia, ipsa nouissime acerbitate paucuntur, & fit infelicitas animi pravae voluptas dolor. Cupissem itaque primis temporibus ad istam curationem accedere, leuiore medicina fuisse oris adhuc restinguenda mali vis: vehementius contra inueterata pugnandum est. Nam vulnerum quoque sanitas facilis est, dum a sanguine recentia sunt: tunc & vruntur, & in alcum reuocantur, & digitos scrutantur recipiunt. Vbi corrupta in malum vlcus veterarunt, difficilis curantur. Non possum nunc per obsequium, nec molliter assequi tam durum dolor. Frangendus est.

C A P. II.

Scio, à praecptis incipere omnes qui monere aliquem volunt, & in exempla desinere. Mutari hunc interim ordinē expediat. Alter enim cum alio agendum est. Quosdam ratio ducit: quibusdam nomina clara opponenda sunt, & auctoritas, quae liberum non relinquat animum ad speciosa stupentē. Duo tibi ponam ante oculos maxima & sexus tui, & saeculi nostri exempla: alterius feminae, quae se tradidit ferendam dolori: alterius quae parti affecta casu, maiore damno, non tamen dedit longum in se malis suis dominum, sed cito animum in fedem suam depositum. Octavia & Liuia, altera soror Augusti, altera vxor, amiserunt filios iuuenes, utraque spe futuri principis certa. Octavia Marcellum, cui & auunculus & soer incumbere cooperat, in quem onus imperij reclinaret, adolescentem animo alacrem, ingenio potentem, frugalitatis continentiaeque in illis aut annis aut opibus non mediocriter admirandae, patientem laboris, voluntatibus alienum, quantumcunque imponere illi auunculus, & (vt ita dicā) inaedificare voluisse, latum. Bene legerat nulli celsura ponderi fundamenta. Nullum finem per omnem tempus flendi gemendique fecit. Nec vias admisit voces, salutare aliquid afferentes. Ne auocari quidem fe passa est. Intenta in vnam rem, & toto animo affixa, talis per omnem vitam fuit, quae in funere non dico non ausa consurgere, sed allelai resuans: secundam orbitatem iudicans, lacrimas omittere. Nullam habere imaginem filii carissimi voluit, nullam sibi fieri de illo mentionem. Oderat omnes matres, & in Liuiam maxime furebat: quia videbatur ad illius filium transisse, sibi promissa felicitas. Tenebris & solitudini familiarissima, ne ad fratrem quidem respiciens, carmina celebranda & Marcelli memoriae composita, aliosque studiorum honores reiecit, & aures suas aduersus omne solitum clausit, à sollemnibus officiis seducta, & ipsam magnitudinis fraternae nimis circumlucentem fortunam exosa, defudit se, & abdicit. A fidentibus liberis, nepotibus, lugubrem vestem non deposituit, non sine contumelia omnium suorum, quibus saluis orba sibi videbatur.

C A P. III.

Ilia amiserat filium Drusum, magnum futurum principem, iam magnum ducem. Intrauerat pernitus Germaniam, & ibi signa Romana fixerat, vbi vix ullus esse Romanos noctum erat. In expeditione vicit decesserat, ipsi illum hostibus aegrum cum veneratione & pace mutua prosequenteribus, nec optare quod expediebat audentibus. Accedebat ad hanc mortem, quam ille pro rep. obierat, ingens ciuum prouinciarumque, & totius Italiae multitudo: per quam effusus in officium lugubre municipijs, colonijsque, vsque in urbem ductus erat funus triumpho simillimum. Non licuerat matri ultima filii oscula gratumque extremiti sermonem oris hautire, longo itineri reliquias Drusi sui prosecutae, tot per omnem Italianam ardentibus rogis, quasi totiens illum amitteret, irritatae. Ut primum tamen intulit tumulo, simul & illum, & dolorem suum posuit: nec plus doluit quam aut honestum erat, aut Cæsare, aut aequo maius. Non desit itaque Drusi sui celebrare nomen, vbiique illum sibi priuatim publiceque representare, & libentissime de illo loqui, de illo audire: cum memoriam alterius nemmo posset reterare, quin illam tristem sibi redderet. Elige itaque, utrum exemplum putas probabilius. si illud prius sequi vis, eximis te numero viuorum. Auerfaberis & alienos liberos & tuos, ipsumque desiderans, triste matribus omen occursus. Voluptates honestas permissas, tanquam parum decoras fortunae tuae reciociens, inuisam habebis lucē: & aetati tuae, quod non præcipiter te quam primū, & finiat,

finit, infestissima eris. Quod turpissimum alienissimumque est animo tuo, in meliore note partē, ostendes te viuere nolle, mori non posse. Si ad hoc maxime feminae te exemplum applicueris, moderatus ac mitius, non eris in aerumnis, nec te tormentis macerabis. Quae enim, malum, amentia est, poenas à se infelicitatis exigere, & mala sua augere? Quam in omni vita feruasti, morum probitatem & verecundiam, in hac quoque re praestabis. Est enim quaedam & dolendi modestia. illum ipsum iuuenem dignissimum quiete, semper nominans, cogitansque, meliore pones loco, si matris suae, qualis viuus solebat, hilaris, & cum gaudio occurrat.

C A P. IV.

Nec te ad fortiora ducam praecpta, vt inhumano ferre humana iubeam modo, vt ipso funebri die oculos matris exsiccam. Ad arbitrum tecum veniam. Hoc inter nos queretur, utrum magnus esse debeat, an perpetuus dolor. Nō dubito, quin Liuiae Augustae, quam familiariter coluisti, magis tibi placet exemplum. Illa te ad suum consilium vocat: illa in primo feroce cum maxime impatientes ferocesque sunt miseriae, se consolanda Areo philosopho viri sui praebuit: & multum eam rem profuisse sibi confessus est: plus quam populum Romanum, quem nolebat tristis tristia sua facere: plus quam Augustum, qui subducto altero adminiculo titubabat, nec luctu suorum inclinandus erat: plus quam Tiberium filium, cuius pietas efficiebat, vt in illo acerbo & deserto gentibus funere, nihil sibi nisi numerum deesse sentiret. Hic, vt opinor, aditus illi fuit, hoc principium apud feminam opinionis suae custodem diligissimum. Vtque in hunc diem Liuia (quantum quidem ego sciam, assiduus viri tui comes, cui non tantum quea in publicum emituntur, nota sunt, sed omnes quoque secretiores animorum vestrorum motus) dedit operam ne quid esset, quod in te quisquam reprehenderet. Nec id in maioribus modo obseruasti, sed in minimis, nequid faceres, cui famam, liberrimam principium iudicem, velles ignorare. Nec quicquam pulchrius existimo in fastigio collocatis, quam multarum rerum veniam dare, nullius petere. Seruandus itaque tibi in hac re tuus mos est, ne quid committas, quod minus alterius factum velis.

C A P. V.

Deinde oro atque obsecro, ne te difficilem amicias, & intractabilem praefaces. Non est enim quod ignorares, omnes hos nescire quemadmodum se gerant: loquantur aliquid coram te de Druso, an nihil: ne aut obliuio clarissimi iuuenis illi faciat iniuriam, aut mentio tibi, cum secessimus, & in vnum conuenimus, facta eius dictaque quanto meruit suspetu celebramus. corā te altū nobis de illo silentiū est. Carens itaq. maxima volitate, filii tui laudibus: quas nō dubito quia vel impendio vitae, si potestas detur, in aeternū omne sis prorogatura. Quare patere, immo accerse fermones, quibus ille narretur, & apertas aures praebet ad nomen memoriamque filii tui: nec hoc graue duxeris, ceterorum more, qui in eiusmodi casibus partem mali putant, audire solatia. Nunc incubuisti tota in alteram partem, & oblitera meliorum, fortunam tuam, qua deterior est, aspicis. Non conuertis te ad coniunctus filii tui, occursusque iucundos, non ad pueriles dulcesque blanditiae, non ad incrementa studiorum. Ultimam illam faciem rerum premis. In hanc, quasi parum ipsa per se horrida sit, quicquid potes congeris. Ne, obsecro te, concupieris peruersissimam gloriam, infelicissimam videri.

C A P. VI.

Simul vero cogita, non esse magni animi, se rebus prosperis forte gerere, vbi secundo cursu vita procedit. Nec gubernatoris quidem artem, tranquillum mare & sequens ventus ostendit. Aduersi aliquid incurrit oportet, quod animum probet. Proinde ne submisericordia, immo contra figne stabilem gradum: & quicquid onerum supra cecidit, sustine, primo dunxat strupit conterrata. Nulla re maior inuidia fortunae sit, quam aequo animo. Post hoc ostendit illi filium in colum, ostendit ex amissō nepotes. Tuum illic Marcia negotium actum, tibi Areus assedit: te mutata persona consolatus est. Sed puta, Marcia, ereprum tibi amplius quam villa vnguam mater amiserit. Non permulceo te, nec extenuo calamitatem tuam. Si fletibus fata vincuntur, conferamus: eat omnis inter luctus dies: noctem sine somno tristitia consumat: ingerantur lacerato pectori manus, & in ipsam facie impetrat: atque se omni genere faeuiae, profecturus maeror exerceat. Sed si nullis planctibus desueta reuocantur, si fors immota, & in aeternū fixa, nulla miseria mutatur, & mors tenet quicquid abstulit, definat dolor qui perit. Regamur: nec nos ista vis transuersos auferat. Turpis est naufragij recto, cui gubernacula fluctus eripiunt, qui fluctuantia vela deseruit, permisit tempestati nauem. At ille vel in naufragio laudandus, quem obruit mare clauum tenentem & obnixum.

C A P. VII.

A Tenim naturale desiderium suorum est. Quis negat? quamdiu modicum est, nam in discessa, non solum amissione, carissimorum necessarius morius est, & firmissimorum quoque animorum contractio. Sed plus est quod opinio adiicit, quam quod natura imperauit. Aspice mutorū animalium quam concitata sint desideria, & tamē quam brevia. Vaccarum uno die alteroue mugitus auditur. Nec diutius equarum vagus ille amenisque discursus est. Ferae cum vestigia catulorum conseccatae sunt, & filigas perugatae, cum saepe ad cubilia expilata redierint, rabiem intra exiguum tempus extinguunt. Aues cum stridore magno inanes nidos circumfremuerunt: intra momentum tamen quietae, volatus suos reperunt. Nec vlli animali longum foetus sui desiderium est, nisi homini, qui adest dolori suo: nec tan-

tum quantum sentit, sed quantum constituit, afficitur. Ut scias autem non esse hoc naturale, luctibus frangi, primum magis feminas quam viros, magis barbaros quam placidos eruditaeque gentis homines, magis indoctos quam doctos, eadem orbitas vulnerat. A qui ea quae à natura vim accepereunt, eandem in omnibus seruant. Apparet non esse naturale, quod varium est. Ignis omnes aetas, omnium urbium ciues, tam viros quam feminas, vret: ferrum in omni corpore exhibebit secundi potentiam. Quare: quia vires à natura datae sunt, quae nihil in personam constituit. Paupertatem, luctutum, orbationem alius alter sentit, prout illum consuetudo inficit: & imbecillam impatientemque reddit praefumpta opinio de nō timendis terribilis.

C A P. VIII.

Dende quod naturale est, non decrescit mora. Dolorem dies consumit, licet contumacissimum, quotidie insurgentem, & contra remedia effervescentem, tamen illum efficacissimum mitigandae ferociae tempus enerat. Manet quidem tibi, Marcia, etiamanum ingens tristitia, & iam viderur duxisse callum, non illa concitata, qualis initio fuit, sed pertinax & obstinata. Tamen hanc quoqua aetas tibi minutam eximit: quoties aliud egeris, animus relaxabitur. nunc te ipsa custodis. Multum autem interest, utrum tibi permitas maerere, an impes. Quante magis hoc morum tuorum elegantiae conuenit, finem luctus potius facere, quam expectare: nec illum opperiri diem quo te inuita dolor definat: ipsa illi renuntia.

C A P. IX.

VNde ergo tanta nobis pertinacia in deploratione nostri, si id non sit naturae iussu? quod nihil nobis mali, antequam eueniat, proponimus, sed ut immunes ipsi, & alijs pacatius ingressi iter, alienis non admonemur casibus, illos esse communes. Tot praeter domum nostram ducuntur exequiae de morte non cogitamus, tot acerba funera, nos togam nostrorum infantium, nos militiam & paternae hereditatis successionē animo agitamus. Tot diuinita subita paupertas in oculos incidit: & nobis nunquam in metem venit, nostras quoque opes aequae in lubrico positas. Necesse est itaque magis corrugamus, qui quasi ex inopinato ferimur. Quae multo ante prouisa sunt, languidius incurunt. Vis tu scire te ad omnes expostam iectu stare, & illa que alias tela fixerunt, circa te vibrare: velut murum aliquę, aut obfussum multo hoste locum, & arduum ascensu, semermis aedas, expecta vulnus, & illa superne volantia cum sagittis pilisque saxa, puta in tuum vibrata caput. Quoties aut ad latus, aut post tergum ceciderint, ex clama: Non decipies me fortuna, nec securam aut negligenter opprimes. Scio quid pares, alium percussisti, me petisti. Quis vnguam res suas quasi peritus aspergit? Quis vnguam nostrum de exilio, de egestate, de luctu cogitare auctus est? Quis non, si admoneatur ut de suis cogitet, tanquam dirum omen refuat, & in capita inimicorum aut ipsius intempestivū monitoris abire illa iubeat? Non putauit futurum. Quicquid tu putas non futurum, quod multis scis posse fieri, quod multis vides euenire? Egregium verum audi, & dignum publico.

Cuius potest accidere, quod cuiquam potest.

Ille amisit liberos, & tu amittere potes. Ille damnatus est: & tua innocētia sub iectu est. Hic nos error decipit, hic effeminat, dum patimur, quae nunquam pati nos posse praeuidimus. Aufert vim praesentibus malis, qui futura prospexit.

C A P. X.

Quicquid est hoc, Marcia, quod circa nos ex aduentio fulget, liberi, honores, opes, ampla atria, & exclusorum clientium turba, referta vestibula, clara, nobilis, aut formosa coniux, ceteraque ex incerta & mobili sorte pendentia: alieni commodatique apparatus sunt. nihil horum dono datur: collaticis, & ad dominos reddituris instrumētis scaena adornatur. Alia ex his primo die, alia secundo referuntur: pauca v̄que ad finem persequeruntur. Ita non est quod nos suspiciamus, tanquam inter nostra positi: mutuo acceptimus. Vtius fructus noster est, cuius tempus ille arbitrius sui temperat. Nos oportet in promptu habere, quae in incertum diem data sunt, & appellatas, sine querela reddere. Pessimi est debitoris, creditoris facere coniunctionem. Omnes ergo nostros, & quos superstites lege nascenti optamus, & quos praecedere iustissimum ipsorum votum est, sic amare debemus, tanquam nihil nobis de perpetuitate, immo nihil de diuturnitate eorum promissum sit. Saepe admonēdus est animus, amerit ut recessura, immo tanquam recedentia. Quicquid à fortuna datum est, tanquam extemplo abiturum possideat. Rapti ex liberis voluptates, fruendos vos inuicem liberis date, & sine dilatione omne gaudium haurite. Nihil de hodierna die promittitur. Nimiris magnam aduocationem dedi. Nihil de hac hora, festinandum est. Instat à tergo mors: iam deficit iste comitatus. Iam contubernia ista sublato clamore soluentur. Rapina rerum omnium est. Miseri nescitis fuga vivere. Si mortuū tibi filium doles, eius temporis quo natus est, crimen est. Mors enim illi nascenti determinata est. In hanc legem datus, hoc fatum ab utero statim prosequebatur. In regnum fortunae, & quidem durum atque iniustum peruenimus, illius arbitrio digna atque indigna passuri: corporibus nostris impotenter, contumeliose, crudeliter abutetur: alios ignibus perurer, vel in poenam admotis, vel in remedium: alios nudos mari iactabit, & luctatos cum flumibus, ne in harenam quidem aut litus explodet, sed in alicius ventrem immensae beluae detrudet. Alios morborum varijs genetibus emaceratos, diu inter vitam mortemque detinebit: ut varia & libidinosa, mancipiorumque suorum negligens domina, & poenis & muneribus errabit. Quid opus est partes deflere?

flere? Tota vita flebilis est. Vrgebunt noua incommoda, priusquam veteribus satisficeris. Moderandus est itaque vobis animus ad haec maxime quae immoderate fertis, & in metus, & in dolores humanum pectus dispensandum,

C A P. XI.

Quæ demum ista tuae publicaeque condicione obliuio est? Mortalis nata es, mortales peperisti: putre ipsa fluidumque corpus, & casibus morbisque repetita, sperasti tam imbecilla materia solidā & aeterna gestasse? Decepsit filius tuus, id est, decurrit ad hunc finem, ad quem, quae feliciora partu tuo putas, properant. Huc omnis ista quae in foro litigat, in theatris desiderat, in templis precatur turba, dispari gradu vadit. Et quae veneraris, & quae despicias, vnu exaequabit cinis. Hoc subet illa Pythicis ora culis ascripta vox, Nosc te. Quid est homo? quodlibet quassum vas, & quodlibet fragile, iactatu, non tempestate magna, vt dissiparis, est opus. Vbiunque arietaueris, solueris. Quid est homo? imbecillum corpus, & fragile, nudum, suapte natura in erme, alienae opis indigen, ad omnē fortunae contumeliam proiectum: cum bene lacertos exercuit, cuiuslibet ferae pabulum, cuiuslibet victimā, ex infirmis fluidis que contextum, & lineamentis exterioribus nitidum, frigoris, aestus, laboris impatiens: i pso rursus sicut & otio iturum in tabem, alimenta metuens sua, quorum modo inopia modo copia rumpitur. Anxie foelicitaeque tutelae, precarij spiritus, & male haerentis, qua parvum repentinum audiet, ex improviso sonus auribus grauis excutit. Soli semper sibi nutritiūm vitiōsum & inutile. Miramur in hoc mortem vnu quis singulis opus est. Nunquid enim vt concidat, res magni molimenti est? Odor illi saporque & laetitudo, & vigila, & humor, & cibus, & sine quibus viuere non potest, mortifera sunt. Quocunque se mouet, infirmatis sua statim conscientia, non omne caelum ferens, aquarum nouitatibus, flatuque non familiaris aurae, & tenuissimis causis atque offenditibus morbidum, putre, cassum, à fletu vitam auspicatum: cum interim quantos tumultus hoc tam contemptum animal mouet? in quantas cogitationes oblitum conditionis suaе venit: Immortalia, aeterna volunt animo, & in nepotes prouepotetque disponit: cum interim longa conantem eum mors opprimit, & hoc quod senectus vocatur, pauci sunt circuicatus inorum.

C A P. XII.

Dolor tuus, ò Marcia, si modo illi villa ratio est, vtrum sua spectat incommoda, an eius qui decepsit. Vtrumne amissio filio mouet, quod nullas ex illo voluptates cepisti, an quod maiores, si ditius vivisset, percipere potuisti? Si nullas te percipiisse dixeris, tolerabilius detrimentum tuum. Minus enim homines desiderant ea, ex quibus nihil gaudij laetitiaeque perceperant. Si confessi fueris percepisse magnas voluptates, oportet te non de eo quod detractum est queri, sed de eo gratias agere quod collegisti. Prouenierunt enim satis magni fructus laborum tuorum ex ipsa educatione: nisi forte hi qui catulos aueque, & fruola animorum oblectamenta, summa diligentia nutriunt, fruuntur aliqua voluptate ex viu tactuq. & blanda adulatio mutorum: liberos nutrientibus non fructus educationis ipsa educationis est. Licet itaque tibi nihil industria eius contulerit, nihil diligentia custodierit, nihil prudētia quae sierit ipsum quod habuisti, quod amasti, fructus est. At potius longior esse, & maior. Melius tamen tecum auctum est, quam si omnino non contigisset. Quoniam si ponatur electio, vtrum satius sit nō diu felicem esse, an nunquam: melius est, discessura nobis bona, quam nulla contingere. Vtrumne malles degenerem aliquem, & numerum tantum nomenque filii expleturum habuisse, an tantæ indolis, quanta tuus fuit? Iuuenis cito prudens, cito pius, cito maritus, cito pater, cito curio, cito scerdos, omnia tam propria. Nulli fere & magna bona & diuertitura contingunt. Non durat, nec ad ultimum exit, nisi lenta felicitas. Filium tibi dij immortales non diu daturi, statim talenta dederunt, qualis diu effici potest. Ne il lud quidem dicere potes, elec̄t à te dij, cui frui non licet filio. Circunfer per omnem notorū & ignoratorum frequentiam oculos, occurrit tibi vbique maiora. Senserunt ista magni duces, senserunt principes. Ne deos quidem fabulae immunes reliquerunt: puto vt nostrorum funerum leuamentum esset, etiā diuina concidere. Circumspice, inquam, omnes. nullam tam miseram nominabis dominum, quae non inueniat in miseriore solatium. Non, mehercule, tam male de moribus tuis sentio, vt putem posse te levius pati casum tuum, si tibi ingentem numerum lugentium produxero. Malinoli solatij genus est, turba miserorum. Quofdam tamen referam: non vt scias hoc solere hominibus accidere: ridiculum est enim, mortalitatis exempla colligere: sed vt scias fuisse multos, qui lenierunt aspera, ferendo placide. A felicissimo incipiam. L. Sylla filium amisit: nec ea res aut malitiam eius & acerrimam virtutem in hostes civesque contudit: aut efficit, vt cognomen illud usurpare falsò videretur, quod amissio filio assumpit: nec odia hominum veritus, quorum malis, illius nimis secundae res constabant: nec iniuidiam deorum, quorum illud crimen erat, Sylla tam felix. Sed illud inter res nondum iudicatas habeatur, qualis Sylla fuerit: etiam inimici fatebuntur, bene illum armis sumptuisse, bene posuisse: hoc de quo agitur constabit, non esse maximum malum, quod etiam ad felicissimos peruenit. Nec nimis admiretur Graecia illum patrem, qui in ipso sacrificio nuntiata filij morte, tibicinem tantum tacere iussit, & coronam capitū detraxit, cetera rite perfecit.

C A P. XIII.

Pluvillus hoc fecit Pontifex, cui postem tenenti & Capitolium dedicanti mors filij nuntiata est: quā ille exaudisse dissimulans, & sollemnia Pontificalis carminis verba concepit, genuitū non interrumpent

pente precationem, & ad filij sui nomen, Ioue propitiato. Putasse eius luctus aliquem finem esse debere, cuius primus dies, primus impetus ab altaribus publicis, & fausta nuncupatione non abduxit patrem. Dignus mehercule fuit memorabili dedicatione, dignus amplissimo sacerdotio, qui colere deos ne iratos quidem destitit. Idem tamen, ut redijt domum, & impletuit oculos, & aliquas voces flebiles misit, & peractis, quae mos erat praestare defunctis, ad Capitolium hilari redijt vulnu. Paulus circa illos nobilissimi triumphi dies, quo viustum ante currum egit Persen, duos filios in adoptionem dedit: quos sibi serua uerat, extulit. Quales retentos putas, cum inter commendatos Scipio fuisset? Non sine motu vacuum Pauli currum populus Romanus aspergit. Contionatus est tamen, & egit dijus gratias, quod compos voti factus esset. Precatum enim se, ut si quid ob ingentem victoriam inuidiae dandu esset, id suo potius quam publico damno lueretur. Vides quam magno animo tulerit orbitati stuae gratularus est. Ecquem magis poterat mouere tanta mutatio: solatia simul atque auxilia perdidit. Non contigit tamen tristem Paulum Persae videre.

C A P. XIII.

Quid nunc te per innumerabilia magnorum virorum exempla ducam, & quaeram miseris? quia non difficilius sit, iuuenire felices. Quota quaque domus usq. ad exitum omnibus partibus suis constitit, in qua non aliquid turbatum sit? Num quilibet annum occupa: & ex eo magistratus cito. Lucium, si vis, Bibulum, & C. Caesarem, videbis inter collegas inimicissimos concordem fortunam. L. Bibuli, melioris quam fortioris viri, duo simul filii interficiuntur: Aegyptio quidem militi ludibrio habiti: ut non minus ipsa orbitate, auctor eius, digna res lacrimis esset. Bibulus tamen, qui, toto honoris sui anno, ob inuidiam collegae, domi latuerat, postero die quam geminum funus renuntiatum est, profectus ad solita officia. Quid minus poterat, quam unu diu dnobus filiis dare? Tam cito liberrorum luctum finiuit, qui confulatum anno luxerat. C. Caesar cum Britanniam peragraret, nec Oceano felicitatem suam continere posset, audiuit decepsisse filiam, publica secum fata ducentem. In oculis erat iam Cn. Pompeius, non aequo latus animo quenquam alium esse in Rep. magnum, & modum impotitus incrementis, que grauia illi videbantur, etiam cum in commune crescerent, tamen intra tertium diem imperatoria obiit munia, & tam cito dolorem vicit, quam omnia solebat.

C A P. XV.

Quid aliorum tibi funera Caesarum referam? quos in hoc mihi interim videtur violare fortuna, ut sic quoque generi humano prospicit ostendens, ne eos quidem qui dij geniti deosque genituri dicatur, sic suam fortunam in potestate habere, quemadmodum alienam. Diu Augustus amissis liberis, ne potibus, exhausta Caesarum turba, adoptione desertam domum fulsis. Tulin tamen fortiter tanquam eius iam res ageretur, cuius cum maxime intererat, de dij neminem queri. Ti. Caesar & quem generat, & quem adoptauerat, amisit: ipse tamen pro rostris laudauit filium, stetitque in conspectu positio corpore, interieco tantummodo velamento, quod pontificis oculos à funere arceret, & flente populo Romano non flexit vultum: experientum se dedit Seiano ad latus stanti, quam patienter posset suos perdere. Vides ne quanta copia virorum maximorum sit, quos non exceptit hic omnia prosterrens casus, in quos tot animi bona, tot ornamenta publice priuatimque congesta erant? Sed videlicet it in orbem ista tempestas, & sine dilectu valet omnia, agitque ut sua. Iube singulos conferre rationem, nulli contigit impune nasci.

C A P. XVI.

Scio quid dicas. Oblitus es feminæ te consolari. virorum refers exempla. Quis enim dixerit naturam maligne cum mulieribus ingenii egisse, & virtutes illarum in arcum retraxisse? Par illis, mihi crede, vigor, par ad honesta libera facultas: laborem doloremque ex aequo, si consuevere, patiuntur. In qua istud vrbe, dij boni, loquimur: in qua regem Romanis capitibus Lucretia & Brutus deiecerunt. Bruto libertatem debemus, Lucretiae Brutum. In qua Cloeliam, contempto hoste & flumine, ob insignem audaciam tantum non in viris transcripsimus. Equestri infidens statuae in sacra via celebrissimo loco Cloelia exprobavit iuuenibus nostris pulchrum accendentibus, in ea illos vrbe sic ingredi, in qua etiam feminas equo donauimus. Quod tibi si vis exempla referi feminatum, que suos fortiter desiderauerunt, non ostiatis queram. Ex vna tibi familia duas Cornelias dabo. Primam Scipionis filiam, Gracchorum matrem, duodecim illa partus, rotidem funeribus recognovit. & de ceteris facile est, quos nec editos, nec amissos ciuitas sensit. Ti. Gracchum, & Caium quos etiam qui bonos viros negauerit, magnos fatebitur, & occisos vidit & in sepulcros consolantibus tamen miserisque dicentibus: Nunquam, inquit, non felicem me dicam, quas Gracchos peperi. Cornelia Litium Drusum, clarissimum iuuenem, illustris ingenij, vadente per Gracchorum vestigia, imperfectis tot rogationibus, intra penates interemptum filios amiserat, incerto caedis auctore: tamen & acerbam mortem filij, & inaltam tam magno animo tulit, quam ipse leges tulerat. Iam cum fortuna in gratiam, Marcia, reuertitur, si tela quae in Scipiones Scipionumque matres ac filios egit, quibus Caesares petiunt, ne à te quidem continuit. Plena & infesta varijs casibus vita est: à quibus nulli longa pax, vix induitiae sunt. Quattuor liberos susstulens, Martia. Nullum autem frustra cadet telum, quod in confertum agmen immisum est. Mirum est, tantam turbam non potuisse sine innidia damno praeteruehi? At hoc iniquior fortuna fuit, quod non tantum filios eripuit, sed elegit. Nunquam tamen iniuriam dixeris, ex aequo cum potentiore dividere duas tibi reliquit.

qui filias, & harum nepotes: & ipsum quem maxime lugere, prioris oblita, non ex toto abstulit. Habet ex illo duas filias, similes patri: si male fers, magna onera: si bene, magna solatia. in hoc te perduxit, ut illas cum videris, admonearis filij, non doloris, Agricola, eueris arboribus, quas aut ventus radicibus euulsi, uat contortus repentina impetu turbo perfregit, subolem ex illis residuum fouet, & amissatum semina statim plantaque disponit, & momento (nam vt in damnis, ita ad incrementa rapidum velox) te mags placeat, quam quod amissum est. Iniquiores sumus aduersus relata, e reptorum desiderio. Sed si aetatem volueris, quam tibi valde fortuna, etiam cum faeuierit, pepercere, tuis te habere plus quam solatia. Respice tot nepotes, duas filias.

C A P. XVII.

Hic illud quoque, Marcia, mouet me, si esset cuique pro moribus fortuna, nunquam mala bonos sequerentur: nunc video, exemplo discrimine, & eodem modo malos bonosque iactari. Graue est tamen, quem educaueris iuuenem, iam matre, iam patri praefidum ac decus, amittere. Quis negat gracie esse sed humanum est. Ad hoc genita es ut perderes, ut perires, ut sperares, metueres, alios teque inquietes, mortem & timeres, & optares, & quod est pessimum, nunquam scires cuis esses status. Si quis Syracusas petenti diceret: Omnia incommoda, omnes voluptates futurae peregrinationis tuae ante cognosce, deinde ita nauiga. Haec sunt quae mirari possis: videbis primum ipsam insulam ab Italia angusto intercismat freto, quam continentis quondam cohaesisse constat: subitum illo mare irrupit, &

He perium Siculo latus abscedit:
deinde videbis (licet enim tibi audifissimum maris verticem stringere) illam fabulosam, Charibdim dico, quam diu ab austro vacat, quietam, at si quis inde ventus spirauit, hiatu magno profundoque nauigia sorbentem. Videbis celebrissimum carminibus fontem Arethusa, nitidissimi ac perlucidi ad imum stagni, gelidissimas aquas profundentem: siue illas ibi primum nacentes inuenit, siue immersum terris integrum subter tot maria, & à confusione peioris vnde feruatum reddidit. Videbis portum quietissimum omnium, quos aut natura posuit in tutelam classium, aut adiuuit manus, sic tutum, ut ne maximarum quidem tempestatum furori locus sit. Videbis vbi Athenarum potentia fracta, vbi tot millia captiuorum, ille excis in infinitam altitudinem axis, nobilis cancer inclusus, & ipsam ingentem ciuitatem, & laxius territorium quam multarum urbium fines sint: tepidisima hiberna, & nullum diem sine interventu solis. Sed cum omnia ista cognoueris, grauis & insalubris aetas, hiberna caeli beneficia corrumpit. Erit Dionysius illic tyranus, libertatis, iustitiae, legum exitu, dominationis cupidus, etiam post Platonem, vitae etiam post exilium: alios vret, alios verberabit, alios ob leuem offendam iubebit detruncari, accersit ad libidinem mares feminasque, & inter foedos regiae intemperantiae greges parum erit simul binis coire. Audisti quid te inuitare possit, quid absterrere. Proinde aut nauiga, aut resiste. Post hanc denuntiationem, si quis dixisset intrare se Syracusas velle, satatis ne iustum querelam de illo, nisi de se habere posset, qui non incidisset in illa, sed prudens sciensque venisset? Dicit omnibus nobis natura: Neminem decipio. Tu si filios sustuleris, poteris habere formosos, poteris & deformes: & si fortasse tibi multi nascetur, esse ex illis aliquis tam feruator patriae quam proditor poterit. Non est quod per tanta digniorum futuros, ut nemo tibi propter illos maledicere audeat. Propone tamen & tantae futuros turpitudinis, ut ipsi maledictum sint. Nihil vetat illos tibi supremam praefastare, & laudari te à liberis tuis: sed sic te para, tanquam in ignem positura, vel puerum, vel iuuenem, vel senem. Nil enim ad rem pertinent anni: quoniam nullum non acerbum funus est, quod parentis sequitur.

C A P. XVIII.

Post has leges propositas si liberos tollis, omni deos inuidia liberas, qui tibi nihil spoponderunt. Ad hanc imaginem agedum totius vitæ introitum referamus. Syracusas visere deliberanti tibi, quicquid delectare poterat, quicquid offendere, exposui: puta nascenti me tibi venire in consilium, intratura es vrbem dij hominibusque communem, omnia complexam, certis legibus aeternisque deuin etiam, indefatigata caelestium officia voluente. Videbis illic innumerabiles stellas, miraberis vno fidere omnia impleri, solem quotidiano cursu diei noctisque spatia signantem, annum in aetatem hiememque aequaliter diuidentem. Videbis nocturna lunae successionem à fraternis occursumbus lene remissumque lumen mutuantem, & modo toto ore terris imminentem, accessionibus damnisque mirabilem, semper proximae dissimilem. Videbis quinque sidera diuersas agentia vias, & in contrarium praecipi mundo nientia: ex horum levissimis motibus fortunae populorum dependent, & maxima ac minima proinde formantur, prout aequum iniquumque fidus incessit. Miraberis conlecta nubila, & cadentes aquas, & obliqua fulmina, & caeli fragorem. Cum satiatos spectaculo supernorum in terram oculos deieceris, excipiet te alia forma rerum, aliterque mirabilis. Hinc camporum in infinitum paten- tium fusa planicies. Hinc montium magnis & niuibus surgentium iugis, erecti in sublime vertices, deiectus fulminum, & ex vno fonte in Orientem Occidentemque defuli amnes, & summis cacuminibus nemora nutantia, & tantum siluarum cum suis animalibus, auiumque concentu diffsono. Varij vrium situs, & seclusae nationes locorum difficultate, quarum aliae se in erekto substrahunt montes, aliae

aliae ripis, lacu, vallis, palude, circumfunduntur; adiuta cultu seges, & arbusta sine cultore fertilia, & riuvor lenis inter prata discursus, & amoeni sinus, & litora in portum recedentia, sparsae tot per va-
sum insulae, quae interuentu suo maria distinguunt. Quid lapidum gemmarumque fulgor, & inter rapido-
rum torrentium arenas, aurum interfluens, & in medijs terris, medioq. rursus mari nitentes igniū
faces, & vinculum terrarum Oceanus, continuationem gentium triplici sinu scindens, & ingenti licen-
tia exaestuans. Videbis his inquietis, & fine vento fluctuantibus aquis immani, & fidem excedenti ma-
gnitudine terribilia animalia, quaedam grauia & alieno se magisterio mouentia, quaedam velocia, con-
citat perniciosa remigis, quaedam haurientia vndas, & magno praenaugantum periculo efflantia.
Videbis hic nauigia, quas non nouere terras querentia. Videbis nihil humanae audaciae intentatum,
erique ei spectatrix, & ipsa pars magna conantum: disces, docebisque artes, alias quae vitam instruant,
alias quae ornant, alias quae regant. Sed istic erunt milles corporū & animorum peftes, & bella, & latro-
cinia, & venena, & naufragia, & intemperies caeli, corporisque, & carissimorum acerba desideria, & mors,
incerum facilis, an per poenam cruciatumque. Delibera tecum, & perpende quid velis, vt in illa venias,
per ista exendum est. Respondebis, velle te viuere? Quid nō immo puto ad id non accedes, ex quo tibi
aliquid detrahi doles. Viue ergo vt conuenit.

C A P. XIX.

Nemo, inquis, nos consuluit. Consulti sunt de nobis parentes nostri: qui cum conditionem vita-
e noscent, in hanc nos sustulerunt. Sed vt ad solatia veniam, videamus primum quid curandum sit;
deinde quemadmodum. Mouet lugentem desiderium eius, quem dilexit, id per se tolerabile appetit. Ab
fentes enim abfuturosque, dum viuerent, non flemus, quamvis omnis visus illorum nobis & conspectus
eruptus sit. Opinio est ergo quae nos cruciat: & tanti quodque malum est, quanti illud taxauimus. In
nostra potestate remedium habemus. Iudicemus illos abesse, & nosmetipſi fallamus. Dimisimus illos:
immo consecuturi praemissus. Mouet & illud lugentem: Non erit qui me defendat, qui a contemptu
vindicit. Ut minime probabili, sed vero solatio vtar. In ciuitate nostra plus gratiae orbitas cōfert, quam
eripit. Adeoque senectutem solidum, quae solebat destruere, ad potentiam ducit, vt quidam odia filiorū
simulēt, & liberos feruent, & orbitatem manu faciant. Scio quid dicas. Non mouent me detrimenta
mea, etenim non est dignus solatio, qui filium sibi deceſſe sicut mancipium moleste fert: cui quicquā
in filio respicere praeter ipsum vacat. Quid igitur te, Marcia, mouet? Vt tu, quod filius tuus deceſſit: an,
quod non diu vixit? Si quod deceſſit, semper debuisti dolere: semper enim scisti moriturum. Cogita, nul-
lis defunctum malis affaci. Illa quae nobis inferos faciunt terribiles, fabula est. Nullas scimus, immine-
re mortuis tenebras, nec carcera, nec flumina flagrantia igne, nec obliuionis amnem, nec tribunalia,
nec reos vlos in illa libertate tam laxa; nullos iterum tyranos. Lusurunt ista poetae, & vanis nos agita-
nere terroribus. Mors omnium dolorum & solutio est, & finis; vltra quam mala nostra nō exeunt, quae-
nos iū illam tranquillitatem, in qua antequam nasceremur faciūmus, reponit. Si mortuorum aliquis mi-
seratur, & non natorum miseratione. Mors nec bonum nec malum est. Id enim potest aut bonum aut ma-
lum esse, quod aliquid est: quod vero ipsum nihil est, & omnia in nihilum redigit, nulli nos fortuna e-
tradit. Mala enim bonaque circa aliquam verfantur materiam. Non potest id fortuna tenere, quod natu-
ra dimisit: nec potest miser esse, qui nullus est. Excessit filius tuus terminos intra quos seruji. Excepit il-
lum magna & aeterna pax: non paupertatis metu, non diuitiarum cura, non libidinis per voluptatem
animos carpentis stimulis incessit, non inuidia felicitatis alienae tangit, nec suae premitur, nec con-
uicijs quidem vllis verecundae aures verberantur: nulla publica clades conspicitur, nulla priuata, non
soltitus futuri pender ex euentu, semper in deteriora dependenti. Tandem ibi constitut, vnde nil eum
pellat, vbi nil terreat.

C A P. XX.

Oignaroſ malorum ſuorum, quibus non mors vt optimum inuentum naturae laudatur: quae ſue
felicitatem includit, ſue calamitatem repellit, ſue ſatiatem aut laſſitudinem ſenſis terminat, ſue
iuuenile aetum, dum meliora ſperantur, in flore deducit, ſue pueriā ante diuiores gradus reuocat,
omnibus finis, multis remedii, quibusdam votum, de nullis melius merita, quā de his ad quos
venit antequam intocaretur. Haec ſeruit utem inuito domino remittit. Haec captiuorum cathe-
nas leuat: haec ē carcere educt, quos exire imperium impotens venuerat. Haec exilis in patriam ſemper
animum oculosque tendentibus, oſtent, nihil intereffe inter quos quisque iaceat. Haec vbi res fortuna
male diuifit, & aequo iure genitos, alium alijs donauit, exaequat omnia. Haec eft quae nihil quicquam
alieno fecit arbitrio. Haec eft in qua nemo humilitate ſuam ſenſit. Haec eft quae nulli partuit. Haec eft,
Marcia, quam pater tuus concupidiit. Haec eft, inquam, quae efficit, vt naſci non ſit ſupplicium: quae effi-
cit, vt non concidam aduersus minas caſuum, vt ſeruare animum ſaluum ac potentem ſui poſſim. Ha-
bebo quō appellam. Video iſtic cruces non vnius quidem generis, ſed aliter ab alijs fabricatas. alijs capite
conuertos in terram ſuspendere, alijs per obſcoena ſtipitem egerunt, alijs brachia patubulo explicuerunt.
Video fidiculas, video verbera: & membris & ſingulis articulis ſingula machinamēta: ſed video, & mor-
tem. Sunt iſtic hoſtes cruenti, ciues ſuperbi. Sed video iſtic & mortem. Non eft moleſtum ſeruire, vbi ſi
domini pertaefum eft, licet vno gradu ad libertatem tranſire, contra iniurias vitae beneficium mortis
habeo. Cogita, quātū boni opportuna mors habeat, quātū multis diuitiis viſiſſe nocuerit. Si Cn. Pom-
peium,

peium, decus iſtius firmamentūque in imperij, Neapoli valitudo abſtulifet, indubitatus populi Romani
princeps exceſſerat. At nunc exigui téporis adiecio fastigio illum ſuo depulit. Vidi legiones in conſpe-
ctu ſuo caefas: & ex illo proelio, in quo prima acies ſenatus fuīt, quae infelices reliquia fuit, Imperato-
rem iſum ſuperfuſſe: vidi Aegyptium carnificem, & ſacrosanctum victoribus corpus fatelliſti preeſtit,
etiam ſi in columis fuifet paenitentiam ſalutis aucturus. Quid enim erat turpius, quātū Pompeium
viuere beneficio regis? M. Cicero ſi eo tempore, quo Catilinae ſcas deuiauit, quibus pariter cum pa-
tria petuit eft, concidifet, liberata Rep. conſervator eius: ſi denique filiae ſuae funus ſecutas fuifet,
tutic felix mori potuit. Non vidifet ſtrictos in ciuila capitā mucrones: nec diuīfa percuſſoribus occiſo-
rum bona, vt etiam de ſuo perirent: non haſtam conſularia ſpolia vendentem: nec caedes, nec locata
publice latrocinia, bella, rapinas trium Catilinarum. M. Catonem ſi à Cypro & haereditatis regiae di-
ſpenſatione redeuenter mare deuoraſſet, vel cum illa pecunia, quam afferebat ciuili bello ſtipendium,
nonne illi bene aetum foret? hoc certe ſecum tulifet, neminem aufurum coram Catone peccare. Nunc
annorum adiecio paucissimorum, virum libertati non ſuæ tantum, ſed publicae natum, coegit Caſa-
rem fugere, Pompeium ſequi. Nihil ergo mali immatura mors attulit Metilio: omnium etiam malorū
remisit patientiam. Nimis cito perij & immaturus. Primum puta illum ſupereſſe: comprehendere quan-
tum plurimum procedere homini licet: quantum eft? Ad breuiffimum tempus editi, cito ceſſuri loco,
venienti in pactum hoc, proſpicimus hospitium, de noſtris aetatibus loquor, quas incredibili celeritate
conuolui conſtat. Computa vrbiſ ſaecula. videbis quātū non diu ſteſterint etiam quae veruſtate glo-
riantur. Omnia humana breua & caduca ſunt, infiniti temporis nullam partem occupantia. Terram
hanc cū populis, vrbiſ ſuq. & fluminibus, & ambitu maris, puncti loco ponimus: ad vniuerſa referētes,
minore portionē aetas noſtra quātū partē puncti habet, ſi tempori comparetur omni: cuius maior eft
mensura quātū mundi: vt pote cum ille ſe intra huius ſpatium toties remeſtatur. Quid ergo interest id
extendere, cuius quantum cunque fuerit incrementum, non multum aberit à nihilo? vno modo multū
eſt quod viuimus: ſi ſatis eft. Licet mihi vaces, & in mora tardatae ſenectutis nouies denos centenof-
que perceneſas annos. cum ad omne tempus dimiferis animum, nulla eft illa breuiffimi longiſſimi-
que aeuī differentia, ſi in ſpecto quanto quis vixerit ſpatio, comparaueris quanto non vixerit. De
inde nō immaturus deceſſit: vixit enim, quātū debuit viuere. Nihil enim illi iā vltra ſupererat. Nō vna
hominibus ſenectus eft, vt ne animalibus quidem: intra quatuordecim quaedam annos defatigantur:
& haec illis longiſſima aetas eft, que homini prima. Dispar cuique viuendi facultas data eft. Nemo ni-
mis cito inoritur, qui viuſtus diuitiis quātū vixit, non fuit. Fixus eft cuique terminus: manebit ſemper
vbi poſitus eft: nec illum vlerius diligentia aut gratia promouebit: ſcīt libenter illum vlerius diligen-
tiam ex confilio perdiſſe. Tuit ſuum, metasque dati peruenit ad aeuī. Non eft itaque quād ſic te one-
res: Potuit diuitiis viuere, non eft interrupta eius vita, nec viñquam ſe annis caſus interiecit. Soluitur
quod cuique promiſſum eft, eunt vi ſua fate: nec adjiciunt quicquam, nec ex promiſſo ſemel demunt:
fruſtra vota ac ſtudia fiunt. Habet quicque, quantum illi dies primus adſcripti: ex illo quo primum
lucem vidi, iter mortis ingressus eft, acceſſitque fato propior: & illi ipſi, qui adjiciebantur adoleſcētiae
anni, vita detrahebantur. In hoc omnes errore verſamur, vt non putemus ad mortem, niſi ſenes incli-
natiosque iam vergere, cum illo infantia ſtatiſ & iuuentu omnisque aetas ferat. Agunt opus ſuum ſara:
nobis ſenſum noſtræ necis auferunt: quoque facilius obtepat mors, ſub ipſo vita nomine lateri. Infan-
tem in feueritia conuerit. Pueritiam pubertas, iuuentu ſenectus abſtulit. Incrementa ipſa, ſi bene
computeſ, damna ſunt.

C A P. XXI.

Q Vereris, Marcia, non tam diu vixiſſe filium tuum, quātū potuifſet. Vnde enim ſciſ an diuitiis illi
expedierit: an illi hac morte conſultum eft? Quem inuenire hodie potes, cuius res tam bene po-
ſitae ſint & fundatae, vt nihil illi, procedenti tempore timendum eft? Labuntur humana, ac fluunt. Nulla
pars vita noſtræ tam obnoxia aut tenera eft, quātū quae maxime placet. Ideoque felicissimis optanda
mors eft: quia in tanta inconstantia turbaque rerum, nihil niſi quod praeterit, certum eft. Quis tibi re-
cepit, illud pulcherrimum filij tui corpus, & ſumma pudoris custodia, inter luxuriosae virbiſ oculos cō-
ſeruatum, potuifſe ita morbos euadere, vt ad ſenectutem formae illaefum perferret decus?

C A P. XXII.

C Ogita animi mille labes. Neque enim recta ingenia, qualis in adolescentia ſpem ſui fecerant, vſq.
in ſenectutem pertulerunt: ſed interuerſa plerunque ſunt. Aut ſera, eoque foedior luxuria invaſit
& coegit dehonestare ſpecioſa principia: Aut in popinam ventremque proiectis, ſumma illis curarum
fuit, quid eſſent, quid biberent. Adiſce incendia, ruinas, naufragia, lacerationes medicorum, offa viuſis le-
gentium, & totas in viſcera manus demittentium, & non ſimplici dolore pudenda curantium. Post haec
exilium. Non fuit innocentior filius tuus, quātū Rutilius. Carcerem, nō fuit ſapienter, quātū Socrates.
Voluntario vulnere transfixum pectus, non fuit sanctior quātū Cato. Cum iſta perſpexeris, ſciſ opti-
me cum his agi, quos natura, quia illos manebat vitae ſtipendium, cito in tutum recepit. Nihil eft
tam fallax, quātū virtus humana: nihil tam infidolum, non mehercule quicquam accepifſet, niſi daretur
inſcijs. Itaque felicissimum eft, non naſci: proximum puto, breuitate uitae deſuictos, cito in integrum
reſtitui. Propone illud acerbifſimum tibi tempus, quo Seianus patrem tuum clienti ſuo Satrio Secundo
con-

congiarium dedit. Ita sciebatur illi ob vnum aut alterum liberius dictum, quod tacitus fere non potuerat, Seianum in cervices nostras ne imponi quidem, sed descendere. Degernebatur illi statua in Pompeij theatro ponenda, quod exustū Caesar reficiebat. Exclamauit Cordus, tunc vere theatrum perire. Quis ergo non rumperebat, supra cineres Cn. Pompeij constitui Seianum, & in monumentis maximi imperatoris consecrari pessimum militem? consecratur. Subscriptio, & acerrimi canes: quos ille, vt sibi vni manuetos, omnibus feros haberet, sanguine humano paucet, circumlatrare etiam hominem illum impaturum incipiunt. Quid faceret? si vivere vellet, Seianus rogandus erat: si mori, filia: vtque inexorabilis. Constituit filiam fallere. Vt us itaque balneo, & quo plus imponeret, in cubiculum se quasi gustaturus contulit: & dimisso pueris, quaedam per fenestram, vt videretur edisse, protegit a coena: deinde quasi iam satis in cubiculo edisseret, abstinuit: al tero die, & tertio idem fecit. Quarto ipsa in firmitate corporis faciebat indicium. Complexus itaque te: Carissima, inquit, filia, & hoc vnum tota celata vita, iter mortis ingressus sum, & iam medium fere teneo. Reuocare me nec debes, nec potes. Atque ita lumen omne praecludi iussit, & se in tenebris condidit. Cognito consilio eius, publica voluntas erat, quod e faucibus audissimorum luporum educeretur preda. Accusatores, Seiano auctore, adeunt confutum tribunalium: queruntur mori Cordum, vt interpellarent quod coegerant. Adeo illis Cordus videbatur effugere. Magna res erat in quaestione, an morte rei perderentur. dum deliberatur, dum accusatores iterum adeunt, ille se absoluerebat. Videsne, Marcia, quantae iniquorum temporū vices ex inopinato ingruant? Fles quod alicui tuorum mori necesse fuit? paene non licuit.

C A P. XXIII.

Praeter hoc etiam, omne futurum incertum est, & ad deteriora certius. Facilius ad superos iter est, animis cito ab humana conuersatione dimisissis: minus enim faecis ponderisque traxerunt: antequā obducerentur, & altius terrena conciperent, liberati, leuiores ad origine suam reuolant, & facilis, quicquid est illud, absoluti transfluunt. Nec vnguam magnis ingenis cara in corpore mora est. Exire atque exumpere gestiunt, aegre has angustias ferunt, vagi per omne sublime, & ex alto assueti humana despiciere. Inde est quod Plato clamat: Sapientis animum totum in mortem prominere, hoc velle, hoc meditari, hac semper cupidine ferri in exteriora tendentem. Quid tu, Marcia, cum videres senilem in iuuenie prudentiam, vietorem omnium voluptatum animum, emendatum, carentem vitio, diuitias sine auaritia, honores sine ambitione, voluptates sine luxuria appetentem, diu tibi putabas illum sospitem posse contingere? Quicquid ad summum peruenit, ad exitum properat. Eripit te auferisque ex oculis perfecta virtus. Nec ultimum tempus expectant, quae in primo maturuerunt. Ignis quo clarior fulsit, citius extinguitur. Viuacior est, qui cum lenta difficultate materia commissus, fumoque demersus, ex folido lucet. eadem enim detiner causa, que maligne alit. Sic ingenia quo illustriora, eo breuiora sunt. Nam vbi incremento locus non est, vicinus occasus est. Fabianus ait, quod nostri quoque parentes videre, puerum Romae fuisse, statuta ingentis viri: sed hic cito decepit, & moriturum breui nemo non prudens dixit. Non poterat enim ad illam aetatem peruenire, quam praecepérat. Ita est indicium imminentis exitij mortalitas, & appetit finis, vbi incrementa consumpta sunt.

C A P. XXIII.

Incipe uirtutibus illum, non annis aestimare, satis diu vixit. pupillus relictus, sub tutorum cura usque ad decimumquartum annum fuit: sub matris custodia semper: cum haberet suos penates, relinquere tuos noluit. Adolescens statura, pulchritudine, cetero corporis robore castris natus, militiam recusauit, ne a te discederet. Computa, Marcia, quā in raro liberos videant, quae in diuersis domibus habitant. Cogita, toto illo perire annos matribus, & per solitudinem exigis, quibus filios in exercitu habent. Scies multum patuisse hoc tempus, ex quo nihil perdidisti. Nunquam à conspectu tuo recessit: sub oculis tuis studia fortinavit, excellens ingenij, & aequaturi auum, nisi obstissem verecundia, quae multorum profectus filiatio pressit. Adolescens rarissima formae in tam magna mulierū turba viros corruptentū, nullius spei se praebuit: & cum quarundam usque ad tentandum peruenisset improbitas, erubuit, quasi peccasset, quod placuerat. Hac sanctitate morum effectit, vt puer admodum dignus sacerdotio videbatur, macterna sine dubio suffragatione. Sed ne mater quidem nisi pro bono candidato valuerit. Harum contemplatione virtutum sic te gere, tanquam si nunc ille tibi magis vacet. Nunc nihil habet quo auocetur. Nūquam tibi solicitudini, nunquam maerori erit, quod vnum ex tam bono filio poteras dolere, doluisisti. Cetera exempta casibus, plena voluptatis sunt: si modo vti filio scis, si modo quid in illo pretiosissimum fuerit intelligis, imago duntaxat filii tui perij, & effigies, non simillima: ipse quidem aeternus, meliorisque nunc status est, despoliatus oneribus alienis, & sibi relictus. Haec quae video offa circumvoluta neruis, & obducentam cutem, vultumque, & ministras manus, & cetera quibus inuoluti sumus, vincula animorum tenebraeque sunt. Obruitur his animus, offuscatur, inficitur, arcetur a veris & suis, in falsa coniectus: omne illi cum hac carne graui certamen est, ne abstrahatur & sidat: ntitur illò vnde dimisissus est: ibi illum aeterna requies manet, pro confusis crassisque pura & liquida visentem.

C A P. XXV.

Proinde non est quod ad sepulcrum filii tui curras. Pessima eius, & ipsi molestissima isti iacent, osfa cineresque, non magis illius partes quā vestes, aliaque tegumenta corporum. Integer ille, nihilque in terris relinques, fugit, & totus excessit: paulumque supra nos commoratus, dum expurgat in ha-

renua

rentia vita, sicutque omnis mortalis aeuī excutit, deinde ad excelia sublatus, inter felices currit animas, exceptique illum coetus sacer, Scipiones, Catoneque, vtique contemptores vitae, & mortis beneficio liberi. Parens tuus, Marcia, illic nepotem suum, quamquam illuc omnibus cognatum est, applicat sibi, noua luce gaudentem, & vicinorum siderum meatus docet: nec ex coniecturis, sed omnium ex vero peritus in arcana naturae libens ducit. Utque ignorantarum urbium monstrator hospiti gratus est: ita sciscianti caelestium causas, domesticus interpres, & in profunda terrarum permittere aciem iuvat. Delectat

C A P. X X VI.

Pta itaque exilla arce caelesti patrem tuum, Marcia, cui tantum apud te auctoritas erat, quantum tibi apud filium tuum, non illo ingenio, quo ciuilia bella defleuit, quo proficentes in aeternum ipse proscripti, sed tanto clariore, quanto est ipse sublimior, dicere: Cur te filia tam longa tenet aegritudo? Cur in tanta veri ignorantia versaris, vt inique aetum iudices cum filio tuo, quod in taedium verius vitae, ipse ad maiores se recepit suos? Nescis quantis fortuna procellis disturbet omnia? quām nullis benignam facile se praestiterit, nisi qui minimum cum illa contraxerant? Regesne tibi nominem felicissimos futuros, si maturius illos mors instantibus subtraxisset malis? An Romanos duces, quorum nihil magnitudini deerit, si aliquid aetati detraxeris: an nobilissimos viros clarissimosque ad iustum militaris gladij composita ceruice formatos? Respice patrem atque aetum tuum. Ille in alieni percussoris venit aeternum. Ego nihil in me cuiquam permisi, & cibo prohibitus ostendi, quām magno animo scripsisti. Cur in domo nostra diutissime lugerit, qui felicissime moritur? Coimus in vnum omnes, videmusque vos alta nocte circumdari. Nil apud vos, vt putatis, optabile, nil excelsum, nil splendidum: sed humilia cuncta, & grauia, & anxia, & quotam partem luminis nostri cernentia? Quid dicam, nulla hic arma, mutuis furere concursibus, nec classes classibus frangi, nec parcidia aut fingi, aut cogitari, nec fora litibus strepere dies perpetuo: nihil in obscuro, detectas mentes, & aperta praecordia, & in publico medioque vobis alta nocte circumdari. Nil apud vos, vt putatis, optabile, nil excelsum, nil splendidum: sed humilia cuncta, & grauia, & anxia, & quotam partem luminis nostri cernentia? Quid dicam, nulla hic arma, mutuis furere concursibus, nec classes classibus frangi, nec parcidia aut fingi, aut cogitari, nec fora litibus strepere dies perpetuo: nihil in obscuro, detectas mentes, & aperta praecordia, & in publico medioque vobis alta nocte circumdari. Nil apud vos, vt putatis, optabile, nil excelsum, nil splendidum: sed humilia cuncta, & grauia, & anxia, & quotam partem luminis nostri cernentia? Quid dicam, nulla hic arma, mutuis furere concursibus, nec classes classibus frangi, nec parcidia aut fingi, aut cogitari, nec fora litibus strepere dies perpetuo: nihil in obscuro, detectas mentes, & aperta praecordia, & in publico medioque vobis alta nocte circumdari. Nil apud vos, vt putatis, optabile, nil excelsum, nil splendidum: sed humilia cuncta, & grauia, & anxia, & quotam partem luminis nostri cernentia? Quid dicam, nulla hic arma, mutuis furere concursibus, nec classes classibus frangi, nec parcidia aut fingi, aut cogitari, nec fora litibus strepere dies perpetuo: nihil in obscuro, detectas mentes, & aperta praecordia, & in publico medioque vobis alta nocte circumdari. Nil apud vos, vt putatis, optabile, nil excelsum, nil splendidum: sed humilia cuncta, & grauia, & anxia, & quotam partem luminis nostri cernentia? Quid dicam, nulla hic arma, mutuis furere concursibus, nec classes classibus frangi, nec parcidia aut fingi, aut cogitari, nec fora litibus strepere dies perpetuo: nihil in obscuro, detectas mentes, & aperta praecordia, & in publico medioque vobis alta nocte circumdari. Nil apud vos, vt putatis, optabile, nil excelsum, nil splendidum: sed humilia cuncta, & grauia, & anxia, & quotam partem luminis nostri cernentia? Quid dicam, nulla hic arma, mutuis furere concursibus, nec classes classibus frangi, nec parcidia aut fingi, aut cogitari, nec fora litibus strepere dies perpetuo: nihil in obscuro, detectas mentes, & aperta praecordia, & in publico medioque vobis alta nocte circumdari. Nil apud vos, vt putatis, optabile, nil excelsum, nil splendidum: sed humilia cuncta, & grauia, & anxia, & quotam partem luminis nostri cernentia? Quid dicam, nulla hic arma, mutuis furere concursibus, nec classes classibus frangi, nec parcidia aut fingi, aut cogitari, nec fora litibus strepere dies perpetuo: nihil in obscuro, detectas mentes, & aperta praecordia, & in publico medioque vobis alta nocte circumdari. Nil apud vos, vt putatis, optabile, nil excelsum, nil splendidum: sed humilia cuncta, & grauia, & anxia, & quotam partem luminis nostri cernentia? Quid dicam, nulla hic arma, mutuis furere concursibus, nec classes classibus frangi, nec parcidia aut fingi, aut cogitari, nec fora litibus strepere dies perpetuo: nihil in obscuro, detectas mentes, & aperta praecordia, & in publico medioque vobis alta nocte circumdari. Nil apud vos, vt putatis, optabile, nil excelsum, nil splendidum: sed humilia cuncta, & grauia, & anxia, & quotam partem luminis nostri cernentia? Quid dicam, nulla hic arma, mutuis furere concursibus, nec classes classibus frangi, nec parcidia aut fingi, aut cogitari, nec fora litibus strepere dies perpetuo: nihil in obscuro, detectas mentes, & aperta praecordia, & in publico medioque vobis alta nocte circumdari. Nil apud vos, vt putatis, optabile, nil excelsum, nil splendidum: sed humilia cuncta, & grauia, & anxia, & quotam partem luminis nostri cernentia? Quid dicam, nulla hic arma, mutuis furere concursibus, nec classes classibus frangi, nec parcidia aut fingi, aut cogitari, nec fora litibus strepere dies perpetuo: nihil in obscuro, detectas mentes, & aperta praecordia, & in publico medioque vobis alta nocte circumdari. Nil apud vos, vt putatis, optabile, nil excelsum, nil splendidum: sed humilia cuncta, & grauia, & anxia, & quotam partem luminis nostri cernentia? Quid dicam, nulla hic arma, mutuis furere concursibus, nec classes classibus frangi, nec parcidia aut fingi, aut cogitari, nec fora litibus strepere dies perpetuo: nihil in obscuro, detectas mentes, & aperta praecordia, & in publico medioque vobis alta nocte circumdari. Nil apud vos, vt putatis, optabile, nil excelsum, nil splendidum: sed humilia cuncta, & grauia, & anxia, & quotam partem luminis nostri cernentia? Quid dicam, nulla hic arma, mutuis furere concursibus, nec classes classibus frangi, nec parcidia aut fingi, aut cogitari, nec fora litibus strepere dies perpetuo: nihil in obscuro, detectas mentes, & aperta praecordia, & in publico medioque vobis alta nocte circumdari. Nil apud vos, vt putatis, optabile, nil excelsum, nil splendidum: sed humilia cuncta, & grauia, & anxia, & quotam partem luminis nostri cernentia? Quid dicam, nulla hic arma, mutuis furere concursibus, nec classes classibus frangi, nec parcidia aut fingi, aut cogitari, nec fora litibus strepere dies perpetuo: nihil in obscuro, detectas mentes, & aperta praecordia, & in publico medioque vobis alta nocte circumdari. Nil apud vos, vt putatis, optabile, nil excelsum, nil splendidum: sed humilia cuncta, & grauia, & anxia, & quotam partem luminis nostri cernentia? Quid dicam, nulla hic arma, mutuis furere concursibus, nec classes classibus frangi, nec parcidia aut fingi, aut cogitari, nec fora litibus strepere dies perpetuo: nihil in obscuro, detectas mentes, & aperta praecordia, & in publico medioque vobis alta nocte circumdari. Nil apud vos, vt putatis, optabile, nil excelsum, nil splendidum: sed humilia cuncta, & grauia, & anxia, & quotam partem luminis nostri cernentia? Quid dicam, nulla hic arma, mutuis furere concursibus, nec classes classibus frangi, nec parcidia aut fingi, aut cogitari, nec fora litibus strepere dies perpetuo: nihil in obscuro, detectas mentes, & aperta praecordia, & in publico medioque vobis alta nocte circumdari. Nil apud vos, vt putatis, optabile, nil excelsum, nil splendidum: sed humilia cuncta, & grauia, & anxia, & quotam partem luminis nostri cernentia? Quid dicam, nulla hic arma, mutuis furere concursibus, nec classes classibus frangi, nec parcidia aut fingi, aut cogitari, nec fora litibus strepere dies perpetuo: nihil in obscuro, detectas mentes, & aperta praecordia, & in publico medioque vobis alta nocte circumdari. Nil apud vos, vt putatis, optabile, nil excelsum, nil splendidum: sed humilia cuncta, & grauia, & anxia, & quotam partem luminis nostri cernentia? Quid dicam, nulla hic arma, mutuis furere concursibus, nec classes classibus frangi, nec parcidia aut fingi, aut cogitari, nec fora litibus strepere dies perpetuo: nihil in obscuro, detectas mentes, & aperta praecordia, & in publico medioque vobis alta nocte circumdari. Nil apud vos, vt putatis, optabile, nil excelsum, nil splendidum: sed humilia cuncta, & grauia, & anxia, & quotam partem luminis nostri cernentia? Quid dicam, nulla hic arma, mutuis furere concursibus, nec classes classibus frangi, nec parcidia aut fingi, aut cogitari, nec fora litibus strepere dies perpetuo: nihil in obscuro, detectas mentes, & aperta praecordia, & in publico medioque vobis alta nocte circumdari. Nil apud vos, vt putatis, optabile, nil excelsum, nil splendidum: sed humilia cuncta, & grauia, & anxia, & quotam partem luminis nostri cernentia? Quid dicam, nulla hic arma, mutuis furere concursibus, nec classes classibus frangi, nec parcidia aut fingi, aut cogitari, nec fora litibus strepere dies perpetuo: nihil in obscuro, detectas mentes, & aperta praecordia, & in publico medioque vobis alta nocte circumdari. Nil apud vos, vt putatis, optabile, nil excelsum, nil splendidum: sed humilia cuncta, & grauia, & anxia, & quotam partem luminis nostri cernentia? Quid dicam, nulla hic arma, mutuis furere concursibus, nec classes classibus frangi, nec parcidia aut fingi, aut cogitari, nec fora litibus strepere dies perpetuo: nihil in obscuro, detectas mentes, & aperta praecordia, & in publico medioque vobis alta nocte circumdari. Nil apud vos, vt putatis, optabile, nil excelsum, nil splendidum: sed humilia cuncta, & grauia, & anxia, & quotam partem luminis nostri cernentia? Quid dicam, nulla hic arma, mutuis furere concursibus, nec classes classibus frangi, nec parcidia aut fingi, aut cogitari, nec fora litibus strepere dies perpetuo: nihil in obscuro, detectas mentes, & aperta praecordia, & in publico medioque vobis alta nocte circumdari. Nil apud vos, vt putatis, optabile, nil excelsum, nil splendidum: sed humilia cuncta, & grauia, & anxia, & quotam partem luminis nostri cernentia? Quid dicam, nulla hic arma, mutuis furere concursibus, nec classes classibus frangi, nec parcidia aut fingi, aut cogitari, nec fora litibus strepere dies perpetuo: nihil in obscuro, detectas mentes, & aperta praecordia, & in publico medioque vobis alta nocte circumdari. Nil apud vos, vt putatis, optabile, nil excelsum, nil splendidum: sed humilia cuncta, & grauia, & anxia, & quotam partem luminis nostri cernentia? Quid dicam, nulla hic arma, mutuis furere concursibus, nec classes classibus frangi, nec parcidia aut fingi, aut cogitari, nec fora litibus strepere dies perpetuo: nihil in obscuro, detectas mentes, & aperta praecordia, & in publico medioque vobis alta nocte circumdari. Nil apud vos, vt putatis, optabile, nil excelsum, nil splendidum: sed humilia cuncta, & grauia, & anxia, & quotam partem luminis nostri cernentia? Quid dicam, nulla hic arma, mutuis furere concursibus, nec classes classibus frangi, nec parcidia aut fingi, aut cogitari, nec fora litibus strepere dies perpetuo: nihil in obscuro, detectas mentes, & aperta praecordia, & in publico medioque vobis alta nocte circumdari. Nil apud vos, vt putatis, optabile, nil excelsum, nil splendidum: sed humilia cuncta, & grauia, & anxia, & quotam partem luminis nostri cernentia? Quid dicam, nulla hic arma, mutuis furere concursibus, nec classes classibus frangi, nec parcidia aut fingi, aut cogitari, nec fora litibus strepere dies perpetuo: nihil in obscuro, detectas mentes, & aperta praecordia, & in publico medioque vobis alta nocte circumdari. Nil apud vos, vt putatis, optabile, nil excelsum, nil splendidum: sed humilia cuncta, & grauia, & anxia, & quotam partem luminis nostri cernentia? Quid dicam, nulla hic arma, mutuis furere concursibus, nec classes classibus frangi, nec parcidia aut fingi, aut cogitari, nec fora litibus strepere dies perpetuo: nihil in obscuro, detectas mentes, & aperta praecordia, & in publico medioque vobis alta nocte circumdari. Nil apud vos, vt putatis, optabile, nil excelsum, nil splendidum: sed humilia cuncta, & grauia, & anxia, & quotam partem luminis nostri cernentia? Quid dicam, nulla hic arma, mutuis furere concursibus, nec classes classibus frangi, nec parcidia aut fingi, aut cogitari, nec fora litibus strepere dies perpetuo: nihil in obscuro, detectas mentes, & aperta praecordia, & in publico medioque vobis alta nocte circumdari. Nil apud vos, vt putatis, optabile, nil excelsum, nil splendidum: sed humilia cuncta, & grauia, & anxia, & quotam partem luminis nostri cernentia? Quid dicam, nulla hic arma, mutuis furere concursibus, nec classes classibus frangi, nec parcidia aut fingi, aut cogitari, nec fora litibus strepere dies perpetuo: nihil in obscuro, detectas mentes, & aperta praecordia, & in publico medioque vobis alta nocte circumdari. Nil apud vos, vt putatis, optabile, nil excelsum, nil splendidum: sed humilia cuncta, & grauia, & anxia, & quotam partem luminis nostri cernentia? Quid dicam, nulla hic arma, mutuis furere concursibus, nec classes classibus frangi, nec parcidia aut fingi, aut cogitari, nec fora litibus strepere dies perpetuo: nihil in obscuro, detectas mentes, & aperta praecordia, & in publico medioque vobis alta nocte circumdari. Nil apud vos, vt putatis, optabile, nil excelsum, nil splendidum: sed humilia cuncta, & grauia, & anxia, & quotam partem luminis nostri cernentia? Quid dicam, nulla hic arma, mutuis furere concursibus, nec classes classibus frangi, nec parcidia aut fingi, aut cogitari, nec fora litibus strepere dies perpetuo: nihil in obscuro, detectas mentes, & aperta praecordia, & in publico medioque vobis alta nocte circumdari. Nil apud vos, vt putatis, optabile, nil excelsum, nil splendidum: sed humilia cuncta, & grauia, & anxia, & quotam partem luminis nostri cernentia? Quid dicam, nulla hic arma, mutuis furere concursibus, nec classes classibus frangi, nec parcidia aut fingi, aut cogitari, nec fora litibus strepere dies perpetuo: nihil in obscuro, detectas mentes, & aperta praecordia, & in publico medioque vobis alta nocte circumdari. Nil apud vos, vt putatis, optabile, nil excelsum, nil splendidum: sed humilia cuncta, & grauia, & anxia, & quotam partem luminis nostri cernentia? Quid dicam, nulla hic arma, mutuis furere concursibus, nec classes classibus frangi, nec parcidia aut fingi, aut cogitari, nec fora litibus strepere dies perpetuo: nihil in obscuro, detectas mentes, & aperta praecordia, & in publico medioque vobis alta nocte circumdari. Nil apud vos, vt putatis, optabile, nil excelsum, nil splendidum: sed humilia cuncta, & grauia, & anxia, & quotam partem luminis nostri cernentia? Quid dicam, nulla hic arma, mutuis furere concursibus, nec classes classibus frangi, nec parcidia aut fingi, aut cogitari, nec fora litibus strepere dies perpetuo: nihil in obscuro, detectas mentes, & aperta praecordia, &

M· ANTONII· MVR ETI
AD CONSOLATIONEM
SENECAE AD MARCIAM

NOTAE,

Arciam A. Cremutij Cordi filiam, magni & ingenij & animi mulierem, amissio filio immodico dolentem consolatur.
Mortem A. Cremutij Cordi.] de ea vide Tacitum libro quarto annalium ab excessu D. Augusti, & Dionem ad finem libri LVII.
Patriae seruitus.] legendum, Patere, ut in libro Siculo. Sed & Pincianus hoc monuerat.
Vicita, fudistiq. lacrimas palam.] Locus mibi quidem depravatus videtur. Fortassis ita legi possit. Vicitaq. tenuisti lacrimas palam, & gemius, non tamen hilari fronte, texifli. Sed haec coniectura modo est, quam veram praestare non ausim.
Libros.] Quos patres censuerant per aediles cremандos esse. Tacitus, Dio. Eorum librorum testimonio aliud vivitur Suetonius.
Carmina celebrandae Marcelli memoriae composita.] Audisse tamen non illibenter dicitur, quae de eo Virgilius ad finem libri sexti Seneidos scripsera.
Filium Drusum,] patrem Germanici, aum Caligulae. De huius morte vide Strabonem libro VII.
Nec nimis admiretur Graecia illum patrem.] Xenophontem de quo, itemque de Pulullo vide Valerium Maximum cap. X. libri V.
Decessisse filiam.] Iuliam Pompeij vxorem.
Dijs geniti deos genituri.] Imitatus est Virgilij versum:
Dis genite & geniture deos.
De dijs neminem queri.] Nam ipse metu, stulta illorum temporum opinione, paulo post futurus erat deus.
In qua istud vrbe, di boni, loquimur?] Imitatus est locum quandam e Ciceronis Miloniana.
Nobilis carcer.] Ita conieci legendum: cum veteres libri haberent partim Nablius, partim Noblius.
Satrio Secundo.] Ita legendum ex Taciti libro IV.
An morte rei perderentur.] Reinienda est haec veterum librorum scriptura: quam qui non intelligunt, depravare conantur. Sententia autem haec est. Quadruplatores, ut notum est, quartam partem ferebant eius pecuniae, quae conficiebatur et sectione damnati. At qui peribant in reatu, mori damnati non videbantur. Mortiente igitur ante damnationem aliquo, cuius ipsi bona spe iam decurassent, bolus eis et faucibus eripi videbatur. Hoc igitur illi querebantur, & iniquo animo ferebant: si sibi morte eriperentur & elaberentur et manibus rei sui, quorum explorata damnatio esset. Hoc igitur fuisse dicit in quaestione, an quadruplator perderet reum suum, si reum adhuc indemnum mori contigisset.

L. AN-

L· ANN AE I· SENECAE
AD HELVIAM· MATREM
DE CONSOLATIONE
LIBER. VNVS
CAP. I.

S Aepe iam mater optima, imperium cepi consolandi te, saepe continui. Ut auderem, multa me impellebant. Primum videbar depositurus omnia incommoda, cuū lacrimas tuas, etiam si supprimere non potuisssem, interim certe absterrissem. Deinde plus habiturum me auctoratis non dubitabam ad excitandam te, si prior ipse confusre xissem. Praeterea timebam, ne à me non victa fortuna aliquem eorum vinceret. Itaque vt cuncte conabantur manu super plagam meam imposita, ad obliganda vulnera vestra reptare. Hoc propositum meū erant rursus, quae retardarent. Dolori tuo, dum recens saeuiret, sciebam occurrentum non esse, ne illū ipsa solatia irritarent, & accenderent. Nam in morbis quoque nihil est magis periculosum, nec perniciōsum, quām immatura medicina. Expectabā itaque dum ipse vires suas frangeret, & ad sustinenda remedia mora mitigatus, tangi se ac tractari pateteret. Praeterea cum omnia doctissimorum ingeniorum monumenta, ad compescendos moderandosque luctus cōposita euoluerem, non inueniebam exemplū eius, qui consolatus fuos esset, cum ipse ab illis comploraretur. Ita in re noua haesitabam, verebarque, ne haec non consolatio, sed exulceratio, esset. Quid quōd nouis verbis, nec ex vulgari & quotidiana sumptis allocutione, opus erat homini ad consolando suos ex ipso rogo caput alleuant? Omnis autem magnitudo doloris modum excedens necesse est, dilectum verborum eripiat, cum saepe vocem quoque ipsā intercludat. Ut cuncte connitar, non fiducia ingenii, sed quia possum instar efficacissimae consolacionis esse consolator. Cui nihil negares, huic hoc vtique te non esse negaturam (licet omnis maeror cōtumax sit) spero, ut desiderio tuo velis à me modum statui.

C A P. II.

V Ide quantum de indulgentia tua promiserim mihi: potentiores me futurum apud te nō dubito, quām dolorem tuum quo, nihil est apud miseros potentius. Itaque ne statim cum eo concurraram, adero prius illi, & quibus exciteret, ingeram omnia proferam, & rescindā quae iam obducta sunt. Dicit aliquis: Quod hoc genus est consolandi, oblititera mala reuocare, & animum in omnium aerumnarum suarum conspectu collocare, vix viuis patientem? Sed is cogit, quae cuncte usque eo pernicioſa sunt, ut contra remedium conualuerint, plauerintque contrariis curari. Omnes itaque luctus illi suos, omnia lugubria admouebo. Hoc erit non molli via mederi, sed vrere ac secare. Quid consequar? ut pudeat animum, tot miseriarum vietorem, aegre ferre unum vulnus in corpore tam cicatricos. Fleant itaque diutius, & gemant, quorum delicatas metes emeruauit longa felicitas, & ad leuissimarū iniuriarum mortis collabantur: at quorum omnes anni per calamites transiunt, grauissima quoque forti & immobili constantia perforerant. Vnum habet affida infelicitas boni, quod quos saepe vexat, nouissime inducat. Nullam tibi fortuna vacationem dedit à grauissimis luctibus: ne natalem quidem tuum exceptit. Amisisti matrem statim nata, immo dum nascereris: & ad uitam quodammodo exposita es. Creuisti sub nouerca: quam tu quidem omni obsequio, & pietate, quanta vix in filia confici potest, matrem fieri coegisti. Nulli tamen non magno constitit & bona nouerca. Aunculum indulgentissimum, optimū ac fortissimum uitrum, cum aduentum eius expectares, amisisti. Et ne saeuitiam suam fortuna leniorem ducent faceret intra tricesimum diē, carissimum virum tuum, ex quo mater triū liberorum eras, extulisti. Tibi luctus nuntianus est, omnibus quidem absentibus liberis: quasi de industria in id tempus cōiectis malis tuis, ut nihil esset ubi se dolor tuus reclinaret. Transeas tot pericula, tot metus, quos sine interhallo in te incursantes pertulisti. modo in eundem sinum, ex quo tres nepotes emiseras, ossa trium nepotum receperisti. Intra viceſimum diem, quām filium meum in manibus & in osculis tuis mortuum funeraueras, raptum me audisti. Hoc adhuc defuerat tibi, lugere viuos.

C A P. III.

Grauissimum est ex omnibus, quae vñquam in corpus tuum descenderunt, recens vulnus: fateor. Non summam cutem rupit, pectus, & viscera ipfa diuinit. Sed quemadmodum tirones leviter fancij tamen vociferantur, & manus medicorum magis quām ferrum horrent: at veterani, quamvis confossi, patienter ac sine gemitu velut aliena corpora execrari patiuntur: ita tu nunc debes te fortiter praebere curationi. Lamentationes quidem & vulnus, & alia per quae fere muliebris dolor tumultuat, amore. Perdidisti enim tot mala, si nondum misera esse didicisti. Ecquid videor tecū timide egisse? nil tibi subduxi ex malis tuis, sed omnia coaceruata ante te posui. Magno id animo feci. Constitui enim vincere dolore tuum, non circumscribere.

Gg 2 CAP.

CONSOLATIO

C A P. III.

VIncum, puto, primum si ostendero nihil me pati, propter quod possim dici miser, nedium propter quod miseros etiam quos contingam faciam. Deinde si ad te transiero, & probauero, ne tuam quidem grauem esse fortunam, que tota ex mea pendet. Hoc prius aggrediar, quod pietas tua audire gestit, nihil mali esse mihi. si hoc tibi demonstrare non potero, ipsa res quibus me putas premi, non esse inter eas ralibiles, faciam manifestum. Sin id credi non potuerit: at ego mihi ipse magis placebo, quod inter eas res beatus ero, quae miseros solent facere. Non est quod de me alios credas: ingle tibi, ne quid incertis opinionibus perturberis, indico me non esse miserum. Adiiciam, quo securior sis, nec fieri quidem posse miserum.

C A P. V.

BOna condicione geniti sumus, si eam non deseruerimus. Id egit rerum natura, ut ad bene viuendū, non magno apparatu opus esset. Vnusquisque facere se beatum potest. Leue mouentum in aduentiis rebus est, & quod in neutrā partē magnas vires habeat. Nec secunda sapientem euehūt, nec aduersa demittunt. Laborauit enim semper, ut in se plurimum poneret, intra se omne gaudium peteret. Quid ergo? sapientem me esse dico? Minime. Nam id quidem si profiteri possem, non tantum negarem miserum me esse, sed omnium fortunā summum, & in vicinū Deo perductum praedicarem. Nūc, quod fatis est ad omnes miseras lenientes, sapientibus viris me dedi; & nondum in auxilium mei validus, in aliena castra confugi, eorum scilicet, qui facile le & sua tuerunt. Illi me iusserunt stare assidue, velut in praesidio polūtū, & omnes conatus fortunae, & omnes impetus propiscere multo ante quām incurvant. Illis grauis ipsa fortuna est, quibus est repentina. Facile eam sustinere potest, qui semper expectat. Nam & hostium aduentus eos prosternit, quos inopinata occupauit. At qui futuro se bello ante bellum parauerunt, compositi & aptati, primum, qui tumul tuossum est, iustum facile excipiunt. Nunquam ego fortunae credidi, etiam si videretur pacem agere: omnia illa quae in me indulgentissime conferebat, pecunia, honores, gloriam, eo loco posui, unde posset ea sine motu meo repeterē. Interuallum inter me & illam magnum habui. Itaque abistit illa, non auult. Neminem aduersa fortuna comminuit, nisi quem secunda decepit. Illi qui munera eius velut sua & perpetua amauerunt, qui se propter illa suscipi voluerunt, iacent & maerent, cum invalidos & pueriles animos, omnis solidae voluptatis ignaros, falsa & mobilia oblectamenta destituant. At ille qui se laetis rebus non inflaut, nec mutatis contrahit, aduersus vtrunque statum inuidum animus tenet, exploratae iam firmatis. Nam in ipsa felicitate quid contra infelicitatem valeret, expertus est. Itaque ego in illis quae omnes optant, existimau semper, nihil veri boni inesse: quin inania, & specioso ac deceptuoso fuso circumlitia inueni, intra nihil habētia fronti simile. Nā in illis quae mala vocantur, nihil tam terrible ac durum inuenio, quām opinio vulgi minabatur. Verbū quidem ipsum, persuasione quadam, & consensu, iam asperius ad aures venit, & audientes tanquam triste & execrabilē ferit: ita enim populus iussit. Sed populi scita ex magna parte sapientes abrogant.

C A P. VI.

REmoto igitur iudicio plurium, quos prima rerum facies, vtcunque credita est, auferit, videamus quid sit exilium: nempe loci commutatio est. Angustare videor vim eius, & quicquid pessimum in se habet subtrahere. Hanc commutationem loci sequuntur incommoda, paupertas, ignominia, contumus. Aduersus ista postea configam. Interim primum illud intueri volo, quid acerbi afferat ipsa loci commutatio. Carere patria, intolerabile est. Aspice hanc frequentiam, cui vix vrbis immenſa tecta sufficiunt. Maxima pars illius turbae patria caret: ex municipiis & coloniis suis, ex toto denique orbe terrarū confluxerunt: alios adducit ambitio, alios necessitas officii publici, alios imposita legatio, alios luxuria, opulentum & opportunum vitii locum querens: alios liberalium studiorum cupiditas, alios spectacula. Quosdam traxit amicitia, quosdam industria, latam ostendenda virtuti nocte materiam; quidam venalem formam attulerunt, quidam venalem eloquentiam. Nullum non huminum genus concurrit in vrbem, & virtutibus & vitiis magna pretia ponente. Iube omnes istos ad nomen citari, & vnde domo quicquid sit, quaere. Videbis maiorem partem esse, quae reliktis sedibus suis venerit in maximam quidem ac pulcherrimam vrbem, non tamen suam. Deinde ab hac ciuitate discede, quae veluti communis patria potest dici, omnes vrbes circum. Nulla est, vbi magnam partem peregrinae multitudinis non inuenias. Nunc trāsi ab iis, quarum amoena positio & opportunitas regionis plures allicet: deserta loca, & aspernas insulas, Sciatum & Seriphum, Gyarum & Cosuram pete. Nullum inuenies exilium, in quo non aliquis animi causa moretur. Quid tam nudum inueniri potest, quid tam abruptam undique, quām hoc faxum: quid ad copias respicient ieiunius: quid ad homines immanuetius: quid ad ipsum loci situm horridius: quid ad caeli naturam intemperatus: plures tamen hic peregrini quām clues consistunt. Vique ed ergo commutatio ipsa locorum grauis non est, vt hic quoque locus à patria quosdam abduxerit. Inuenio, qui dicant, ineffe naturalem quandam animis irritationem commutandi sedes, & transfrendi domicilia. Mobilis enim & inquieta mens homini data est. Nunquam se tener, spargitur, & cogitationes suas in omnia nota atque ignota dimittit, uaga, & quietis impatiens, & nouitate rerum laetissima: quod non miraberis, si primam eius originem aspiceris. non est ex terreno & graui concreta corpore, ex illo caelesti spiritu descendit. Caelestium autem natura semper in motu est. Fugit, & velocissimo cursu agitur. Aspice sidera mundum illustrantia. Nullum eorum perstat, labitur

AD HELVAM.

343

labitur assidue, & locum ex loco mutat: quamvis cum uniuerso vertatur, in contrarium nihilominus ipsi mundo refertur, per omnes signorum partes discurret perpetua eius agitatio, & aliunde alio commigratio est. Omnia volvuntur. Semper in transitu sunt, & vt lex & naturae necessitas ordinavit, aliunde alio deferuntur. Cum per certa annorum spatia orbes suos explicuerint, iterum ibūt per quae venerant. I nunc, & animum humanum, ex iisdem quibus diuina constant compositum se minimis, moleste ferre puta transitum ac migrationem: cum Dei natura, assidua & citatissima commutatione, vel delectet se, vel conseruet. A caelestibus agendum te ad humana conuerte. Videbis gentes, populosque mutasse sedem. Quid sibi volunt in medijs Barbarorum regionibus Graecae vrbes? Quid inter Indos, Persasque Macedonicus sermo? Scythia, & totus ille ferarum, indomitarumque gentium tractus, ciuitates Achiae Ponticis impositas littoribus ostentat. Non perpetuae hiemis saeuitia, non hominum ingenia, ad similitudinem caeli sui horrentia, transferentibus domus suas obstituerunt. Atheniensis in Asia turba est. Milerus LXXV. vrbium populū in diueria effudit. Totum Italiae latus quod infero mari alluit, maior Graecia fuit. Tuscos Asia sibi vendicat. Tyrij Africam incolunt, Hispaniam Poeni. Graeci se in Galliam immiserunt, in Graeciam Galli. Pirenaeus Germanorum transitus non inhibuit: per inuia, per incognita versauit se humana leuitas. Liberos, coniugesque, & graues senio parentes traxerunt. Alij longo errore iactati, non iudicio elegerunt locū, sed laetitiae proximum occupauerunt. Alij armis sibi ius in aliena terra fecerunt. Quosdam gentes cum ignora peterent, mare haulit. Quaedam ibi confederunt, vbi illas rerum inopia depositum. Nec omnibus eadem causa relinquendi, quaerendique patriam fuit. Alios excidia vrbium fluarum hostilibus armis elapsos, in aliena, spoliatos suis expulerunt. Alios domestica seditione submouit: alios nimia superfluentis populi frequentia ad exonerandas vrbes emisit. Alios pestilenzia, aut frequens terrarum hiatus, aut aliqua intoleranda infelicitas soli vitia eiecerunt. Quosdam fertiliis orae in maius laudatae fama corrupit. Alios alia causa exciuit dominibus suis. Illud itaque est manifestum, nihil eodem loco mansisse quo genitum est. Assiduus humani generis discursus est. Quotidie aliquid in tam magno orbe mutatur. Noua vrbium fundamenta iaciunt. Noua gentium nomina, extinctis prioribus, aut in accessionem validioris, conuertis, oriuntur. Omnes autem istae popolorum transporationes, quid aliud quām publica exilia sunt?

C A P. VII.

Q Vid tam longo te circuitu traho? Quid interest enumerare Antenorē Patauij conditorem, & Euādrum in ripa Tiberis regna Arcadum collocantem? Quid Diomedem, saliosque quos roianum bellum viētos simul viētoresque per alienas terras dissipauit? Romanum imperium nepe auctorem exulet recipit: quem profugum, capta patria, exigua reliquias trahebent, necessitas & victoris metus, longinqua quaerentē, in Italiam detulit. Hic deinde populus quot colonias in omnes provincias misit: vbi cuncte visit Romanus, habitat. Ad hanc commutationem locorum libenter nomina dabat: & relicitis aris suis trans maria sequebatur colonus senex. Res quidem non desiderat plurium enumerationem; vnum tamen adiiciam, quod in oculos se ingredit. Haec ipsa insula saepe iam cultores mutauit.

C A P. VIII.

VT antiquiora quae vetustas obduxit, transeam, Phocide relicta, Graij qui nūc Massiliam colunt, prius in hac insula confederunt. Ex qua quid eos fugauerit incertum est: vrum caeli grauitas, aut praepotens Italiae conspectus, an natura importuosi maris. Nam in causa non fuisse feritatem accola sū, eo appareat, quod maxime tunc trucibus & inconditis Galliae populis se interposuerunt. Transferunt deinde Ligures in eā, transferunt & Hispani, quod ex similitudine ritus appareat. Eadē enim tegumenta caput, idemq. genus calceamēti, quod Cantabris est, & uerba quaedam. Nam totus sermo conuersatione Graecorum Ligurumq. à patro deficiuit. Deductae deinde sunt duae ciuitatē Romanorū coloniae: altera à Mario, altera à Sylla. Toties huius aridi & spinosi faxi mutatus est populus. Vix deniq. inuenies ullā terram, quam etiam nūc indigenae colant. Permixta omnia & infiricia sunt. Alius alijs succedit. Hic concipiuit, quod alijs fastidio fuit: ille unde expulerat, electus est, Ita fato placuit, nullius rei eodem se per loco stare fortunam. Aduersus ipsam mutationem locorum, detractis certis incommodeis quae exilio adhaerent, satis hoc remedij putat Varro doctissimus Romanorum, quod quocunque venimus, eadem rerum natura utendum est. M. Brutus satis hoc putat, quod licet in exilium cūtib, uirtutes suas ferre secum. Haec etiam si quis singula parum iudicat efficacia ad confolandum exulem, ultraque in unum collata fatebitur plurimum posse. Quantulum enim est quod perdidimus? Duo quae pulcherrima sunt, quocunque nos mouerimus sequentur: natura communis, & propria uirtus. Id actum est, mihi crede, ab illo, quisquis formator uniuersi fuit, sive ille Deus est potens omnium, sive incorporeal ratiō ingenitum operum artifex, sive diuinus spiritus per omnia maxima minima, aequali intentione diffusus, sive fatum & immutabilis causarum inter se cohaerentium series: id, inquam, actum est, ut in alienum arbitrium, nisi uiliissima quaeque non caderent. Quicquid optimum homini est, id extra humana potentiam iacet: nec dari, nec eripi potest. Mundus hic, quo nihil neque maius, neque ornatius, rerum natura gentit: animus contemplator, admirator torque mundi, pars eius magnificissima, propria nobis, & perpetua, tamdiu nobiscum manifera, quandiu ipsi manebimus. Alacres itaque & erecti, quocunque res tulerit, intrepido gradu properemus.

Gg 3 CAP.

E Metiamur quasunque terras, nullum inuenturi solum intra mundum, quod alienum homini sit. Undeconque ex aequo ad caelum erigitur aties; paribus interuersis omnia diuina ab humanis di-stant. Proinde dum oculi mei ab illo spectaculo cuius insatiables sunt, non abducantur, dum nihil lu-nam soleisque intueri liceat, dum ceteris inhaerere sideribus, dum ortus eorum, occasus, interuersaque, & causas inuestigare velocius meandi, vel tardius, spectare tot per noctem stellas micantes, & alias immo-biles, alias non in magnum spatium exuenientes, sed intra suum se circumagentes vestigium, quasdam subi-to erumpentes, quasdam igne fuso pestingentes aciem, quasi decident, vel longo tractu cum luce multa praeteriuolantes: dum cum his sim, & caelestibus, qua homini fas est, immiscerar, dum animum ad cognaturum rerum conspectum tendentem, in sublimi semper habeant, quantum refert mea, quid calcem? At qui non est haec terra frugiferarum aut laetarum arborum ferax. Non magnis & nauigabilibus flumi-nis aliis irritatur. Nihil gignit, quod aliae gentes perant, vix ad tutelam incolementium fertilis. Non pretiosus hic lapis caeditur, non aurum argenteum venae eruuntur. Angustus animus, est quem terrena de-lestant. Ad illa abducendus est, quae vbiique aequa apparent, vbiique aequa splendent; & hoc cogitandum est, ista veris bonis per falsa & praeue credita obstat: quo longiores porticus expedi erint, quo altius tur-res sustulerint, quo latius vios porrexerint, quo depresso aestuus specus foderint, quo maiori mole fastigia coenationum subvexerint, hoc plus erit quo illis caelum abcondatur. In eam te regionem casus eiecit, in qua latissimum receptaculum casa est. Ne tu pusilli animi es, & sordide se consolantis, si ideo id fortiter pateris, quia Romuli casam nostri. Dic illud potius: Istud humile tagurium nempe virtutes recipit. Nam omnibus templis formosius erit, cum illic iustitia conspecta fuerit, cum continentia, cum pru-dentia, pietas, omnium officiorum recte dispensandorum ratio, humanorum diuinorumque scientia. Nullus angustus est locus, qui hanc tam magnarum virtutum turbam capiti: nullum exilium grane est, in quo licet cum hoc ire comitatu. Brutus in eo libro quem de virtute composuit, ait se vidisse Marcellum Mitylenis exulanten, & quantum modo natura hominis pateretur, beatissime viuentem, neque unquam bonarum artium cupidorem quam illo tempore. Itaque adiici, visum sibi se magis in exilium ire, qui sine illo redditurus esset, quam illum in exilio relinquere. O fortunatorem Marcellum, eo tempore quo exilium suum Bruto approbanit, quam quo populo R. consulatum. Quantus vir ille fuit, qui in admirationem sui adduxit hominem, etiam Catoni suo mitandum. Idem Brutus ait, C. Caesarem Mitylenas praeteriectum, quia non sustinaret videre deformatum virum. Illi quidem redditum impetravit senatus publicis precibus, tam sollicitus ac maestus, ut omnes illo die Bruti habere animum viderentur, & non pro Marcello, sed pro se de precari, ne exiles essent, si sine illo fuissent: sed plus multo confecutus est, quo die illum exulum Brutus reliquere non potuit, Caesar videre. Contigit enim illi testimonium virtusque. Brutus sine Marcelllo reuerti se doluit: Caesar erubuit. Num dubitas, quin ille tantus vir, sic ad tolerandum aequo animo exilium se ipse adhortatus sit? Ita te disciplinis imbuisti, ut scires omnem locum sapienti viro patriam esse porro hic quia te expulit, non ipse per manus decem continuos patria caruit: propagandi sine dubio imperij causa: sed nempe caruit, nunc ecce trahit illum ad se Africa resurgentis belli minis plena, trahit Hispania, quae fractas & affictas partes resonet, trahit Aegyptus infida, torus denique orbis, qui ad occasionem concusso imperij intentus est. cui primum rei occurset? cui parti se opponet? Aget illum per omnes terras victoria sua. Illum fusciant & colant gentes: tu viue Bruto miratore contentus. Bene ergo exilium tunc Marcellus: nec quicquam in animo gius mutauit loci commutatio, quamvis cum paupertas sequeretur, in qua nihil malum esse, quisquis modo nondum peruenit in insaniam omnia subuentis avaritiae atque luxuria, intelligit. Quanulum est enim, quo in tutelam homini necessarium sit? & cui deesse hoc potest, ullam modo virtutem habent? Quod ad me quidem pertinet, intelligo, me non opes, sed occupationes perdisces corporis exigua desideria sunt: frigus sub-monere vult, alimenta famem ac fumum extinguere, quicquid extra concupitum, vicijs non vobis labo-ratur, non est necesse omne perfructari profundum, nec strage animalium ventrem onerare, nec conchy lia vltimi maris ex ignoto littore eruere. Dij istos deaeque perclant, quorum luxuria tam inuidiosi imperij fines transcendit. Ultra Phasis capi volant, quod ambitosam popinam instruat: nec piger à Partibus, à quibus nondum poenas repetimus, aues petere. Undique conuenient omnia nota fastidienti gulæ. Quod dissolutus delicijs stomachus vix admittat, ab ultimo portatur Oceano. Vomunt ut edant, edunt ut vomant. Epulas, quas toro orbe conquirunt, nec concoquere dignantur. Ista si quis despicit, quid illi paupertas nocet? Si quis concupit, illi paupertas etiam prodest. Inuitus enim sanatur: & si remedia ne coactus quidem recipit, interim certe dum non potest nolenti familiis est. C. Caesar, que mihi videtur rerum na-tura edidisse, ut ostenderet quid summa vita in summa fortuna possent, ceteris festertio coenauit uno die, & in hoc omnibus adiutus ingenio, vix tamen inuenit quomodo prouinciarum tributum vna coena fieret. Omnes miserabiles, quorum palatum nisi ad pretiosos cibos non excitatur. Pretiosos autem, non eximius sapor aut aliqua saucium dulcedo, sed raritas & difficultas parandi facit. Alioquin si ad sanam illis, mentem placeat reuerti, quid opus est tot artibus ventri seruientibus? quid mercaturis? quid vastatione filiarum? quid profundi perfructatione? passim iacent alim enta, quae rerum natura omnibus locis disponunt: sed haec velut caeci transiunt, & omnes regiones peruagantur, maria trajiciunt, & cum famam exiguo cibo possint sedare, magno irritant.

Liber dicere: Quid deducitis naues? quid manus & aduersus feras & aduersus homines armatis? quid statu tamultu discurratis? quid opes opibus aggeritis? Nō vultis cogitare, quam parua vobis corpora sint? Nō ne furor & vltimus mentis error est, cui tam exigui capias, cupere multū? Licet itaq. augatis cēsus, promoueat finis: nunquā tamen corpora vestra laxabitis. Cum bene cesserit negotiatio, multum militia retulerit. cum indagati vndique cibi coierint, non habebitis ubi istos apparatus vestros colloca-tis. Quid tam multa conqueritis? Scilicet maiores nostri, quorum virtus erat nunc vita nostra susten-tat, infelices erant, qui sibi manu sua parabant cibum: quibus terra cubile erat: quorum tecta nondum auro fulgebant, quorum templia nondum gemmis renidebant. Itaque tunc per fictiles deos religiose u-rabatur, qui per illos iurauerant, ad hostem morituri, ne fallerent, redibant. Scilicet minus beatuuebat dicator noster, qui Samnitum legatos audit, cum missum cibum in foco ipse manu sua versaret, illa, qua iam saepe hostem percuaserat, laureamque in Capitolini Ionis gremio reposuerat, quam Apicius nostra memoria vixit, qui in ea vrbe, ex qua aliquando philosophi velut corruptores iuuentutis abre-iussi sunt, scientiam popinae professus, disciplina sua faeculum infecit, cutus exitum nosse operaepretū est. Cum festertium milites in culinam cōgessisset, cum tot congiaria, principum, & ingens Capitolij ve-stigia singulis commissionibus hausisset, aere alieno oppresus, rationes suas tunc primum coactus in-sperxit, superfuturum sibi festertium centies computauit, & velut in vltima fame victurus, si festertio centies vixisset, veneno vitam finiuit. Quanta luxuria era, cui festertium centies egestas fuit? In nunc, & puta pecuniae modum ad rem pertinere, non animi.

Sestertium centies aliquis extimuit: & quod alii voto petunt, veneno fugit. Illi vero tam pravae men-tis homini vltima potio saluberrima fuit. Tunc venena edebat, bibebatque, cum immeritis epulis nondelectaretur tantum, sed gloriaretur, cum vita sua ostentaret, cum ciuitatem in luxuriam suam con-uerteret, cum iuuentutem ad imitationem sui sollicitaret, etiam sine malis exemplis per se docile. Haec accidunt diuitias non ad rationem reuocantibus, cuius certi sunt fines: sed ad vitiosam consuetudinem, cuius imminent & incomprehensibile arbitrium est. Cupiditati nihil sat is est: naturae satis est etiam parum. Nullum ergo paupertas exilium incommode habet: nullum enim tam inops exilium est, quod non alendo homini abunde fertile sit. An vestem, an domum desideratus est exil? Si haec quoque ad vobis tantum desiderabit, neque rectum ei deerit, neque velamen. Aequo enim exiguo tegitur corpus, quam alitur. Nihil homini natura quod necessarium sciebat, fecit operosum. Si desiderat saturata multo conchylio purpuram, in textam auro, variisque coloribus distinctam & artibus, non fortunas iste uitio, sed suo pauper est. etiam si illi quicquid amiserit, restitueris, nihil ages. Plus enim restituto deerit ex eo quod cupiditatis ex illo ex quo habuit. Si desiderabit aures fulgentem uasis supellestilem, & antiquis nominibus artificum argumentum nobile, aes paucorum insania pretiosum; & seruorum turbam, quae quamvis magnam dominum angustet, iumentorum corpora differta, & coacta pinguiscere, & natio-num omnium lapides: ista cōgerantur licet, nunquam explēbunt inexplēbilem animum, non magis quam ullus sufficiet humor ad satiandum eum, cuius desiderium non ex inopia, sed ex aetate ardentiū viscerum oritur, non enim sitis illa, sed morbus est. Nec hoc in pecunia tantum aut alimentis evenerit. Eadem natura est in omni desiderio, quod non ex inopia, sed ex vito nascitur: quicquid illi congeseris, non finis erit cupiditatis, sed gradus. Qui continebit, itaque se intra naturalem modum, paupertatem non sen-tiet: qui naturalem modum excedet, eum in summis opibus quoque paupertas sequetur. Necessarijs rebus exilia sufficiunt: superuacuis nec regna. Animus est qui diuites facit, hic in exilia sequitur, & in solitudinibus asperrimis, cum quantum satis est sustinendo corpori, inuenit, ipse bonis suis abundant & fruuntur. Pecunia nihil ad animum pertinet, non magis quam ad deos immortales omnia ista quae impe-rita ingenia, & nimis corporibus suis addicta suscipiunt, lapides, aurum & argentum, & magni leuati-que mensarum orbes, terrena fuit pondera: quae non potest amare sincerus animus, ac naturae suae me mori, leuis, ipse, & quanduncque emissus fuerit, ad summam emicaturus, in terim, quantum per moras me-brorum, & hanc circumfulam grauem farcinam licet, celeri & volucri cogitatione diuina perlustrat. Ideoque nec exilare unquam potest, liber, & diis cognatus, & omni mundo omnique aeterno pat. Nam cogitatio eius circa omne caelum, & in omne praeteritum futurumque tempus immittitur. Corpusculum hoc, custodia & vinculum animi, huc atque illuc iactatur. In hoc supplicia, in hoc latrocinia, in hoc mor-bi excentur. Animus quidem ipse sacer & aeternus est, & cui non possit inici manus.

Nec me putas ad eleuanda incomoda paupertatis, quam nemo grauem sentit nisi qui putat, vt tantum praeceptis sapientum. Primum aspice, quanto maior pars sit pauperū, quoq; nihilo notabiles tristiores sollicitioresque diuitibus: imino nescio an eo laetiores sint, quo animus eorum in pauciora di-strahitur. Trāseamus à pauperibus, eamus ad locupletes, quam multa sunt tēpora, quibus pauperibus si-miles sunt? Circūcisae sunt peregrinantiū sarcinae: & quotiescumq; festinationē necessitas exigit, comitū turba dimittitur. Militantes quotam partem rerum suarum secum habent: cum omnem apparatum ca-strensis disciplina submoueat. Nec tantum condicio illos temporum, aut locoru inopia pauperibus exae-quat. Sumunt quoq; dies, cum iam illos diuitiarum taedium caepit, quibus humi coenent, & remo-

to auro, argentoque, fistilibus vtantur. Dementes, hoc quod aliquando concupiscunt, semper timent. O quanta illos caligo mentium, quanta ignorantia veritatis exercet, qui fugiunt quod voluptatis causa imitantur. Me quidem, quoties antiqua exempla respexi, paupertatis vti solatijs pudet. Quoniam quidem eo temporum luxuria prolapſa est, vt maius viaticum exulum sit, quam olim patrimonium principum fuit. Vnum fuſile Homero feruum, tres Platoni, nullum Zenoni, à quo coepit Stoicorum rigida ac virilis sapientia, satis conſtat. Num ergo quisquam eos miseros vixisse dicet, vt non ipſe miserrimus ob hoc omnibus videatur? Menenius Agrippa, qui inter patres ac plebem publicae gratiae ſequenter fuit, aere collato funeratus eſt. Attilius Regulus, cum Poenos in Africa funderet, ad Senatum ſcripſit, mercenariū ſuum decessiſſe, & ab eo desertum eſſe rus: quod Senatū publice curari, dum abefſer Regulus, placuit. Fuit tanti, feruum non habere, vt colonus eius populus R. eſſet. Scipionis filiae ex aerario dotem acceperunt: quia nihil illis reliquerat pater. Aequū mehercules erat, populū R. tributū Scipioni ſemel conferre, cū à Carthaginē ſemper exigeret. O felices viros puellārū, quib. populus R. loco ſocerī fuit. Beatoſe neſteputas, quorū pantomimae decies ſeſtertio nubunt, quam Scipionem, cuius liberi à ſenatu tuore ſuo in dotem aea graue acceperunt? Dignatur aliquis paupertatem, cuius tam clarae imagines ſunt? Indignatur exul aliquid ſibi deeffe, cū defuerit Scipioni dos, Regulo mercenarius, Menenio funus: cum omnibus illis id quod deerat, ideo honestius ſuppletum ſit, quia defuerat? His ergo aduocatis non tantū tua eſt, ſed etiam gratiola paupertatis.

C A P. XIII.

R Esponderi potest: Quid artificiole iſta diducis, quae ſingula ſuſtineri poſſunt, collata non poſſunt? Commutatio loci tolerabilis eſt, ſi tantum locum mutes; paupertas tolerabilis eſt, ſi ignominia abſit, quae vel ſola opprimere animos ſolet. Aduersus hunc, quiſquis me malorum turba terribit, his verbiſ vtrendum erit. Si contra vnam quamlibet partem fortunae ſatis tibi roboris eſt, idem aduersus omnes erit. Cum ſemel animum virtus indurauit, vndique inuulnerabilem praefat. Si auaritia dimiſit, veheſtentia generis humani peffis, moram tibi ambitione non faciet. Si vltimum diem non quaſi poenam, ſed quaſi naturae legem aſpiciſ, ex quo pectora mortis metum eieceris, in id nullius rei timor auderit intrare. Si cogitas, libidinem non voluptatis cauſa homini datam, ſed propagandi generis: quem non violauerit hoc ſecretum & infixum viſceribus ipſis exiuit, omnis alia cupiditas intactum praeterbit. Nō ſingula vita ratio, ſed pariter omnia proſterrit, in vniuerſum ſemel vincit. Ignominia tu p̄tias quemquā ſapientem moueri poſſe, qui omnia in ſe reponuit, qui ab opinionibus vulgi ſecellit: Plus etiam quam ignominia eſt mors ignominioſa. Socrates tamen eodem illo vultu, quo aliquando ſolus triginta tyranos in ordinem redigerat, carcerem intrauit, ignominiam ipſi loco detracturus. neque enim poterat carcer viſideri, in quo Socrates erat. Quis vſque eo ad confiſciendam veritatem exacētus eſt, vt ignominiam putet M. Catonis fuſſe, duplīcē in petiōne praeturae & consulatus repulſam? Ignominia illa praeturae & consulatus fuſſe, quibus ex Catone honor habebatur. Nemo ab alio contemnitur, niſi à ſe ante contemptus eſt. Humilis & proiectus animus fit iſti contumeliae opportunus: qui vero aduersus ſaeuiflissimos cauſa ſe extollit, & ea mala quibus alij oppriuntur, euerit, ipſas miſerias infularum loco habet: quando ita affecti ſumus, vt nihil aequa magnam apud nos admirationem occupet, quam homo fortiter miſer. Ducebat Athenis ad ſupplicium Aristides: cui quiſquis occurrebat, deictebat oculos, & ingemiscebat, non tanquam in hominem iustum, ſed tanquam in ipſam iuſtitiam animaduerteretur. Inuentus eſt tamen, qui faciem eius inſpuere, poterat ob hoc moleſte ferre, quod ſciebat neminem id aufurum purioris. At ille abſterit faciem, & ſubridens ait comitante ſe magistratui: Admone iustum, ne poſtea tam impoble oſcitet. Hoc fuit contumeliae ipſi contumeliam facere. Scio quoſdam dicere, contemptu nihil eſſe grauius, mortem ipſis potiorem videri. His ego respondebo, & exilium ſaſe contemptione omni carere. Si magnus vir cecidit, magnus iacuit. Non magis illum putes contemni, quam cum aedium ſacrārum ruinae calcantur, quas religioſi aequa ac ſtantes adorant.

C A P. XIII.

Q Voniam meo nomine nihil habes, mater cariſſima, quod te in infinitas lacrimas agat, ſequitur ut cauſae tuae te ſtimulent. Sunt autem duae, nam aut illud te mouet, quod praefidium aliquod vidēris amifſe: aut, quod desiderium ipsum per ſe pati non potes. Prior pars mihi leuiter perſtingenda eſt. Noui enim animū tuum, nihil in tuis praeter ipſos amantē. Viderint illac matres, quae potentiam liberorum muliebri impotentię exercent: quae, quia feminis honores non licet gerer eī, per illos ambitione ſunt, quae patrimonia filiorum & exhaustiſ & captari, quae eloquentiam commodando alijs fatigant. Tu liberorum tuorum bonis plurimum gauiſa eſt, minimum vſa. Tu liberalitati noſtræ ſemper impoſuisti modum, cum tuae non imponeres. Tu filia familias locupletibus filijs vtrō convulſiſ. Tu patrimonia noſtra ſic adminiſtriſt, vt tanquam de tuis laborares, tanquam alienis abſtineres. Tu graſiae noſtræ, tanquam alienis rebus vtereris, pepercisti: & ex honoribus noſtris nihil ad te niſi voluptas & impensa pertinuit. Nunquam indulgentia ad vtilitatem reſpexit. Non potes itaque erepto filio desiderare, quae incoluni numquam ad te pertinere duxiſt.

C A P. XV.

I llo omnis conſolatio mihi vertenda eſt, vnde vera viſ materni doloris oritur. Ego complexu filij cariſſimi careo, non conſpectu eius, non ſermone fruor. Vbi eſt ille, quo viſo triftē vultum relaxauit, in que

in quo omnes ſolicitudines meas depofui? Vbi colloquia, quorum inexplorabilis eram: vbi ſtudia, quibus libentius quam femina, familiarius quam mater, intereram? Vbi ille occurſus, vbi matre viſa ſemper pueriliſ hilarietas? Adiſis iſtis loca ipſa gratulationum & conuictuum, &c, vt neceſſe eſt, efficacißimis ad vexandoſ animos recentis conuerſationis notas. Nam hoc quoque aduerſius te crudeliter fortuna molita eſt, quod te ante tertium demum diem quam percuſſus ſum, ſecuram, nec quicquam tale metuente aggredi voluit. bene nos longinquitas locorum diuiferat: bene aliquot annorum abſentia huic te malo praeparauerat: rediſi, non vt voluptate ex filio perciperes, ſed ne conſuetudinem perderes. Si multo ante aſuſſes, fortius tuliffiſ, ipſo intercallo deſiderium molliente: ſi non reſeffiſſes, vltimum certe frumentum biduo diutius videndi filium tuliffiſ. Nunc crudele fatum ita compoſuit, vt nec fortunae meae intereffes, nec abſentia affuſceres, ſed quanto iſta duriora ſunt, tanto maior tibi virtus aduocanda eſt, & velut cum hoſte noto, ac ſaepe iam vieto, acruis eſt congreſiendum. Non ex intacto corpore tuo ſanguis hic fluxit, per ipſas cicatrices percuſſa eſt. Non eſt quod utraris excuſatione nominiſ muliebriſ, cui paene conſelium eſt, immoderatum in lacrimas ius, non immenſum tamen: & ideo Maiores decem meū ſum ſpatium lugentium viros dederunt, vt cum pertinacia muliebriſ maeroris publica conſtitutione deſidererunt, non prohibuerunt luſtus, ſed finierunt. Nam & infinito dolore cum aliquem ex cariſſimiſ amiferis, affici, ſtulta indulgentia eſt: & nullo, inhumana duritia. Optimum inter pietatem & rationem temperamentum eſt, & ſentire deſiderium, & opprimere.

C A P. XVI.

N On eſt quod ad quafdam feminas reſpicias, quarum triftiam ſemel ſumptam mors finiuit. Noſti quafdam, quae amifſis filiis, imposta lugubria nunquam exuerunt. A te plus exigit vita ab initio fortior, non potest muliebriſ excuſatio contingere ei, à qua omnia vita muliebriſ aſuerunt. Non te maximum ſaeſ ūli mulam impudicitia, in numerum pluriū adduxit. Non gemmae te, non margarita eſt, & ſeuera inſtitutam domo, periculosa etiam probis peiorum detorſit imitatio: non te foeciditatis tuae, quaſi exprobraret aeratem, puduit. Nunquam more aliarum, quibus omnis commandatio ex forma petitur, tum ſcenem vterum abſcondiſti, quaſi indecens onus, nec intra viſera tua conceptas ſpes liborum eliſisti. Non faciem lenoniciſ, ac coloribus polluisti. Nunquam tibi placuit vestis, quaſi nihil amplius, quam vt nudam compoſeret: vnicum tibi ornaſtum, pulcherrima, & nulli obnoxia aetati forma: maximum decus viſa eſt pudicitia. Non potes itaque obtinendū dolorem muliebriſ nomē praeſende re, ex quo te uitutes tue ſeduxerunt. tantum debes à feminarum lactimis abeſe, quantum à uitis. Ne feminae quidem te ſinent intabescere uulnери tuo, ſed leuiori neceſſario moerore cito defunctam, iubebunt exurgere: ſi modò illas inuerto uoles feminas, quas conſpecta virtus inter magnos uiros poſuit. Corneliam ex duodecim liberis ad duos fortune redigi. Si numerare funera Corneliae uelles, amiferat decem: ſi aeftimare, amiferat Gracchos. Plentibus ramen circa ſe, & fatum eius exercentibus interdixit, ne fortunam accuſarent, quae ſibi filios Gracchos dediſſet. Ex hac femina debuit naſci, qui diceret in conſtione: Tu matri meae maledicas, quae me peperi? Multo mihi uidetur animoſior nox matriſ. Filius magno aeftimabat Gracchorum natales: mater & funera. Rutilia Cottam filium ſecuta eſt in exilium, & uisque eo fuit indulgentia conſtricta, ut malle exilium pati, quam deſiderium: ne ante in patriam, quam cum filio rediſi. Eundem iam reduciſ, & in Rep. florentē tā fortiter amifit, quam ſecuta eſt: nec quisquam lacrimas eius poſt elatum filium notauit. In expulſo uitrem ostendit, in amilo prudentiam. Nam & nihil illam à pietate deterriuit, & nihil in triftia ſuperuacua ſtultaque detinuit. Cum his te numerari feminae uolo. quaram uitā ſemper imitata eſt, earum in coercenda comprimendaque aegritudine optimo ſequoris exemplum. Scio rem non eſſe in noſtra potestate, nec ullum affectum ſeruire: minime uero eum qui ex dolore naſcitur. Ferox enim, & aduersus omne remedium contumax eſt. Volumus eum interim obruire, & deuorare gemitus: per ipſum tamen compoſitum ſicutque uult lacrimae profunduntur. Ludis interim aut gladiatoriſbus animum occupamus. At illum inter ipſa quibus auocatur ſpectacula, leuis aliqua deſiderij nota ſubibit. Ideo melius eſt illum uincere, quam fallere. Nam qui aut deſuſus uoluptatibus, aut occupationibus abductus eſt, reſurget, & ipſa quiete impetum ad ſacuendum colligit. At qui rationi celiſit, in perpetuum conponitur. Non ſum itaque monstraturus illa, quibus uolos multos eſſe ſcio, ut peregrinatione te uel longa detineas, uel amoena delectes, ut rationum accipiēdarum diligētia, patrimonij administratione multum occupies temporis, ut ſemper nouo te aliquo negotio implices. Omnia iſta ad exiguum momentum poſſunt: nec remedia doloris, ſed impedimenta ſunt. Ego autem malo illum definire quam decipi. Itaque illo te duco, quo omnibus qui fortunam fugiunt, configiendum eſt, ad liberalia ſtudia: illa ſanabunt uulnus tuum, illa omne triftiam, tibi euellent. His etiū hunquam affuſſes, nunc utendū erat: ſed quantum tibi patris mei antiquus rigor permifit, omnes bonas artes non quidem comprehendisti, atq; iſtū tamen. Utinam quidem uirorum optimus, patet meus, minus maiorum conſuetudini deditus, uoluſiſ te ſapienſum praeceptis erudiſi potius quam imbuſi. Non parandum tibi nunc contra fortunam eſſe exilium, ſed proferendum, propter iſtas quae literis non ad ſapienſiam utuntur, ſed ad luxuriam instituuntur, minus eī indulgere ſtudis paſſus. beneficio tamen rapaci ingenij plus quam pro tempore hauiſisti. Iacta ſunt disciplinarum omnium funda-menta. Nunc ad illas reuertere: tutam te p̄aefabunt illae conſolabunt illae, delectabunt illae: ſi bona fide

fide animum tuum intrauerint, nunquam amplius intrabit dolor, nunquam sollicitudo, nunquam afflictionis irritae superuacua vexatio: nulli horum paret pectus tuum. Nam ceteris vitiis tampridem clusum est. Haec quidem certissima praesidia sunt, & quae sola te fortunae eriperere possint: sed quia dum in illam portum quem studia promittunt, peruerterit, adminiculis quibus innitaris opus est, volo interim solatia tua tibi ostendere. Refice fratres meos: quibus saluis, fas tibi non est accusare fortunam. In utroque habes quod te diuersa uirtute deleget: alter honores industria consecutus est, alter sapienter contemptus. Acquiesce alterius filii dignitate, alterius quiete, utriusque pietate. Noui fratum meorum intimos affectus. Alter in hoc dignitatem excolit, vt tibi ornamento sit: alter in hoc se ad tranquillam quietamque vitam recepit, vt tibi vacet. Bene liberos tuos & in auxilium & in oblationem fortuna dispositus. Potes alterius dignitate defendi, alterius otio frui. Certabunt in te officij: & vnius desideriū, duorum pietate supplebitur. Auda et possum promittere: nihil tibi deerrit, praeter numerū. Ab his ad nepotes quoque refice, Marcum blandissimum puerum, ad cuius conspectum nulla potest durare tristitia: nihil tam magnum, nihil tam recens in cuiusquam pectore fuerit, quod non circumfusus ille permulcat. Cuius non lacrimas illius hilaritas supprimat? cuius non contractum sollicitudine animū illius argutiae soluāt? quem non in iocis vocabit illa laetitia? quem nō in se conuertet & abducet infixum cogitationibus, illa neminem satiatura garrulitas? Deos oro, contingat hunc habere nobis superfitem. In me omnis fatorum crudelitas lastata consistat: quicquid matri dolendum fuit, in me transferit: quicquid auiae, in me. Floreat reliqua in suo statu turba, nihil de orbitate, nihil de condicione mea querar. Fuerim tantum, nihil amplius dolitiae domus, piamentum. Tene in gremo tuo cito tibi daturam proneptes Nouatillam: quam sic in me trastuleram, sic mihi ascriperam, vt possit uideri, quod me amisit, quamuis saluo patre, pupilla, hanc & pro me dilige, abstulit illi nuper fortuna matrem: tua potest efficer pietas, vt perdidisse matrem dolet tantum, non & sentiat. nunc mores eius compone, nunc for man. Altius praecpta descendunt, quae teneris imprimunt aeratibus. Tius affuecat sermonibus. Ad tuum finitum arbitrium, multum illi dabis, etiam si nihil dederis praeter exemplum. Hoc iam tibi sollemine officium pro remedio erit. Non potest animum pie, dolentem à sollicitudine auertere, nisi aut ratio, aut honesta occupatio. Numerarem inter magna solatia patrem quoque tuum, nisi abesset. nunc tamen ex affectu tuo, quid illius interficit, cogita: intelliges, quanto iustius sit te illi seruari, quam mihi impendi. quoties te immodica vis doloris inuaserit, & sequi se iubebit, patrem cogita, cui tu quidem tot nepotes propinquos dando effici, ne unica es: consummatio tamen etatis actae feliciter in te vertitur. Illo viuendo, nefas est te quod vixeris queri.

C A P. XVII.

Maximum adhuc solatium tuum tacueram, sororem tuam, illud fidelissimum pectus tibi, in quod omnes curae tuae pro induito transferuntur, illum animum omnibus nobis maternum. Cum hac tu lacrimas tuas miscuisti, in huius primum respirasti fini. Illa quidem affectus tuos semper sequitur. In mea tamen persona non pro te dolet: illius manibus in vibem perlatu sum: illius pio materno que nutrictio per longum tempus aeger conualui. Illa pro quaestua mea gratiam suam excedit: & quae ne sermonis quidem, aut clarae salutationis sustinuit audaciam, pro me vicit indulgentia verecundiam. Nihil illi seductum uitae genus, nihil modestia, in tanta seminarum petulantia, rustica, nihil quies, nihil secreti & ad otium repositi mores obliterunt, quo minus pro me etiam ambitiosa fieret. Haec est, mater carissima, solatium, quo reficiaris. Illi quantum potes te iunge, illius arctissimus amplexibus alliga. Solent maerentes ea quea maxime diligunt, fugere, & libertatem dolori suo querere. Tu ad illam te, & quicquid cogitaueris, confer: sive seruare habitum istum voles, sive deponere, apud illam inuenies vel finem dolori tuo, vel comitem, sed si prudentiam perfectissimae feminae noui, non patieret te nihil profuturo maerore consumi, & exemplum tibi suum, cuius ego etiam spectator fui, narrabit. Carissimum virum amiserat, auunculum nostrum, cui virgo nupserat, in ipsa nauigatione: tulit tamen eodem tempore & lucum, & metum, eniāque tempestatibus corpus eius naufragia euexit. O quam multarum egregia opera in obscurio iacent. Si huic illa simplex admirantis virtutibus configit, antiquas, quanto ingeniorum certamine celebraretur vxor, quae oblitus imbecillitatis, oblita etiam firmissimi metuendi maris, caput suum periculis pro sepultura obiecit, & dum cogitat de viri funere, nihil de suo timuit? Nobilitatur carminibus omnium, quae se pro coniuge vicariam dedit. hoc amplius est, discrimine vitae sepulcrum viro quaerere, maior est amor, qui pari periculo minus redimit. Post hoc nemo miratur, quod per sedecim annos, quibus maritus eius Aegyptum obtinuit, nunquam in publico conspecta est. Neminem prouinciale domum suam admisit: nihil à viro petiit, nihil à se peti passa est. Itaq. loquax & ingeniosa in contumelias praefectorum prouincia, in qua etiam qui vitauerunt culpam, non effugerunt infamiam, velut unicum sanctitatis exemplum suscepit: & quod illi difficultatum est, cui etiam periculis sales placent, omnem verborum licentiam continuit: & hodie similem illi, quamvis nunquam sperret, semper optat. Multum erat, si per sedecim annos illam prouincia probasset: plus est, quod ignorauit. Haec non ideo refero, vt ejus laudes exequat, quas circum scribere est, tam parce transcurtere: sed vt intelligas, magni animi esse feminam: quam non ambitione, non avaritia, comites omnis potentiae & pestes, viceunt, non metus mortis eam, exarmata nauis naufragium suum spectantem, deterruit, quo minus exanimi viro haerens, quaereret, non quemadmodum inde exiret, sed quemadmodum efficeret. Huius patrem

virtutem

virtutem exhibeas oportet, & animum à luctu recipias, & id agas, ne quis te putet partus tui paenitere. Ceterum quia necesse est, cū omnia feceris, cogitationes tamen tuas subinde ad me recurrere, nec quemquam nunc ex libris tuis frequentius tibi obuerari: non quia illi minus cari sint, sed quia naturale est, manum saepius ad id referre quod dolet: quem me cogites, accipe. Laetum & alacrum, velut optimis rebus: sunt autem optimae, quum animus omnis cogitationis expers operibus suis vacat, & modo se leuioribus studijs oblectat, modo ad considerandam suam, vniuersique naturam, veri audiens insurgit. Terras primū, situmq. earum quaerit. Deinde condicionem circumfusi maris, cursusque eius alteros & recursus: tunc quicquid inter caelum terraque plenum formidinis interiacet, perspicit, & hoc tonitribus, fulminibus, ventorum flatibus, ac nimborum niuisque & grandinis iactu tumultuolum spatium, tum pragatis humilioribus ad summam prorumpit, & pulcherrimo diuinorum spectaculo fruatur, aeter: natusque suae memor, in omne quod fuit, futurumque est omnibus saeculis, vadit.

M. ANTONII. M V R E T I
IN. CONSOLATIONEM
SENECAE. A D. HELVIA M
M A T R E M. N O T A E.

Nexilium a Claudio pulsus & in Corsicam relegatus, Helviam matrem casu suo incredibiliter dolentem consolatur. Nec illud plane indignum, quod notetur, puto: ex eadem gente duorum sapientissimorum & discretissimorum hominū matres fuisse, Ciceronis & Senecae. Nam Ciceronis quoque matrem Helviam fuisse, a Plutarcho traditum est. Tria autem fuisse dicit, quibus ad solandam matrem incitaretur. Totidem quibus reuocaretur: sed ad postremum praevaluisse quae incitabant. Quae incitabant, haec erant: quod sibi quoq. magno leuamento sperabat fore, si maternū dolorem aliqua ex parte sublevare potuisset: quod si ipse calamitate percussus & afflictus primus confurrexisset, plus se ad minuendum alijs dolorem sperabat auctoritatis habitum: postremo, quod metuebat, ne si ipse qui semper philosophiam professus erat, fortunae manus dedisset, ceteri quoque sui ab ea vincerentur. Sed occurabant haec, quae propositum morarentur. Eſſe ut corporis sic animi quoque aegritudinum suam quandam matritatem: quae ex peccanda effet remedia adhibere voluntibus: ex illo veteri precepto Hippocratis rānērā ūpaxīv. Nullū ex omni memoria exemplum extare eius, qui cum ipse cecidisset, suos subleuare conatus esset. Nō quoq. inūfitato dicendi genere opus esse ei, qui rem tam arduum suscipere: doloris autem magnitudine locum dilectū verborum non relinquit. Sed plus ijs omnibus valuisse conceptram de materno erga se amore fiduciam: quae spem dederit fore: vt illa dolori suo modum a filio potissimum velit imponi.

Fleant illi.] Primum argumentum. Non debes huic, quamvis acerbo, casui cedere. Nō a primis annis aetatis tue exercitata es ad maximas calamitates perferendas. Non debes igitur vinciri ab una, quae te perpetuo insitam aduersus tot alias praecedit.

Vincā puto.] Bipartita totius libri propositio. Neque meo, neque tuo nomine dolere debes. Non meo. nihil enim mihi contigit, ac ne contigere quidem potest, quo miseriam. Ex quo sequitur, vt ne tuo quidem nomine dolere debes: cum ego vnu tibi doloris causa sim. Accedit, quod multa tibi solatia relictā sunt, in quibus acquiesceret, et dolorem deponere facile possit. Haec singula deinde per partes exequitur.

Bona condicione.] Nemo iniuitus miser est. Nam sola virtus beatos facit: quae nullo casu cripī potest. Ego autem, & si sapiens non sum, nunquam tamen peperi ex iudicio vulgineque in eorum, quae vulgo putantur bona, aut adepitione, aut amissione momentum esse vllum ad beatam vitam existimauit.

Remoto igitur.] Primum argumentū ad exilium propriè pertinens. Exilium nihil est aliud, quam commutatio loci. At major hominum pars tum priuatum tum publice, relictis patriis sedibus, migrat alio, et sibi voluntarium quodammodo exilium conscient. Nihil igitur est in exilio mali. Sed dicit aliquis, captiuum esse hoc argumentum. Nam exiles & paupertas & cōtempus plerunque comitatur. Respondet, & tum rationibus tum exēplis evincit, ne ea quidem mala esse.

Hoc saxum.] Corsicum dicit.

Intencio qui dicant.] Naturale est homini, sedum mutatione gaudere. Vera autem eius rei causa est discedi cupiditas. Multa enim noua videt, qui peregrinantur: ob idque prope assidue discunt: quo nullum est pabulum animalium iucundius. At Seneca sanequam eleganter illud ad cælestem originem refert. Cælestia enim corpora perpetuo moueri.

Vide-

Videbis gentes.] Extat liber accuratissime scriptus de migrationibus gentium, ex quo peti poterunt, quae ad certiorum huius loci intelligentiam faciunt.

Quamvis eum paupertas sequeretur. [Transit ad eleuanda paupertatis incommoda, docetque neque pauperem quenquam esse posse, qui ad naturam vivat, neque diuitem, qui ad opinionem.

Ex qua aliquando philosophi velut corruptores iuuentutis abire iussi sunt.] Vide caput xi. libri xv. no^o etium Atticarum.

Cuius exitum nosse operae pretium est.] Dio libro LVII. Απίστος παύτας αὐτοῖς πάντας ἀσφεβάλλετο εἰποτέος ἐπειδὴ μαθὼν πότε εἰς Ἀλιάνους, τοῦ τε ἡδη κρητικάκες, καὶ δοὺς εἰς ἔχεις, γύναις, διακοστας καὶ πεντηκοντας ἀντρας μηρύτες εἰς φειδεῖς, ἐλυμάντες, οἵς καὶ λιμῷ τελεστοι μέλλονται, γεγιαντον διέφερεν.

Ignominia.] offendit ne ignominia quidem quidquam detribi de felicitate sapientis.

Quoniam meo nomine.] Haec est secunda pars consolationis. Cum, meo nomine, nihil sit quod doleas, ne tuo quidem quidquam est, cur dolere debeas.

Quae se pro coniuge vicariam dedit.] Alcestis.

L· ANN AE I· SENECAE AD· LVCILIVM· NATV- RALIVM· QVAESTIONVM LIBER· PRIMVS

P R A E F A T I O.

 Vantum inter philosophiam interest, Lucili virorum optime, & ceteras artes: tantum interesse existimo in ipsa philosophia, inter illam partē quae ad homines, & hanc quae ad deos spectat. Altior est haec, & animosior: multum permisit sibi: non fuit oculis contenta. Maius esse quiddam suspicata est, ac pulchritus, quod extra conspectum natura posuisset. Denique tantum inter duas interest, quantum inter Deum & hominem. Altera docet, quid in terris agendum sit: altera, quid agatur in caelo. Altera errores nostros discutit, & lumen admouet, quo discernantur ambigua vitae: altera multo hanc caliginem in qua voluntur excedit, & ē tenebris eruptos, illo perducit, unde lucet. Evidem tunc naturae rerum agit, cum illam non ab hac parte video, quae publica est, sed in secretiora eius intravi: cum disco, quae vniuersi materia sit, si auctor, aut custos: quid sit Deus, totus in se intendat, an ad nos aliquando respiciat: faciat quotidie aliquid, an semel fecerit: pars mundi sit, an mundus: liceat illi hodieque decernere, & exlege fatorum aliquid derogare: an maiestatis diminutio sit, & confessio erroris, mutanda fecisse. Necesse est enim ei eadem placere, cui nisi optima placere non possunt. Nec ob hoc minus liber & potens est. ipse enim est necessitas sua. Nisi ad haec administerer, non fuerat opera et prestitum nasci. Quid enim erat, cur in numero viuentium me positum esse gauderem? An ut cibos & potionem percolarem? ut hoc corpus casurum ac fluidum, peritumque nisi subinde impleatur, farcirem, & viuerem aegri minister; ut morte timerem, cui omnes nascimur? Detrahe hoc inestimabile bonum. non est vita tanti, ut fudem, ut aestue. O quam contempta res est homo, nisi supra humana se exeret. Quandiu cuī affectibus colluctamus, quid magnifici facimus? Etiam si superiores sumus, portenta vincimus. Quid est, cur suspiciamus nosmetipso, qui dissimiles deterrimis sumus? Non video quare sibi placeat, qui robustior est valetudinario. Multum interest inter vires & bonam valetudinem. Effugisti vita animi: non est tibi frons ficta, nec in alienam voluntatem sermo compositus, nec cor inuolutum, nec auaritia, quae quicquid omnibus abstulit, sibi ipsi negat: nec luxuria pecuniam turpiter amittens quam turpius reparet: nec ambitione, quae te ad dignitatem nili per indigna non ducet. Nihil adhuc consecutus es. Multa effugisti; te nōdum. Virtus enim quam affectamus magnifica est. Non quia per se beatum est, malo caruisse, sed quia animū laxat, ac praeparat ad cognitionem caelestium, dignumque efficit, qui in confortum Dei veniat. Tunc consummatum habet plenumque bonum fortis humanae, cum, calcato omni malo, peuit alnum, & in interiorē naturae finum venit. Tunc iuuat inter sidera ipsa vagantem, diuitum pavimenta ridere, & totam cum auro suo terram: non illud tantum dico quod egescit, & signandum dedit, sed & illud quod in occulto seruat posteriorum auaritiae. Nec potest ante contemnere porticus, & lacunaria ebore fulgentia, & tonsiles filius, & deriuata in domos flumina, quam totum circumeat mundum, & terrarum orbem superne despiciens,

despiciens, augustum, & magna ex parte opertum mari, etiam ea parte qua extat, late squalidū & aut vistum aut rigentem, sibi ipse ait: Hoc est punctum, quod inter tot gentes ferro & igni diuiditur? O quam ridiculi sunt mortalium termini. Ultra Istrum Dacus non exeat: Strymo Thracas includat: Parthis obster Eu phrates: Danubius Sarmatica ac Romana distinxerit: Rhenus Germaniae modum faciat: Pirenaeus mē dium inter Gallias & Hispanias iugum extollat. Inter Aegyptum & Aethiopias harenarū inculta vastitas iaceat. Si quis formicat det intellectum hominis, nonne & illae ynam aream in multis provincias dividunt? Cum te in illa vere magna susuleris, quoties videbis exercitus subrectis ire vexillis, & quasi magnum aliquid agatur, equitem modo vteriora explorantem, modo à lateribus affusum, liberit dicere:

It nigrum campis agmen.

Formicatum iste discursus est, in angusto laborantium. Quid illis & nobis interest, nisi exigui mensura corporisculi? Punctum est illud in quo nanigatis, in quo bella sunt, in quo regna disponitis: minima, etiam cum illis vtrinque Oceanus occurrit. Surfum ingentia spatio sunt, in quorum possessionem animus admittitur: at ita, si minimum secum ex corpore tulit, si solidum omne detergit, & expeditus leuisque ac contentus modico emicuit. Cū illa tetigit, alitur, crescit: ac velut vinculis liberatus, in originem redit. Et hoc habet argumentum diuinitatis suae, quod illum diuina delectant: nec vt alienis interest, sed vt suis. Secure spectat occasus siderum atque ortus, & tam diuersas concordantium vias. Obseruat vbi quaeque stella primum lumen ostendat, vbi culmen eius summum, quā cursus sit, quo usque descendat. Curiosus spectator excutit singula, & querit. Quid ni querat? Scit illa ad se pertinere. Tunc contemnit domicilij prioris angustias. Quantum enim est, quod ab ultimis litoribus Hispaniae usque ad Indos iacet? Paulatim dierum spatium, si nauem suus ventus impluit. At illa regio caelestis per triginta annos velocissimo sideri via praefata, nulquam resistenti, sed aequaliter cito. Illic demum dicit, quod diu quae- sivit. Illic incipit Deum nosse. Quid est Deus? Mens vniuersi. Quid est Deus? Quod vides totū, & quod non vides totum. Sic demum magnitudo sua illi redditur, qua nihil maius excogitari potest. Si solus est omnia, opus suum & extra & intra tenet. Quid ergo interest inter naturam Dei, & nostram? Nostri melior pars, animus est: in illo nulla pars extra animum. Totus ratio est: cum interim tantus error mortalia teneat, vt hoc quo neque formosius est quicquam, nec dispositius, nec in proposito constantius, existimat homines fortuitum & casu volubile, ideoq. tumultuofsum inter fulmina, nubes, tempestates, & cetera quibus terra ac terris vicina pulsantur. Nec haec intra vulgum dementia est, sed sapientiam quoque professo contigit. Sunt qui putent, sibi ipsis animum esse, & quidem prouidum ac dispensantem singula, & sua & aliena: hoc autem vniuersum, in quo nos quoque sumus, expers esse consilij. & aut ferri temeritate quadam, aut natura nesciente quid faciat. Quam vtile existimas ista cognoscere, & rebus terminos ponere? quantum Deus possit: materiam ipse sibi formet, an data vtratur: vtrum idea materiae prius superuenit, an materia ideae. Deus quicquid vult efficiat, an in multis rebus illum tractanda deftiant, & à magno arte prava formenur multa, non quia cessat ars, sed quia id in quo exercetur, saepe inobsequens arti est. Haec inspicere, haec discere, his incumbere, nonne transfigurare est mortalitatem suam, & in meliorem transscribi sortem? Quid tibi inquis, ista proderunt? Si nihil aliud, hoc certe, sciari, omnia angusta esse. Sed haec deinde.

C A P . I.

Nunc ad propositum veniam opus. Audi quid de ignibus philosophia velit, quos aer transuersos agit. Magna vi illos excuti argumentum est, quod obliqui feruntur, & praecepsa celeritate. Apparet illos non ire, sed proiici. Ignium multae variaeque facies sunt. Aristoteles quoddam genus illorum Capram vocat. Si me interrogaueris, quare: prior mihi rationem reddas oportet, quare haedi vocentur. Si autem, quod commodissimum est, conuenit inter nos, ne alter alterū interroger, Quid dicit ille statius erit de te ipso querere, quam mirari, quid ita Aristoteles globi ignis appellauerit Capram. Talis fuit forma eius, qui bellum aduersus Perseum Paulo gerente lunari magnitudine apparuit. Nos quoque vidimus non semel flammarum gentilis pilae specie, quae tamen in ipso cursu suo dissipata est. Vidimus circa diu Augusti excessum simile prodigium. Vidimus cum de Seiano actum est. Nec Germanici mors fine denuntiatione tali fuit. Dices mihi: Ergo tu intantis erroribus es, vt existimes deos mortuum signa praemittere, & quicquam esse in terris tam magnum, quod perire mundus sciat? Erit aliud isti rei tempus. Videbimus, an certus omnium rerum ordo ducatur, & alia aliis ita complexa sint, vt quod antecedat, aut causa sit sequentium, aut signum. Videbimus, an diis humana sint curae, an series ipsa, quid factura sit, certis rerum notis nuntiet. Interim illud existimo, huiusmodi ignes existere, aere vehementius trito, cum inclinatio eius in alteram partem facta est, & non cessat, sed intra se pugnauit. Ex hac vexatione nascuntur trabes & globi & faces & ardore. At cum levius collisus, & (vt ita dicam) strictus est, minora lumina excutiuntur, crinemque velantia sidera ducunt. Tunc ignes tenuissimi iter exile designant, & caelo producunt. Ideo nulla sine huiusmodi spectaculo nocte est. Non enim opus est ad efficienda ista, magno aeris motu. Denique, vt breuiter dicam, eadem ratione sunt ista, quia fulmina, sed vi minore. Quemadmodum nubes mediocriter collifae, fulgurationes efficiunt, maiore impetu pulsae, fulmina Aristoteles eiusmodi rationem reddit. Varia & multa terrarum orbis expirat, quaedam humida, quaedam secca, quaedam algentia, quaedam concipiendis ignibus idonea. Nec mirum est, si terris omnis generis & varia evaporation est: cum in caelo quoque non vnuis apparent color rerum, sed acrior sit canis culae

Hh

culae rubor, Martis remissior, Iouis nullus, in lucem puram nitore perducto. Necesse est ergo in magna copia corpusculorum quae terrae efficiant, & in superiora agunt partem, aliqui in nubes peruenire alimenta ignium, quae non tantum collissa possint arders, sed etiam afflata radijs solis. Nam apud nos quoque stramenta sulphure asperla ignem ex interallo trahunt. Veri ergo simile est, talem materiam intra nubes congregatam facile succendi, & maiores minores ignes exstiter, prout illis fuit plus aut minus virium. Illuc enim stultissimum est existimare, aut stellas decidere, aut transflire, aut aliquid illis auferri & abradi: nam si hoc fuisse, iam defuisse. Nulla enim nox est, qua non plurimae ire, & in diuer sum videantur abduci. At qui, quo solent, quaeque inueniuntur loco. Magnitudo sua singulis constat. Sequitur ergo, vt infra illas ista nascantur: & cito intercidant, quia sine fundamento sunt & sede certa. Quare ergo etiam non interdiu transferuntur? Quid si dicam stellas interdiu non esse, quia non apparent? Quemadmodum illae latent, & solis fulgure obumbrantur: sic faces quoq. transcurrunt etiam interdiu, sed abscondit eas diurni lumen claritas. Si quando tamen tanta vis emicuit, vt etiam aduersus diem vindicare sibi suum fulgorem possint, apparent. Nostra certe aetas non semel vidit diurnas faces, alias ab oriente in occidentem verias, alias ab occasu in ortum. Argumentum tempestatis nautae putant, cum multae transvolant stellae, quod si signum ventorum est, ibi venti sunt, id est, in aere, qui inediis inter lumen, & terram est. In magna tempestate apparer, quasi stellae velo insidentes. Adiuuari sunt periclitantes existimant Pollucis & Castoris numine. Causa autem melioris spei est, quod iam appetit frangi tempestatem, & definere ventos. Aliquando feruntur ignes, non sedent. Gylippo Syracusas petenti visa est stella super ipsam lanceam constituisse. In Romanorum castris visa sunt ardere pilae, ignibus scilicet in illa delapsis: qui saepe fulminum more animalia ferire solent & arbusta, & si minore vi mittuntur, defluit tantum & insident, non ferunt nec vulnerant. Alij inter nubes eliduntur, alijs sereno, si aer ad exprimen dum ignem aptus fuit. Nam sereno quoque caelo aliquando tonat, ex eadem causa, qua nubilo, aere inter se colliso. Qui etiam si est lucidior ac siccior, coire tamen & facere corpora quaedam similia nubibus potest, quae percussa reddant sonum. Quandoque igitur fiant trabes, quandoque clypei, & vastorum imagines ignium, vbi in talem materiam incidit similis causa, sed maior.

C A P. II.

Videamus nunc, quemadmodum fiat is fulgor, qui sidera circumneicit. Memoriae proditum est, quo die diuus Augustus urbem, ex Apollonia reuersus, intravit, circa solem visum coloris varijs circum, qualis esse in arcu! solet: hunc Graeci halo vocat, quem nos dicere coronam aptissime possumus. Quemadmodum fieri dicatur, exponam. Cum in piscinam lapis missus est, videamus in multis orbis aquam discedere, & fieri primum angustissimum orbem, deinde latiore, ac deinde alios maiores, donec euaneat impetus, & in planiciem immotarum aquarum soluat. Tale quiddam cogitemus fieri etiam in aere, cu spissor factus, plagam sentire potest, lux solis aut lunae vel cuiuslibet sideris incurrens, recedere illum in circulos cogit. Nam humor, & aer, & omne quod ex ictu formam accipit, in talem habitum impelliatur, qualis est eius quod impellit. Omne autem lumen rotundum est: ergo & aer in hunc modum percussus lumine, exhibet. Ob hoc tales splendores Graeci areas vocauerunt, quia fere terendis frugibus loca destinata sunt rotunda. Nos autem non existimus istas, sive areae, sive coronae sint, in vicinia siderum fieri: plurimum enim ab iunct, quamvis cingere ea & coronare videantur. Non longe a terra sit talis effigies: quam visus noster solita imbecillitate deceptus, circa ipsum fidus putat positam. In vicinia autem solis & stellarum nihil tale potest fieri: quia illic aether tenuis est. Nam formae crassis demum spissaque corporibus imprimi solent: in subtilibus non habent vbi consistant, aut haereant. In balneis quoque circa lucernam tale quiddam aspici solet, ob aeris densi obscuritatem: frequentissime autem australi, cum caelum maxime graue & spissum est. Nonnunquam paulatim diluuntur & desinunt, nonnunquam ab aliqua parte rumpuntur: & inde ventu nautici expectant, unde contextus coronae perit. Si enim a septentrione discesserit, Aquilo erit: si ab occidente, Fauonus, quod argumentum est, intra eam partem caeli has fieri cotonas intra quam venti quoq. solent. Superiora autem non habent coronas: quia non ventos quidem. His argumentis & illud adjice, nunquam coronam colligi, nisi stabili aere & pigro. Alter non solet aspici. Nam qui stat aer, impelli & deduci, & in aliquam faciem fingi potest. Is autem qui fluit, nec feritur quidem lumine. Non enim formatur, nec reficitur: quia prima quaeque pars eius dissipatur. Nunquam ergo ullum sidus talem sibi effigiem circundabit, nisi cum aer erit densus atque immotus, & ob hoc custodiens incidentem in se rotundi lineam luminis, nec sine causa. Repete enim exemplum, quod paulo ante proposui. Lapillus in piscinam aut lacum & aliquam alligatam aquam missus, circulos facit innumerabiles: & hoc idem non facit in lumine. Quare? quia omnem figuram, fugiens aqua distractat. Idem ergo in aere evenit, vt ille qui manet, possit figurari: at ille qui rapitur & currit, non det sui potestatem, & omnem ictum venientemque formam exturbet. Hae, de quibus dixi, coronae, cum dilapsae sunt aequaliter, & in semetipsis euanerint, significatur aeris quies & otium & tranquillitas. Cum ab una parte cesserunt, illinc ventus est unde finduntur. Si ruptae pluribus locis sunt, tenebras fit. Quare id accidat, ex his quae iam exposui, intelligi potest. Nam si facies vniuersa subsedit, appareat tenebra aeris, & sic placidum. Si ab una parte intercidit est, appareat inde aera incumbere, & ideo illa regio ventum dabit. At cum vndiq. & concerpta & lacerata est, manifestum est a pluribus partibus in illa impetu fieri, & inquietum aera hinc atque illinc assilire. Itaq. ex hac inconstantia caeli, tam multa tentatis & vndi-

que

que laborantis, futura tenebras & veterum proeliū appetit. Hae coronae noctibus fere circa lunā & alias stellas notantur, interdiu raro: adeo vt quidā ex Graecis negauerint eas omnino fieri, cū illos historiae coarguāt. Causa autē raritatis haec est, quod solis fortius lumen est, & aer ipse agitatus ab illo, calefactusq. solutor est: lunae autē inertior vis est, & ideo à circumposto aere facilis sustinetur, quod sidera cetera in firma sunt, nec perī pere aera vi sua possunt. Excipitur itaq. illorū imago, & in materia solidiore ac minus cedente versatur. Debet enim aer nec tā spissus esse, vt excludat ac submoeat à se lumen immisum, nec tā tenuis & solitus, vt nullā venētibus radijs morā praebeat. haec noctibus tēperatura cōtingit, cū sidera cōlectū aera luce leui nō pugnaciter, nec aspera fieri, spissore remque, quā soler esse interdiu, inficiūt.

C A P. III.

AT contra arcus in nocte non fit, nisi admodum raro: quia luna non habet tantum virium, vt numerus transseat, & illis colorem suffundat, qualem accipiunt sole perstrictae. Sic enim formam arcus discoloris efficiunt: quia aliae partes in nubibus tumidiore sunt, aliae submissiores: quae datā crassiores, quam vt solem transmittant: aliae imbecilliores, quam vt excludant. Haec inaequalitas alternis luce vmbram permiscet, & exprimit illam mirabilem arcus varietatem. Altera cauta eiūcmodi arcus redditur. Videamus, cum fistula aliquo loco rupta est, aquam per tenue foramen elidi: quae sparsa contra solem oblique positum, faciem arcus representat. Idem videbis accidere, si quando volueris obsernare fullonem: cum os aqua impletum, & vestimenta ridiculis diducta leviter aspergit, apparet varios ediculares in illo aere asperso, quales in arcu fulgere solent. Huius rei causam in humore esse ne dubitaueris. Non fit enim unquam arcus, nisi nubilo. Sed quaeramus quomodo fiat. Quidam autem esse aliqua stillicidia, quae solem transmittant, quaedam magis coacta, quam vt transflueant: itaque ab illis fulgorem reddi, ab his vmbra, & sic virtusque intercursu effici arcum, in quo pars fulgeat, quae solem recipit, pars obscurior sit, quae exclusit, & ex se vmbra proximis fecit. Hoc ita esse quidam negant: poterat enim verum videri, si arcus duos tantum haberet colores, & si ex lumine vmbraque constaret.

Sed nunc diuersi niteant cum mille colores,

Transitus ipse tamen spectantia lumina fallit.

Vsq[ue] adeo quod tangit idem est, tamen vltima distat:

videmus in eo aliquid flammei, aliquid lutei, aliquid caerulei, & alia in picturae modum subtilibus lineis ducta, vt ait Poeta, vt an dissimiles colores sint, tācne non possit, nisi cum primis extrema contuleris. Nā comititura decipit, vtque adeo mira arte naturae, quod à simillimis coepit, in dissimilia definit. Quid ergo istic duo colores faciunt luminis atque vmbrae, cum innumerabilium ratio reddenda sit? Quidam ita existimant arcum fieri, dicunt in ea parte in qua pluit, singula stillicidia pluiae cadent, singula specula esse: siugulis ergo imaginem reddi solis. Deinde multas imagines, immo inumerabiles, & deuexas, & in praecips transentes confundi. Itaque & arcum esse multarum imaginum solis confusionem. Hoc sic colligitur. Pelues, inquit, mille die sereno pone, & omnes habebunt imaginē solis. In singulis folijs dispone singulas guttas: singulæ habebunt imaginem solis. At contra ingens stagnum non habebit nisi imaginem vnam. Quare? quia omnis circumscripta levitas & circundata suis finibus, speculum est. Itaque piscinam ingentis magnitudinis, insertis parietibus dividit: totidem illa habebit imagines solis, quot lacus habuerit. Relinque illam sicut est diffusa: semel tibi imaginem reddet. Nihil referit, quam exiguis sit humor aut lacus. Si circunceptus est, speculum est. Ergo stillicidia illa infinita, quae imber cadens desert, totidem specula sunt, totidem solis facies habent. Hae contra intuenti perurbatae apparer: nec dispiciuntur interualla, quibus singula distant, spatio prohibente discerni. Deinde pro singulis appetat vna facies turbida ex omnibus. Aristoteles id iudicat. Ab omni, inquit, levitate acies radios suos replicat. Nihil autē leuius aqua & aere. Ergo etiam ab aere spissu visus noster in nos redit. Vbi vero hebes & infirma est acies, quolibet aeris ictu deficit. Quidā hoc genere valeudinis laborant, ut ipsi sibi videantur occurrire, vt vbiq. imaginē suam cernant. Quare? quia omnem vis oculorum nō potest ne proximum quidem sibi aerem perrumpere, sed resistit. Itaq. quod in alijs efficit densus aer, in his facit omnis. Satis enim valet qualisunque, ad imbecillum aciem repellendam: longe autem magis visum nostrum nobis remittit, qui crassor est, & peruinqui nō potest, sed radios luminū nostrū moratur, & eo vnde exierint, reflectit. Ergo cū multa stillicidia sint, totidem specula sunt. Sed quia parua sunt, solis colorem sine figura exprimunt. Deinde cum in stillicidiis innumerabilibus, & fine interallo cadentibus reddatur idem color, incipit facies esse non multarū imaginum intermischarum, sed vnius longae atque continuae. Quo modo, inquis, tu mihi multa millia istic imaginum esse dicis, vbi nullam video? Et quare cum solis color vnuis sit, imaginum diuersus est? Vt & haec quae proposuisti, refellam, & alia quae non minus refellenda sunt, illud dicam oportet: nihil acie nostra fallacius, non tantum in his à quibus subtiliter peruidendis illā colorū diuersitas summoque, sed & in his quoque, quae ad manū cernit. Remus integer in tenui aqua fracti speciem reddit. Poma per vitru aspicientibus multo maiora sunt. Columnarū interualla porticus longiores iungunt. Ad ipsum solē reuertere: hūc quem toto orbe terrarū maiore probat, ratio, acies nostra sic contraxit, vt sapientes viri pedalem esse cōsiderint. Quem velocissimum omnium, esse scimus. nemo nostrū viderit moueri; nec ire crederemus, nisi appareret ille. Mundum ipsum praecepiti velocitate laborem, & ortus occasusq. intra momētum temporis reuoluentem, nemo nostrū sentit procedere. Quid ergo miraris, si oculi nostri imbrum stillicidia non separant, ingenū spatio intuentibus minutarum ima-

ginum discrimen interit? Illud esse dubium nulli potest; quin arcus imago solis sit, roscida & caua nube concepta. Quod ex hoc tibi apparet. Nunquam non aduersa soli est, sublimis aut humilis, prout ille se submisit, aut sustulit cōtrario motu. Illo enim descendente altior est, alto depressior. Saepe talis nubes à latere solis est, nec arcū efficit, quia non ex recto imaginē trahit. Varietas autē non ob aliam causam fit, quām quia pars coloris à sole est, pars à nube illa: humor autē modo caeruleas lineas, modo virides, modo purpureas similes, & luteas autē igneas duobus coloribus hanc varietatē efficientibus, remissō & intento. Sic enim & purpura eodem conchylio non in vnam modū exit. Interēst, quamdiu macerata sit, crassius medicamentū an aquatus traxerit, saepius mersa sit & excocta, an femel tint̄ta. Nō est ergo mirum, cum duae res sint, sol & nubes, id est corpus & speculum, si tam multa genera colorum exprimitur, quae in multis generibus possunt aut incitari, aut relangescere. Alius enim est color ex igneo lumine, aliis ex obtuso & leniore. In alijs rebus vaga inquisitio est, vbi non habemus quod manu tenere possumus, & late coniectura mittenda est: hic apparet duas causas esse arcus, solem, nubemque, quia nec sereno vñquam sit, nec ita nubilo, vt sol lateat. Ergo vñque ex his est, quorum sine altero non est.

C A P. III.

I Am illud accedit, quod aequē manifestum est, speculi ratione imaginem reddi, quia nunquam nisi ex contrario redditur: id est nisi ex altera parte steterit quod apparet, ex altera quod ostendit. Rationes quae non persuadent, sed cogunt, à geometris adseruntur: nec dubiū cuiquā relinquitur, quin arcus imago solis sit male expressi, ob viū figuramq. speculi. Nos interim tētemus alias probationes. Inter argumenta sic nascentis arcus pono, quod celerrime nascitur: igneum enim variūque corpus caelo intra momentum subtexim, & aequē celerriter aboletur, nihil autem tam cito redditur, quām à speculo imago. Non enim facit quiquam, sed ostendit. Parianus Artemidorus adiicit, & quale genus nubis esse debet, quod talē solis imaginem reddit. Si speculum, inquit, concauū feceris, quod sit sectae pilae pars, si extra medium constitens, quicunque iuxta te steterint, vniuersi à te videbuntur, propiores tibi quam speculo. Idem, inquit, euénit, cum rotundam & cauam nubem intuemur à latere vt solis imago à nube discēdat, priorque nobis sit, & in nos magis conuerſa. Color igitur igneus à sole est, caerul eus à nube: ceteri vtriusque mixturae.

C A P. V.

C Ontra haec illa dicūtur. De speculis due opinione sunt: alij enim in his simulacra cerni putant, id est corporū nostrorū figurās, à nostris corporib⁹ emissas ac separatas; alij imagines aiunt nō esse in speculo, sed ipfa a spīci corpora, retorta oculorum acie, & in se rufūs reflexa. Nunc nihil ad rem pertinet, quomodo videāmus, quodcunq; vidēmus: sed quomodo imago similis debet ē speculo reddi. Quidnam est tam diffimile, quām sol arcus, in quo neque color, neque figura solis, neque magnitudo apparet? Arcus enim longior ampliorque est, longeque ea parte, qua fulget, rubicundior quam sol. certe ris vero coloribus diuerſus. Deinde cum velis speculum aeri compare, des oportet mihi eandem levitatem corporis, eandem aequalitatem, eundem nitorem. Atqui nullae nubes habent similitudinem spe culi, per medias saepe transimus, nec in illis nos cernimus. Qui montium summa descendunt, speciat nubem: nec tamen imaginem suam in illa cernunt. Singula stillicidia singula specula sunt. Concedo, sed illud nego, ex stillicidiis constare nubem. Habet enim quaedam ex quibus fieri stillicidia possunt, non ipfa. Nec aquā quidē habet nubes, sed materiam futurā aque. Concedā etiā tibi & guttas innumerabiles in nubibus esse, & illas faciem reddere: non tamen omnes vnam reddunt, sed singulæ singulæ. Deinde inter se specula coniungeāt in vnam imaginem non coibunt: sed quaque particula in se rei similitudinem claudet. Sunt quaedam specula ex multis minutisque composita: quibus si vnum ostenderis hominem, populus appetet, vnaquaque parte faciem suam exprimente. Haec cum sint coniuncta & simul collocata, nihilominus seducunt imagines suas, & ex uno turbam efficiunt. Ceterum cateruam illam non confundunt, sed direptam in facies singulas distrahunt. arcus vno circumscriptus est ductu: vna totius est facies. Quid ergo: non & aqua, rupta fistula, sparsa, & ore excussa: habere quiddam simile his quos vidēmus in arcu, coloribus solet? Verum est: sed non ex hac causa, ex qua tu videri vis: quia vnaquaque stilla recipit imaginem solis. Cuius enim cadunt stillae, quām vt concipere imaginem possint. Standum est, vt id quod imitan tur, exciant. Quid ergo sit? Colorem, non imaginem ducunt; alioquin, vt ait Nero Caesar, disertissime,

Colla Cytheriacae splendent agitata columbae:

& variis coloribus pectorum ceruix, quoties aliquo deflectitur, nitet. Nunquid ergo dicemus specula eiusmodi plumas, quarum omnis inclinatio in colores nouos transit? Non minus nubes diuerſam speculis naturam habent, quām aues quas retuli, & Chamaleontes, & reliqua animalia: quorum color aut ex ipfis mutatur, cum ira vel cupidine accensa, cum fumam variant, humore suffuso, aut positione lucis, quām prout rectam vel obliquam receperint, ita colorantur. Quid enim simile speculis habent nubes: cum illa non perlucant, haec transmittant lucem? Illa densa & coacta, haec rarae sint; illa eiusdem materiae tota, haec diuerſis temere compositae, & ob hoc discordes, nec diu cohaesuræ? Praeterea uidemus, ortu solis partem quandam caeli rubere: uidemus nubes aliquando ignei coloris. Quid ergo prohibet, quomodo hunc colorem unum accipiunt solis occutus, sic multos ab illis trahi, quām non habeant speculi potentiam? Modo, inquit, inter argumenta ponebas, semper arcum contra solem

excī.

excitari, quia nec à speculo quidem imago redderetur, nisi aduerso. Hoc, inquit, commune nobis est. Nā quemadmodum opponendum est speculo id, cuius imaginem in se tranferat: sic, vt nubes infici possint, ita solis ad hoc opus est radiorum idoneus ietus. Haec dicuntur ab ijs, qui videri volunt nubem colorari. Posidonius, & hi qui speculari ratione effici iudicant visum, hoc respondent. Si vllus esset in arcu color, permaneret, & videretur eo manifestius, quo proprius. Nunc imago arcus ex loginquo clara est: interit, cum in vicino est. Huic contradictioni non consentio, cum ipsam sententiam probem. Quare dicam. Quia coloratur quidem nubes, sed ita, vt color eius non vndique appareat. Nam ne ipsa quidem vndique apparet. Nubem enim nemo, qui in ipsa est, vident. Quid ergo mirum, si color eius non videntur ab eo, à quo ipsa non visitur? Atqui, quām ipsa non videatur, est ergo & color. Ita non est argumentū falsi coloris: quia idem apparere accedentibus definit. Idem enim in ipsi euénit nubibus: nec ideo falsae sunt, quia non videntur. Praeterea cum dicunt tibi, nubem sole esse sufficiat, non dicunt tibi colorē illum immixtum esse velut duro corpori ac stabili & manēti, sed vt fluido & vago, & nihil amplius quām perbreuerū speciem recipienti. Sunt etiam quidam colores, qui ex interuallo vim suam ostendunt. Purpuram Tyriam quo melior saturiorque est, eo oportet altius teneas, vt fulgorem suum ostendat. Non ramen ideo non habet illa colore: quia quem optimum habet, non quomodocunque explicetur, ostendit. In eadem sententia sum, qua Posidonius, vt arcum iudicem fieri nube formata in modū concavū speculi & rotundi, cui forma sit partis e pila sectae. Hoc probari, nisi geometrae adiuverint, non potest: qui argumentū nihil dubij relinquentibus docent, folis illam esse effigiem, non similem. Neque enim omnia ad verum specula respondent. Sunt, quae videre extimescas: tanta deformitate corruptam faciem videntur reddunt, seruata similitudine in pieus. Sunt, quae cum videris, placere tibi vires tuae possint: in tantum lacerti crescunt, & totius corporis supra humanam magnitudinem habitus augentur. Sunt, quae dextræ facies ostendant, sunt quae sinistras, sunt quae torqueant vel enervant. Quid ergo mirum est, eiusmodi speculum quo solis species vitiosa reddatur, in nube quo que fieri?

C A P. VI.

I Nter cetera argumenta & hoc erit, quod nunquam maior arcus dimidio circulo apparet: & quod eo minor est, quo altior est sol.

— Et bibit ingens Arcus, —
vt ait Virgilius noster, cum aduentat imber: sed non easdem, vnde cunq; apparuit, minas affert. A meridie ortus magnam vim aquarum vehet. Vinci enim non potuerunt valentissimo sole, tantum est illis virium. Si circa occasum refusit, rorabit, & leuite imploret. Si ab ortu circa surrexit, serena promittit. Quare tamen si imago solis est arcus, longe ipso sole maior apparet? Quia est aliquid speculi natura talis, vt maiora multo quām videat, ostendat, & in portento tam magnitudinem augeat formas: aliquid inuicem talis est, vt minutus. Illud mihi dic, quare in orbem eat facies, nisi orbi redditur? Dices fortasse, vnde sit ille color varius: vnde talis figura sit, non dices, nisi aliquod exemplar, ad quod formeatur, ostenderis. Nullum autem aliud, quām folis est, à quo fatearis illi colorē dari: sequitur vt deur & forma. Denique inter me & te conuenit, colores illos quibus regio caeli depingitur, à sole esse. Illud vnum inter nos non conuenit: tu dicas illum colorē esse, ego videri. Qui siue est, siue viderit, tu non expedes, quare subito definat, cum omnes fulgores paulatim discutantur. Pro me est & repentina eius facies, & repentina interitus. Proprium enim est speculi hoc, quod non per partes struitur, quod apparet, sed statim totum fit. Aequo cito omnis imago in illo aboletur, quām componitur. Nihil enim aliud ad ista efficienda vel remouenda opus est, quām ostendi & abduci. Non est propria in ista nube substantia, nec corpus, sed mendacium, & sine re similitudo. Vis scire hoc ita es? Definet arcus, si obtexeris solem. Oppone, inquam, soli alteram nubem: huius varietas peribit. At maior est aliquanto arcus, quām sol. Dixi modo, fieri specula, quae multiplicent omne corpus quod imitantur. Illud adiçiam, omnia per aquam videntibus longe esse maiora. Litterae quām minutae & obscures, per vitreā pilam aqua plenam, maiores clarioresque cernuntur. Poma formisora quām sint videntur, si innatant vitro. Sidera ampliora per nubē aspicient videntur: quia acies nostra in humidō labitur, nec apprehendere quod vult, fideliter potest. Quid manifestum fiet, si poculum impletueris aqua, & in id coniceris annulum. Nam cum in ipso fundo faceat annulus, facies eius in summo aquae redditur. Quicquid videntur per humorem, longe amplius vero est. Quid mirum, maiorem reddi imaginem solis, quae in nube humida videntur, cum de causis duabus hoc accidat: quia in nube est aliquid vitro simile, quod potest perlucere, est aliquid & aquae quam si nondum habet, tamen iam appetit eius natura, in quam ex sua uertatur.

C A P. VII.

Q Voniam, inquis, vitri fecisti mentionem, ex hoc ipso contra te argumentum sumam. Virgula solet fieri vitrea, stricta, vel pluribus angulis in modum clavae toro: haec si ex transuerso solem accipit, colorē talem quales in arcu videri solet, reddit: vt scias hic non imaginem folis esse, sed coloris imitationem ex repercuti. In hoc argumento multa sunt pro me. Primum, quod apparet quiddam leue esse debere, simile speculo, quo solem repercutiat: deinde, quod apparet non fieri illum colorē, sed speciem falsi coloris, qualem (vt ixi) columbarum ceruix & sumit & ponit, vt cunq; deflectitur.

Hh 3 hoc

hoc autem & in speculo est, cuius nullus videtur color, sed simulatio quaedam coloris alieni. Vnum tamen hoc soluendum est, quod non visitur in illa nigra solis imago, cuius bene exprimendae capax non est. Ita conatur quidem reddere imaginem, quia leuis est materia, & ad hoc habilis: sed non potest, quia enormiter facta est. Si apte fabricata foret, totidem redderet soles, quae habuissent insecturas. Quae quia non discernuntur inter se, non satis in uicem speculi nitent: inchoant tantum imagines, nec exprimunt: & ob ipsam viciniam turbant, & in speciem coloris vniuersi addicunt.

C A P . VIII.

AT quare arcus non implet orbem, sed dimidia pars eius videtur cum plurimum porrigitur, incurvit parte, sequitur ut inferior pars eorum non tangatur lumine. Ergo cum ab una parte sole accipient, unam partem eius tantum imitantur, quae nunquam dimidia maior est. Hoc argumentum parum potest est. Quare? quia quamvis sol à superiori parte sit, totam tamen percutit nubē. Ergo & tingit? Quid nisi? cum radios transmittere soleat, & omnem densitatem perrumpere. Deinde contrariam rem proposito suo dicunt. Nam si superior est sol, & ideo tantum superiori parū nubium affunditur, nunquam terra tenuis descendit arcus. Atqui usque in humum demittitur. Praeterea nunquam non contra solem est arcus. Nihil ad h̄ē pertinet, supra infra se sit: quia torum, quod contra est, latus verberatur. Deinde aliquando arcum, & occidens facit, cum certe ex inferiore parte nubes ferit, terris propinquas. Atqui & tunc dimidia pars est, quamvis solem nubes ex humili & folido accipient. Nostri qui sic in nube, quomodo in speculo, lumen reddi volunt, nubem cauam faciunt, & sectae pilae partem: quae non potest totum orbem reddere, quia ipsa est pars orbis. Proposito accedo, argumento non consentio. Nam si in concavo speculo tota facies oppositi orbis exprimitur, & in semiorbe nihil prohibet aspici totam pilam. etiamnam diximus circulos apparere soli lunaeque in similitudine arcus circumdatos: quare in illis circulus iungitur, in arcu nūquam? Deinde quare semper concavae nubes solem accipiunt, nec aliquādo planae & tumentes? Aristoteles ait, post autumnale aequinoctium qualibet hora diei arcum fieri, aestate non fieri, nisi aut incipiente aut inclinato iam die. Cuius rei causa manifesta est. Primum quia medio die sol calidissimus nubes euincit: nec potest ab his imaginem suam recipere, quas scindit. At matutino tempore, & vergens ad occasum, minus virium habet: & ideo à nubibus & sufficiet & reperi potest. Deinde cum arcum facere non soleat, nisi aduersus his, in quibus facit, nubibus cum breviores dies sunt, semper obliquus est. Itaque qualibet diei parte, etiam cum altissimus est, habet alias nubes, quas ex aduerso ferire potest. At temporibus aestivali supra nostrum verticem fertur. Itaque medio die excelsissimus terras rectiore aspicit linea, quam ut vallis nubibus possit occurri. Omnes enim tunc sub se habet.

C A P . IX.

Nunc dicendum est de virginis, quas minus pictas variisque, & aequae pluviarum signa solemus accipere. In quibus non multum operae consumendum est: quia virginae nihil aliud quam imperfecti arcus sunt. Nam facies quidem illis est picta, sed nihil curuati habent. In rectum iacent. Piunt autem iuxta solem fere in nube humida, & iam se spargente. Itaque idem est in illis qui in arcu color, tantum figura mutatur: quia nubium quoque, in quibus extenduntur, alia est.

C A P . X.

Similis varietas in coronis est: sed hoc differunt, quod coronae ubique sunt, ubiunque fidus est: arcus non nisi contra solem: virginae non nisi in vicinia solis. Possum & hoc modo differentiam omnium reddere. Coronam si diuferis, arcus erit: si direxeris, virga. In omnibus color multiplex est, ex caeruleo fulvoque varius. Virginae soli tantum adiacent. Arcus solares lunaresque omnes sunt. Coronae omnium siderum.

C A P . XI.

Aliud quoque virgarum genus appetit, cum radij per angusta foramina nubium tenues, intenti distante que inter se diriguntur, & ipsi signa imbrum sunt. Quomodo nunc me hoc loco geramus? Quid eas vocem? imagines solis? Historici soles vocant, & binos ternosque apparuisse memoriae tradunt. Graeci parelia appellant: quia in propinquuo fere à sole visuntur, aut quia accidunt ad aliquam similitudinem solis. Non enim totum imitantur: sed imaginem eius, figuramque. Ceterum nihil habent ardoris, hebetes ac languidi. His quod nomen imponimus? An facio quod Virgilius, qui dubitauit de nomine, deinde id quod dubitauerat, posuit?

& quo te nomine dicam,

Rhetica? nec cellis ideo contendit Salernit.

Nihil ergo prohibet illas parelia vocari. Sunt autem imagines solis in nube spissa & vicina, in modum speculi. Quicquid parelion ita definiunt, Nubes rotunda & splendida similisque soli. Sequitur enim illum, nec unquam longius relinquitur, quam fuit cum apparuerit. Nunquis nostrum miratur, si solis effigiem in aliquo fonte, aut placido lacu vidit? Non, ut puto. Atqui tam in sublimi facies eius potest, quam inter nos, reddi: si modo idonea est materia, quae reddat.

C A P . XII.

Quoties deflectionem solis volumus deprehendere, ponimus pelues, quas aut oleo, aut pice implimus: quia pinguis humor minus facile turbatur, & ideo quas recipit imagines, seruat. Appareat autem

autem imagines non possunt, nisi in liquido & immoto. Tunc solemus notare, quemadmodum se luna soli opponat, ut illum tanto maiorem, subiecto corpore abscondat, modo ex parte, si ita contigit, ut latius occurrerit, modo totum. Haec dicitur perfecta defectio, quae stellas quoque ostendit, & intercipit lucem: tunc scilicet, cum eterne orbis sub eodem librato stetit. Quemadmodum ergo utriusque imago in terris aspici potest: ita in aere, cum sic coactus aer & limpидus constitut, ut faciem solis acciperet, quam & aliae nubes accipiunt, sed transmittunt, si aut mobiles sunt, aut rarae, aut solidae. Mobiles enim sparant illam, rarae emittunt, solidae turpesque non sentiunt, sicut apud nos imaginem maculosa non reddunt.

C A P . XIII.

Sunt aptae ad exhibendam effigiem solis? Quidam in illa sententia sunt, quoties duo simulacra talia existunt, ut iudicent unum esse solis, alterum imaginis. Nam apud nos quoque cum plura specula disposita sunt ita, ut alteri sit conspicuum alterius, omnia implentur, & una imago à vero est, ceterae imaginum effigies sunt. Nihil enim refert quid sit, quod speculo ostendatur. Quicquid enim videt, reddit. Ita illuc quoque in sublimi, si nubes sors aliqua dispoluit, ut inter se aspiciant, altera nubes solis imaginem, altera imaginis reddit. Debent autem haec nubes, quae hoc praestant, densae esse, leues, splendidae, circumspectae naturae solis. Ob hoc omnia quae huismodi sunt simulacra, candida sunt, & similia lunaris, circulis: quia ex percussu oblique accepto sole resplendent. Nam si infra solem nubes fuerint, & propior, ab eo dissipatur: longe autem posita radios non remittit, nec imaginem efficit. Quia apud nos quoque specula cum à nobis procul abducta sunt, faciem non reddunt, quia acies nostra non habet usq; ad nos recurrum. Pluviarum autem & hi soles (vtar enim historica lingua) indicia sunt: utique si à parte Austris constiterunt, unde maxima nubes ingrauecunt: cum utrinque solem cinxit tales effigies (si Arato credimus) tempestas surgit.

C A P . XIV.

Tempus est, alios quoque ignes percurrent, quorum diuersae figure sunt. Aliquando emicat stella, aliquando ardores sunt, aliquando fixi & haerentes, non unquam volubiles. Horum plura genera conspiciuntur. Sunt enim velut corona cingente introrsus ignes. Caeli recessus est similis effosae in orbem speluncae. Sunt Pithiae, cum magnitudo vasti rotundique ignis dolio similis, vel fertur, vel in uno loco flagrat. Sunt Chasmata, cum aliquando caeli spatium discedit, & flammarum dehiscens velut in abdito ostentat. Colores quoque horum omnium plurimi sunt. Quidam ruboris acerrimi, quidam eua candidae ac leuis flammæ, quidam candidæ lucis, quidam micantes, quidam aequaliter & sine eruptionibus aut radijs fului. Videmus ergo,

Stellarum longos à tergo albe cere tractus.

Haec velut stellæ exiliunt & transvolant, videnturque longum ignem porrigit, propter immensam celeritatem: cum acies nostra non discernat transitum earum, sed quacunque cucurrit id totum ignem credat. Tanta enim est velocitas motus, ut partes eius non discipiantur, sed tantum summa prendantur. Intelligimus magis, quia appareat stella, quam ea eat. Itaque velut igne continuo, totum iter signat: quia viuis nostri tarditas non subsequitur momenta currentis, sed vider simul & vnde exilierit, & quo peruenierit. Quod fit in fulmine, longus nobis videtur ignis eius: quia cito spatium suum translit, & oculis nostris occurrit vniuersum per quod deiectus est. At ille non est extenti corporis, per omne qua venit: neque tam longe & extenuata in impetum valent. Quomodo ergo profluent? Attritus aeris ignis incensus, vento precepit impellitur: non semper tamen vento attritu fit. Nonnunquam ex aliqua opportunitate aeris nascitur. Multa enim sunt in sublimi, siccâ, calida, terrena, inter quae oritur, & pubulum suum sublequens defluit, ideoque velociter rapitur. At quare color diuersus est? Quia refert, quale sit id quod incenditur, & quam vehemens quo incenditur. Ventum autem significat eiusmodi lapsus, & quidem ab ea parte qua etumpit.

C A P . XV.

Fulgores, inquis, quomodo fiunt, quos Graeci cela appellant? Multis, videntur, modis. Potest illos ventorum vis edere, potest superioris caeli feruor. Nam cum late fulsis sit ignis, in inferiora aliquando, si sunt idonea accendi, corripit. Potest stellarum motus cursu suo excitare ignem, & in subiecta transmittere. Quid porro? non potest fieri, ut aer vim ignem usque in aethera elidat, ex qua fulgor ardore fit stellæ, vel similis excursus? Ex his fulgoribus quaedam in praeceps eunt, similia profluentibus stellis: quaedam cerio loco permanent, & tantum lucis emittunt, ut fugent tenebras, & diem repraesentent, donec consumpto alimento, primum obscuriora sint, deinde flammæ modo, quae in se cadit, per aliudā diminutionem redigantur in nihilum. Ex his quaedam in nubibus apparent, quaedam supra nubes, cu aer spissus, ignem, quem propior terris diu pauerat, usque in sidera expressit. Horum aliqua non patiuntur moram, sed transcurrunt aut extinguuntur subinde qua relaxerant. Hi fulgores dicuntur: quia brevis facies illorum & caduca est, nec sine iniuria decidens: saepe enim fulminum noxas ediderunt. Ab his tecta videmus ista, quae astraloplecta Graeci vocant. At quibus longior mors & fortior ignis est, motumque caeli sequens, aut qui proprios cursus agunt, Cometas nostri putant: de quibus dicendum est. Horum genera sunt pogonae, lampades, & cyparissiae, & alia omnia: quorum ignis in exitu sparitus est.

est Dubium, an inter hos ponantur trabes, & pithiae, quae raro sunt visae. Multa enim conglobatione ignium indigent, cum ignis illorum orbis aliquando matutini amplitudinem solis exuperet. Inter haec ponas licet, & quod frequenter in historijs legimus, caelum ardere visum: cuius nonnunquam tam sublimis ardor est, ut inter ipsa sidera videatur: nonnunquam tam humilis, ut speciem longinqui incendijs praebeat. Sub Tiberio Caesare cohortes in auxilium Ostiensis coloniae cucurrerunt, tanquam conflagrantis: cum caeli ardor fuisset per magnam partem noctis, parum lucidus crassi fumidique ignis. De his nemo dubitat quin habeant flammas quam ostendunt: certa illis substantia est. De prioribus queritur, de arcu dico & coronis, an decipiant aciem, & mendacio constent: an illis quoque verum sit, quod appareat. Nobis non placet, in arcu aut coronis subesse aliquid corporis certi, nihil enim iudicamus in speculis, nisi fallaciam esse, nihil aliud quam alienum corpus mentientibus. Non enim est in speculo, quod ostenditur. Alioquin non exiret, nec alia protinus imagine obduceretur: nec innumerabiles modo interirent, modo exciperentur formae. Quid ergo? Simulacra ista sunt, & inanis verorum corporum imitatio: suntque ista à quibusdam ita composita, ut possint detorquere in prauum. Nam (ut dixi) sunt specula, quae faciem prospicuum obliquent: sunt, quae in infinitum augeant, & humanum habitum excedant, modumq. nostrorum corporum.

C A P. XVI.

HOcloco volo tibi narrare fabellam, ut intelligas, quām nullum instrumentum irritandae voluptatis libido contemnat, & ingeniosa sit ad incitandum furorem suum. Hostius quidam fuit obscenitatis vsque in scenam productae. Hunc diuitem aurum lesteſtū miles seruum diuus Augustus indignum vindicta iudi cauit, cum à seruis occisus esset: & tamen non pronuntiauit iure caefum videri. Non erat ille tantummodo ab uno sexu impurus, sed tam virorum quām feminarum audius fuit. Fecitque specula eius nota, cuius modo retuli, imagines longe maiores reddentia, in quibus digitus brachij mensuram, & longitudine & crassitudine excederet. Haec autem ita disponebat, ut cum virum ipse patetetur, auersus omnes admirarij sui motus in speculo videtur, ac deinde falsa magnitudine ipsius membra tanquam vera gauderet. In omnibus quidem balneis agebat ille dilectum, & aperta mensura legebat viros: sed nihilominus mendacijs quoque insatiabile malum delectabat. I nunc, dic, speculum mundiarum causa repertum. Foeda dictu fuit, quae portentum illud lacerandum ore suo dixerit, feceritque, cum illi specula ab omni parte opponerentur, ut ipse flagitorum suorum spectator esset: & quae secreta quoque conscientia premuntur, & quae accusatus quisque fecisse se negat, non in os tantum, sed in oculos suos ingereret. At hercules scelera conspectum suum reformidant. In perditis quoque, & ad omnem dedecus expositis, tenerima est oculorum verecundia. Ille autem, quasi parum esset inaudita & incongnita pati, oculos suos ad illa aduocavit: nec quantum peccabat videre contentus, specula sibi per quae flagitia sua diuideret, disponeretque, circundedit: & quia non tam diligenter intueri poterat, cum compreslus erat, & caput merserat, inguinibusque alienis obhaeret, opus suum sibi per imagines offerebat. Speculabatur illam libidinem oris sui, spectabat sibi admisso pariter in omnia viros. Nonnunquam inter marem & feminam distributus, & toto corpore patientiae expositus, spectabat nefanda. Quidnam homo impurus reliquit, quod in tenebris faceret? Non pertimuit diem, sed ipsos concubitus portentos sibi ipse ostendit, sibi ipse approbavit. Quid non putas, eo ipso habitu voluisse pingi? Est aliqua etiā propositus modestia: & illa corpora, publico obiecta ludibrio, aliquid, quo infelix patientis lateat, obtundit: adeo quodam modo lupanar quoque verecundum est. At illud monstrum obscenitatem suam, spectaculum fecerat, & ea sibi ostentabat, quibus acondens nulla fatis alta nox est. Simul, inquit, & vi rum & feminam patior: nihilominus illa quoque supereructa mihi parte, alicuius contumelia marem exercet. Omnia membra stupris occupata sunt. Oculi quoque in partem libidinis veniant, & testes eius exactoresque sint. Etiam ea que ab aspectu corporis nostri positio submouit, arte visantur, ne quis me putet necire, quid faciam. Nihil egit natura, quod humanae libidini ministeria tā maligna dedit, quod aliorum animalium concubitus melius instruxit. Inueniam, quemadmodum, morbo meo imponam & satisficiam. Quo nequitiam meam, si ad naturae modum pecco? Id genus speculorum circumponam mihi, quod incredibilem imaginum magnitudinem reddat. Si licet mihi, ad verum ista perducerem: quia non licet, mendacio pascar. Obscenitas mea, plus quām capit, videat, & patientiam suam ipsa minetur. Facinus indignum, hic fortasse cito, & antequam haec videret, occisus est. Ad speculum suum immolans fuit.

C A P. XVII.

DErideantur nunc philosophi, quod speculi natura differant, quod inquirant, quid ita facies nostra nobis, & quidem in nos obuerfa redditur. Quid sibi rerum natura voluit, quod cum vera corpora dederit, etiam simulacra eorum aspici voluit. Quorsus pertinuerit, hanc comparare materiam, excipiendarum imaginum potentem. Non in hoc scilicet, ut ad speculum barbam faciemque velleremus, aut ut faciem viri poliremus. In nulla re illa negotium luxuria concessit: sed primum omnium, quia imbecilli oculi ad sustinendum cominus solem ignoratari erant formam eius, hebetato illum lumine ostendit. Quamvis enim eum orientem occidentemque contemplari liceat: tamen habitum eius, ipsum qui verus est, non rubentis, sed candida luce fulgentis nesciremus, nisi in aliquo nobis humore leuior & aspici facilius occurreret. Praeterea duorum siderum occursum, quo interpolati dies soler, non vi de-

remus,

remus, nec scire possemus, quid esset, nisi liberius humi solis lunaeque imagines videremus. Inuenta sunt specula, ut homo ipse se nosceret. Multa ex hoc consecuta, primo sui noritia, deinde & ad quaedam consilium. Formosus, ut vitaret infamiam: deformis, ut sciret redimendum esse virtutibus, quicquid corpori decesserit: iuuenis, ut flore aetatis admoneretur, illud tempus esse difficandi, & fortia audiendi: senex, ut indecora canis deponeret, & de morte aliquid cogitaret. Ad hoc rerum natura facultatem nobis dedit, nosmetiplos videndi. Fons cuique perlucet aut leue saxum imaginem reddit.

*Nuper me in litora vidi,
Cum placidum ventis staret mare.*

Qualem fuisse cultum putas ad hoc speculum se commentum? Aetas illa simplicior, & fortuitis contenta, nondum in vitium beneficium detorquebat, nec inuentum naturae in libidinem luxumque rapiebat. Primo faciem suam cuique casus ostendit: deinde cum infitus sui mortalibus amor, dulcem aspectum formae sue faceret, saepius ea despexere, in quibus prius effigies suas viderant. Postquam deterior populus ipsas subiit terras, effossuras obruenta, ferrum primo in vsu fuit: & id homines impune eruerant, si folium eruissent. Tanc demum alia terrea mala, quorum leuitas aliud agentibus speciem suam obtulit, quam hic in poculo, ille in aere ad alios vsus comparato videt. & mox proprius huic ministerio praeparatus est orbis: nondum argenti nitor, sed fragilis vilisque materia. tunc quoque cum antiqui illi viri in condite viuerent, satis nitidi, si squalorem opere collectum aduerso flumine eluerent, cura comere capillum fuit, ac prominentem barbam depetere: & in hac re quisque sibi alterique operam dabant inuenient. Coniugum quidem manu, crinis ille, quem effundere olim mos viris fuit, attractabatur: sed illum sibi sine vlo artifice formosi quatabant, non aliter quam iubam generosa animalia. Postea rerum iam potiente luxuria, specula totis paria corporibus auro argentoque caelata sunt, denique gemmis adornata: & pluris vnum ex his feminae constituit, quām antiquarum dos fuit illa, quae publice dabatur, imperatorum pauperum filiabus. An tu existimas, ex auro nitidum habuisse Scipionis filias speculum, cum illis dos fuisset aës graue? O pauperes felix, quae tanto titulo locum fecit. Non fecisse illis Senatus dotem, si habuissent. At quisquis ille fuit, cui socii loco senatus fuit, intellectus se accipisse dotem, quam fas non esset reddere. Iam libertinorum virgunculis in vnum speculum non sufficit illa dos, quam dedit senatus pro Scipione. Processit enim immodestius, paulatim opibus ipsius inuitata luxuria. & incrementum ingens via accepert. Adeoque omnia indiscreta sunt peruersissimis artibus, ut quicquid mundus muliebris vocabatur, sarcinae viriles fint: minus dico, etiam militares. Iam speculum ornatus tantum causa adhibitum, nulli non vitio necessarium factum est.



L A N N A E I. S E N E C A E A D L V C I L I V M . N A T V R A L I V M . Q V A E S T I O N V M L I B E R . S E C U N D V S

C A P. I.

 Mnis de vniuerso quaestio in caelestia, sublimia, & terrena dividitur. Prima pars naturam siderum scrutatur, & magnitudinem, & formam ignium quibus mundus includitur: solidum ne sit caelum, ac firmae concretaeque materiae, an ex subili tenuique nexum: agatur, an agat: & infra se sidera habeat, an in contextu sui fixa: quemadmodum sol anni vi ces feruerit: an retro flecat: cerera deinceps his similia. Secunda pars tractat inter caelum terraque versantia. Haec sunt nubila, imbre, niues, & humanas motu tonitrua mentes: quaeunque aer facit, patiturve. Haec sublimia dicimus, quia editiora imis sunt. Tertia illa pars de agris, terris, arbustis, fatis, quaerit, & (ut Iurisconsultorum verbo vtar) de omnibus quae solo continetur. Quomodo, inquis, de terrarum motu quaestio em eo posuisti loco, quo de tonitruis fulguribusque dicturus es? Quia cum motus terrae fiat spiritu, spiritus autem sit aer agitatus, & si subeat terras, non ibi spectandus est: cogitetur in ea sede in qua illum natura disposuit. Dicam, quod magis videbitur mirum: inter caelestia & de terra dicendum erit. Quare inquis, quia cum propria terrae excutimus suo loco, vtrum lata sit & inaequalis, & enormiter proiecta, an tota in formam pilae spectet, & in orbem partes suas agat, alliger aquas, an aquis alligetur ipsa: animal sit, an iners corpus, & sine sensu, plenum quidem spiritus,

spiritus, sed alieni, & cetera huiusmodi quoties in manus venerint, terram sequentur, & in imis colloca buntur. At ubi queretur, quis terrae sit situs, qua parte mundi subfederit, quomodo aduersus sidera caelumque posita sit, haec quaestio cedit superioribus, & (vtrita dicam) meliorem condicionem sequitur.

C A P. II.

Q Voniā dixi de partibus, in quas omnis rerum naturae materia diuiditur, quaedam in commune sunt dicenda: & hoc primum praefumendum, inter ea corpora, à quibus unitas est, aera esse. Quid sit hoc, & quare praecipiendum fuerit, scies, si paulo altius repetero, & dixerim aliquid esse continuum, aliquid commixtum. Continuatio est partium inter se non intermissa coniunctio. Unitas est sine commixtura continuatio, & duorum inter se coniunctorum corporum tactus. Nunquid dubium est, quod ex his corporibus quae videmus tractamusque, quae aut sentiuntur aut sentiunt, quaedam sint composita? Illa constant aut nexus, aut aceruatione: vt puta funis, frumentum nauis. Rursus non cōposita: vt arbor, lapis. Ergo concedas oportet, ex his quoque quae sensim quidem effugiunt, ceterum ratione prenduntur, esse in quibusdam unitatem corporum. Vide, quomodo aurib. tuis parcam. Expedite me poteram, si philosophorum lingua vti voluissim, vt dicerem unita corpora: hoc cum tibi remittam, tu inuicem mihi refer gratiam. Quia re istud si quando dixerim unum, memineris me non ad numerum referre, sed ad natūram corporis, nulla ope externa, sed unitate sua cohaerentis. Ex hac nota corporum aer est.

C A P. III.

OMnia quae in notitiā nostrā cadere possunt mundus complectitur. Ex his quaedam sunt partes, quaedam materiae loco relata. Desiderat omnis natura materiam, sicut omnis quae manū constat. Quid sit hoc, apertius faciam. Pars est nostrī, manus, offa, nerū, oculi: materia, succus recenti cibit, turus in partes. Rursus quasi pars nostrī est sanguis: qui tamē & materia est. Praeparat enim & alia: & nihil minus in numero est eorum, quibus totum corpus efficitur.

C A P. IIII.

Sic mundi pars est aer, & quidem necessaria. hic est enim qui caelum terramque connectit, qui īma inter se cōtēns est. Supra se dat, quicquid accipit à terris. Rursus vim siderum in terrena tranfundit. Quem sic partem mundi voco, vt animalia & arbusta. Nam genus animalium arbustorumque, pars est vniuersitatis in consummationem totius assūptum: & quia non est sine hoc vniuersum. Vnum autē animal, & vna arbor quasi pars est: quia quānus périerit, rānen id ex quo perit, totum est. Aer autem, vt dicebam, & caelo & terris cohaeret. Vtrique innatus est. Habet autem unitatem, quicquid alicuius rei natīua pars est. Nihil enim nascitur, sine unitate.

C A P. V.

Terra & pars est mundi, & materia. Pars quare sit, non puto te interrogaturum, aut aequo interrogas, quare eaelum pars sit: quia scilicet non magis sine hoc, quam sine illa vniuersum esse potest, quod cū his vniuersum est, ex quibus, id est tam ex illo, quam ex ista, alimenta omnibus animalibus, omnibus sat, omnibus stellis diuiditur. Hinc quicquid est virū singulis, hinc ipsi mundo tā multa poscentiū subministratur: hinc profertur que sustineantur tot sidera, tā exercitata, tam auida, per diem noctemque, vt in opere, ita & in pastu. Et omnium quidem rerum natura, quantum in nutrimentū sui sat satis sit, apprehendit. Mundus autem, quantum in aeternum desiderabat, inuasit. pusillum tibi exemplum magnae rei ponam. Quia tantum complectuntur humoris, quantum ad effectum animalis exituri sat satis est.

C A P. VI.

A Er continuus terrae est, & sic appositus, vt statim ibi futurus sit, vnde illa discessit. Pars est totius mundi: sed idem tamē, qui quid terra in alimento misit, recipit: vt scilicet materia, non pars intelligi debeat. Ex hoc omnis inconstans tumultusque est. Hunc quidam ex diffantibus corporiculis, vt puluerem struant, plurimumque à vero recedunt. Nunquam enim contexti nisi per unitatem corporis nūs est, cum partes consentire ad intentionem debeant, & conferre vires. Aer autem, si in atomos diuiditur, sparsus est. Teneri vero disiecta non possunt. Intentionem aeris ostendent tibi inflata, nec ad istum cedentia. Ostendent pondera, per magnum spatium ablata, gestante vento. Ostendent voces, quae remissae elatae, sunt, prout aer se concitat. Quid enim est vox, nisi intensio aeris, vt audiatur, linguae formata percussus? Quid cursus & motus omnis, nonne intenti spiritus opera sunt? Hic facit vim nervis, & velocitatem currentibus. Hic cum vehementer concitatus ipse se torcit, arbusta silvasque conuelli, & aedificia tota corripiens in altum, frangit. Hic mare per se languidum & iacens incitat. Ad minora veniamus. Quis enim sine intentione spiritus cantus est? cornua & tubae, & ea quae aliqua pressura maiorem sonum reddunt, quām qui ore reddi potest, nonne aeris intentione partes suas explicant? Considerum quām ingentem vim per occultorum agant partula admodum semina, & quorum exilitas in cōmissura lapidum vix locum inueniat, in tantum conualefcunt, vt ingentia faxa distrahit, & in momenta dissolunt scopulos rupesque, radices minutissimae ac tenuissimae. Hoc quid est aliud, quām intensio spiritus, sine qua nil validum, & contra quam nil validius est? Esse autem unitatem in aere, vel ex hoc intelligi potest, quod corpora nostra inter se cohaerent. Quid enim aliud est quod tener ea, quām spiritus? Quid est aliud quo animus nostra agitetur? Quis est illi motus, nisi intensio? Quae intensio, nisi ex unitate? Quae unitas, nisi haec esset in aere? quid autem aliud producunt fruges & segetem imbecillam, ac vi-

rentes

entes erigit arbores, ac distendit in ramos, aut in altum erigit, quām spiritus intensio & unitas?

C A P. VII.

Q Vidam aera discerpunt, & in particulas diducunt, ita vt illi inane permisceant. Argumentum autem existimat non pleni corporis: fed multum vacui habentis, quod autibus in illo tam facilis motus, quod maximis minimisque per illum transcursum est. Sed falluntur. Nam aquarum quoque similis facilitas est: nec de unitate illarum dubium est, quae sic corpora accipiunt, vt semper in contrariū acceptis refluant. Hanc nostri circumstantiam, Graeci autem οὐσίαν appellant, quae in aere quoque situat in aqua sit. Circumstat enim omne corpus à quo impellitur. Nihil autem opus erit inani admisto. Sed hoc alias.

C A P. VIII.

N Uncautem esse quandam in rerū natura vehementiam, magni impetus, est colligendū. Nihil enim nisi intentione vehementius est, & tamen mehercules per aliud nihil intendi poterit: nisi per itemplum fuerit intentū. Dicimus enim, eodem modo non posse quicquam ab alio moueri, nisi aliquid fuerit mobile ex semetipso. Quis autem est, quod magis credatur ex semetipso habere intentionem, quām spiritus? Hunc intendi quis negabit, cum viderit factari terram cum montibus, tecta, murosque plares & magnas cum populis vrbes, cum totis maris littoribus? Ostendit intentionem spiritus, velocitas eius & diductio. Oculus statim per multa millia aciem suam intendit, vox vna totas vrbes simul percutit: lumen non paulatim proreprit, sed semel vniuersis infunditur rebus.

C A P. IX.

A Qua autem sine spiritu quemadmodum polet intendi? Nunquid dubitas, quin sparso illa quae intentione aqua fiat? Atqui nec tolleno magis, nec vilum, aliud tormentum aquam poterit mittere aut agere, quām spiritus. Huic se commodat: hoc in sero & cogente atollit, & contra naturam suam multa conatur, & ascendit, nata defluere. Quid nanigia sarcina depressa, parum ostendunt, non aquam sibi resistere quo minus mergantur, sed spiritum? Aqua enim cederet: nec posset pondera sustinere, nisi ipsa sustinaretur. Discus ex loco superiore in piscinam missus, non descendit, sed resiliat quemadmodum, nisi spiritu referente? Vox autem qua ratione per parietum munimenta transmittitur, nisi quod solido quoque aer inest, qui sonum extrinsecus missum & accipit & remittit? scilicet spiritu non aperta tantum intendens, sed etiam a bdita & inclusa. Quod illi facere expedictum est, quia nulquam diuīsus, sed per ipsa, quibus separari videtur, coit secum. Interponas licet muros & medium altitudinem montium: per omnia illa prohibetur nobis esse peruius, non sibi. id enim intercludit tantum, per quod illum nos sequi possumus. Ipse quidem transit per ipsum quod scinditur, & media non circumfundit tantum, sed vtrinque cingit.

C A P. X.

P Ermeat ab aethere lucidissimo aer, in terram vque diffusus: agilior quidem, tenuiorque & altior terris, nec minus aquis: ceterum aethere spissior grauiorque, frigidus per se & obscurus. lumen illi calore aliunde sunt sed per omne spatium sibi similes non est: mutatur enim à proximis. Summa pars eius est siccissima calidissimaque, & ob hoc etiam tenuissima, propter viciniam aeternorum ignium, & illos tot motus siderum, assiduumque caeli circumactum. Illa pars ima & vicina terris, densa & caliginea est: quia terrenas exhalationes receptat. Media pars temperat, si summis imisque conferas, quantum ad siccitatem tenuitatemque pertinet: ceterum vtraque parte frigidior. Nam superiora eius calorē vicinorum siderum sentiunt: inferiora quoque tepent, primum terrarum halitus, qui multum secum caliditatem afferit, deinde quia radij solis replicantur, & quoque redire pomerunt, replicato calore benignius fuent. Deinde etiam illo spiritu, qui omnibus animalibus, arbustisque ac satis calidus est. Nihil enim vineret sine calore. Adiice nunc ignes, non tantum manu factos & certos, sed operatos terris: quorum aliqui eruperunt, innumerabiles in abscondito flagrant & obscuro semper. Etiannum tot partes eius fertiles rerum, habent aliquid teporis: quoniam sterile est frigidum, calor autem gignit. Media ergo pars aeris ab his submotu in frigore suo manet. Natura enim aeris gelida est.

C A P. XI.

Q Via cum diuisus sit, ima sui parte maxime varius & inconstans & mutabilis est. Circa terram plurimum agit, plurimum patitur, exagitatur & exagitatur: nec tamen eodem modo totus afficitur, sed aliter alibi: ac partibus inquietus est ac turbidus. Causas autem illius mutationis & inconstantiae alias terra praebet, cuius positiones huic aut illo versae, magna ad aeris temperiem momenta sunt. alias siderum cursus. Ex quibus soli plurimum impates. Illum sequitur annus: ad illius flexum hiemes aesta tēsq. vertuntur. Lunae proximum ius est. Sed & caeterae quoque stellae non minus terrena quām incūbentem spiritum terris afficiunt, & ortu suo occasuve contrario, modo frigora, modo imbres, aliasque terrarum iniurias turbidae inuenti. Hoc necessarium fuit prae loqui, dictuō de tonitruo ac fulminibus & fulgurationibus. Nam quia in aere fiunt, naturam eius explicare oportebat: quo facilius appareret, quid facere aut pati posset.

C A P. XII.

Tria sunt ergo quae accident, fulgurationes, fulmina, & tonitrua: quae vna facta serius audiuntur. Fulgoratio ostendit ignem: fulminatio emittit. Illa (vt ita dicam) communatio est, & conatio si ne iectu:

ne istu:ista, faculatio cum istu. Quaedam sunt ex his, de quibus inter omnes conuenit: quaedam, in quibus diueriae sententiae sunt. Conuenit illis, omnia ista in nubibus & in nubibus fieri: etiam in conuenit, & fulgurationes & fulminationes, aut igneas esse, aut ignea specie. Ad illa nūc transformus in quibus lis est. Quidā putant ignē esse, in nubibus, quidā ad tēpus fieri: nec prius esse, quām mīti. Nec inter illos quidē quid profert ignē, conuenit. Alius enim a lumine illum colligit. Quidam autē radios solis intercurrētūs recurrentiisque, saepius in se relatōs, ignem excitare dicit. Anaxagoras ait illum ex aethere distillari, & ex tanto ardore caeli multa decidere, quae nubes diu inclusi custodiant, Aristoteles multo ante ignem colligi non putat, sed eodem momento exilire, quo fiat. Cuius sententia talis est. Duæ mundi partes in imo iacent, terra & aqua; vitaque ex se reddit aliquid. Terrenus vapor siccus est, & fumo simili, qui ventos, tonitrua & fulmina facit: aquarum halitus humidus est, & imberes & niues creant. Sed siccus illi terrarum vapor, vnde ventis origo est, quia coaceruatus est, cum coitu nubium vehementer impacterum à latere effuditur: deinde, vbi latius ferit nubes proximas, plaga & cū sono incutitur: qualis in nostris ignibus redditur, cum flamma virtio lignorū virentium crepat. Et vt ille spiritus habēs aliquid humidū secū, cum est conglobatus, rumpit flamma: eodem modo spiritus ille, quem paulo ante exprimi collisit nubibus dixi, impaetus aliis nec rumpit, nec exilire silentio potest. Diffimilis autem crepitus fit, ob dissimilem impactionem nubium. Quare aliae maiore sonum habent, aliae minorē. Ceterum illa vis expressa spiritus ignis est, qui fulgurationis nomen habet, leui impetu accensus & varius. Ante autem videmus fulgurationem, quām sonum audiamus: quia oculorum velocior est sensus, & multum aures antecedit.

C A P. XIII.

Falsam autem esse opinionem eorum, qui ignem in nubibus feruant, per multa colligi potest. Si de caelo cadit, quomodo non quotidie fit, cum tantudem illic semper ardeat? Deinde nullam rationem reddiderunt, quare ignis, quem natura sūsum vocat, defluat. Alia enim condicio nostrorum igniū est, ex quibus fauillae cadunt, quae ponderis secum aliquid habent. Ita non descendit ignis, sed praecipitatur & deducitur. Huic simile nihil accidit in igne purissimo, in quo nihil est quod deprimitur, aut si vila pars eius deciderit, in periculo totus est: quia totum potest excidere, quod potest carptim. Deinde illud quod quotidie levitas cadere prohibet, si in abdito suo tener graue, quomodo illic esse potuit, vnde caderet? Quid ergo? Non aliqui ignes in inferiora ferri solent, sicut haec ipsa de quibus quaerimus fulmina? Fato enim non eunt, sed feruntur. Aliqua illos potentia deprimit, quae non est in aethere. Nihil enim iniuria illic rumpit, nihil praeter solitum evenit. Ordo rerum est, & expurgatus ignis in custodia mundi, summas fortitudines operas pulcherrime circumit: hinc discedere non potest, sed ne ab externo quidem exprimi: quia in aethere nulli in certo corpori locus est. Certa enim & ordinata non pugnant,

C A P. XIV.

Vos, inquam, dicitis, cum causas stellarum transvolantium redditis, posse aliquas partes aeris ad se trahere ignem, ex aethere decideantem, & ex eo superioribus locis ardore hic accendi. Sed plurimū interest, vtrum aliquis dicat ignem ex aethere decidere, quod natura non patitur: an dicat, ex ignea vi calorem in ea, quae subiecta sunt, transfilare, an hic accendi. Non enim illinc ignis cadit, quod non potest fieri, sed hic nascitur. Videmus certe apud nos late incendio peruvante, quādam insulas, quae diu conculuerant, ex te concipere flammam. Iraque verisimile est in aere summo, qui naturam rapendi ignis habet, aliquid accēdi calore aetheris superpositi. Necesse est enim, vt & imus aether habeat aliquid aeri simile, & summus aer non sit dissimilis imo aetheri: quia non sit statim ex diuerso in aduersum transitus. Paulatim ista confinio vim suam miscent ita, vt dubitare possit, an aer, an hic iam aether sit.

C A P. XV.

Quidam ex nostris existimant, aera, cum in ignem & aquam mutabilis sit, non trahere aliunde causas flamarum nouas: ipse enim se mouendo accendit, & quum densos, compactosque nubium sinus dissipat, necessario vastum in tam magnorum corporum diruptione reddit sonum. Illa porro nubium difficulter cedentium pugna, aliquid confert ad concitandum ignem. Sic, quemadmodum ferro aliquid manus ad secundum conferit: sed secare, fieri est.

C A P. XVI.

Quid ergo inter fulgurationem & fulmen interest? Fulguratio, est late ignis explicitus: Fulmen, est coactus ignis, & impetu iactus. Solemus duabus manibus inter se iunctis, aquam conciperi, & compressa vtrunque palma in modum syphonis exprimere. Simile quidam & illic fieri puta. Nubium inter se compreslarum angustiae medium spiritum emittant, & hoc ipso inflammant, & tormenti modo eliciunt. Nam balistae quoque & scorpiones tela cum sono expellunt.

C A P. XVII.

Quidam existimant ipsum spiritum per frigida atque humida euntē, sonum reddere. Nam ne ferrum quidem ardens silentio tingitur. Sed quemadmodum, si in aquam feruens massa descendit, cum multo murmure extinguitur: ita, vt Anaximenes ait, spiritus incidens nubibus tonitrua edit, & dum luctatur, per obstantia & intercisa vadens, ipsa ignem fuga accedit.

C A P. XVIII.

ANaximander omnia ad spiritum retulit. Tonitrua, inquit, sunt nubis iactae sonus. Quare inequalia sunt?

sunt? Quia & ipse iactus inaequalis est. Quare & sereno tonat? Quia tunc quoque per crassum & siccum aera spiritus profilit. At quare aliquando non fulgurat & tonat? quia tenuior & infirmior spiritus, qui inflammam non valuit, in sonum valuit. Quid est ergo ipsa fulguratio? aeris didūcentis se, coruentis que iactatio, languidum ignem, nec exiturum aperiens. Quid est fulmen? acrioris densiorisque spiritus cursus.

C A P. XIX.

ANaximandrus ait, omnia ista sic fieri vt ex aethere aliqua vis in inferiora descendit. Ita ignis impactus nubibus frigidis sonat. At cum illas interfundit, fulget: & minor vis ignium, fulgurationes facit, maior fulmina.

C A P. XX.

Dogenes Apolloniates ait, quaedam tonitrua igne, quaedam spiritu fieri. Illa ignis facit, quae ipse antecedit & nuntiat: illa spiritus, quae sine splendore crepuerunt. Vtrunque sine altero fieri, & cesse aliquando, concedo: ita tamen, vt non discreta illis potestas sit, sed vtrunque ab utroque effici possit. Quis enim negabit spiritum magno impetu, latum, cum efficit sonum, effectum & ignem? Quis & hoc non concedet, aliquando ignem quoque rumpere posse nubes, & non exilire, si plurimarum aceru nubium, cum paucas percidi set, opprimitur est? Ergo & ignis ibit in spiritum, perdetque fulgorem & speciem, dum secuta in terra incendit. Adiice nunc, quod necesse est, vt impetus fulminis & praemittat spiritus, & agat ante se, & à tergo trahat ventum, cum tam vasto iactu aera inciderit. Itaque omnia, antequam feriantur, intremescunt vibrata vento, quem ignis ante se pressit.

C A P. XXI.

Dmissis nunc praceptoribus incipiamus per nos moueri, & confessi trāseamus ad dubia. Quid enim confessi est? Fulmen ignem esse: aequa fulgurationem: quae nihil aliud est, quām flamma: futura fulmen, si plus virium habuerit. Non natura ista, sed impetu distant. Esse illum ignem, calor ostendit: qui si non esset, ostendit effectus. Magnorum enim saepe incendiorum causa fulmen fuit. Siluae illo cremantur, & urbium partes, etiam quae non percussa sunt, tamen adusta cernuntur: quaedam vero velut fuligine colorantur. Quid, quōd omnibus fulgoritis odor sulphureus est? Ergo & vtrunque rem ignē esse constat, vtrunque rem inter se meando distare. Fulguratio est fulmen, non in terras vique perlatu. Et rursus licet dicas, fulmen esse fulgurationem, vique in terras perductam. Non ad exercendum verba, haec diutius pertracto: sed vt ista cognata esse, & eiusdem notae ac naturae, probem. Fulmen est quiddā plus, quām fulguratio. Vertamus ictud. Fulguratio est paene fulmen.

C A P. XXII.

Quoniam constat esse vtrunque rem ignem, videamus quemadmodum apud nos fieri soleat ignis. Eadem enim ratione & supra fit, duobus modis: vno, si excitatur fit ex lapide percusso: altero, si attritū inuenitur, sicut cum duo ligna inter se diuiciū trita sunt. Non omnis hoc tibi materia praefabit, sed idonea elicendi ignibus: sicut laurus, hederae, & alia in hunc usum nota pastoribus. Potest ergo fieri, vt nubes quoque ignem eodem modo vel percussae reddant, vel attritae. Videamus quantis procellae viribus ruant, quāto vertantur impetu turbines. Id tormentum in quod obuium fit, dissipatur, & rapitur, & longe à loco suo proicitur. Quid ergo mirum, si tanta vis ignem excutit, vel aliunde, vel sibi? Vides enim quantum feruorem sensura corpora sunt, horum transiū trita, exanimata. Nihil tamen tantum in his debet credi, ac in vi fiderum, quorum ingens & confessa potentia est.

C A P. XXIII.

Sed fortasse nubes quoque in nubes incitatae, fremente vento, & leviter urgente, ignem euocabunt, qui explendet, nec exiliat. Minore enim vi ad fulgurandum opus est, quām ad fulminandum. Superioribus collegimus, in quantum feruorem quaedam attrita perducerebuntur. Cum autem aer mutabilis in ignem, maximis viribus suis in ignem conuersus, atteratur, credibile est & verisimile, ignem caducum excuti, & cito in territum, quia non ex solidi materia oritur, nec in qua possit consistere. Transit itaque: tantumque habet morae, quantum itineris: & cursus sine alimento coniectus est.

C A P. XXIV.

Quoniam falsum est, quod de igne dixisti? Est enim illi aequa sursum ire, atque deorsum. Vtrunque verum potest esse. Ignis enim natura in verticem surgit, & si nihil illum prohibet, ascendit. Sicut aqua natura defertur: si tamen aliqua vis accessit, quae illam in contrarium ageret, illo intenditur, vnde imbre deiecta est. Fulmen autem cadit eadem necessitate, qua excutitur. In his ignibus accidit quod arboribus: quarum cacumina si tenera sunt, ita deorsum trahi possunt, vt etiam terram attingant, sed cum permiseris, in locum suum exilient. Itaque non est, quod eum species cuiusque rei habirum, qui illi non ex voluntate est. Si ignem permittis ire quo velit, caelum, id est, levissimi cuiusque sedem reperit: vbi est aliquid, quod eum fera, & ab impetu suo auertat, id non natura, sed seruitus eius fit.

C A P. XXV.

Dicitis, inquis, nubes attritas edere ignem, cum sint humidae, immo uiae: quomodo ergo possunt signare ignem, quem non magis verisimile est ex nube, quām ex aqua generari?

C A P. XXVI.

Ignis qui nascitur, primum in nubibus non est aqua, sed aer spissus, ad gignendam aquam praeparatus, nondū in illam mutatus, sed iā pronus & vergens. Nō est quidē eam existimes tunc colligi, sed effundi. Simul & fit, & cadit. Deinde si concessero humidam esse nubem, conceptis aquis plenam: nihil tamen prohibet, ignem ex humido quoque educi, immo ex ipso (quod magis mireris) humore. Quidā negauerunt in ignem quicquam posse mutari, priusquam mutantum esset in aquam. Potest ergo nubes, salta, quam continet, aqua, ignem parte aliqua sui reddere: vt saepe alia pars ligni arder, alia sudat. Nec hoc dico, non contraria inter se ista esse, & alterum altero perimit: sed vbi valentior ignis, quām humor est, vincit. Rursus vbi copia humoris exuperat, tunc ignis sine effectu est. Itaque non ardent virentia. Refert ergo, quantum aquae sit. Exigua enim non resilit, nec ignem impedit. Quid nī? Maiorum nostrorū memoria, vt Posidonius tradit, cum insula in Aegeo mari surgeret, spumabat interdiu mare, & fumus ex alto ferebatur. Nam demum prodebat ignem, non continuum, sed ex interuallis emicantein, fulminum more, quoties ardor inferius iacens, superum pondus euicerat. Deinde faxa reuoluta, rupeisque partim illæiae, quas spiritus antequam verteretur, expulerat, partim exefae, & in leuitatem pumicis verfae, nouissime cacumen exusti montis emicuit. Poeta altitudini adiecit, & faxum illud in magnitudinem insulae crevit. Idem nostra memoria, Valerio Asiatico cōsule iterum accidit. Quorū haec retuli, vt appareret, nec extintum ignem mati superfuso, nec impetum eius, grauitate ingentis vndae prohibitiū extre. Ducentorum paſuum fuisse altitudinem Asclepiodotus Posidonij auditor tradidit, per quā diruptus quis ignis emerit. Quid si immensa aquarum vis, subeuntum eximo flammarum vim nō potuit cōprimere: quanto minus in aere extinguiere ignē poterit, nubū tenuis humor & roſcius? Adeo res ista non adferit vllam moram, quae contrā causas ignium sit: quos non videmus emicare, nī impendente caelo, serenum sine fulmine est. Non habet istos metus dies purus, nec nox quidem, nī obliqua nubibus. Quid ergo? Non aliquando etiam apparentibus stellis, & nocte tranquilla fulgurat? Sed scias, licet nubes illic esse, vnde splendor effertur; quas videri à nobis terrarum tumor non finit. Adiace nūc, quod fieri potest, vt nubes lude & humiles attritu suo ignem reddant: qui in superiora expressus, in parte sincera, pura caeli visatur: sed sic in sordida.

C A P. XXVII.

Tonitrua distinxere quidam ita, vt dicent, vnum esse genus, enīs fit graue murmur, quale terrarum motus antecedit, clauso vento & fremente. Hoc quomodo illis videatur fieri, dicam. Cum spiritū intra se clausere nubes, in concavis partibus earum voluntatis aer, similem agit in uitibus sonum, raucum & aequalem, & continuum. Itaque etiam vbi illa regio humida est, exitum claudit. Ideo huiusmodi tonitrua venturi praenuntia imbris sunt. Aliud genus est acre, quod crepitum magis dixerim, quām sonum: qualem audire solemus, cum super caput alicuius disrupta vesica est. Talia eduntur tonitrua, cum globata dissoluitur nubes, & spiritum, quo dilatent fuerat, emitunt. Hoc proprie fragor dicitur, subitus & vehemens: quo edito concidunt homines, & exanimantur, quidam vero viui stupent, & in totum sibi excidunt, quos vocamus attontos, quorum mentes sonus ille caelestis loco pepulit. Hic fieri illo quoque modo potest, vt inclusus aer causa nube & motu ipso extenuatus diffundatur. Deinde cum maiorem sibi locum quaerit, à quibus inuolucrū est, sonam patitur. Quid autē? non quemadmodū illisae manus inter se plauſum edunt, si illisarum inter se nubium sonus potest esse magnus, quia magna concurrunt?

C A P. XXVIII.

VIdem, inquit, nubes impingi montibus, nec sonum fieri. Primum omnium non quoconque modo illisae sunt, sonant, sed si apte sunt compositae ad sonum edendum. Auersae inter se manus collisae non plaudunt, sed palma cum palma collata plausum facit. Et plurimum interest, vtrum caue concutiantur, an planae & extentaē. Deinde non tantum nubes ire oportet, sed agi magna vi, & procellosa. Etiam mons non scindit nubem, sed dirigit, & primam quamque partem eius soluit. Ne vesica quidem, quoconque modo spiritum emisit, sonat. Si ferro diuisa est, sine vlo aurium sensu exit. Rumpi illum oportet, vt sonet, non fecari. Idem de nubibus dico: nisi multo impetu dissiliuerit, non sonant. Adiace nūc, quidē nubes in monte actae, non franguntur, sed circumfunduntur in alias partes montis, arboris ramos, frutices, aspera saxa, & eminentia. Et ita discutiuntur, & si quem habent spiritum, multū fatigant: qui nī vniuersus erumpit, nec crepat. Hoc vt scias, ventus qui circa arborem fuaditur, subilat, non tonat. Lato (vt ita dicam) iectu, & totum globum semel dissipante opus est, vt sonitus erumpat: qualis auditur cum tonat.

C A P. XXIX.

Praeter haec natura aptus est aer ad voces. Quid nī? cum vox nihil aliud sit, quām iectus aer? Debent ergo nubes vtrinque dissilari, & caue & intentae. Vides enim quanto vocaliora sunt vacua, quām plena, quanto intenta quām remissa. Ita tympana & cymbala sonant: quia illa repugnantem ex vltiore parte spiritum pulsant, haec ad ipsum aerem acta, nisi concavio non tinniunt.

C A P. XXX.

Quidam, inter quos Asclepiodotus est, iudicant sic, quorundam quoque corporum concursu tonitrua & fulmina excuti posse. Aetna aliquando multo igne abundauit. Ingētem vim arenae vrētis effudit.

L I B E R S E C V N D V S.

effudit. Inuolutes est dies puluere, populosque subita nox terruit. Illo tempore aiunt plurima fuisse tonitrua & fulmina: quae concursu aridorum corporum facta sunt, non nubium: quas verisimile est, in tanto feroce aeris nullas fuisse. Aliquando Cambyses ad Ammonem misit exercitum: quem arena Austra morsa, & more niuis incidens, texit, deinde obruit. Tunc quoque verisimile est fuisse tonitrua fulmina, at tritu arenae se se affricantis. Nō repugnat proposito nostro ista opinio. Diximus enim, utriusque naturae corpora efflare terras, & seci aliquid & humili in toto aere vagari. Itaque si quid tale interuerit, nubem facit solidorem crassiorēmque, quām si tantum simplici spiritu intexeretur. Illa frangi potest, & edere sonum: ista quea dixi, siue incendijs vaporantibus aera repleuerunt, siue ventis terras verrentibus, neceſſe est nubem facient antequam sonum. Nubem autem tam arida quām humida conserunt. Est autem nubes (vt diximus) spissitudo aeris crassi.

C A P. XXXI.

Ceterum mira fulminis, si intueri velis, opera sunt, nec quicquā dubij relinquentia, quin diuina insit illis & subtilis potentia. Loculis integris ac illæsiis conflatur argentum. Manente vagina, gladius liqueſcit. Et iauiolato ligno, circa pila ferrum omne dissiliat. Stat fracto dolio vīnam, nec ultra triplum rigor illi durat. Illud acque inter annotanda ponas licet, quidē & hominum, & ceterorum animalium quae iecta sunt, caput speat ad exitum fulminis: quid omnium percussarum arborum contra fulmina hastulae surgunt. Quid, quid malorum serpentum, & ceterorum animalium, quibus mortifera vis ineſt, cum fulmine iecta sunt, venenum omne consumuntur? Vnde, inquit, scis? In venenatis corporibus vermis non nascitur. Fulmine iecta, intra paucos dies verminantur.

C A P. XXXII.

Quid, quod futura portendunt, nec vnius tantum aut alterius rei signa dant, sed saepe totum fatorum sequentium ordinem nuntiant, & quidē evidentibus, longeque clarioribus, quām si scriberentur. Hoc autem inter nos & Tuscos, quibus summa persequendorum fulminum est scientia, interest. Nos putamus, quidē nubes collisae sunt, ideo fulmina emitunt. Ipsa existimant, nubes collidi, vt fulmina emitantur. Nam cum omnia ad Deum referant, in ea sunt opiniones, tanquam, non quia facta sunt, significent: sed quia significatura sunt, sunt: eadem tamen ratione sunt, siue illis significare propositum est, siue consequens. Quomodo ergo significant, nisi à Deo mittantur? Quomodo aues non in hoc motae, vt nobis occurrent, dextrum auspiciū, sinistrum veſcerunt. Et illas, inquit, Deus mouit. Numis illum otiosum, & pūſillae rei ministrū facit, si alij somnia, alij extra disponit. Ita nihilominus diuina ope geruntur. Sed non à Deo penitus aūiū reguntur, nec pecudum vīscera sub ipsa fecari formantur. Alia ratione fatorum series explicatur, indicia, venturi vīsque praemittens: ex quibus nobis quaedam familiaria, quaedam ignota sunt. Quicquid sit, alicuius rei futurac signum est: fortuita, & sine ratione vaga, divinationem non recipiant. Cuius rei ordo est, etiam praedictio est. Cur ergo aquila, hic honor datus est, vt magnarum rerum faceret auspiciū aut coru, aut paucissim aubus ceterarum, sine praefagio vox est? Quia quaedam in artem nondū redacta sunt. Quaedam vero ne redigi quidē possunt, ob nimium remotam conuerationem. Ceterum nullum animal est, quod non motu & ocurrū suo praedictat aliquid. Non omnia scilicet, sed quaedam notantur. Auspiciū est obſeruantis. Ad eū itaque pertinet, qui in ea direxerit animū. Ceterum & illa quae pereunt. Quinque stellarum potest. Et Chaldaeorum obſeruatio exceptit. Quid tu? tot millia siderum indicas otiosū lucere? Quid est porro aliud, quod errorem incutiat peritus natalium, quām quod paucis nos sideribus affignant: cum omnia quae ſupra nos sunt, partem sibi nostri vindicent? Submissiora forſitan in nos propria vim suam dirigunt, & ea quae frequentius mota, aliter nos, aliter cetera animalia propiciunt. Ceterū & illa quae aut immota sunt, aut propter velocitatem vniuerso mundo parem immotis similia, non extra ius dominiumque nostri sunt. Aliud aspice & distributis rem efficis, tractas. Non magis autem facile est, scire quid possint, quām dubitari debet, an possint.

C A P. XXXIII.

Nunc ad fulmina reuertamur: quorū ars in tria diuiditur: quemadmodum exploremus, quemadmodum interpretetur, quemadmodum exoremus. Prima pars ad formulam spectat, secunda ad divinationem, tertia ad propitiandos deos: quos bona rogare oportet, mala deprecari. Rogare vt promis̄ faſtū: deprecari, vt remittant minas.

C A P. XXXIII.

Svmmā esse vim fulminū iudicant: quia quicquid alia portendit, interuentus fulminis tollit. Quicquid ab hoc portendit, fixum est, nec alterius ostenti significatiōne mutatur. Quicquid exta, quicquid aues minabuntur, secundo fulmine abolebitur. Quicquid fulmine denuntiatum est, nec extis, nec aue contraria refellitur. In quo mihi falli videntur. Quare? Quia vero verius nū hil est. Si aues futura cecinerunt, non potest hoc auspicium fulmine irritum fieri. Aut si potest, non futura cecinere. Non enim nūc autem compar & fulmen, sed duo, veri signa: quae si vnum significant, paria sunt. Itaque si fulminis interuentus subinquit extorum vel augurum iudicia, male inspecta exta, male obſeruata auguria sunt. Non enim refert, vtrius rei maior potentiorē natura sit, sed vtra vim attulit. Signum, quantum ad hoc, par est. Si dicas, flammae vim maiorem esse, quām fumi, non mentieris: sed ad indicandum ignem, idem valeat flamma, quod fumus. Itaque si hoc dicunt, quoties exta aliud significabunt, aliud

II 2 fulmina,

fulmina, fulminum erit auctoritas maior, fortasse consentiam: sed si hoc dicunt, quamvis altera signa verum praedixerint, fulminis ictus priora deleuit, & ad se fidem traxit, falsum est. Quare? quia nihil interest, quā multa auctorita fiant. fatum unum est: quod si bene primo auspicio intellectum est, secundo non interit: idem est. Ita dico, non refert, idem an aliud sit, per quod quaerimus: quoniam de quo quaerimus, idem est.

C A P. XXXV.

Fatum fulmine mutari non potest. Quid nō? Nam fulmen ipsum fati pars est. Quid ergo expiations, procurationsque, quo pertinent, si immunita fuit fata? Permitte mihi illam rigidam lectam tueri eorum, qui excipiunt ista, & nihil aliud esse existimant, quā aegre mentis solatia. Fata aliter ius suum peragunt, nec vila commouentur prece, non misericordia flectuntur, non gratia. Seruant cursum irreuocabilem: ex destinato fluunt. Quemadmodum rapidorum aqua torrentium in se non recurrat, nec moratur quidem, quia priorem superueniens praecipitat: sic ordinem terum fati aeterna series rotat, cuius haec prima lex est, stare decreto.

C A P. XXXVI.

Quid enim intelligis fatum? Existimo necessitatem rerum omnium actionumque, quam nulla vis rumpat. Hanc si sacrificii, & capite niueae agnæ exorari iudicas: diuina non nosci. Sapientis quoq. viri sententiam negatis posse mutari. Quanto magis Dei? cum sapiens quid sit optimum in praefentia sciat, illius diuinitati omne praesens sit. Agere tamen nunc eorum volo causam, qui procuranda existimant fulmina, & expiations non dubitant prodesse, aliquando ad submuenda pericula, aliquando ad leuanda, aliquando ad differenda.

C A P. XXXVII.

Quid sit quod sequitur, paulo post prosequar. Interim hoc habent commune nobiscum, quod nos quoque existimamus vota proficere, salua vi ac potestate fatorum. quaedam enim à dijs immortalibus ita suspensta relicta sunt, vt in bonum vertant, si admotae dijs preces fuerint: si vota suscepta. Ita non est hoc contra fatum, sed ipsum quoque in fato est. Aut futurum, inquit, est, aut non. Si futurum est, etiam si non suscepseris vota, fieri. Si non est futurum, etiam si suscepseris vota, non fieri. Falla est ista interrogatio: quia illam medium inter ista exceptionem praeterit. Futurum, inquam, hoc est, sed si vota suscepta fuerint. Hoc quoque necesse, inquit, est, fato comprehensum sit, aut suscipias vota, aut non.

C A P. XXXVIII.

Puta metibi manus dare, & fateri, hoc quoque fato esse comprehensum, vt vtique siant vota. Ideo sient. Fatum est, vt hic difertus sit, sed si litteras didicerit: ab eodem fato continetur, vt litteras discat, ideo discerit. Hic diues erit, sed si nauigauerit. At in illo fato ordine, quo patrimonium illi grande promittitur, hoc quoque protinus fatum est, vt nauigetur: ideo nauigabit. Idem dico tibi de expiationibus. Effugiet pericula, si expiaverit praedictas diuinitas minas. At hoc quoque in fato est, vt expiet: ideo expiabit. Ista nobis opponi solent, vt proberet nihil voluntati nostræ reliqua, & omneius fato traditum. Cum de ista re agetur, dicam, quemadmodum, manente fato, aliquid sit in hominis arbitrio. Nunc vero id de quo agitur, explicavi, quomodo si fatus certus est ordo, expiations procurationsque prodigiorum, pericula auertant: quia cum fato non pugnant, sed ipsa in lege data sunt. Quid ergo, inquis, aruspex mihi prodest? Vtique enim expiare, etiam non suadente illo, mihi necesse est. Hoc prodest, quod fatus minister est. Sic cum sanitas videatur esse de fato, debetur & medico: quia ad nos beneficium fatus per hujus manus venit.

C A P. XXXIX.

Genera fulminum tria esse ait Caecina: Consiliarium, Auctoritatis, & quod status dicitur. Consiliarium ante rem sit, sed post cogitationem: cum aliquid in animo versantibus, aut suadetur fulminus ictu, aut dissuadetur. Auctoritatis est, vbi post rem factam venit, quam futuram bono malo ne significat. Status est, vbi quietis nec agentibus quicquam, nec cogitantibus quidem fulmen interuenit. Hoc aut minatur, aut promittit, aut monet. Hoc monitorium vocat: sed nescio quare non idem sit, quod consiliarium. Nam & qui monet, consilium dat: sed habet aliquam distinctionem. Ideoque separatur a consiliario: quia illud suadet dissuadetque, hoc solam impendens periculi evitatem continet. Ut cum timemus ignem aut fraudem à proximis, aut infidias à seruis. Etiamnum tamen aliam distinctionem viri que video. Consiliarium est, quod cogitanti factum est: monitorium, quod nihil cogitanti. Habet autem utraque res suam proprietatem. Suadetur deliberaatibus, at vltro monentur.

C A P. XL.

Primo omnium non sunt fulminum genera, sed significationum. Nam fulminum genera sunt illa, quod terebrat, quod discutit, quod vrit. Quod terebrat, subtile est & flammum, cui per angustissimum fuga est, ob sinceræ & puram flaminæ tenitatem: quod discutit, conglobatum est, & habet admixtam vim spiritus coacti & procellosi. Itaque illud fulmen per id foramen, quod ingressum est, reddit & euadit. Huic late sparsa vis, rumpit ictu, non perforat. Tertium illud genus, quod vrit, multum terreri habet, & igneum magis est quā flammum. Itaque relinquit magnas ignium notas, quae percussis inhaereant. Nullum quidem sine igni fulmen venit: sed hoc proprie igneū dicimus, quod manifesta ardoris vestigia imprimit. Quod aut vrit, aut fuscatur, tribus modis vrit: aut enim afflat, & leui iniuria laedit, aut cōburit, aut accedit. Omnia ista vrit, sed genere & modo differunt. Quodcunq. cōbustū est, vtq. & vsum

vsum est. At non omne quod vsum, vtique & combustum est. Item quod accensum est. Potest enim illud ipso transitu ignis vsum esse. Quis necit quaedam vri quidem nec ardere? Nihil autem potest ardere, quod non vrat. Vnum hoc adiiciam. Potest aliquid esse combustum, quod non sit accensum. Potest accensum esse, nec combustum.

C A P. XL.

Nunc ad id transego genus fulminis, quo ictu fuscantur. Hoc aut decolorat, aut colorat. Vrque distinctionem suam reddam. Decoloratur id, cuius color vitiatur, non mutatur. Coloratur, id cuius alia sit quā fuit facies: tanquam caerulea, vel nigra, vel pallida. Haec adhuc Etruscis & philosophis communia sunt. In illo dissentient, quod fulmina dicunt à Iove mitti, & tres illi manubias dant. Prima (vtraint) monet & placata est, & ipsius consilio Ioui mittitur. Secundam mittit quidem Iupiter, sed ex consilio sententia. Duodecim enim deos aduocat. Hoc fulmen boni aliquid aliquando facit: sed tunc quoque non aliter, quā vt noceat. Ne prodest quidem impune. Tertiam manubiam idem Iupiter mittit: sed adhibitis in consilio dijs, quos superiores & inuolutos vocant. Quae vastat & includit, & mutat statum priuatum vtique & publicum, quem inuenit. Ignis enim nihil esse, quod sit, patitur.

C A P. XLII.

In his prima specie si intueri velis, errat antiquitas. Quid enim tam imperitum est, quā credet? Re fulmina è nubibus Iouem mittere, columnas, arbores, statuas suas non nunquam petere, vt, impunitis sacrificis, percussis ouibus, incensis aris, pecudes innoxias feriat, & ad suum concilium à Ioue deos, quasi in ipso parū consilio sit, aduocari: illa laeta & placata esse fulmina, quae solus excutiat: pernicioſa, quibus mittendis maior numinum turba interfuit? Si queris à me, quid sentiam, non existimo tam hebetes fuisse, vt crederent Iouem, aut non aequae voluntatis, aut certe minus paratum esse. Vt enim cum emisit ignes, quibus innoxia capita percuteret, scelerata transiret, aut noluit iustus mittere, aut non successit? Quid ergo fecuti sunt, cum hoc dicerent? Ad coercendos animos imperitorū sapientissimi viri, iudicauerunt ineuitabilem metum, vt supra nos aliquid timeremus. Vtile erat in tanta audacia scelerum aliquid esse, aduersum quod nemo sibi satis potens videretur. Ad conterrendos itaque eos, quibus innocentia nisi metu non placet, posuere super caput vindicem, & quidem armatum.

C A P. XLIII.

Quare ergo id fulmen quod solus Iupiter mittit, placabile est: pernicioſum id, de quo deliberauit, & quod alii quoque diis auctoribus misit? Quia Iouem, id est, regem, prodeſſe etiam ſolum oportet, nocere non, niſi cum pluribus viſum eſt. Difcant hoc iij, quicunq. magnam potentiam inter homines adepti ſunt, ſine consilio nec fulmen quidem mitti: aduocent, considerent multorum ſententias, placita temperent, & hoc ſibi proponant, vbi aliquid percuti debet, ne Ioui quidem ſuum ſatis eſſe consilio.

C A P. XLIII.

In hoc quoque tam imperiti non fuere, vt Iouem existimarent tela mutare, poeticam ita licentiam decent.

*Eſt aliud levius fulmen, cui dextra Cyclopum,**Sævissiae flammæque minus, minus addidit iræ.**Tela secunda vocant ſuperi.*

Illos vero altissimos viros error iſe non tenuit, vt existimarent: Iouem modo leuioribus fulminibus & fuloris vti: sed voluerunt admonere eos, quibus aduersus peccata hominum fulminandum eſt; non eodem modo omnia eſſe percutienda: quaedam frangi debere, quaedam elidi & distingi, quaedam admoneri.

C A P. XLV.

Ne hoc quidem crediderunt, Iouem quallem in Capitolio, & in ceteris aedibus colimus mittere manu fulmina, ſed eundem quem nos Iouem intelligunt, custodem restoremq. vniuersi, animum ac spiritum, mundani huius operis dominum & artificem, cui nomen omni conuenit. Vis illum fatum vocare non errabis. Hic eſt, ex quo suspensa ſunt omnia, cauſa caſarum. Vis illum prouidentiam dicere? recte dices. Eſt enim, cuius consilio huic mundo prouideatur, vt inconſuſus eſt, & auctus ſuos explicet. Vis illum naturam vocare? non peccabis. Eſt enim, ex quo nata ſunt omnia, cuius ſpiritu vivimus. Vis illum vocare inmundum? non falleris. Ipſe enim eſt, totum quod vides, totus ſuis partibus inditus, & ſe sustinens vi ſua. Idem Etruscis quoque viſum eſt: & ideo fulmina à Ioue mitti dixerunt, quia fine illo nihil geritur.

C A P. XLVI.

At quare Iupiter aut ferienda tranſit, aut innoxia ferit? In maiorem me quæſitionē vocas: cui ſuus locus, ſuus dies dandus eſt. Interim hoc dico, fulmina non mitti à Ioue, ſed ſic omnia diſpoſita, vt ea etiam quae ab illo non ſiunt, tamen ſine ratione non ſiunt: quae illius eſt. Vis eorum, illius permifſio eſt. Nam & ſi Iupiter illa nunc non facit, fecit, vti fierent. Singulis non adeſt: ſed ſignum, & vim, & cauſam dedit omnibus.

C A P. XLVII.

Hic illorum diuisioni non accedo. Auunt aut perpetua aut finita eſſe fulmina, aut prorogativa. Perpetua, quorum significatio in totam vitam pertinet, nec vnam rem id enſtitat, ſed contextū re-

rum per omnem deinceps aetatem futurorum complectitur. Haec sunt fulmina, quae prima accepto patrimonio, & in novo hominis aut urbis statu sunt. Finita ad diem utique respondent. Prorogativa sunt, quorum minae differri possunt, aucti tollique non possunt.

C A P. XLVIII.

Dicam quid sit, quare huic divisioni non consentiam. Nam & quod perpetuum vocant fulmen, finitum est. Aequae enim talia ad diem respondent. Nec ideo finita non sunt, quia multum tempus significant. Et quod prorogatum videtur, finitum est. Nam illorum quoque confessione certum est, quousque in petre dilatio. Privata enim fulmina negant ultra decimum annum, publica ultra tricesimum posse differri. Hoc modo & ista finita sunt: quia ultra quod non prorogentur, inclusum est. Omnia ergo fulminum & omnis euentus dies stata est. Non potest enim illa incerti esse comprehensio. Quae inspicenda sunt in fuligine, passim & vage dicunt, cum possint sic dividere, quemadmodum ab Atalo philosopho, qui se huic disciplinae dederat, divisa sunt, ut inspicatur ubi factum sit, quando, cui, in qua re, qualem, quantum. Haec si digerere in partes suas volueris, quid postea faciam, nisi in immensum procedam?

C A P. XLIX.

Nunc nomina fulminum, quae à Caecina ponuntur, perstringam: & quid de his sentiam, exponam. Ait esse postulatoria, quibus sacrificia intermissa, aut non rite facta repertuntur. Monitoria, quibus docetur, quid caendum sit. Pestifera, quae mortem exiliumque portendunt. Fallacia, quae per speciem alicuius boni nocent. Dant consulatum, malo futurum gerentibus: & hereditatem, cuius compedium magno sit luendum incommmodo. Deptecanea, quae speciem periculi sine periculo afferunt. Peremptalia, quibus tolluntur priorum fulminum minae. Attestata, quae prioribus consentiunt. Attarena, quae in inclusu sunt. Obruta, quibus iam prius percussi nec procurata feriuntur. Regalia, quorum vi tangitur vel comitium, vel principalia urbis liberae loca: quorum significatio regnum cunctati minatur. Inferna, cum è terra exiliunt ignes. Hospitalia, quae sacrificijs ad nos Iouem arcessunt, & (ut verbo eorum molliori vtar) inuitant. Sed si ratente domino inuitant, tunc venire cum magno inuitantium periculo affirmat. Auxiliaria, quae aduocata dicuntur, sed aduocantum bono veniunt.

C A P. L.

Qvanto simplicior diuisio est, qua vtebatur Atalus noster, egregius vir, qui Etruscorum disciplinam Graeca subtilitate miscuerat. Ex fulminibus quaedam sunt, quae significant id, quod ad nos pertinet: quaedam aut nihil significant, aut id cuius intellectus ad nos non peruenit. Ex his quae significant, quaedam sunt laeta, quaedam aduersa, quaedam nec aduersa ne laeta. Aduersorum haec species sunt. Aut ineuitabila mala portendunt, aut evitabilia, aut quae minui possunt, aut quae prorogari. Laeta aut mansura significant, aut caduca. Mixta aut partem habent boni, partem mali: aut mala in bonum, aut bona in malum vertunt. Nec aduersa nec laeta sunt, quae aliquam nobis actionem significant, qua nec terrei ne laetari debemus: ut peregrinationem, in qua nec metus, nec spei quicquam sit.

C A P. LI.

Reuerter ad ea fulmina, quae significant quidem aliquid, sed quod ad nos non pertineat. tanquam, utrum eodem anno idem futurum sit fulmen, quod factum est. Nihil significant fulmina, aut id cuius notitia nos effugit: ut illa quae in vastum mare sparguntur, aut in desertas solitudines: quorum significatio vel nulla est, vel perit.

C A P. LII.

Pauta adhuc adjiciam ad enarrandam vim fulminis, quae non eodem modo omnem materiam veat. Valentiora, quia resistunt, vehementius dissipat: cedentia nonnunquam sine iniuria transit. Cū lapide ferroque, & durissimis quibusque configit: quia viam necesse est per illa impetu quaerat. Itaque facit viam qua effugiat, teneris & rarioribus parcit, quanquam & flammas opportuna videantur: quia transitu patente minus laetit. Loculis itaque, ut dixi, integris, pecunia quae in his fuerat, conflata repetitur: quia ignis tenuissimus per occulta foramina transcurrit. Quicquid autem in tigno solidum inuenit, ut contumax vincit. Non uno autem, ut dixi, modo facit: sed quid quaque vis fecerit, ex ipso genere iniuria intelligis, & fulmen opere cognoscis. Interdum in eadem materia, multa diuerter, ciuidem vis fulminis facit: sicut in arbore, quod aridissimum est, vrit: quod solidissimum & durissimum est, terebrat & frangit: summos cortices dissipat, interiores libros interioris arboris rumpit ac scindit, folia perstringit ac tundit: vinum gelat, ferrum & aes fundit.

C A P. LIII.

Illud est mirum, quod vinum fulmine gelatum, cum ad priorem habitum redit, potum aut exanimat, aut dementes facit. Quare id accidat quaerenti mihi, illud occurrat. Inest fulmini vis pestifera. Ex hoc aliquem remanere spiritum in eo humore quem coegit gelavitque, verisimile est. Nec enim alligati potuerit, nisi aliquod illi esset additum vineulum. Preterea olei quoque, & omnis vnguenti, tæter post fulmen odor est. Ex quo appetit, inesse quandam subtilissimo igni, & contra naturam acto, pestilens potentiam, quia non tantum icta cadunt, sed etiam afflata. Praeterea quocunque decidit fulmen, ibi odorem sulphuris esse certum est: quia quia natura grauis est, saepius haustus alienat. Sed ad hoc vacui reuertetur. Fortasse enim libebit ostendere, quantum omnia ista à philosophia artium parente fluxere. Illa

re. Illa primum & quae siue causas rerum, & obseruauit effectus: & quod fulminis inspectione longe melius est, initis rerum exitus contulit.

C A P. LIII.

Nunc ad opinionem Posidonij reuertar. E terra tertenisque omnibus pars humida esatur, pars sicca & fumida. Haec fulminibus alimentum est: illa imbris. Quicquid in aera siccum fumosique peruenit, id includi se nubibus non fert, sed rumpit claudentia. Inde est tonus, quem nos tonitruum vocamus. In ipso quoque aere quicquid attenuatur, simul siccatur & caler. Hoc quoque si inclusum est, aequo fuganti querit, & cum sono euadit. Et modo vniuersam eruptionem facit, eoque vehementius intonat: modo per partes & minutum. Ergo tonitrua hic spiritus exprimit, dum aut rumpit nubes, aut percolat. Volutatio autem spiritus, in nube conclusi, valentissimum est ascendendi genus.

C A P. LV.

Tonitrua nihil aliud sunt, quam siccii aeris sonitus, qui fieri, nisi dum aut terit, aut rumpitur, non potest. Et si colliduntur, inquit, nubes inter se, fit is quem desideras ietus, sed non vniuersus. Neque enim tota concurrunt, sed partibus partes. Nec sonant mollia, nisi illis duris sint. Itaque non auditur fluctus, nisi impactus. Ignis, inquit, missus in aqua, sonat, dum extinguitur. Puta ita esse, pro me est. Non enim ignis tunc sonum efficit, sed spiritus per extinguentia effugiens. Ut dem tibi, & fieri ignem in nube, & extingui, è spiritu nascitur & attritu. Quid ergo inquit, non potest aliqua ex his transcurrentibus stellis incidere in nubem, & extingui? Existimemus posse aliquando & hoc fieri. Nunc naturalem causam quaerimus & assiduum, non raram & fortuitam. Puta me confiteri verum esse, quod dicas. Aliquando post tonitrua emicare ignes, stellis transuersis & cadentibus similes. Non ob hoc tonitrua facta sunt: sed cum hoc fieret, tonitrua facta sunt. Clydemus ait, fulgurationem speciem inanem esse, non ignem. Sic enim per noctem plandore motu remorum videri. Dissimile est exemplum illic enim plenior intra ipsam aquam appareat: hic qui fit in aere, erumpit & exilit.

C A P. LVI.

Heraclitus existimat fulgurationem esse velut apud nos incipientium ignium conatus, & primam flammam incertam, modo intereunt, modo refurgentem. Haec antiqui fulgera dicebant: tonitrua nos pluraliter dicimus. Antiqui aut tonitruum dixerunt, aut tonum. Hoc apud Caecinum inuenio, facundum virum, qui habuisset aliquod in eloquentia nomen, nisi illum Ciceronis umbra pressisset. Etiamnam illo verbo vtebantur antiqui, correpto, quo nos producta una syllaba vtimur. Dicimus enim ut splendere, sic fulgere. At illis ad significandum hanc è nubibus subitae lucis eruptionem mos erat, media syllaba correpto, ut dicerent fulgere.

C A P. LVII.

Quid ipse existimat, quaeris? Adhuc enim alienis opinioribus accommodauit manum. Dicā: Fulgorat, cum repentinum late lumen erexit. Id evenit, vbi in ignem extenuatus in nubibus aë veritatur, nec vires, quibus longius profiliat, inuenit. Non miraris uto, si aëra aut motus extenuat, aut extenuatio incidit. Sic liqueficit excusa glans funda, & attritu aeris velut igne distillat. Ideo aëfata plurima sunt fulmina, quia plurimi calidi est. Facilius autem attritu calidorum ignis existit. Eodem modo fit fulgor, qui tantu splendet, & fulmen quod mittitur. Sed illi leuior vis, alimentiq. est minus. Et, ut breuiter dicam quod sentio. Fulmen est fulgor intentum. Ergo vbi calidi humidique natura, emissa terris in nubes incidit, & diu in illarum sinu volutata est, nouissime erumpit. Et quia vires non habet, splendor est. At vbi fulgura plus habuere materiae, & maiore impetu arserunt, non apparent tantum, sed decidunt.

C A P. LVIII.

Quid videt existimant fulmen reuerti: quidam subsideat, vbi alimenta praegrauauerunt, & fulmen iactu languido dela tum est. At quare fulmen subitum appareat, nec continuatur assiduus ignis? Quia celerrimi motus est: simul & nubes rumpit, & aera incendit. Deinde desinit flamma, quiete motu. Non enim est assiduus spiritus curvus, ut ignis possit extendi, sed quoties fortius ipsa tactatione se accedit, fugiendo impetu capit. Deinde cum equaliter & pugna desit, ex eadem modo visque ad terram profertur, modo dissoluitur, si minore vi depresso est. Quare oblique fertur? Quia spiritu cōstat. Spiritus obliquus est, flexuosusque. Et quia natura ignem sursum vocat, iniuria deorsum premit, incipit obliquus esse. Interdum dum neutra vis alteri cedit, & ignis in superiora nititur, & in inferiora deprimitur. Quare frequenter cacumina montium feriuntur? Quia opposita sunt nubibus, & è caelo cadentibus, per haec transendum est.

C A P. LIX.

In telligo quid iam dudum desideres, quid efflagites. Malo, inquis, fulmina non timere, quam nosse. Itaque alios doce, quemadmodum fiant. Ego mihi metum illorum excuti malo, quam naturam indi cari. Sequare quo vocas. omnibus enim rebus, omnibus que sermonibus aliquid salutare miscendum est. Cum iinus per occulta naturae, cum diuina tractamus, vindicatus est à malis suis animis, ac subinde firmandus: quod etiam eruditis, & hoc vnum agentibus, necessarium est: non ut effugiamus. ietus rerum (vndique enim tela in nos iaciuntur) sed ut fortiter constanterque patiamur. Inuicti esse possumus, inconcussi non possumus: quanquam interum spes subit, inconclusus quoque esse nos posse. Quomodo, inquis? Contemne mortem, & omnia que ad mortem ducunt, contempta sunt: sive illa bella sint, sive naufragia.

naufragia, seu morsus ferarum, seu ruinarum subito lapsu proincidentium pondera. Nunquid amplius facere possum, quam ut corpus ab anima resoluant? Haec nulla diligentia euitat, nulla felicitas domat, nulla potentia euincit alia fortuito disponuntur. Mors omnes aequae vocat. Irratis diis propitijs que moriendū est. Animus ex ipsa deoperatione sumatur. Ignauissima animalia, quae natura ad fugam genuit, vbi exitus non patet, tentant fugam corpore imbelli. Nullus pernicior hostis est, quam quem audacem angustiae faciunt: longeque violentius semper ex necessitate, quam ex virtute corrigimur. Maiora, aut certe paria conatur animus magnus ac perditus. Cogitemus, nos, quantum ad mortem, proditos esse: & sumus. Ita est, Lucili. Omnes referuamus ad mortem. Totum hunc quē vides populū, quousq. cogitas esse: cito natura reuocabit & condet: nec de te, sed de die queritur. Eodem citius tardiusve venientem est. Quid ergo? Non tibi timidissimus omnium yderetur, & insipientissimus, qui magno ambitu rogat moram mortis? Non ne contemneres eum: qui inter perituros constitutus, beneficij loco peteret, vt ultimus ceruicem preeberet? Idem facimus. Magno aestimamus, mori tardius. In omnes constitutum est capitale supplicium, & quidem constitutione iustissima. Nam, quod maximum solet esset solitum extrema passus, omnium causa eadem est. Sequeremur traditi à iudice aut magistratu, & carniifici nostro praestaremus obsequiū. Quid interest, virū ad mortem iussi eamus, an vltronei? O te demente, & oblitū fragilitatis tuae, si tunc mortem times, cum tonat. Ita ne salus tua in hoc veritatur? Viues, si fulmen effugeris? Peter te gladius, petet lapis, petet febris. Non maximum ex periculis, sed speciosissimum fulmen est. Male scilicet erit actum tecum, si sensum mortis tuae celeritas infinita praeuenerit, si mors tua procurabatur, si tu tunc quoque cum expiras, non superuacue, sed alicuius magnae rei signum es. Male scilicet tecum agitur, si cum fulmine cōderis. Sed paucis ad caeli fragorem, & ad inane nubilum trepidas, & quoties aliquid effulsi, expiras. Quid ergo? Honestius iudicas deiectione animi perire quam fulmine? Eo itaq. fortior aduersus caeli mīnas surge: & cum mundus vndeque exarserit, cogita te nihil habere de tanta mole perdendum. Quod si tibi parari credis illam caeli confusione, illā tempestatū discordiam, si propter te ingesta illaque nubes strepunt, si in tuum exitium tanta vis ignium excutitur: at tu solati loco numera, tanti esse mortem tuam. Sed non erit huic cogitationi locus. Casus iste donat metum. Est inter cetera quoque hoc commodum-eius, quod expectationem tuam antecedit. Nemo vñquam fulmen timuit, nisi qui effugit.

L A N N A E I . S E N E C A E NATURALIVM. QVAESTIO- N V M . L I B E R . T E R T I V S Q V I . E S T . D E . A Q V I S

P R A E F A T I O .

Non praeterit me Lucili virorum optime, quam magnarum rerum fundamenta ponam. Se ne, qui mundū circuire constitui, & causas secretaq. eius eruere, atq. alijs noscenda prodere. Quando tam multa consequar: tam sparta colligam: tam occulta perspiciam: Premit à tergo senectus, & obij cit annos inter vana studia consumptos, tanto magis vrgemus, & damna aetatis male exactae labor sarciat. Nox ad diem accedat. Occupationes recidantur: patrimonij longe à domino lacentis cura solvatur: sibi totus animus vacet, & ad contemplationem sui saltēm in ipso fine respiciat. Faciet, ac sibi instabit, & quotidie breuitatem temporis metietur. Quicquid amissum est, id diligenti vñ praesentis vitae recolliger: Fidelissimus est ad honesta ex paenitentia transitus. Liber mihi exclamare illum poetae inclyti verum:

Tollimus ingentes animos, & maxima paruo

Tempore molimur.

Hoc dicere, si puer iuuenis molirer. Nullū enim non tā magnis rebus tēpus angustū est. Nunc vero ad rem seriam, grauem, immensam, postmeridianis horis accessimus. Faciamus quod in itinere fieri solet, Qui tardius exierunt, velocitate pensant moram. Festinemus, & opus nefcio an superabile, magnum certe, sine aetatis excusatione tractemus. Crescit animus, quoties coepit magnitudinem attendit & cogitat, quantum proposito, non quantum sibi supersit. Consumpsere se quidam, dum acta regum externorum componunt, quaeque passi inuicem, auisque sunt populi. Qanto satius est, sua mala extinguere, quam aliena

aliena posteris tradere? Quanto potius deorum opera celebrare, quam Philippi aut Alexandri latrocina, ceterorumque, qui exitio gentium clari, non minores fuere pestes mortaliū, quam inundatio, qua planum omne perfusum est, quam conflagratio, qua magna pars animalium exaruit? Quemadmodum Hannibal superauerit alpes, scribunt: quemadmodum confirmatum Hispaniae cladibus bellum Italiae inopinatus intulerit infraetisque rebus eriam post Carthaginem pertinax, reges pererauerit, contra Romanos ducem si promittens, etiam sine exercitu. Quemadmodum non desierit senex omnibus angulis bellum quaerere, adeo sine patria esse pati poterat, sine hoste non poterat. Quanto satius, quid faciendum sit, quam quid factum sit, quaerere, ac docere eos, qui sua permiseris fortunae, nihil istabili ab illa datum esse: eius omnia fluere aura mobilis? nescit enim quiescere, gaudet laeti stristia substituere, & vtraque miscere. Itaque in secundis nemo confidat, in aduersis nemo deficiat, alternae sunt vices rerum. Quid exultas? Ista quibus veheris in summum, nescis vbi te relictura sint: habebunt suum, non tuum, finem. Quid iaces? ad imum delatus es: nunc est refurgendi locus. In melius aduersa, in deterris optata flecentur. Ita concienda est animo varietas, non priuatarum tantum domuum, quas leuis casus impellit, sed etiam publicarum. Regna ex infimo coorta suprà imperantes iacerunt. Vetera impēria in ipso flore cedere. Iniri non potest numerus, quam multa ab aliis fracta sint, nunc cummaxime Deus alia exaltat, alia submittit, nec molliter ponit, sed ex fastigio suo nullas habitura reliquias iactat. Magna ista, quia parui sumus, creditus. Multis rebus nō ex natura sua, sed ex humilitate nostra magnitudo est. Quid praecipuum in rebus humanis est? Non classibus maria complesse, nec in rubri mariis littore signa fixisse, nec deficiente terra ad iniurias aliorum errasse in oceano, ignota quaerentē, sed animo omne vidisse, & qua nulla est maior victoria, vittia domuisse. Innumerabiles sunt, qui vrbes, qui populos habuere in potestate: paucissimi, qui se. Quid est praecipuum? Erigere animum supra minas & promissa fortunae. Nihil dignum putare, qui speres. Quid enim habet dignum, quod concupisces? qui à diuinorum contemplatione quoties ad humana recideris, non aliter caligabis, quam quorum oculi in densam umbram ex claro sole rediere. Quid est praecipuum? Posse laeto animo aduersa tolerare: quicquid acciderit, sic ferre, quasi tibi volueris accidere. Debuisses enim yelle, si scires omnia ex decreto Dei fieri. Flere, queri, ingemere, desiscere est. Quid est praecipuum? Animus contra calamitates fortis & contumax, luxuriae non aduersus tantum, sed & infelitus: nec audius periculi, nec fugax, qui sciat fortunam non expectare, sed facere: & aduersus vtrisque intrepidis inconfusisque prodire, nec illius tumultu, nec huius fulgore percussus. Quid est praecipuum? non admittere in animū mala consilia, puras ad caelū manus tollere: nullū petere bonū, quod vt ad te trāseat, aliquis dare debet, aliquis amittere: optare, quod sine aduersario optatur, bonam mentem. Cetera magno aestimata mortalibus, etiam si quis domum casus attulerit, sic intueri, quasi exitura, qua venerint. Quid est praecipuum? Altos supra fortuita spiritus tollere: hominis meminisse, vt, siue felix eris, scias hoc non futurum diu: siue infelix, sias hoc te nō esse, si non putes. Quid est praecipuum? In primis labris animam habere. Haec res efficit non ē iure. Quiritium liberum, sed ē iure naturae. Liber autem est, qui seruitutem effugit sui. Haec est assidua seruitus, & ineluctabilis, & per diem ac noctem aequaliter premens, sine interuallo, sine commeatu. Sibi seruire, grauiissima seruitus est: quam discutere facile est, si desieris multa te poscere, si desieris tibi referre mercem, si ante oculos & naturam tuam posueris & aetatem, licet prima sit ac tibi ipse dixeris: Quid in infario? quid an helo? quid fudo? quid terram verlo? quid forum viso? Nec multo opus est, nec diu. Ad hoc proderit nobis inspicere rerum naturam. primo diccedemus à sordidis, deinde animum ipsum, quo magno sumoque opus est, educemus à corpore. Deinde in occultis exercitata subtilitas, non erit in aperto deterior. Nihil autem est apertius his salutaribus, quae contra nequitiam nostram furoremq. discuntur, quae damnamus, nec ponimus.

C A P . I.

Q Vaeramus ergo de aquis, & inuestigemus, qua ratione fiant. Siue, vt ait Ouidius:

Fons erat illimis nitidus argenteus vndis.

Siue, vt ait Virgilius:

Vnde per ora nouem vasto cum murmure montis,

Imare praeruptum, & pelago premit arua sonanti.

Siue vt apud te, Iunior carissime, inuenio:

Eleus Siculis de fontibus exilit annis.

Si qua ratio aquas subministraret: quomodo tot flumina ingentia per diem noctemque decurrant: quare alia hibernis aquis intumescant, alia in defectu ceterorum amnum crescāt. Nilum interim seponamus à turba, propriae naturae & singularis: illi diem suum dabimus, nunc vulgares aquas prosequemur, ramificandas quam calentes. In quibus querendum erit: vtrum calidae nascantur, an fiant. De ceteris quoq. differemus, quas insignes aut sapor, aut aliqua reddit virilitas. Quaedam enim oculos, quaedam neruos iuvant, quaedam inueterata & desperata à medicis vitia percurant. Quaedam medentur vlceribus, quae dam interiora fouent potu, & pulmonis ac vicerum quaerelas leuant. Quaedam suppressunt sanguinem: tam varius singulis vīs, quam gustus est.

C A P . II.

A Ut stant omnes aquae, aut fluunt: aut colliguntur, aut variae habent venas. Aliae sunt dulces, aliae

variae:

variae: asperae quippe interueniunt, salae, aut medicatae: ex quibus sulphuratas dicimus, ferratas, alii, minofas. Indicat vim sapor. Habent praeterea multa discrimina. Primum tactus, frigidae calidaeque sunt, deinde ponderis, leues & graues sunt. Deinde coloris, purae sunt & turbidae, caeruleae, lucidae. Deinde salubritatis, sunt enim salubres & viles, sunt mortiferae, sunt quae cogantur in lapide. Quaedam tenues, quaedam pinguis; quaedam alunt, quaedam sine villa bibentis ope transeunt, quaedam haustae secunditatem afferunt.

C A P. III.

VT stet aqua, aut fluat, loci positio efficit: in deuexo fluit, in plano continetur & stagnat, & aliquando in aduersum spiritu impellitur: tunc cogitur, non fluit. Colligitur ex imbris: ex suo fonte natua est. Nihil tamen prohibet, eodem loco aquam colligi, & nasci: quod in Fucino videmus, in quem montis circumiecti fluuij deriuuntur. Sed & magnae latentesque in ipso vnde sunt, itaque etiam cum hiberni defluxere torrentes, faciem suam fertant.

C A P. III.

PRIMUM ergo quaeramus, quomodo ad continuando fluminum cursus terra sufficiat, vnde tantum aquarum exeat. Miratur, quod accessionem fluminum maria non sentiant. Aequo mirandum est, quod detrimenta exuentium terra non sentit. Quid est, quod illam sic impletuit, ut praebere tantum ex recondito possit, ac subinde suppleat? Quamcumque rationem reddiderimus de flumine, eadem erit riorum ac fontium.

C A P. V.

QVIDAM iudicant, terram quicquid aquarum emisit, rursus accipere: & ob hoc maria non cresceret, quia quod influxit, non in suum vertunt, sed protinus reddunt. Occulto enim itineri subit terras & palam venit, secreto reuertitur, colaturque in transitu mare: quod per multiplices anfractus terrarum verberatum, amaritudinem ponit, & prauitatem saporis in tanta soli varietate exuit, & in sinceram aquam transfit.

C A P. VI.

QVIDAM existimant, quicquid ex imbris terra concipit, in flumina rursus emitte. Et hoc argumentum loco ponunt, quod paucissima flumina sunt in his locis, in quibus rarus est imber. Ideo siccias esse aiunt Aethiopiae solidudes, paucosque inueniunt in interiori Africa fontes: quia feruida caeli natura sit, & paene semper aestuia. Squalidae itaque sine arbore, sine cultore arenae iacent, raris imbris sparvae, quos statim combibunt. At contra constat, Germaniam Galliamque, & proxime ab his Italiam, abundare riuis & fluminibus: quia caelo humido vtuntur, & ne aestas quidem imbris caret.

C A P. VII.

ADVERSUS haec multa dici posse vides. Primum ego tibi, in earum diligens fessor affirmo, nullam pluviat esse tam magnam, quae terram ultra decem pedes in altitudinem madefaciat. Omnis humor intra primam crustam consumitur, nec in inferiora descendit. Quomodo ergo potest imber fugerere annibus vires, qui summam humum tingit? Pars maior eius per fluminum alueos in mare auferatur. Exiguum est quod forbet terra, nec id servat. Aut enim arida est, & absunt qui coid in se fusum est: aut satiata, si quid supra desiderium cecidit, excludit. Et ideo primis imbris non augmentur annes: quia totos in se sitiens terra trahit. Quid quod quaedam humina erumpunt axis & montibus? His quid conseruent pluviae, quae per nudas rupes deferuntur, nec habent terram cui insidente? Adiice, quod in siccissimis locis, putei in altius acti, per ducentum aur tricentum pedum spatia, inueniunt aquaram vberes venas, in ea altitudine, in quam aqua non penetreret: ut scias illic non caelestem esse, nec collecticium humorem, sed quod dici solet, vnuam aquam. Illo quoque arguento haec opinio refellitur, quod quidam fontes in summo montis cacumine redundant. Apparet ergo, illos sursum agi, aut ibi concipi, cum omnis aqua pluvialis decurrat.

C A P. VIII.

QVIDAM existimant, quemadmodum in exteriori parte terrarum vastae paludes iacent, magni & nauigabiles lacus, quemadmodum ingenti spatio terrae maria porrecta sunt, infusa vallibus: sic interiora terrarum abundare aquis dulcibus, nec minus illas stagnare, quam apud nos oceanum, & sinus eius; immo eo latius, quo plus terra in altum patet. Ergo ex illa profunda copia isti amnes egeruntur: quos quid miraris si terra detractos non sentiat, cum adiecos maria non sentiant?

C A P. IX.

QUICQUID haec placet causa, Aiant habere terram intra se cauos recessus, & multum spiritus: qui necessario frigescit, vmbra graui pressus. Deinde piger & immotus, in aquam cum se desit ferre, conuerterit. Quemadmodum supra nos mutatio aeris vmbram facit, ita infra terras flumen aut riuum agit. Supra nos stare non potest signis diu & grauis. Aliquando enim sole tenuatur, aliquando ventis expanditur. Itaque inter alias magna imbris sunt. Sub terra vero quicquid est, quod illum in aquam convertat, idem semper est, vmbra perpetua, frigus aeternum, inexercitata densitas: semper ergo praebebit fonti aut flumini causas. Placet nobis terram esse mutabilem. Hoc quoque quicquid efflavit, quia non aere libero concipitur, crassescit, & protinus in humorem conuertitur.

CAP.

C A P. X.

HABES primam aquarum sub terra nascentium caufam. Adicias etiam licet, quod sicut omnia ex omnibus. Ex aqua aer. Ex aere aqua. Ignis ex aere. Ex igne aer. Quare ergo non terra fiat ex aqua, & ex terra aqua? quae si in alia mutabilis est, & in aqua: immo maxime in hac. Vtraq. cognata res est, vtraq. grauis, vtraq. densa, vtraq. in extremo mundi copula. Ex aqua terra fit. Cur non aqua fiat est terra? At magna flumina sunt. Cum videris, quanta sunt: rursus ex quanto prodeant, a spicce. Rursus miraris, cum labatur assidue, quaedam vero concitata rapiantur, quae praesto sit illis semper aqua noua. Quid si mireris, quod cum venti totum aera impellant, non deficit spiritus, sed per dies noctesque aequaliter fluit: nec vt flumina certo alueo fertur, sed per vastum caeli spatium lato impetu vadit? Quid si vlam vndam superesse mireris, quae superuenient tot fluctibus fractis? Nihil deficit quod in se credit. Omnium elementorum alterni recurvis sunt. Quicquid alteri perit, in alterum transit. Et natura partes suas velut in ponderibus constitutas examinat: ne portionum aequitate turbata, mundus praeponderet. Omnia in omnibus sunt. Non tantum aer in ignem transit, sed nunquam sine igne est. Detrahe illi calorem: rigescit, stabit, durabit. Transit aer in humorem: sed nihilominus non sine humore. Et aera & aquam facit terra: sed non magis vnuquam sine aqua est, quam sine aera. Et ideo facilior in uicem transitus est: quia illis in quae transiendum est, iam mixta est. Habet ergo terra humorem: hunc exprimit. Habet aera: hunc vmbra: hiberne frigoris densat, vt faciat humorem. Ipsa quoque mutabilis est in humorem, natura sua vititur.

C A P. XI.

QVID ergo, inquis, si perpetuae sunt caufae, quibus flumina oriuntur, ac fontes: quare aliquando siccantur, aliquando quibus non fuere locis, exirent? Saepe motu terrarum itinera turbantur, & ruina intersecindit aquas, quae retentae nouos exitus querunt, & aliquo impetu faciunt, aut ipsius quassatione terrae aliunde alio transferuntur. Apud nos euenire solet, vt amissi canali suo flumina primum refundantur: deinde quia perdiderunt viam, faciant hoc, quod accidit a Theophrastus in Coryco monte, in quo post terrarum tremorem noua vis fontium emerit. Sed & alios quoque casus interuenire quidam opinantur, qui aliter euocent aquas, aut a cursu suo deiciant atque auerant. Fuit aliquando aquarum inops Haemus: sed cum Gallorum gens a Caffandro obfessa in illum se contulisset, & filias caecidisset, ingens aquarum copia apparuit, quas videlicet in alimentum suum nemora ducebant: quibus excisis, humor, qui desit in arbusta consumi, superfusus est. Idem ait & circa Magnetiam accidisse. Sed pace Theophrasti dixisse licet, non hoc est simile veri: quia fere aquosissima sunt, quecunque vmbrosissima. Quod non eueniret, si aquas arbusta siccarent, quibus alimentum ex proximo est: flumen vero vis ex intimo manat, vltraque excipitur, quam radicibus euagari licet. Deinde siccatae arbores plus humoris desiderant. Non enim tantum id quo vivant, sed & id quo crescant trahunt. Idem ait, circa Arcadiam, quae vrbis in Creta insula fuit, fontes & lacus subtilissime, quia desierit colli terra, diruta vrbe: postea vero quam cultores receperit, aquas quoque receperisse. Causam siccitatis hanc ponit, quod obdurererit constricta tellus, nec potuerit imbrez in agitata transmittere. Quomodo ergo plurimos videmus in locis desertissimis fontes: Plura denique inuenimus, quae propter aquas colli cooperantur, quamque aquas habere cooperantur, quia colebantur. Non enim esse pluviale hanc aqua, quae vastissima flumina a fonte statim, magnis apta nauigii defert, ex hoc intelligas licet, quod per hie mem adestatque par est a capite defectus. Pluvia potest facere torrentem: non potest autem aequali inter ripas suas tenore labentem. Aquam non faciunt imbrez, sed excitant.

C A P. XII.

PAULO repetamus hoc altius, si videtur: & scies te non habere quod quaeris, cum ad veram amnum originem accesseris. Flumen nempe facit copia cursusque aquae perennis. Ergo si quaeris a me, quo modo aqua fiat? Interrogabo inuicem: quomodo aer fiat, aut terra? Si rerum elementa sunt quattuor, non potes interrogari vnde aqua fiat: quarta enim pars est naturae. Quid ergo miraris, si rerum naturae portio tam magna, potest aliud ex se semper effundere? Quomodo aer, & ipse quarta pars mundi, ventos & auras mouet, sic aqua riuios, & flumina. Si ventus est fluens aer, & flumen est fluens aqua. Satis multum illi virium dedi, cum dixi, elementum est. Intelligis, quod ab illo proficiscitur, non posse deficere.

C A P. XIII.

Aqua, ait Thales, valentissimum elementum est, hoc fuisse primum putat, ex hoc surrexisse omnia. Sed & nos quoq. aut in eadem sententia, aut in ultima sumus. Dicimus enim ignem esse, qui occupet mundum, & in se cuncta conuertat. Hunc evanidū considerare, & nihil relinquere aliud in rerum natura, igne restinco, quam humorem: in hoc futuri mundi spem latero. Ita ignis exitus mundi est, humor primordium. Miraris atnes ex hoc posse exire semper, qui pro omnibus fuit, & ex quo sunt omnia? Hic humor indiuitio rerum ad quartas redactus est, sic positus, vt fluminibus edendis sufficiere, vt riuios, vt fontibus posset. Quae sequitur, Thales in epta sententia est. Ait enim, terrarum orbem aqua sustinet, & vehi more nauigii, mobilitateque eius fluctuare, tunc cum dicitur tremere. Non est ergo mirum, si abundat humor ad flumina fundenda, cum mundus in humore sit totus. Hanc veterem & rudem sententiam explode. Nec est quod credas, in hunc orbem aquam subire per rimas & facere sentinam.

CAP.

C A P. XIII.

A Egyptii quattuor elementa fecere: deinde ex singulis bina, marem & feminam. Aerem marem iudicant, qua ventus est: feminam, qua nebulosus & iners. Aquam virilem vocant mare: muliebrem, omnem aliam. Ignem vocant masculum, qua ardet flamma: & feminam, qua lucet innoxius tactu. Terram fortiorum marem vocant, saxe cautesque: feminae nomen affignat huic tractabili ad culturam.

C A P. XV.

M Are vnde est: ab initio scilicet ita constitutum: habet suas venas, quibus impellitur atque aestuat. Quomodo maris, sic & huius aquae mitioris vasta in occulto via est, quam nullius fluminis cursus exhausterit. Abdita est virium eius ratio. Tantum ex illa, quantum superfluum fit, emititur. Quaedam ex istis sunt, quibus assentient possumus: sed hoc amplius censeo. Placet natura regi terram: & quidem ad nostrorum corporum exemplar, in quibus & venae sunt & arteriae: illae sanguinis, haec spiritus recipiacula. In terra quoque sunt alia itinera, per quae aqua: & alia, per quae spiritus currit: adeoque illam ad similitudinem humanorum corporum natura formauit, ut maiores quoque nostri aquarum appellauerint venas. Sed quemadmodum in nobis non tantum sanguis est, sed multa genera humoris, alia necessarij, alia corrupti, ac paulo pinguis, in capite cerebrum, in ossibus medullae, muci, saliuaeque & lacrimae, & quiddam additum articulis, per quod citius extant ex lubrico: sic in terra quoque sunt humoris genera complura. Quaedam quae matura durentur. Hinc est omnis metallorum humus, ex quibus aurum argenteumque petit auraria: & quae in lapidem ex liquore vertuntur. In quibusdam vero locis terra humorque liqueficit: sicut bitumen, & cetera huic similia. Haec est causa aquarum, secundum legem naturae, voluntatemque nascentium. Ceterum ut in nostris corporibus, ita in illa saepe humores vita concipiunt, aut iodus aut quassatio aliqua, aut loci senum, aut frigus, aut aestus corrupere naturam, & sulphuratio contraxit humorum, qui modo diuturnus est: modo brevis. Ergo ut in corporibus nostris sanguis cum percussa vena est, tamdiu manat, donec omnis effluxit, aut donec venae fissura subsedit, atque interclusit, vel aliqua alia causa retro dedit sanguinem: ita in terra, solutis ac patefactis venis, riuit aut flumen effunditur. Interest, quantum aperta sit vena, quomodo consumpta aqua sit: modo exiccatur aliquo impedimento, modo coit velut in cicatricem, comprimitque quam fecerat viam: modo illa vis terrae, quam esse mutabilem diximus, desinat posse alimenta in humorem conuertere, aliquando autem exhausta replentur: modo per se viribus recollectis, modo aliunde translatis. Saepe enim inania apposita plenis humorem in se attrahunt. Saepe terra si facilis est, ipsa in tabem resolutur, & humescit. Idem euenit sub terra, quod in nubibus, ut spissetur, grauioremque, quam ut manere in natura sua possit, dignat humorum. Saepe colligitur roris modo, tenuis & dispersus liquor, qui ex multis in unum locis confluat. Sudorem aquileges vocant: quia guttae quaedam vel pressura loci eliduntur, vel aestu euocantur. Hic tenuis vnda, vix fonti sufficit. At ex magnis causis, magnisque conceperibus excidunt amnes: non nunquam leuiter, si aqua pondere sue se tantum detulit: non nunquam uehementer & cum sono suo, si il lam spiritus intermixtus eicit.

C A P. XVI.

S Ed quare quidam fontes senis horis pleni, senisque siccii sunt? Superuacuum est nominare singula flumina, quae certis mensibus magna, certis angusta sunt: & occasione singulis querere, cu possum eandem causam omnibus reddere. Quemadmodum quartana ad horam venit, quemadmodum podagra ad tempus respondet, quemadmodum purgatio, si nihil obstat, statum diem seruat, quemadmodum praefit ad mensum suum partus, sic aquae interualla habent, quibus se retrahant, & quibus redant. Quaedam autem interualla minora sunt, & ideo notabilia: quaedam maiora, nec minus certa. Et quid hoc mirum est, cum videas ordinem rerum, & naturam per constituta procedere? Hiems nunquam aberravit. Aestas sua tempore incaluit. Autumni, verisque, ut solet, facta mutatio est. Tam solstitium, quam aequinoctium suos dies retulit. Sunt & sub terra minus nota nobis iura naturae, sed non minus certa. Crede infra, quicquid vides supra. Sunt & illic species vasti, sunt ingentes recessus, & spatia suspensi hinc & inde montibus laxa. Sunt abrupti in infinitum hiatus, qui saepe illapſas vibes receperunt, & ingentem in alto ruinam condiderunt. Haec spiritu plena sunt. Nihil enim vnam inane est, & stagna obfessa tenebris & locis amplis. Animalia quoque illis innascuntur, sed tarda & informia: ut in aere caeco pinguis concepta, & in aquis torpentibus facta: pleraque ex his caeca, ut talpae & subterranei mures, quibus deest lunus, quia superuacuum est. Inde, ut Theophrastus affirmat, pisces quibusdam locis eruuntur.

C A P. XVII.

M Vta hoc loco tibi in mentem venient, quae urbane in re incredibili fabulam dicas: Non cum retibus aliquem, aut cum hamis, sed cum dolabra ire piscatum. Expecto ut aliquis in mari venuerit. Quid est autem, quare pisces in terram non transeant, si nos maria transimus? Permutabimus sedes. Hoc mirans accidere. Quanto incredibiliora sunt opera luxuriae, quoties natura aut mentitur, aut vincit. In cubili natante pisces & sub ipsa mensa capit, qui statim transferatur in mensam. Parum uidetur recens nullus, nisi qui in conuiae manu moritur. Vitreis ollis inclusi offeruntur, & obseruantur mortuum color, quem in multis mutationes mors luctante spiritu vertit, alios necant in garo, & condit viros. Et sunt qui fabulas putant, pisces vuere posse sub terra, & effodi, non capi. Quam incredibile illis videretur,

videretur, si audirent natura in garo pisces: & coenae causa occisum esse super coenam, cum multum in deliciis fuit: & oculos, antequam gulam, pauit.

C A P. XVIII.

P Ermitte mihi, quae stione seposita, castigare luxuriam. Nihil est, inquis, mullo expirante formosius. Ipsi colluctatione animam agenti rubor primum, deinde pallor suffunditur: quam aequa variatur, & incerta facies inter vitam & mortem coloris est. Vacatio longa, somniculosae inertisq. luxuriae. Quam sero experrecta, circumscribi se & fraudari tanto bono sensit. Hoc adhuc tanto spectaculo, & tam pulcro piscares fruebantur, qui coctum pisces & exanimem in ipso ferculo etiam experientur. Mirabamur tantum in illis esse fastidium, ut nollent attingere, nisi eodem die captum pisces: qui, ut aiunt, saperet ipsum mare. Ideo cursu aduehebatur, ideo gerulis cum anhelitu & clamore properantibus dabantur via. Quo perueniere deliciae? Is pro putrido iam pisces affert, qui non hodie eductus, hodie occisus est. Nescio de re magna tibi credere. Ipse oporteret mihi credam: huc afferatur, coram me animam agat. Ad hunc fastidum peruenit venter deliciorum, ut gustare non possint pisces, nisi quem in ipso conuiuio natantem, palpantemque viderint. Quantum ad follertia luxuriae pereuntis accedit, tanto subtius quoque die & eleganter aliquid excogitat furor, visitata contemnens. Illa audiebamus, Nihil esse melius faxatili mullo. At nunc audimus: Nihil est mortis formosius. Da mihi in manus vas vitreum in quo exalteat, in quo trepidet. Vbi multum diuq. laudatus est, ex illo perlucido viario extrahitur: tunc ut quisque peritior est, monstrat. Vide quomodo exarserit rubor, omni astricto minio. Vide quas per latera venas agat. Ecce sanguineum putes ventrem: quam lucidum quiddam, caeruleumque. sub ipso tempore effulgit. Iam porrigitur & pallet, & in unum colorem componitur. Ex his nemo morienti amico affidet, nemmo videre mortem patris sui sustinet, quam optauit. Quotus quisque funus domesticum ad rogum proficitur? Fratrum, propinquorumque extrema hora defertur: ad mortem nulli concurritur. Nihil enim est illo formosius. Non temporo mihi, quin utrū interdum temerarijs verbis, & proprietatis modum excedam. Non sunt ad popinam, dentibus, & ventre, & ore contenti: oculis quoque gulosi sunt.

C A P. XIX.

S Ed ut ad propositum reuertar, accipe argumentum: magnum vim aquarum in subterraneis oculis, fertilem foedorum sita pisces. Si quando erupit, affert secum immensam animalium turbam, horridam aspici, & turpem ac noxiā gustu. Certe cum in Caria circa Lorymam urbem talis exsiliat vnde, priore quicunque illos edent pisces, quos ignorante eum diem caelo nouus annis ostendit. Nec id mirum. Erant enim pinguis & diffusa, ut ex longo otio, corpora: ceterum in exercitata, & in tenebris saginata, & lucis experta, ex qua salubritas ducitur. Nasci autem posse pisces in illo terrarum profundo, sit indicium, quod anguillae quoque, latebrofis locis nascentur: grauis & ipse cibus ob ignauiam, vtique. si altitudo illas luti penitus abscondit. Habet ergo non tantum venas aquarum terra, ex quibus corruatis flumina effici possunt, sed & amnes magnitudinis vastae: quorum alijs semper in occulto cursus est, do nec aliquo sinu deuorentur: alij sub aliquo lacu emergunt. Iam quis ignorat, esse quaedam stagna sine fundo? Quorsus hoc pertinet? Ut appareat, hanc magnis amibus aeternam esse materiam, cuius non tanguntur extrema, sicut flumen & fontium.

C A P. XX.

A T quare aquis sapor varius? propter quattuor causas. Ex solo prima est, per quod feruntur. Secunda, ex eadem simulatione eius nascitur. Tertia ex spiritu, qui in aquam transfiguratus est. Quarta ex vitio, quod saepe concipiunt corrupta per iniuriam. Hae causae sapores dant aquis varium. Hae medicamentum potentiam. Hae grauem spiritum, odoremque pestiferum. Hae leuitatem grauitatemque, aut calorem, aut nimium rigorem. Interest, utrum per loca sulphurea, an vitro, an bitumine plena transeat. Hac ratione corruptae, cum vitae pericula bibuntur. Hinc illud, de quo Ouidius ait:

Flumen habent Cicones, quod potum saxe reddit
Viscera, quod tattis inducit marmor rebus.

Medicamentum est, & eius naturae habet limus, ut corpora & adglutinet & induret. Quemadmodum Putolanus puluis, si aquam attigit, laxum est; sic a contrario, haec aqua si solidum retinet, haeret & affiguntur. Inde est, quod res abiectae in eundem lacum, lapideae subinde extrahuntur. Quod in Italia quibusdam locis euenit, sive virginam, sive frondem demerferis, lapidem post paucos dies extrahit. Circumfunditur enim corpori limus, alliniturq. paulatim. Hoc minus videbitur tibi mirum, si notaueris, albulam, & fere sulphuratam aquam, circa canales suos, tubosq. durari. Aliquam harum habent causam illi lacus quos quisquis fauces haulit, ut idem poeta ait,

Aui fuit, aut patitur mirum grauitate soporem.
Similem habet vim mero, sed vehementiorem. Nam quemadmodum ebrietas, donec exsiccatur, demenria est, & nimia grauitate defertur in somnum: sic aquae huius sulphurea vis habet quoddam acrius ex aere noxio virus, quod mente aut furore mouet, aut sopore opprimit. Hoc habet mali & amnis:

Quem quicumque, parum moderato gutture traxit,
Haud aliter titubat, quod si mera vina bibisset.

C A P. XXI.

In quosdam species qui despexere, moriuntur: tam velox malum est, ut transvolantes aues deiciantur. talis est ratis, ratis locus, ex quo lethalis aqua distillat. Quod si remissior fuerit aeris & loci pestis, ipsa quoque temperatio noxa, nihil amplius quam tentat neruos, velut ebrietate torpentes. Nec miror, si locus atque aer aquas inficit, simileque regionibus reddit, per quas, & ex quibus veniunt. Pabuli sa- por appetet in lacte, & vini vis existit etiam in acetato. nulla res est, quae non eius à quo nascitur, notata reddat.

C A P. XXII.

Aliud est etiam aquarum genus, quod nobis placet coepisse cum mundo. Sine ille aeternus est, hoc quo fuit semper: sive initium aliquid est illi, hoc quoq. cum toto dispositum est. Quid sit hoc, queris? Oceanus, & quodcumque ex illo mare terras interluit. Iudicant quidam flumina quoque, quorum inenarrabilis natura est, cum ipso mundo traxisse principia, ut Istrum, ut Nilum, vastos amnes, magisque insignes, quam ut dici possit, eandem illis originem, quam ceteris esse.

C A P. XXIII.

Hec est ergo aquarum diuisio, ut quibusdam videtur. Post illam caelestes, quas ex superioribus nubila eliciunt. Ex terrenis aliae sunt, ut ita dicam, supernatantes, quae in summa humo repuntur, aliae abditae, quarum redditus est ratio.

C A P. XXIII.

Quare quaedam aquae calent, quaedam etiam ferueant in tantum, ut non possint esse vsui, nisi aut in aperto euauere, aut mixtura frigidae intepuere, plures causae redduntur. Empedocles existimat ignibus, quos multis locis terra opertos tegit, aquam calefacere, si subiecti sunt folo, per quod aquis transcursum est. Facere solemus dracones & miliaria & complures formas, in quibus aere tenui fistulas construimus, per declive circumdatas; ut saepe eundem ignem ambiens aqua per tantum fluat spatij, quantum efficiendo calor sat est. Frigida itaque intrat, effluit calida. Idem sub terra. Empedocles existimat fieri, quem non falli credunt, quibus balnearia sine igne calefiant. Spiritus in illa feruēs loco aestuantur, infunditur. Hic per tubos lapsus, non aliter quam igne subditio, parietes & vas balnei calefacit. Omnis denique frigida transitu mutatur in calidam: nec trahit saporem euaporatio, quia clausa perlabitur. Quidam existimant, per loca sulphure plena exentes vel introeentes aquas, calorem beneficio materiae, per quam fluunt, trahere: quod ipsis odore gustuque testantur. Reddunt enim qualitatem eius, quae caluerunt materiae. Quod ne accidere mireris, viuac calcis aquam infunde, feruebit.

C A P. XXV.

Quadam aquae mortiferae sunt, nec odore notabiles, nec sapores. Circa Nonacrin in Arcadia Styx appellata ab incolis, aduenas fallit: quia non facie, non odore suspecta est: quia sunt magnorum artificium venena, quae deprehendi nisi morte non possunt. Haec autem, de qua paulo ante retulit, aqua, summa celeritate corripit: nec remedio locus est, quia protinus haustu duratur: nec aliter quam gypsum sub humore constringitur, & alligat viscera. Est autem noxia aqua in Thessalia circa Tempe, quam & ferae & pecus omne deuictat, per ferrum & aes exit: tanta vis illi ineft, etiam dura molliendi: nec arbusta quidem villa alit, & herbas necat. Quibusdam luminibus vis inest mira. Alia enim sunt, quae pota inficiunt: greges ouium: intraque breue tempus, quae fuere nigrae, albam ferunt lanam: quae albae venierant, nigrae abeunt. Hoc etiam in Boeotia amnes duo efficiunt: quorum alteri ab effectu Melas nomen est: vixque ex eodem lacu exeunt, diuersa facturi. In Macedonia quoque, ut ait Theophrastus, est flumen, ad quod qui facere albas oves volunt, adducunt. Quod ut diutius potauere, non aliter quam infectae mutantur. At si illis lana opus fuerit pulla, paratus gratianus infectio est, ad Ceronem eundem gregem appellunt. Autores nouos habeo, esse in Galatia flumen, quod idem in omnibus efficiat: esse in Cappadocia, quo poto equis, nec illi praeterea animali, color mutatur, & spargiatur albo cutis. Quosdam lacus esse, qui nandi imperitos ferant, notum est. Erat in Sicilia, est adhuc in Syria stagnum, in quo natant lateres, & mergi projecta non possunt, licet grauia sint. Huius rei palam causa est: quamcumque vis rei expende, & contra aquam statue, dummodo virtusque pars sit modus: si aqua grauior est, leuiores rem, quam ipsa est, feret, & tanto supra se extollet, quanto erit leuior, grauiora descendet. At si aquae: & eius rei quam contra pensabis, pars pondus erit: nec pessum ibit, nec extabit, sed aequabitur aquae: & natabit quidem, sed paene mera, ac nulla eminens parte. Hoc est cur quaedam tigna supra aquam, paene tota efferantur: quae ad medium submersa sint, quaedam ad aequilibrium aquae delcedent. Namque cum virtusque pondus pars est, neutraque res alteri cedit, grauiora descendant, leuiora gestantur. Graue autem & leue est, non aestimatione nostra, sed comparatione eius quo veli debet. Itaque vbi aqua grauior est hominis corpore, aut faxi, non sinit id quo non vincitur, mergi. Sic euénit, ut in quibusdam stagnis ne lapides quidem pessum eant, de solidis & duris loquor. Sunt enim multi puimicos & leues, ex quibus quae constant insulae, in Lydia natant: Theophrastus est auctor. Ipse ad Cutylas natantem insulam vidi. Alia in Vadimonis lacu videntur, alia in lacu Stationensi. Cutylarum insula & arbores habet, & herbas nutrit, tamen aqua sustinetur: & in hac atq. illam partem tantum vero impellitur, sed & aura. Nec vnuquam illi per diem & noctem in uno loco statio est: adeo mouetur leui flatu. Huic duplex causa est. Aquae grauiores medicatae, & ob hoc pöderosae: & ipsius insulae materia vectabili, quae non est corporis solidi, quanvis arbores alat. Fortasse enim leues truncos, frôdelq, in lacu sparfaciuntur, pingui-

L I B E R T E R T I V S.

pinguis humor apprehendit, ac vinxit. Itaq. etiā si qua in illa saxa sunt, inuenies exesa & fistulosa: quia sunt quae duratus humor efficit, vtique circa medicatorum fontium riuos: quae vbi purgamenta aquarum coaluerunt, ex spuma solidantur. Necessario leue est, quod ex ventoso inanique concretū est. Quarundam cauā non potest reddi, quare aqua Nilotica foecundiores feminas faciat, adeo ut quarundam viscera longa sterilitate praecclusa, ad conceptum relaxauerit: quare quaedam in Lycia aquae conceptū feminarum custodiunt, quas solent petere, quibus parum tenax vulva est. Quodad me attinet, pono ista inter temere vulgata. Creditum est, quafdam aquas scabiem affere corporibus: quafdam vitiliginem, & foedam ex albo varietatem, sive infusa sive porta sit: quod vitium dicunt habere aquam ex rōe collectā. Quis non grauissimas esse aquas credit, quae in crystallum coeunt? Contra autem est: tenuissimis enim hoc euénit, quas frigus ob ipsā tenuitatem facilime gelat. Vnde autem fiat eiusmodi lapis, apud Graecos ex ipso nomine apparet, ψυστόν enim appellant aequē hunc perlucidum lapidem, quam illam glaciem, ex qua fieri creditur. Aqua enim caelestis minimum in se terreni habens, cum induruit, longioris frigoris pertinacia spissatur magis ac magis: donec omni aere excluso in se tota compresa est, & humor qui fuerat, lapis effectus est.

C A P. XXVI.

A Estate quaedam flumina augmentur, ut Nilus: cuius alias ratio reddetur. Theophrastus est auctor, in Ponto quoque quosdam amnes crescere tempore aestiuo, quatuor autem esse indicat causas. Aut quia tunc maxime in humorem mutabilis terra est: aut quia maiores in remoto imbre sunt, quorum aqua per secretos cuniculos reddit, tacite suffunditur. Tertia, si crebrioribus ventis ostium caeditur, & reuerberatur fluui, amnis restitit: qui crecere videtur, quia non effunditur. Quarta ratio est siderum. Haec enim quibusdam mensibus magis vixit, & exhausti flumina: cum longius recesserunt, minus consumunt, atque trahunt. Itaque quod in pendio solebat, id incremento accedit. Quaedam flumina palam in aliquem specum decidunt, & sic ex oculis auferuntur: quaedam confunduntur paulatim, & intercidunt: eadem ex intervallo reuertuntur, recipiuntque & nomen & cursum. Causa manifesta est, sub terra vacat locus. Omnis autem humor natura ad inferius, & ad inane defertur. Illo itaque recepta flumina cursus egere secreto: sed cum primum aliquid solidi, quod obstat, occurrit, praerupta parte, quae minus ad exitum repugnabat, repetiere cursum suum.

Sic vbi terreno Lycus est eponus hiatu,

Exsilit procul hinc, alioque renascitur ore.

Sic modo combibit, tacito modo gurgite lapsus,

Redditur Argolicis ingens Erasinus in vndis.

Idem & in Oriente Tigris facit: absorbetur, & desideratur diu, tandem longe remoto loco, non tamen dubius, an idem sit, emergit. Quidam fontes certo tempore purgamenta eiecent: ut Arethusa in Sicilia, quinta quoque aestate per Olympia. Inde opinio est, Alphaeon ex Achaea eo usque penetrare, & agere sub mare cursum, nec ante quam in Syracusano littore emergere. Ideoque ijs diebus quibus Olympia sunt, victimarum stercus secundo traditum flumini illuc redundare. Hoc & à te traditum est in poemate, Lucili carissime, & à Virgilio qui alloquitur Aréthusan:

Sic tibi cum fluctus subier labore Sicanos,

Doris amara suam non intermisceat vndam.

Est in Chersoneso Rhodiorum fons, qui post magnum interuum temporis, foeda quaedam turbidus ex intimo fundat, donec liberatus aliquatenus est. Hoc quibusdam locis fontes faciunt, ut non tantum lutum, sed folia, testasque, & quicquid putre iacuit, expellant: vbique autem facit mare: cui haec natura est, ut omne immundum, iter corollumque littoribus impingat. Quaedam vero partes maris id certis temporibus faciunt: ut circa Messanam & Mylas simile, quiddam turbidum in litus mare proferit, feruerque & aestuat, non sine odore foedo. Vnde illic stabulare Solis boues, fabula est. Sed difficilis ratio est quorundam: vtique inibi tempus eius rei, de qua quaeritur, inobseruat & incertum est. Itaque proxima quidem inueniri, & vicina non potest causa, ceterum publica est illa. Omnis aquarum stantis & clausarumque natura se purgat. Nam in his quibus cursus est, non possunt vitia consistere, quae secunda vis defert & exportat. Illae quae non emitunt quicquid infedit, magis minusue aestuant. Mare vero cadauera, stramentaque, & naufragorum reliquias similia, ex intimo trahit, nec tantum tempestate fluctuque, sed tranquillum quoque placidumque purgatur.

C A P. XXVII.

Sed moneret locus, ut quaeram, cum fatalis dies diluuii venerit, quemadmodum magna pars terrae ruinæ vndis obrutatur. Vtrum oceani viribus fiat, & externum in nos pelagus exurgat: an crebri sine intermissione imbre, & elisa aestate hiems pertinax, immensam vim aquarum ruptis nubibus deiiciat. An flumina tellus largius fundat, aperiatisque fontes nouos: aut non sit vna tanto male causa, sed omnis ratio consentiat, & simul imbre cadant, flumina increscant, maria sedibus suis excita percurrent, & omnia vno agmine ad exitium humani generis incumbant. Ita est. Nihil difficile est naturae, vtique vbi in finem sui properat. Ad originem rerum parce vitur viribus, dispensatque se incrementis fallenibus: subito ad ruinam toto impetu venit. Quam longo tempore opus est, ut conceptus ad puerperium perducatur infans: Quantis laboribus tener educatur, quam diligēti nutrimēto obnoxii nouissime corpus KK 2 adolescit?

adolescit; at quā nullo negotio soluitur? Vrbes constituit aetas: hora dissoluit. Momento fit cinis: diu silua. Magna tutela stant ac vigent omnia: cito ac repente dissipunt. Quicquid ex hoc statu rerum natura flexerit, in exitium mortaliū satis est. Ergo cum affuerit illa: necessitas temporis, multa simul fatigatis mouent: nec sine concusione mundi tanta mutatio est, ut quidam putant, inter quos Fabianus est. Primo immodici cadunt imbræ, & fine vallis solibus triste nubilo caelum est: nebulaque cōtinua, & ex humido spissaque caligine, nunquam exiccatibus ventis. Inde vitium satis, & segeum sine fruge surgentium marcor. Tunc corruptis quae seruuntur manu, palustris omnibus campis herba succreficit: mox iniuriam & validiora sensere. Solutis quippe radicibus, arbusta procumbunt, & vitis arce omne virgultum non tenetur solo, quod molle fluidumque est: iam nec gramina aut pabula lacta aquis sustinet, fame laboratur, & manus ad antiqua alimenta porrigitur: quare ilex & quercus excutitur, & quaecumque in his arduis arbor commissura astricta lapidum recte. Labant ac madent testa, & in imum viscera receptis aquis fundamenta desidunt, ac tota humus stagnat, frustra ritabantur fulcra tentantur. Omne enim fundamentum in lubrico figitur, & luctuoso humo nihil stabile est. Postquam magis magisque nimbi ingruunt, & congestæ saeculis tabuerunt niues, devolutus torrens altissimis montibus rapit silvas male haerentes, & saxa reuolutis remissa compagibus rotat. Abluit villas, & intermixtos onium greges deuehit, vulnusque minoribus rectis, quae in transitu abduxit, tandem in maiora violentus oberrat. Vrbes, & implices trahit in moenibus suis populos, ruinam an naufragium querantur, incertos: adeo simul, & quod opprimet, & quod mergeret, venit. Auctus deinde processu aliquo in se torrentibus raptis plana passim populatur. Nouissime ruina magna gentium clatus onustusque diffunditur. Flumina vero suapte natura vasta, & tempestatis rapta, alteos relinquunt. Quid tu esse Rhodanum, quid putas Rhenum, atq. Danubium, quibus torrens etiam in canali suo cursus est, cum superfusi nouas sibi fecere ripas, ac scilla humo simul excellere alteo? Quanta cum praecipitatione volvuntur, vbi per campestria fluens Rhenus, ne spatio quidem languidus, sed latissime velut per angustum aquas implet? Cumque Danubius non iā radices, nec media montium strigis, sed iuga ipsa sollicitat, ferens secum madefacta montium latera, rupeſque deieſtas, & magnarum promuntoria regionum, quae fundamentis laborantibus à continente recesserant. Deinde non inueniens exitum (omnia enim sibi ipse praecluserat) in orbem redit, ingentemque terrarum ambitum atque vrbium uno vortice inuoluit. Interim permanent imbræ, fit caelum grauius, ac sic diu malum ex malo colligit. Quod olim fuerat nubilum, nox est: & quidem horrida & terribilis, interclusu luminis diri: crebra enim micant fulmina, procellae quatunt mare, tunc primum austū fluminum accessu, & sibi angustum: iam promouet litus: non coniunctur suis finibus, sed prohibent exire torrentes, agnique fluctus retro: pars tamen maior, vt maligno ostio retenta, restagnat, & agros in formam vniuersi lacus redigit. Iam omnia, qua propicii potest, aquis obsidentur. Omnis tumulus in profundo latet, & immensa vbi que altitudine est: tantum in summis montium lugis vada sunt. In ea excelssima cum liberis, coniugib[us]q. fugere, actis ante se gregibus: direpti inter miseros commercium ac transitus: quoniam quicquid submissus erat, id vnde compleuit. Editissimis quibusque adhaerebant reliquiae generis humani: quibus in extrema perductis, hoc vnum solatio fuit, quod transferat in stuporem metus: non vacabat timere mirantibus: ne dolor quidem habebat locum. Quippe vim suam perdit in eo, qui ultra sensum mali miser est. Ergo insularum modo eminent montes, & pars Cycladas augent, vt ait ille poetarum ingeniosissimus egregie, sicut illud pro magnitudine rei dixit:

*Omnii pontus erat: deveni quoque littora ponto.
nisi tantum impetu ingenij & materiae, ad pueriles ineptias reduxisset.*

Nisi lupus inter oves, fulvois rebis vnda leones.

Non est res satis sobria, lasciuire deuorato orbe terrarum. Dicit ingentia, & tantæ confusione imaginem cepit, cum dixit:

*Expatiata ruunt per apertos flumina campos.
---Pressaque labant sub gurgite turre.*

Magnifice hoc, si non curauit, quidous & lupi faciant. Natari autem in diluvio & in illa rapina potest: aut non eodem impetu pecus omne, quo raptum erat, mersum est? Concepisti imaginem quantam debebas, obtutis omnibus terris, caelo ipso in terram ruente. Perfer. Scies, quid deceat, si cogitaueris orbem terrarum nature. Nunc ad propositum reuertarum.

C A P. XXVIII.

Sunt qui existimant immodicis imbribus vexari terras posse, non obrui. Magno impetu magna ferienda sunt. Faciet pluia segetes malas, fructum grandio decutiet, in tumescens riuis flumina: sed resident. Quibusdam placet moueri mare, & illinc cauam tantæ cladis accersi. Non potest torrentium, aut imbruum, aut fluminum iniuria fieri tam grande naufragium. Vbi instat illa pernicias, mutarique genus humanum placuit, fluere assiduos imbræ, & non esse modum pluviis conesserim: suppressis aquilonibus, & flatu sicciora: austris nubes & imbræ & annes abundare.

---Sed adhuc in damna profectum est.

Sternuntur segetes, & deplorata colonis

Vota iacent, longique perit labor irritus anni.

Non laedi debent terræ, sed abcondi. Denique cum per ista prolusum est, crescunt maria, sed super floritum,

litum, & fluctum vltra extremum tempesfatis maxima vespigium mittunt. Deinde à tergo ventis surgentibus, ingens aequor euoluunt, quod longe à conspectu littoribus frangitur. Deinde vbi litus bis terque prolatum est, & pelagus in alieno constitit, velut admoto malo coinus, procurrit aëstus ex imo recessu mari. Nam vt aeris, vt aetheris, sic huius elementi larga materia est, multoque in abdito plenior. Haec fatis mota, non aëstu, (nam aëstus fati ministerium est) attollit vasto sinu fretum, agitque ante se. Deinde in mirā altitudinem erigit: & illis tuis hominū receptaculis supereft. Nec id aquis arduū est, quoniam aequo terris fastigio ascenderet. Si quis excelsa perlibret, maria paria sunt. Nam par vndique sibi ipsa tellus est. Causa & plana vndique inferiora sunt. Sed istis adeo in rotundum orbis aequatus est, in parte autem eius & maria sunt, quae in vnius equalitatem pilae coeunt. Sed quemadmodum campos intuent, quae paulatim deuexa sunt, fallunt: sic non intelligimus curvaturas maris, & videtur planum quicquid apparet. At illud aequale terris est. Ideoque vt effluat, non magna mole se tolleret, dum fatus est illi, vt supra paria veniat, leuiter exurgere: nec à littore vbi inferius est, led à medio, vbi ille cumulus est, defluit. Ergo vt solet aëstus aequinoctialis, sub ipsum lunae solisque coitum, omnibus aliis maior vndare: sic hic qui ad occupandas terras emititur, solitis maximisque violentioris, plus aquarum trahit: nec antequam supra cacumina eorum, quos perfusuris est, montium crevit, deuoluitur. Per centena millia quibusdam locis aëstus excurrit innoxius, & ordinem seruat. Ad mensuram enim crescit, iterumque decrescit. At illo tempore solitus legibus, sine modo fertur. Qua ratione, inquis? Eadem, qua conflagratio futura est. Vtrumque fit, cum Deo visum ordiri meliora, vetera finiri. Aqua & ignis terrenis dominantur. Ex his ortus, & ex his interitus est. Ergo quandoque placuere res nouae mundo, sic in nos mare emit titur, desuper, vt feruor ignis, cum aliud genus exiti placuit.

C A P. XXIX.

Quidam existimant terram quoque cōcuti, & disrupto solo noua fluminum capita detegere, quae amplius vt è pleno profundant. Berodus, qui Belum interpretatus est, ait cursu ista siderum fieri: & adeo quidem id affirmat, vt conflagrationi atque diluvio tempus assignet: atsura enim terrena contendit, quando omnia sidera, quae nunc diuersos agunt cursus, in Cancrum conuenerint, sic sub eodem posita vespigio, vt recta linea exire per orbes omnium possit: in undationem futuram, cum eadem siderum turba in Capricornum conuenerit. Illic solstitium, hic bruma conficitur. Magnae potentiae signa: quando in ipsa mutatione anni momenta sunt. Et istas ego receperim causas (neque enim ex uno est tāta pernicioſes) & illam quae in conflagratione nostris placet, huc quoque trans ferendam puto: sine anima est mundus sine corpore: natura gubernante, vt arbores, vt fata, ab initio eius vlique ad exitum quicquid face re, quicquid pati debeat, inclusum est: vt in semine omnis futuri ratio hominis comprehensa est. Et legem barbae & canorum nondum natus infans habet: totius enim corporis, & sequentis aetatis in paruo occultoque lineamenta sunt. Sic origo mundi, non minus solem & lunam, & vices siderum, & animalium ortus, quām quibus mutantur terrena, cōtinuit. In his fuit inundatio, quae nō fecus quām hiems quām aestas, lege mudi venit. Itaque nō pluia istud fiet, sed pluia quoque non incursum maris, sed maris quoque incursum: non terrae motu, sed terrae quoque motu. Omnia adiuuabunt naturam, vt naturae constituta peragantur. Maximam tamen causam, ad ē inundandam, terra ipsa praestabat: quam diximus esse mutabilem, & solui in humorem. Ergo quandoque erit terminus rebus humanis, cum partes eius interire debuerint, aboleriue funditus totae, vt de integrō totae, rudes, innoxiaeque generentur: nec superfit in deteriora magister: plus humoris, quām semper fuit, fiet. Nunc enim elementa ad id, quod debetur, pensa sunt. Aliiquid oportet alteri accedit, vt quae libramento stant, inaequalitas turbet. Accedit humor. Nunc enim habet quo ambiat terras, non quo obruet. Quicquid illi accederit, necesse est in alieni locū exundet. Vnde ergo terra debet, vt validiori in firma succumbat. Incipiet ergo putrefacte, deinceps laxata ire in humorem, & assida tabe defluere. Tunc exilient sub montibus flumina, ipsosque impetu quatient: inde aura tacita manabunt. Solum omne aquas reddet, summi scaturient montes: quemadmodum in morbum transeunt fana, & vlceri vicina consentiunt: vt quaeque proxima terris fluentibus fuerint, eluentur, stillabunt, & deinde current, & hiante pluribus locis saxon, per fretum salient, & maria inter se component. Nihil erunt Hadriatici, nihil Siculi aquorū fauces, nihil Charibdis, ni hil Scylla. Omnes nouum mare fabulas obrueret, & hic qui terras cingit Oceanus extremas, veniet in medium. Quid ergo est: nihilominus tenebit alienos mensis hiems, aestas prohibebitur, & quodcunque terras sidus exiccat, compresso ardore cessabit. Peribunt tot nomina, Caspium & Rubrum mare, Ambraci & Cretici sinus, Propontis & Pontus. Peribit omne discrimin. Confundetur quicquid in suas partes natura digessit. Non muri quemquam, non turres tuebuntur. Non proderūt tempa supplicibus, nec vrbium furama: quippe fugientes vnde praeueniet, & ex ipsis arcibus deferet. Alia ab occatu, alia ab oriente concurrent: vnuus humanum genus condet dies. Quicquid tam longa fortunæ indulgentia excoluit, quicquid supra ceteros extulit, nobilia pariter atque adornata: magnarumque gentium regna pessimadibit.

C A P. XXX.

Sunt omnia, vt dixi, facilia naturae vntique quae à primo facere constituit, ad quae non subito, sed ex denuntiato venit. Iam autem à primo die mundi, cum in hunc habitum ex informi vnitate discederet, quādo mergeretur terrena, decretū est: & ne sit quādoq. velut in nouo opere, dura molatio olim ad haec maria se exercēt. Nō vides, vt fluctus in littora, tanquā exitus, incurrat? Nō vides, vt aëstus fines

kk 3 fuos

suos transeat, & in possessionem terrarum mare inducat? Non vides, ut illi perpetua cum claustris suis pugna sit? Quis porro istinc, unde tantum tumultum vides, metus est e mari, & magno imperio erumpentibus fluuijs? Vbi non humorem natura dispositus, ut vnde nos, cum voluisset, aggredi posset? Melior, nisi eruentibus terram humor occurrit, & quoties nos avaritia aut defodit, aut aliqua causa penetrare alius cogit, eruendi finis vnde est. Adiace nunc, quod immanes sunt in abdito lacus, & multum maris conditi, multum aluminum per operata labentium. Undique ergo erunt causae diluvio, cum aliae aquae subinfluent terras, aliae circumfluunt, quae diu coercitae vincent, & amnes amnibus iungent, paludibus stagna. Omnium tunc mare ora fontium impletib, & maiore hiato soluer. Quemadmodum corpora nostra ad egestum venter exhaustur, quemadmodum eunt in sudorem vires: ita tellus liquefiet, & alijs causis quietibus, intra se, quo mergatur, inueniet: sic magna omnia coitura crediderim. Nec erit longa mora exitij. Tentatur diuilliturque concordia, cu semel aliquid ex hac idonea diligentia remiserit mundus. Statim undique ex apero superne, ex abdito ab imo aquarum fiet irruptio. Nihil est tam violentum & incontinens sui, tam contumax, infestumque retinentibus, quam magna vis vnde. vtetur libertate permissa, & iubente natura, quae scindit circuitque, complebit. Ut ignis diuersis locis ortus, cito miscet incendium, flamnis coire properantibus: sic momento redundantia maria se committent. Nec ea semper licentia vndis erit: sed peracto exitio generis humani, extinctisque pariter feris, in quarum homines ingenia transierant, iterum aquas terra soebet: natura pelagus stare, aut intra terminos suos furere coeger: & reiectus est nostraris sedibus, in sua secreta pelletr oceanus: antiquus ordo reuocabitur. Omne ex integro animal generabitur, dabiturque terris homo inscius scelerum, & melioribus auspicijs natus. Sed illis quoque innocentia non durabit, nisi dum noui sunt. Cito nequita subrepit: virtus difficultis inuenient est, rectorem ducemque desiderat. Etiam sine magistro virtus discuntur.

L ANN AE I. SENECAE CORDVBENSIS. QVAESTIO- NVM NATURALIVM. LIBER. IIII.

in quo de niue, grandine & pluia agitur.

P R A E F A T I O .

Delectat te quemadmodum scribis, Lucili virorum optime, Sicilia, & officium procurationis otiosae. Delectabit, si continere id intra fines suos volueris, nec efficere imperium, quod est procuratio. Facturum te hoc, non dubito. Scio quam sis ambitioni alienus, quam familiaris oto & litteris. Turbam rerum hominumque desiderant, qui se pati nesciunt. Tibi tecum optimè conuenit. Nec mirum, paucis istud contingere, impetratos nobis ipsis & molestii sumus: modo amore nostri, modo taedio laboramus: infelicem animum nunc superbia inflamus, nunc cupiditate distendimus: alias voluptate laxamus, alias sollicitudine exurimus. Quod est miserrimum, nunquam sumus singuli. Necesse est itaque affidus sit, in tam magno vitorum contubernio, rixa. Fac ergo, mi Lucili, quod facere consuesti. A turba quantum potes, te separa, nec adulatoribus latus praebeas. artifices sunt ad captandos superiores. Par illis, etiam si bene caueris, nō eris. Mihi crede capieris, si conditioni ipse te trades. Habent hoc in se naturale blandiciae: etiam cum rei ciuntur, placent: saepe exclusae, nouissime recipiuntur. Hoc enim ipsum imputant, quod repelluntur, & subigi ne contumelia quidem possunt. Incredibile est, quod dicturus sum, sed tamen verum. Ea maxime quicque patet, qua patitur. Fortasse enim ideo, quia patet patitur. Sic ergo formare, ut scias non posse te confequi, ut sis impenetrabilis cum omnia caueris, per ornamenta feret. Alius adulatio clam vletur parcer: alius ex aperto, palam rusticitate simulata, quasi simplicitas illa, non ars sit. Plancus artifex ante Velleium maximus, aiebat non esse occulte, nec ex dissimulato blandientur. Perit, inquit, procar, si latet. Plurimum adulator cum deprehensus est, proficit: plus etiamnum si obiurgatus est, si erubuit. Futuros multos in persona tua Plancos cogita: & hoc non esse remedium tananti mali, nolle laudari. Crispus Passienus, quo ego nil cognoui subtilius in omnibus rebus, maxime in distinguendis & curandis vitijs, saepe dicebat, adulatio nos opponere, non claudere ostiū. Et quidem sic, quemadmodum opponi amicae soleat. Quae si impulit, grata est: gratior, si effregit. Demetrium egregium virum memini dicere cuidam libertino potenti, facilem sibi esse ad diuitias viam, quo die paenituisse

bonac

bonae mentis. Nec inuidiebo, inquit, vobis hanc artem, sed docebo eos quibus quaesito opus est, quem admodum non dubiam fortunam maris, non emendi vendendique aleam subeant, non incertam fidem ruris, incertorem fori tentent, quemadmodum non solum facilis, sed etiam hilari via pecuniam faciant, gaudientesque dispolient. Te, inquit, longiorum Fido Annae iurabo, & Apollonio lyctas, quamvis statutam habeas Threcae incompositi. Hominem quidem non esse ullum liberaliorem, non mentiar, cum possis videri omnibus donasse, quicquid dereliquisti. Ita est, mi Iunior, quo apertior est adulatio, quo improbior, quo magis frontem suam perfricuit, caecidit alteneram, hoc citius expugnat. Eo enim iam demetiae venimus, ut qui parce adulatur, pro maligno sit. Solebam tibi dicere, Gallionem fratrem meum, quem nemo non parum amat, etiam qui amare plus non potest, alia vita non nosse, hoc etiam odisse. ab omni illum parte tentasti. Ingenium suspicere caepisti, omnium maximum & dignissimum, quod consecrati mallet, quam conteris pedes abfulsit. Frugalitatem laudare caepisti. Prima statim verba praecedit. Caepisti mirari comitatem & incompositam suavitatem: quae illos quoque, quos transi, abducit, gratuitum etiam in obuios meritum. Nemo enim mortalium vni tam dulcis est, quam hic omnibus: cum interim tanta naturalis boni vis est, ut arte simulationemque non redoleat. Nemus non imputari sibi bonitatem publicam patitur. Hoc quoque loco blanditus tuis refutit, ut exclamares inuenisse te in expugnabilem virum aduersus insidias, quas nemo non in finum recipit. Eo quidem magis hanc eius prudential, & in evitando ineuitabili malo pertinaciam te suspicere confessus es, quia speraueras posse aperitis auribus recipi, quamvis blanda dices, quia vera dicebas. Sed eo magis intellexit obstandum. Semper enim falsis à vero petitur veritas. Nolo tamen tibi displiceas, quasi male egeris minimum, & quasi ille aliquid iocoru aut dolis suspicatus sit. Non deprehendit te, sed repulit. Ad hoc exemplar componere. Cum quis ad te adulator acceperit, dicit: I tu, ista verba, quae iam ab alio magistratu ad alium cum lictoribus transiunt, fert ad aliquem, qui paria facturus, vult quicquid dixeris, audire. Ego nec decipere volo, nec decipi possum. Laudari me à vobis, nisi laudaretis etiam malos, vellem. Quid autem necesse est in hoc descendere, ut te petere cominus possint? Longum inter vos intervallo sit. Cum cupieris bene laudari, quare hoc vlli debeat? Ipse te lauda. dicit: Liberalibus me studiis tradidi, quanquam paupertas alia suaderet, & ingenium eo duceret, vbi praefens studii pretium est. Ad gratuita carmina deflexi me, & ad salutare philosophiae studium contuli. Ostendi in omne peccus cadere virtutem: & eluctatus inatulum angustias, nec torte me, sed animo mensus, par maximis steti. Non mihi inimicitia Getulici Caii fidem eripuit, non in aliorum personam infeliciter amatorum, Messala & Narcissus, diu publici hostes, antequam fui, propositum meum portuerunt euertere. Ceruicem pro fide opposui. Nullum verbum mihi, quod nō salua conscientia procederet, excusum est. Pro amicis omnia timui, pro me nihil, nisi ne parum bonus amicus fuissim. Non mihi muliebres fluxere lacrimae, non è manibus vlius supplex pependi. Ni hil indecorum nec bono, nec viro feci. Periculis meis maior, paratus ire in ea, quae minabantur, egi gratias fortunae, quod experiri voluisset, quanti aetatem fidei. Non debebat mihi paruo res tanta constare. Nec examinavit me quidem diu: neque enim paria pendebant, vtrum satius esset me perire pro fide, an fidem pro me. Non praecipi impietu in vltimum consilium, quo me eriperem furori potentiam, mihi. Videbam apud Caium tormenta, videbam ignes. Sciebam olim sub illo in eum statum res humanas decidisse, ut inter misericordiae opera haberetur, occidi. Non tamē ferro incubui, nec in mare aperto ore desiliui, ne viderer pro fide tantum mori posse. Adiace nunc iniunctum innumeribus animum, & in tanto avaritiae certamine, nunquam suppositam manum lucro. Adiace nunc virtus parsimoniam, sermonis modestiam, aduersus minores humanitatem, aduersus maiores reverentiam. Post hoc ipse te confuse, ne rane an falsa memoraueris. Si uera sunt, coram magno teste laudatus es: si falsa, sine teste derisus es. Possum & ipse nunc videri te, aut captare aut experiri. Vtrumlibet crede, & omnes timere à me incipe. Virgilianum illud excute:

Nusquam tutas fides.

Aut Ouidianum:

Qua terra patet, fera regnat Erynnis,

In facinus iurasse putet.

Aut illud Menandri: (Quis enim non in hoc magnitudinem ingenij sui concitauit, detestatus consensum humani generis, tendentis ad vitam?) Omnes, ait, malos vivere: & in scaenam velut rusticus poeta profiliuit. Non senem exceptit: non puerum, non feminam, non virum: & adiicit, nō singulos peccare, nec paucos, sed iam scelus esse contextum. Fugiendum ergo, & in se redeundum est, immo etiam à se recessendum. Hoc tibi, eti diuidimur mari, praefare tentabo, ut dubium viae, iniecta manu, ad meliora perducam. Et ne solitudinem sentias, hinc tecum miscebo sermones. Erimus vna, qua parte optimi sumus: dabimus inuicem consilia, non ex vultu audientis pendentia. Longe te ab ista prouincia abducam, ne forte magnam historiam esse fidem credas, & placere tibi incipias, quoties cogitaueris. Hanc ego habeo sub meo iure prouinciam, quae maximarum urbium exercitus & sustinuit & fregit, cum inter: Carthaginem & Romanum ingentis belli pretium iacuit, cum quattuor Romanorum principum, id est, totius imperii vires contractas in unum locum vident, altamque Pompei fortunam erexit, Caesaris fatigauit, Lepidi trastulit, omniumque cepit: quae illi ingenti spectaculo interfuerit: ex quo liquere mortalibus posset, quam velox foret ad inum lapsus ex summo, quamque diuersa via magnam potentiam fortuna destrueret.

stueret. Vno enim tempore vidit Pompeium Lepidumque, ex maximo fastigio aliter ad extrema deictos, cum Pompeius alienum exercitum fugeret, Lepidus suum.

C A P. I.

ITaque ut te tota mente abducā, quanvis multa habeat Sicilia in se, circaque se mirabilia, omnes interim prouinciae tuae quaestiones praeteribo, & in diuersum cogitationes tuas abstraham. Quaerā enim tecum id, quod libro superiorē distuli. Quid ita Nilus aestuū in mensibus abundet. Cui Danubium similem habere naturam philophi tradiderunt, quod & fontis ignoti, & aestate quā hieme maior sit. Vtrumque apparuit falso. Nam & caput eius in Germania esse competrimus: & aestate quidem incipit crescere, sed adhuc manente intra mensuram suam Nilo, primis caloribus, cum sol vehementior inter extrema veris nubes emolit, quas ante consumit, quā intumescere Nilus incipiat. Reliquo vero astatim minitur, & ad hibernam magnitudinem redit, atque ex ea demittitur.

C A P. II.

AT Nilus ante exortum caniculae augetur mediis aestib⁹, ultra aequinoctium. Hūc nobilissimum annum natura exultit ante humani generis oculos, & ita dispositus, ut eo tempore inundaret Aegyptum, quo maxime vīta feruoribus terra vndam altius traheret, tantum haufura, quantum siccitat annae sufficere possit. Nam in ea parte, quae in Aethiopiam vergit, aut nulli imbræ sunt, aut rari, & qui insuetam aquis caelestibus terram non adiuuent. Vnam, vt scis, Aegyptus in hoc spem suam habet. Proinde aut sterilis annus aut fertilis est, prius ille magnus influxit, aut parior. Nemo aratorum aspicit caelum. Quare non cum poeta meo iocor, & illi Ouidium suum inpingo? qui ait:

... Nec pluuios supplicat herba Ioui.

Vnde crescere incipiat si comprehendendi posset, causæ quoque incrementi inuenirentur. Nunc vero magnas soliditudes peruvagat, & in paludes diffusus, gentibus sparitus circa Philas primum ex vago & errante colligitur. Phylæ insula est alpē & vndique praerupta: duobus in vnum coitatis annibus cingitur, qui Nilo mutantur, & eius nomen ferunt. Vrbem totam complectitur. Hanc Nilus magnus magis quam violetus, egressus Aethiopiam arenasque, per quas iter ad commercia Indici maris est, praelabitur. Excipiunt eum cataractæ, nobilis insigni spectaculo locus. Ibi per arduas excisæq., pluribus locis rupes Nilus insurgit, & vires suas cōcitat. Frāgit enim occurrentibus saxis, & per angusta eluctatus, vbi cūq. vincit, aut vincitur, flūtuat: & illi excitatis primum aqua, quas sine tumultu leni alueo duxerat, violentus, & torrens per malignos transitus profluit, dissimilis sibi. Quippe ad id lutosus & turbidus fuit. At vbi scopulos verberauit, spumat: & illi non ex natura sua, sed ex iniuria loci color est. Tandemq. eluctatus obstantia in vastam altitudinem subito destitutus cadit, cum ingenti circumiacentium regionum strepitu. Quem perferre gens ibi à Persis collocata non potuit, obtusis affiduo fragore auribus, & ob hoc sedibus ad quietiora translatis. Inter miracula fluminis in credibilem incolarum audaciam accepi. Bini parula nauigia condescendunt, quorum alter nauem regit, alter exhaustit. Deinde multum inter rapidam infaniam Nili, & reciprocos fluctus volutati, tandem tenuissimos canales tenent, per quos angusta rupium effugiunt: & cum toto flumine effusi, nauigium ruens manu temperant, magnoque spectantium metu in caput nixi, cum iam adploraueris, mensisque atque obrutis tanta mole credideris, longe ab eo, in quem cederant, loco nauigant, tormenti modo missi. Nec mergit cadens vnda, sed planis aquis tradit. Primum incrementum Nili circa insulam, quam modo retuli, Philas noscitur. Exiguo ab hac stipatio petra diuiditur, ἀβαννοι Graeci vocant: nec illam vlli, nisi antistites calcant: illa primum faxa auctum fluminis sentiunt. Post magnum deinde spatium duo eminent scopuli, Nili venas vocant incole: ex quibus magna vis funditur, non tamen quanta operire posset Aegyptum. In haec ora stipem sacerdotes, & aurea dona praefecti, cum sollemne, venit sacrum, iacint. Hinc iam manifestus nouarum virium Nilus, alto ac profundo alueo fertur, ne in latitudinem excedat obiectu montium pressus. Circa Memphis demum liber, & per campestrâ vagus, in plura scinditur flumina, manuque canalibus factis, ut sit modus in deriuantium porestate, per totam discurrat Aegyptum. Initio didicuntur, deinde continuatis aquis in faciem lati ac turbidi maris stagnat: cursum illi violentiæq. eripit latitudo regionum, in quas extendit, dextra leuaque totam amplexus Aegyptum. Quātum crevit Nilus, tantum spēi in annum est. Nec computatio fallit agricolam: adeo ad mensuram fluminis respōdet, quam fertilem facit Nilus. Is arenoso & sertient solo & aquam inducit & terram. Nam cum turbulentus fluat, omnem in siccis atque hiantibus locis faciem relinquit: & quicquid pingue secum tulit, arietibus locis allinit: iuuatque agros duas bus ex causis, & quod inundat, & quod oblitat. Ita quicquid non adiit, sterile ac squalidum iacet. Si crevit super debitum, nocuit. Mira aequa natura fluminis, quod cum ceteri annes abluant terras & euisecent, Nilus tanto ceteris maior, adeo nihil exedit, nec abradit, ut contra adiicit uires, minimumque in eo sit quod solum temperet. Illato enim limo, arenas saturat ac iungit. Debetque illi Aegyptus non tantum fertilitatem terrarum, sed ipsas. Illa facies pulcherrima est, cum iam se in agros Nilus ingessit. Latent campi, opertaque sunt valles: oppida infularum modo extant. Nullum in mediterraneis, nisi per nauigia commercium est. Maiorque est laetitia gentibus, quo minus terrarum suarum vident. Sic quoque cum se ripis continet Nilus, per septena ostia in mare emititur; quodcumque elegeris ex his, mare est. Multos nihilominus ignobiles ramos in aliud atque aliud litus porrigit. Ceterum beluas, marinis vel magnitudine vel noxa pares educat. Et ex eo quantus sit, aestimari potest, quod ingentia animalia & pa-

bulo sufficienti, & ad vagandum loco, continent. Babillus virorum optimus, in omni litterarum generis rarissimus, auctor est, cum ipse praefectus obtineret Aegyptum, Heracleotico ostio Nili, quod est maximum, spectaculo sibi fuisse delphinorum à mari occurrentium, & crocodilorum à flumine aduersum agnem agentium, velut pro partibus proelium. Crocodilos ab animalibus placidis mortuque innoxis victos. His superior pars corporis dura & impenetrabilis est, etiam maiorum animalium dentibus, at inferior molles ac tenera: hanc delphinis spinis, quas dorso eminentes gerunt, submersi vulnerabant, & in aduersum enixi diuidebant. Recisis hoc modo pluribus, ceteri velut acie versa refugerunt. Fugax animal audaci, audacissimum timido. Nec illos Tentryritae generis aut sanguinis proprietate superat, sed contemptu & temeritate. Vlto enim insequuntur, fugientque iniecto trahunt laqueo: plerique pereunt, quibus minus praefens animus ad persequendum fuit. Nilum aliquando marina aquam detulisse, Theo phrasus est auctor. Biennio continuo, regnante Cleopatra, non ascendisse, decimo regni anno & undecimo constat. Significatam aiunt daibus rerum potestibus defectionem. Antonii enim Cleopatrae deficit imperium. Per novem annos non ascendisse Nilum superioribus saeculis, Callimachus est auctor. Sed nunc ad inspicendas causas, propter quas aestate Nilus crescat, accedam, & ab antiquissimis incipiā. Anaxagoras ait, ex Aethiopiaci lugis solutas nubes ad Nilum usque decurrere. In eadem opinione omnis vetustas fuit. Hoc Aeschylus, Sophocles, Euripides tradunt. Sed falsum esse, argumentis plurimis patet. Primo Aethiopiam feruentissimam esse, indicat hominum adustus color, & Troglodytæ, quibus subterraneæ domus sunt. Saxa velut igni feruescunt, non tantum medio, sed inclinato quoque die: ascendens puluis, nec humani vestigij patiens: argentum replumbatur: signorum coagimenta soluantur: nullum materiae superadornata manet operimentum. Auster quoque, qui ex illo tractu venit, ventorum calidissimus est. Nullum ex his animalibus quae latent bruma, usquam reconditur. Etiam per hiemem in summo & aperto serpens est. Alexandriae quoque, quae longe ab huiusmodi immodicis caloribus est posita, nubes non cadunt: superiora etiam pluvia carent. Quemadmodum ergo regio tantis subiecta feruoribus duraturas per totam aestatem nubes recipit? Quas sane aliqui montes illic quoque excipiunt: nunquam tam magis quam Thraciae iuga aut Caucasus. Atqui horum montium flumina vere & prima aestate intumescunt, deinde hibernis minora sunt. Quippe vernis temporibus imbræ niuem diluvunt: reliquias eius primus calor dissipat. Nec Rhenus, nec Rhodanus, nec Ister, nec Caystrus subiacent malo: aestate proueniunt. Altissime sunt & in illis Septentrionalibus iugis nubes. Phasis quoque per id tempus & Borysthenes cresceret, si nubes flumina possent contra aestate magna producere. Praeterea si haec causa attolleret Nilum, aestate prima plenissimum fluueret. Tunc enim maxima & integrae adhuc nubes, ex mollissimoque tabes est. Nilus autem per menses quattuor liquitur, & illi aequalis accessio est. Si Thalei credit, Etefiae discedenti Nilo resistunt, & cursus eius acto contra ostia mari sustinent, ita reuferatur in se recurrit: nec crescit, sed exitu prohibitus resiftit, & quacunq. mox potuit, in concessus erum impetus fuit. Euthymenes Massiliensis testimonium dicit: Nauigau, inquit, Atlanticum mare. Inde Nilus fluit major, quamdiu Etefiae tempus obseruant: tunc enim eiūcitur mare in instantibus ventis. Cum refederint, & pelagus conquescit: minorque discedenti inde vis Nilo est. Ceterum dulcis maris sapor est, & similes Niloticis beluae. Quare ergo, si Nilum Etefiae prouocant, & ante illos incipit incrementum eius, & post eos durat? Praeterea non sit maior, quo illi flauere vehementius? Nec remittitur incitateturque, prout illis impetus fuit: quod fieret, si illorum viribus cresceret. Quid, quod Etefiae littus Aegyptum verberant, & contra illos Nilus descendit, inde venturus, vnde illi, si origo ab illis esset. Praeterea ex mari puris & caeruleus effluueret, non ut nunc turbidus venit. Adde, quod testimonium eius turbam turba coarguitur. Tunc erat mendacio locus, cum ignota essent externa. Licebat illis fabulas mittere. Nunc vero tota exteri mari ora mercatorum nauibus stringitur: quorum nemo narrat nunc caeruleum Nilum, aut mare sapori alterius, quod & natura credi verat: quia dulcissimum quodque & leuissimum sol trahit. Praeterea quare hieme non crescit: & tunc potest ventis concitari mare, aliquanto quidem maioribus. Nam Etefiae temperati sunt. Quod si mari ferretur Atlantico, semel oppleret Aegyptum. At nunc per gradus crescit. Oenopides Chius ait, hieme calorem sub terris continet: ideo & specus calidos est, & tepidiorem puteis aquam: itaque venas interno calore siccari. Sed in aliis terris augentur imbribus flumina. Nilum, quia nullo imbre adiuuetur, tenuari, deinde crescere per aestatem: quo tempore frigent interiora terrarum, & reddit rigor fontibus. quod si verum esset, aestate flumina crecerent, omnique putei aestate abundarent. Deinde non calorem hieme sub terris esse maiorem. Aqua & specus & putei teneant: quia aera rigenter extrinsecus non recipiunt. Ita non calorem habent, sed frigus excludunt. Ex easdem causa aestate refrigerantur: quia illo remotus, seductusque aer calefactus non peruenit. Diogenes Apolloniates ait: Sol humorem ad se rapit: hunc exsiccata tellus, tum ex mari ducit, tū ex ceteris aquis. Fieri autem non potest, ut vna sicca sit tellus, alia humeat. Sunt enim perforata omnia, & innicem per via Sicca ab humidis sumunt aliquando. Nisi aliquid terra acciperet, exaruit. Ergo vndas sol trahit: sed ex his quae premunt, maxime haec meridiana sunt. Terra cum exaruit, plus ad te humoris adducit: vñ lucernis oleum illo fluit, vbi exaritur: sic aqua illo incumbit, quo vis caloris & terrae aestuantis arcessit. Vnde ergo trahitur: ex illis scilicet paribus semper hibernis, Septentrionalibus, vnde exundat. Ob hoc pontus in inferum mare assidue fluit rapidus, non ut cetera maria, alternatis vltro citro aestibus, in vnam partem semper pronus & torrens. Quod nisi faceret, hisque itineribus, quod cuique deest, reddere-

redderetur, quod cuique superest; emitteretur, iam aut siccata essent omnia, aut inundata. Interrogare Diogenem liber, quare, cum pontus & amnes cuncti inuicem commet, non omnibus locis aestate maiora sunt flumina? Aegyptum sol magis percoquit. Itaque Nilus magis crescit. Sed in ceteris quoq. ter- ris aliqua fluminibus fiat adiectio. Deinde quare vlla pars terrae sine humore est, cum omnis ad se ex alijs regionibus trahit: eoque magis, quo calidior est? Deinde quare Nilus dulcis est, si illi è mari vnda est? Nec enim vlli flumini dulcior gustus.

C A P. III.

Grandinem hoc modo fieri, si tibi affirmauero, quo apud nos glacies fit, gelata nube tota, nimis audacem rem fecero. Itaque ex his me testibus numera secundae notae, qui vidisse quidem se negant, sed audire. Aut quod historici faciunt, & ipse faciam. Illi cum multa mentiti sunt ad arbitrium suum, vnam aliquam rem nolunt spondere: sed adjiciunt, Penes autores fides erit. Ergo si mihi parum credis, Posidonius tibi auctoritate promittere tam in illo quod praeteritum, quām in hoc, quod fecerit. Grandinem enim fieri ex nube aquosa, etiam in humore versa, sic affirmabit, tanquam interfuerit. Quare autem rotunda sit grando, etiam sine magistro scire potes, cum adnotaueris, stillicidium omne conglomerari. Quod & in speculis appetet, quae humorem halitu colligunt, & in poculis spar- sis, aliaque omni leuitate: nam & in herbarum vel arborum folijs, si quae guttae adhaescerunt, in ro- tundum iacent.

Quid magis est saxo durum? quid mollius vnda?

Dura tamen molli saxa cauantur aqua.

aut, vt alius poeta ait:

Stillicidi casus lapidem cauat.

& haec ipsa excusatio rotunda sit. Ex quo appetet illud, huic quoque simile esse quod cauat. Locum enim sibi ad formam & habitum suum exculpit. Praeterea potest, etiam si non fuerit grando talis, cum defertur corrotundari, & toties per spatum aeris densi deuoluta aequabiliter atque in orbē teri. Quod nix pati non potest: quia non est tam solida, immo fusa est, & non per magnam altitudinem cadit, sed circa terras initium eius est. Ita non longius illi per aera, sed ex proximo lapsus est. Quare non & ego idem mihi permittam, quod Anaxagoras: cum inter nullos magis quām inter philosophos esse debeat aqua libertas? Grando nihil aliud est quām suspensa glacies. Nix in pruina pendens congelatio. Illud enim iam diximus, quod inter aquam & rorem interefit, hoc inter pruinam & glaciem, necnon inter ni- um & glaciem interefit.

C A P. IIII.

Poteram me, peracta quaestione, dimittere: sed bene emensum dabo: & quoniam coepi tibi mole- stus esse, quicquid in hoc loco queritur, dicam. Quaeritur autem, quare hieme nūquā, nō gran- dinet, & vere, iam frigore infraēto, grando cadat. Nam, vt fallar tibi, verum mihi quidem persuaderet, qui me vsq. ad mendacia haec leuiora, in quibus os praecidi, non oculi erui solent, credulū praefeo. Hie- me aer riget: & ideo nondum in aquam vertitur, sed in nūtem, cui aer propior est. Cum ver coepit, ma- ior inclinatio aeris sequitur, & calidiora caelo maiora fiunt stillicidia. Ideo, vt ait Virgilius noster:

Cum ruit imbriferum ver,

vehementior immutatio est aeris vndique patefacti & soluentis se, ipso tempore adiuuante. Ob hoc nūbi graues magis, vñstique quām pertinaces deferuntur. Bruma lenta pluuias habet & tenues: quales saepe solent interuenire, cum pluuiā rara & minuta, niuem quoque admixtam habet. Dicimus niualem diem, cum altissim frigus, & triste caelum est. Praeterea aquilone flante, & suum caelum habente, mi- nutiae pluuiiae sunt. Austro imber improbior est, & guttae pleniores sunt.

C A P. V.

Rem à nostris positam nec dicere audeo, quia infirma videtur: nec praeterire. Quid enim mali est, aliquid & faciliori iudici scribere? Immo si omnia argументa ad lancem coepérimus exigere, si- lentium indicetur. Pauca enim admodum sunt sine aduersario. Cetera etiam si vincunt, litigant. Aut, quicquid circa Scythianā & Pontum & Septentrionalē plagam, glaciatum & astrictum est, vere relaxa- ri. Tunc flumina gelata discedere, tunc obrutus montes niuem soluere. Credibile est ergo, frigidos spi- ritus inde fieri, & verno caelo immisceri. Illud quoque adiiciunt, quod nec sum expertus, nec experiri cogito. Tu quoque, censeo, si volueris verum exquirere, niuem ita caue experiaris. Minus algere aiunt pedes eorum, qui fixam & duram niuem calcant, quām eorum qui teneram & labefactam. Ergo, si non mentiantur, quicquid ex illis Septentrionalibus locis iam distributa niue & glacie frangēt se fertur, id meridianae partis tempestem iam humidumq. aera alligat, & perstringit. Itaque cum pluuiā futura erat, grando fit, iniuria frigoris.

C A P. VI.

Non tempore mihi, quo minus omnium nostrorum ineptias proferam. Quosdam peritos obser- uandarū nūbiū esse affirman, & praedicere cum grando ventura sit: & hoc intelligere vnu ipso potuisse, cum colorem nūbiū notaſſent, quem grando toties inſequebatur. Illud incredibile, Cleonis fuisse publice praepositos *χαλαρούλαρας*, speculatores futurae grandinis. Hi cum signum dediſſent, adeſſe iam grandinem, quid expectas? vt homines ad penulas discurſerent, aut ad ſcornea? Immo pra-

fe quisque alius agnum immolabat, alius pullum. Protinus autem illae nubes alio declinabant, cum ali- quid gulaſſent sanguinis. Hoc rideas. Accipe, quod rideas magis. Si quis nec agnum nec pullum habebat, quod line damno fieri poterat, manus ſibi afferebat. Et ne tu auidas aut crudeles existimes nubes, digitū ſuum bene acuto graphio pungebat, & hoc sanguine litabat. Nec minus ab huius agello grande ſe auer- tebat, quām ab illo, in quo maioribus hostijs exorata erat.

C A P. VII.

Rationem huius rei quidam quaerunt. Alteri, vt homines sapientissimos decet, negant posſe fieri, deos vñcant. Alteri ſuſpicari ipſos autem, eſſe in ipſo ſanguine vim quandam potentem auertendae nu- bies, ac repellendae. Sed quomodo in tam exiguo ſanguine potest eſſe viſa tantā, vt in altum penetret, & eam ſentiant nubes? Quanto expeditius erat dicere, Mendacium & fabula eſt? At Cleonis iudicia redde- bant in illos, quibus delegata erat cura prouidenda tempeſtatis: quōd negligenter eorum vineas vapu- laſſent, aut ſegetes procidiſſent. Et apud nos in duodecim tabulis cauetur, ne quis alienos fructus excan- tassis. Rudis adhuc antiquitas credebat & attrahit imbreſ canibis, & repelli: quorum nihil posſe fieri, tam palam eſt, vt huius rei cauſa nullius philofophi ſchola intranda fit.

C A P. VIII.

VNAM rem adhuc adiiciam, & fauere, ac plaudere te iuuabit. Aiunt niuē in ea parte aeris fieri, quae prope terras eſt. Hanc enim plus habere caloris ex tribus cauſis. Vna, quōd omnis terrarum euapo ratio, cum multum intra ſe feruidi aridique habeat, hoc eſt calidior, quo recentior. Altera, quōd radii ſo- lis à terra refiliunt, & in ſe recurrent. Horum duplicitatio proxima quaque à terris calefacit. Quae ideo plus habent teporis, quia ſolem bis ſentiant. Tertia cauſa eſt, quōd magis superiora perlantur. At quae- cunque depreſſa ſunt, minus ventis verberantur.

C A P. IX.

Acceſſit his ratio Democriti. Omne corpus quo ſolidius eſt, hoc calorem citius concipit, & diutius feruat. Itaque ſi in ſole poſueris aeneum vas & vitreum & argenteum, aeneo citius calor accedit, diutius haerebit. Adiicit deinde, quare hoc exiftit fieri. His, inquit, corporibus, quae duriora, & pref- ſiora denſiora ſunt, necelle eſt minora foramina eſſe, & tenuiorem in ſingulis ſpiritu. Sequitur ut quemadmodum minora balnearia & minora miliaria citius caleſiunt, ſic haec foramina occulta & o ci- los effugientia, & celerius feruorem ſentiant & propter eadē angustias quicquid receperunt, tardius ſeddant.

C A P. X.

Hec longe praeparata ad id perducunt, de quo nūc quaeritur. Omnis aer quo propior eſt terris, hoc crassior. Quemadmodum in aqua & in omni humore faex ima eſt: ita in aere ſpiffiflma quaeq. defidunt. Iam autem probatum eſt, omnia quo crassioriſ que materiae ſunt, hoc fideliſius cuſtodi- dire calorem receptum: ſed quo editior eſt aer, & quo longius à terrarum collutio recessit, hoc finior puriorque eſt. Itaque ſolem non retinet, ſed velut per inane transmittit: ideo minus calefit.

C A P. XI.

Contra autem quidam aiunt, cacumina montium hoc calidiora eſſe debere, quo ſoli propria ſunt. Qui mihi videntur errare, quōd Apenninum & Alpes, & alios notos ob eximiam altitudinem mōtes intantū putant crescere, vt illorum magnitudine ſentire ſolis viciniā poſſit. Excelſa ſunt ifa, quādiu nobis comparantur vero vbi ad vniuersum reſperieris, maniſta eſt omnium humilitas. Inter ſe vincuntur, & vincunt. Ceterum intantū nihil attollit, vt collatione totius nulla ſit vel maximis por- tio: quod niſi eſt, non diceremus, totum orbem terrarum pilam eſt. Pilae proprietas eſt, cum aequali- tate quadam rotunditas: aequalitatem autem hanç accipere, quam vides in luſoria pila. Non multum illi commiſſuræ & rimae earum noſcent, quo minus per ſibi ab omni parte dicatur, quomodo in hac pila, nihil illa interualla officiunt ad ſpeciem rotundi, ſic nec in vniuerso quidem orbe terrarum editi mon- tes, quorum altitudo totius mundi collatione conſumitur. Qui dicit altiorem montem, quia ſolem propius excipiat, magis calore debere: idem dicere potest, longiorem hominem citius quām puſilla debere caleſieri, & citius caput eius quām pedes. At quisquis mundum mensura ſua aeftinauerit, & ter- ram cogitauerit tenere puncti locum, intelliget nihil in illa poſſe ita eminere, vt caeleſtia magis ſentiant, velut in propinquum illis accederit. Montes ifi quoſ ſuſcipimus, & vertices aeterna niue oblieſſi, nihi- lominus in imo ſunt: et propius quidem ſoli eſt mons, quām campus aut vallis: ſed ſic, quo modo eſt pilo crassior. Iſto enim modo, & arbor alia magis quām alia dicetur vicina caelo, quod falſum eſt: quia inter puſilla non potest eſſe magnum diſcri- men, niſi dum inter ſe comparantur. Vbi ad collatio- nem immensi corporis ventum eſt, nihil intereſt quanto alterum altero ſit maius: quia etiam ſi magno diſcrimine, tamen minima dicuntur.

C A P. XII.

Sed vt ad propositum reuertar, propter has quas retuli cauſas, plerisque placuit, in ea parte aeris ni- uem concepi, quae vicina terriſ eſt: & ideo minus alligari, quia minore frigore coit. Nam vicinus aer & plus habet frigoris, quām vt in aquam & imbreſ tranſeat, & minus quām vt duretur in grandinem. Hoc medio frigore non nimis intento niues ſunt coactis aquis.

Sed ut ad propositum reuertar, propter has quas retuli causas, plaebrisq. placuit, in ea parte aeris niue concipi, quae vicina terris est: & ideo minus alligari, quia minore frigore coit. Nam vicinus aer & plus habet frigoris, quam ut in aquam & imbre transeat, & minus, quam ut duretur in grandine. Hoc medio frigore non nimis intento niues fiunt coactis aquis.

Quid istas, inquis, ineptias, quibus nec litteratior sit quisquam, nec melior, tam operose persequeris? Quomodo fiant niues, dicis: cum multo magis ad nos dici a te pertineat, quare emenda non sint niues. Iubes me cum luxuria litigare. Quotidianum istud & sine effectu iurgium est. Litigemus tamen: etiam si superior futura est, pugnantes ac reluctantes vincat. Quid porro? Hanc ipsam inspectionem naturae nihil iudicas ad id, quod vis, cōferre? Cum quaerimus, quomodo nix fiat, & dicimus illam pruinæ similem habere naturam, plus illi spiritus quam aquae inesse, non putas exprobari illis: cum emere aquam turpe sit, si nec aquam quidem emunt? Nos vero quaeramus potius, quomodo fiant niues, quam quomodo feruentur: quoniam non contenti vina diffundere veterana, & per sapores aetatesq. dispone, inuenimus quomodo si paremus nitrem, vt ea aestatem euinceret, & contra anni feruorem defendetur loci frigore. Quid hac diligentia consecuti sumus? Nempe vt gratuitam mercemur aquam. Nobis dolet, quod spiritum, quod sole emere non possumus, quod hic aer etiam deliciis diuitibusq. ex facili nec emprus venit. O quam nobis male est, quod quicquam a rerum natura in medio reliquum est. Hec quod illa fluere & patere omnibus voluit, cuius haustum vitae publicum fecit: hoc quod tam homini quam feris animalibusque, & inertissimis animalibus, in vsum large ac beate profudit, contra se ingeniosa luxuria rededit ad pretium. Adeo nihil potest illi placere, nisi carum. Vnum hoc erat, quod diuites in aequum turbæ deduceret, quo uno non possent antecedere pauperrimum. Illi cui diuitiae molestæ sunt, excogitatum est, quemadmodum etiam aqua caperet luxuriam. Vnde ad hoc peruenit sit, vt nulla nobis aqua satius frigida videatur quae fueret, dicam. Quamdiu sanus & talubris cibi capax stomachus est, impleturque, non premitur, naturalibus fomentis contentus est. Vbi quotidianis cruditatibus non temporis aetus, sed suos sentit, vbi ebrietas continua visceribus infedit, & praecordia bile, in quam vertitur, torre, aliquid necessario quaeritur, quo aetus ille frangatur, qui ipsis aquis incalescit, remedij indicat vitium. Itaque non aestate tantum, sed & media hieme niuem hac causa bibunt. Quae huius rei causa est, nisi intestinum malum, & luxu corrupta praecordia, quibus nullum interuersum vnam quam quo interquierent, datum est, sed prandia coenis vlaq. in lucem perductis, ingesta sunt, & distentos copia ferulorum ac varierat, comediatio altius mersit? Deinde nunquam intermisca in temperantia, quicquid ante decoxerat, efferauit, & in desiderium semper noui rigor is accedit. Itaque quamvis coenatione velis ac specularibus muniant, & igne multo doment hieme, nihilominus stomachus ille solutus, & aetu suo languidus, quaerit aliquid quo erigatur. Nam sicut animo relictos stupentesque frigida spargimus, ut ad sensum sui redeant; ita uiscera i storum uitios torpenta nihil sentiunt, nisi frigore illa uehementio re peruerteret. Inde est, inquam, quod nec niue quidem contenti sunt, sed glaciem, uelut certior illi ex solidio rigor sit, exquirunt, ac saepe repetitis aquis diluunt: quae non e summo tollitur, sed ut uim maiorem habeat, & pertinacis frigus, ex absito effodit. Itaque ne unum quidem eius est pretium: sed habet institores aqua, & annona, pro pudore, uariam. Vnguentarios Lacedaemonij urbe expulerunt, & proptere cedere finibus suis uisserunt, quia oleum disperderent. Quid illi fecissent, si uidissent reponendas nivis officinas, & tot iumenta portandae aquae deseruentia, cuius colorem saporemque paleis, quibus custodiunt, inquinant? At, dij boni, quam facile est extinguire sitim sanam. Sed quid sentire possunt emorruae fauces, & occallatae cibis ardenteribus? Quemadmodum nihil illis satis frigidum, sic nihil satis calidum est. Sed ardentes boletes, & raptim condimento suo mersatos, demittunt paene fumantes, quos deinde refinguant niuatibus potionibus. Videbis, inquam, quosdam gracieles, & palliolo, focaliq. circumdatos, pallentes & aegros, non sorbere solum niuem, sed etiam esse, & frusta eius in scyphos suos deinceps, ne inter ipsam bibendi moram tepescant. Sitim istam esse putas? Febris est: & quidem eo acrior, quod non tactu uenarum, nec in cutem effuso calore deprehenditur. Sed cor ipsum excoquit luxuria, inuictum malum, & ex molli fluidoq. durum atq. patiens. Non intelligis, omnia consuetudine uim suam perdere? Itaque nix ista, in qua etiam nūnat, eo peruenit usu, & quotidiana stomachi seruitute, ut aqua locum obtineat. Aliquid adhuc quaerite illa frigidius, quia pro nihilo est familiaris rigor.

L. ANNÆ I. SENECAE AD LVCLILIVM NATVRA-

LIVM. QVAESTIONVM. LIB. V.

In quo de ventis & aeris motu agitur.

NENTVS est fluens aer. Quidam ita definierunt: Ventus est aer fluens in vnā partem. Haec definitio videtur diligenter: quia nunquam aer tam immobilis est, vt non in aliqua sit agitatione. Sic tranquillum mare dicitur, cum leuiter commouetur, nec in vnam partem inclinatur. Itaque si legeris,

Cum placidum ventis staret mares

scito illud non stare, sed succuti leuiter: & dici tranquillum, quia nec hoc illo impetum capiat. Idem & de aere iudicandum est, non esse vnuquam immobilem, etiam si quietus sit. Qod ex hoc intelligas licet. Cum sol in aliquem clausum locum infusus est, videmus corpuscula minuta in aduersum ferri, alia sursum, alia deorsum, varie concursantia. Ergo parum diligenter comprehendet quod vult, qui dixerit, Fluctus est maris agitatio: quia tranquillum quoque agitatur. At ille abunde sibi cauerit, cuius haec definitio fuerit: Fluctus est maris in vnam partem agitatio. Sic in hac quoque re, de qua cum maxime quaerimus, non circumscribetur, qui ita se gesserit, vt dicat: Ventus est fluens aer in vnam partem: aut: Ventus aer est fluens impetu, aut vis a aeris in vnam partem euntis, aut cursus aeris aliquo concitator. Scio quid responderi pro definitione altera possum. Quid necesse est adjicere te, in vnam partem fluens aer? Vtique enim quod fluit, in vnam partem fluit. Nemo aquam fluere dicit, si tantum intra se mouetur, sed si aliquo fertur. Potest ergo aliiquid moueri, & non fluere: at e contrario non potest fluere, nisi in vnam partem. Sed si haec breuitas satis à calunnia tutta est, hac vtatur. Si verò aliquis circum peccator est, verbo non parcat, cuius adiecio cauillationem omnē poterit excludere. Nunc ad ipsam rem accedamus, quoniam satis de formula disputatum est.

DEmocritus ait, cum in angusto inani multa sunt corpuscula, quae ille atomos vocat, sequi ventum. At contra, quietum & placidum aeris statum esse, cum in multo inani pauca sunt corpuscula. Nam quemadmodum in foro aut vico quamdiu paucitas est, sine tumultu ambulatur: vbi turba in angustum, cucurrit, aliorum in alias incidentium rixa fit sic in hoc quo circumdati sumus spatio, cum exiguum locum multa corpora impleuerint, necesse est alia alijs incidenti, & impellantur ac repellantur, implicentur & comprimantur, ex quibus nascitur ventus, cum illa quea colluctabantur incubuere, & diu fluctuata ac dubia inclinare se. At vbi in magna laxitate corpora pauca versantur, nec arietate possunt, nec impelli.

HOC falsum esse, vel ex eo colligas licet, quod tunc interim minime ventus est, cum aer nubilo grauis est. Atqui tunc plurima corpora se in angustum contulere: & inde spissior nubium gravitas est. Adiace nunc, quod circa flumina & lacus frequens nebula est, arctatis coniuncti que corporibus, nec tamen ventus est. Interdum verò tanta caligo effunditur, vt confectum in vicinio stantium eripiat: quod non euenerit, nisi in paruum locum corpora se multa compellent. Atqui nullum tempus magis, quam nebulosum, caret vento. Adiace nunc, quod e contrario venit, vt sol maritimum aera spissum & humidum ortu suo tenuet. Tunc surgit aura, cum datum est laxamentum corporibus, & stipatio illorum ac turba resoluta est.

Quoniam vim aeris ejicit, & ex abdito spirat: alias cum magna & continua eximo evaporatio in altu agit quae merserat, immutatio ipsa halitus mixti in ventum vertitur. Illud enim nec vt credam mihi persuaderi potest, nec vt taceam: quomodo in nostris corporibus ex cibo fit inflatio, quae non sine magna narum iniuria emittitur, & ventrem interdum cum sono exonerat, interdum secretius: sic putant & hanc magnam rerum naturam alimenta mutantem emittere spiritum. Bene nobiscum agitur, quod semper excoquit. Alioquin immidius aliquid timeremus. Nunquid ergo hoc verius est, dicere, multa ex omni parte terrarum & assida ferri corpuscula: quae, cum coaceruata sunt, deinde extenuari sole coepierunt, quia omne quod in angusto dilatatur, spatium maius desiderat, ventus exsistit?

Quid ergo hanc solam esse causam venti existimas, aquarum terrarumque evaporationes? Ex his gravitatem aeris fieri, deinde solui impetu, cum quae densa steterant, ut est necesse, extenuata nituntur in ampliorem locum? Ego vero & hanc iudico. Ceterum illa est longe verior causa, valentiorque, habere aer naturalem vim mouendi: nec aliounde concipere, sed inesse illi ut aliarum rerum, ita huius potentiam. An hoc existimas, nobis quidem datas vires esse, quibus nos moueremus, aera autem inertem, inagibilem reliquum esse? cum aqua motum suum habeat, etiam ventis quiescentibus: nec enim aliter animalia edere posset. Muscum quoque innasci aquis, & herbosa quaedam videmus, summo in natantia.

ES T ergo aliquid in aqua vitale. De aqua dico? Ignis qui omnia consumit, quaedam etiam creat: & quod videri non potest simile veri, sed tamen verum est, animalia igne generantur. Habet ergo aliquam vim talem aer, & ideo modo spissat se, modo expandit & purgat: alias contrahit, alias diducit, ac differt. Hoc ergo interest inter aera & ventum, quod inter lacum & flumen: aliquando per se ipse sol causa venti est, fundens rigentem aera, & ex denso coactoque explicans.

IN uniuersum de ventis diximus: nunc viritim incipiems illos excutere. Fortasse apparebit quemadmodum fiant, si apparuerit, quando & unde procedant. Primum ergo antelucanos flatus inspiciamus, qui aut ex fluuinibus, aut ex cōallibus, aut ex aliquo sinu feruntur. Nullus ex his pertinax est, sed cadit fortio iam sole: nec fertur ultra terrarum aspectum. Hoc ventorum genus incipit vere, nec ultra aestatem durat. Et inde maxime venit, ubi aquarum plurimum & montium est. Plana licer abundant aquis, tamen parent aura: hac dico, quae pro vento valer.

Quomodo ergo talis flatus concipitur, quem Graeci *εγκλαδανος* vocant? Quicquid ex se paludes & flumina emittunt (id autem & multum est, & assiduum) per diem solis alimentum est: nocte non exhaustur, sed montibus inclusum, in unam regionem colligitur. Cum illam impletuit, & iam se non capiat, sed exprimitur aliquo, & in unam partem procedit: hic ventus est. Itaque eo incumbit, quo liberius exitus inuitat, & loci laxitas, in quam coaceruata incurrit. Huius rei argumentum est, quod prius noctis parte non spirat. Incipit enim fieri tunc illa collectio, quae circa lucem iam plena est, & onerata, quaerit, quod defluat: & eo potissimum exit, ubi plurimum vacui est, & magna ac patens area. Adiicit autem ei stimulos ortus solis, feriens gelidum aera. Nam, etiam antequam apparet, lumine ipso vallet: & nondum quidem aera radijs impellit, iam tamen lacessit & irritat, luce praemissa. Nam cum ipse processit, alia superius rapiuntur, alia diffunduntur reponere. Ideo non ultra matutinum illis datur flare, omnis illorum vis conspicuus solis extinguitur: etiam si violentiores flauere, circa medium tamen die relangue scunt: nec unquam usque in meridiem aura producitur. Alia autem imbecillior ac brevior est, prout valentioribus minoribus collecta causis est.

Quare tamen tales venti vere & aestate validiores sunt? Leuissimi enim cetera parte anni, nec qui vela implant, surgunt. Quia ver aquosius est, & ex plurimis aquis, locisque ob humidam caeli natum saturis & redundantibus, major evaporationis est. At quare aestate aequo profunditur? Quia post occasum solis remanet diurnus calor, & magna noctis parte perdurat: qui euocat exequitias, ac vehementius trahit, quicquid ex his sponte reddi solet: deinde non tantum habet virium, ut quod euocauit, absurmat. Ob hoc diutius corpuscula emanare solita, & efflare, terra ex se atque humor emitit. Facit autem ventum sol ortus, non calore tantum, sed etiam istu. Lux enim (ut dixi) quae solem antecedit, nondum aera calefacit, sed percudit tantum: percussus autem in latus cedit. Quanquam ego ne illud quidem concesserim, lucem ipsam sine calore esse, cum ex calore fiat. Non habet forsitan tantum temporis, quantum tactu apparet. Opus tamen ipsum facit, & densa diducit aetennat. Praeterea loca, quae aliqua iniquitate naturae ita clausa sunt, ut solem accipere non possint, illa quoque nubila & tristi luce calefiunt, & per diem minus quam noctibus rigent. Etiamnum natura calor omnis abigit nebulas, & a se repellit. Ergo sol quoque idem facit. Eideo quibusdam videtur, inde flatus esse, unde sol. Hoc falsum esse ex eo appetit, quod aura in omnem partem vehit, & contra ortum plenis velis nauigatur. Quod non eueniret, si semper ventus ferretur a sole.

Etiae quoque, qui in argumentum a quibusdam aduocantur, non nimis propositum adiuvant. Di cam primum quid illis placeat: deinde, cur displiceat mihi. Etesiae, inquiunt, hieme nos sunt: quia breuis simus diebus sol definit, priusquam frigus evincatur. Itaque niues & ponuntur, & durantur. Aestate incipiunt flare, cum & longius extendit dies, & recti in nos radij diriguntur. Veri ergo simile est, concussum calore magno: niues plus humidi efflare. Item terras exoneratas niues, retectasque spirare liberioris. Itaque plura ex Septentrionali parte caeli corpora exire, & in haec loca quae remissiora ac tepidiora sunt, deferri. Sic impetus Ethesias sumere: & ob hoc a solstitio illis initium est, ultraque ortum caniculae non valent: quia iam multum e frigida caeli parte in hanc egestum est. At sol mutato cursu in nostram

nostram rectio tenditur: & alteram partem aeris attrahit, aliam vero impellit. Sic ille Etesiarum flatus aestatem frangit, & a mensuram feruentissimorum grauitate defendit.

Noncaefae. Dicimus autem luce auram incitari, tandem subsidere, cum illam sol attigit. Atqui Etesiae ob hoc somniculos à nautis, & delicati vocantur, quod (vrait Gallio) mane nesciunt surgere: eo tempore fere incipiunt prodire, quo ne pertinax quidem aura est, quod non accideret, si vt auras, ita illos sol comoueret. Adiice nunc, quod si causa illis flatus est, spatium diei ac longitudi, etiam ante solstitium flarent, cum longissimi dies sunt, & cum maxime niues tabescant. Iulio enim mense iam dispoliata sunt omnia, aut certe admodum paucia facient adhuc sub nube.

Sunt quedam genera ventorum, quae ruptae nubes & in proum soluta premitunt. Hos Graeci *συρφες* vocant. Qui hoc (vt puto) modo sunt, cum magna inaequalitas ac dissimilitudo corporum, quae vapor terrenus emitit, in sublimi eat, & alia ex his corporibus sicca sunt, alia humida: ex tanta discordia corporum inter se pugnantia, cum in unum conglobata sunt, veri simile est quodam causas effici nubes, & interualla inter illas relinquunt fistulosa, & in modum tibiae angusta. His interuallis tenuis includitur spiritus: qui maius desiderat spatium, cum euerberatur cursu paru liberu incaluit: & ob hoc amplior fit, scinditque cingentia, & erumpit in ventum: qui sere procellos est, quia superne demittitur, & in nos cadit vehementer & acer: quia non fatus, nec per apertum venit, sed laborat, & iter sibi vi ac pugna parat. Hic fere brevis flatus est. Quia receptacula nubium per quae ferebatur, ac munimenta perrumpit, ideo tumultuosus venit aliquando, non sine igne ac sono caeli. Hi venti multo maiores diurnioresque sunt, si alios quoque flatus ex eadem causa ridentes in se abstulerent, & in unum confluxere plures, sicut torrentes modicar magnitudinis sunt, quamdiu separatis suis cursus est: cum vero plures in se aquas conuertere, fluminum iustorum ac perennium magnitudinem excedunt. Idem credibile est fieri & in procellis, vt sint breves quamdiu singulare sunt: ubi vero sociauerer vires, & ex pluribus caeli partibus elitis spiritus eodem se contulit, & impetus illis accedit, & mora.

Facit ergo ventum resoluta nubes: quae plurimis modis soluitur. Non nunquam conglobationem illam, spiritus rumpit inclusi & in exitum nitentis luctatio: non nunquam calor, quem modo sol fecit, modo ipsa arietatio, vt magnorum inter se corporum attritus. Hoc loco, si tibi videatur, quaeri potest, cur turbo fiat, qui euenire in fluminibus solet, vt quādū diu sine impedimento feruntur, simplex & rectum illis iter fit: ubi incurrere in aliquod saxum ad latus ripae prominens, retroqueatur, & in orbem aquas sine exitu fleat, antea ut circumlatae in se sorbeantur, & voricem efficiant. Sic ventus quamdiu nihil obstat, vires suas effundit. Vbi aliquo promuntorio repercussus est, aut vi locorum coeuntium in canalem conexus, tenuemque collectus, saepius in se volutatur, similemque illis, quas diximus conuerti, aquis facit voricem. Hic ventus circumactus, & eundem ambiens locum, & se in ipsa vertigine concitans, turbos est. Qui si pugnacior est, ac diutius voluntur, inflammatur, & efficit quem *σφινξ* Graeci vocant. Hic est igneus turbo. Hi fere omnia pericula venti erupti de rubibus produnt, quibus armamenta rapiantur, & totae naues in sublimi tollantur. Etiamnam quidam venti diuersos ex se generant, & impulsum aera in alias quoque partes, quādū in quas ipsi inclinare, dispergunt. Illud quoque dicam, quod mihi occurrit, quemadmodum stillicidia, quamvis iam inclinet se & labatur, nondum tamen effecere lapsum, sed ubi plura coiere, & turba vires dedit, tunc flauere & ire dicuntur: sic quamdiu leues sunt aeris motus, agitati pluribus locis, nondum ventus est: tunc esse incipit, cum omnes illos miscuit, & in unum impetum conculit. Spiritum à vento modus separat: vehementior enim spiritus ventus est, inuicem spiritus leniter fluens aera.

Repetam nunc quod primo dixeram, edi è specie ventos, recessuque interiore terrarum. Non tota solidia contextu terra in unum usque fundatur, sed multis partibus caua:

----- *Et cæcis suspensa latebris,*
alicubi habet inania sine humore. Ibi etiam si nulla lux discrimin aeris monstrat, dicam tamen nubes nebulaeque in obscuro confistere. Nam ne haec quidem supra terras, quia videntur, sunt: sed quia sunt, videntur. Illic quoque nihilominus ob id sunt, quod non videntur. Flumina illic scias, licet nostris patria, sublabi: alia leviter ducta, alia in confragosis locis praecipitando sonantia. Quid ergo? non illud aequo dabis, esse aliquos & sub terra lacus, & quasdam aquas sine exitu stagnare? Quae si ita sunt, necesse est & illud, aera onerari, oneratumque incumbere, & ventum populu suo concitare. Ex illis ergo subterraneis rubibus sciens inter obscura flatus, cum tantum uirium fecerint, quanto aut terrae obstantia auferant, aut aliquod apertum ad hos afflatus iter occupent, & per hanc cavernam in nostras sedes efferantur. Illud uero manifestum est, magnam esse sub terris vim sulphuris, & aliorum non minus ignem aleantium, per haec loca cum se, exitum querens spiritus, torcit, accendatflammam ipso obstrictu necesse est. Deinde flammis latius fusis, etiam si quid ignai aeris erat, extenuatum moueri, & uiam cum fremitu vasto atque impetu quaerere. Sed hoc diligentius persequar, cum quaeram de motibus terrae.

Nunc mihi permitte narrare fabulam. Asclepiodorus auctor est, demissos quamplurimos a Philipo in metallum antiquum olim deliratum, ut explorarent quae libertas eius esset, quis status, an aliquid futuris reliquisset vetus avaritia: descendisse illos cum multo lumine, & multis durasse dies: deinde longa via fatigatos, videlicet flumina ingentia, & conceptus aquarum inertium vastos, pares nostris, nec compresos quidem terra supereminentes, sed liberae laxitatis, non sine horrore visos. Cum magna haec legi voluptate; intellexi enim saeculum nostrum, non nouis vitis, sed iam antiquitus traditis labores: nec nostra aeratae primum avaritiam, venas terrarum lapidumque rimatas, in tenebris male obstruta, quaesire. Illi quoque maiores nostri, quos celebramus laudibus, quibus dissimiles querimus nos esse, spe ducti, montes caeciderunt, & supra lucrum sub ruina steterunt. Ante Philippum Macedonem reges fuere, qui pecuniam in altissimis vix latebris lequererentur, & reliquo spiritu libero, in illos se demitterent specus, in quos nullam noctium dierumque perueniret discernere, & a tergo lucem relinquenter. Quae tanta spes fuit? Quae tanta necessitas hominem ad sidera erectum incurvauit, & defodit, & in fundum telluris intimae merlit, ut erueret aurum, non minore periculo quaerendum, quam possidendum? Propter hoc cuniculos egit, & circa praedam lutulentam incertamque raptanit, oblitus dierum, oblitus naturae melioris, a qua se auertit. Nulli ergo mortuo terra tam grauis est, quam istis supra quos avaritia vrgens terrarum pondus iniecit, quibus abstulit caelum, quos in imo, ubi illud malum virus latitat, infudit, illi descendere ausi sunt, ubi nouam rerum positionem, terrarumque pendentium habitus, ventosque per caecum inane experientur, & aquarum in illis fluuentium horridos fontes, & altam perpetuamque noctem. Deinde cum iste fecerint, inferos metuant.

SE D' vrad id, de quo agitur, reuertar, venti quatuor sunt, in ortum, occasum, meridiem, septentrio-

nemque dipiisi. Ceteri, quos varijs nominibus appellamus, his applicantur.

*Eurus ad auroram Nabatheaque regna recedit,
Persique, & radij iuga subdita matutinis.
Vesper & occiduo quae littora sole te pescunt,
Proxima sunt Zephyro. Sicythiam sepiusque triones
Horriter inuasit Boreas, contraria tellus
Nubibus asiduis, pluvioque madescit ab austro.
Vel, si breuius illos complecti mavis, in unam tempestatem (quod fieri nullo modo potest) congregentur:
Vna Eurusque, Notusque ruunt, creberque procellis
Africus. ----*

Et qui locum in illa rixa non habuit, Aquilo. Quidam illos duodecim faciunt. Quattuor enim caeli partes in ternas diuidunt, & singulis ventis binos suffectos dant. Hac arte Varro, vir diligens, illos ordinat; nec sine causa. Non enim eodem semper loco sol oritur, aut occidit. Sed aliis est ortus occasusque aequinoctialis (bis autem aequinoctiu est:) aliis solstitialis, aliis hibernus. Qui surgit ab oriente aequinoctiali, Subsolanus apud nos dicitur: Graeci illum ἄρηστον vocant. Ab oriente hiberno Eurus exit: quem nostri vocarent Vulturum. Et Liuius hoc illum nomine appellat, in illa pugna Romanis parum prospera, in qua Hannibal & contra solem orientem exercitum nostrum, & contra ventum constituit: cum venti adiutorio ac fulgoris praestigentis oculos hostium vicit. Vrto quoque hoc nomen vltipat. Sed & Eurus iam ciuitatem donatus est, & nostro sermone non tanquam alienus interuenit. Ab oriente solstitiali excitatum, Graeci κυνας appellant: apud nos sine nomine est. Aequinoctialis occidens Fanonium mittit: quem Zephyrum esse dicunt tibi, etiam qui Graece nesciunt loqui. A solstitiali occidente, Corus venit, qui apud quoddam Argestes dicitur. Mihi non videtur: quia Cori violenta vis est, & in unam partem rapax: Argestes fere mollis est, & tam euntibus communis, quam redeuntibus. Ab occidente hiberno Africus furibundus & ruens, apud Graecos οὐδείς dicitur. A septentrionali lateri summus est Aquilo, medius Septentrio, imus Thracias. Huic deest apud nos vocabulum. A meridiano axe Europeus est. Deinde Notus, Latine Auster. Deinde Libonotus, qui apud nos sine nomine est.

Placet autem duodecim ventos esse: non quia vbique tot sint (quosdam enim inclinatio terrarum excludit) sed quoniam plures nusquam sunt. Sic calidus sex dicimus: non quia omne nomen sex recipit, sed quia nullum plures quam sex. Qui duodecim ventos esse dixerunt, hoc secuti sunt, totidem ventorum esse, quod caeli discrimina. Caelum enim diuidit in circulos quinque, qui per mundi cardines sunt. Est septentrionalis, est solstitialis, est aequinoctialis, est brumalis, est contrarius septentrionali. His sextus accedit, qui superiore partem mundi ab inferiore secernit, ut scis. Dimidia eni pars mundi semper supra, dimidia infra est. Hanc lineam, quae inter aperta & occultata est, Graeci διζύρα vocant: non sibi finitorem dixerit, alij finientem. Adiiciendus est ad hunc meridianus circulus, qui horizonta rectis angulis secat. Ex his quidam circuli in transuersa currunt, & alios interuentu suo scandunt. Necesse autem est, ut aeris discrimina esse, quorū partes. Ergo horizon sive finiens circulus, quinque illos orbēs, quos modo duxi fieri, secat, & efficit decem partes, quinque ab ortu, quinque ab occasu. Meridianus circulus, qui in horizonta incurrit, regiones duas adiicit. Si duodecim aer discrimina accipit & totidem facit ventos. Quidam sunt quorundam locorum proprii, qui non transiunt, sed in pro-

in proximum ferunt. Non est illis à latere viuens mundi impetus. Atabulus Apuliam infestat, Calabriam Iapix, Athenas Sciron, Pamphyliam Cataegis, Galliam Circius: cui aedificia quassanti, tamen incolae gratias agunt, tanquam salubritatem caeli sui debeat ei. Diuus certe Augustus templum illi, cum in Gallia moraretur & voulit & fecit. Infinitum est, si singulos velim perseguiri. Nulla enim propemodū regio est, quae non habeat flatum ex se nascentem, & circa se cadentem.

Intra itaque prouidentiae opera, hoc quoque aliquis, ut dignum admiratione suspererit. Non enim ex una causa ventos aut inuenit, aut per diuersa dispositi: sed primum ut aera non sinerent progressus, sed assida vexatione vtilem redderent, vitalemq. tracturis. Deinde ut imbreis terris subministrarent, ijdemq. nimios compescerent. Nam modo adducunt nubes, modo diducunt, ut per totum orbem pluiae diuidi possent. In Italiam Auster impellit, Aquilo in Africam reicit; Etesiae non patiuntur apud nos nubes consistere. Ijdem totam Indianam & Aethiopiam continuis per id tempus aquis irrigant. Quid, quod fruges percipi non possunt, nisi flatu superuacua admixta seruandis ventilarentur, nisi esset quod legerem exicaret, & latenter frugem ruptis velamentis suis, quae folliculos agricolae vocant, adaperiret? Quid, quod omnibus inter se populis commercium dedit, & gentes dissipatis locis miscuit? Ingens naturae beneficium, si illud in iniuriam suam nō vertat hominum furor. Nunc quod de Caesare olim maiore vulgo dictatum est, & a Tito Liuio positum, in incerto esse, ut illum magis nasci Reip. profuerit, an non nasci, dici etiam de ventis potest: adeo quicquid ex illis vtile & necessarium est, non potest his repensari, quae in perniciē suam generis humani dementia excogitat. Sed non ideo non sunt ista natura sua bona, si virtus male ventum nocent. Nimurum in hoc prouidentia, ac dispositor ille mundi Deus, aera ventis exercendum dedit, & illos ab omni parte, ne quid esset situ Iqualidum, effudit: non ut nos classes partem freti occupaturas completeremus milite armato, & hostem in mari aut post mare inquireremus. Quae nos dementia exagit, & in mutuum compellit exitum? Vela ventis damus bellū paraturi, & periclitamur periculi caula. Incertum fortunam experimus, vim tempestatis nulla ope humana superabilem, mortem sine spe sepulturae. Non erat tanti, si ad pacem per ista veheremur. Nunc autem cum euferimus tot scopulos latentes, & infidias vadosi maris: cum effugerimus procellos de super montes, in quos praecips nauigantes ventus impingit: cum inuolutos nubilo dies, & nimbus ac tonitruis horrendas noctes, cum turbinibus diuulsa nauigia: quis erit huius laboris ac metus fructus? quis nos fessos tot malis portus exciperit? Bellum scilicet, & obvius in littore hostis, & trucidanda gentes tractura magna ex parte victorem, & antiquarum vibium flamma. Quid in arma cogimus populos? Quid exercitus scribimus, directuros aciem in medijs fluctibus? Quid maria inquietamus? parum vide licet ad mortes nostras terra late patet. Nimiris delicate fortuna nos tractat. Nimiris dura dedit nobis corpora, felicem valeritudinem. Non depopulatur nos casus incurrans. Emetiri cuicunque annos suos ex commodo licet, & ad senectutem decurrere. Itaque eamus in pelagus, & vocemus in nos fata cessantia. Misericordia, quid quaeritis: mortem, quae vbique superevit? Petet illa vos & ex lectulo, sed vbique innocentes petat: occupabit vos in vestra domo, sed occupet nullum molientes malum. Hoc vero quid aliud quis dixerit, quam insaniam, circumferre pericula, & ruere in ignotos, iratum sine iniuria, occurrentia deuastantia ac ferarum more occidere, quem non oderis? Illis tamen in vltionem, aut ex fame morsus est: nos si ne villa parsimonia nostri alieniq. sanguinis, mouemus maria, & nauigia deducimus, salutem committimus fluctibus, secundos optamus ventos, quorum felicitas est ad bella perferriri. Quousque nos malos mala nostra rapuerit? Parum est, intra orbem suum furere. Sic Periarum rex stolidissimus in Graeciam trahit, quam exercitus non vincet, cum impluerit. Sic Alexander vltterior Baetris & Indis volet quaerere, quid sit vltra, magnum mare, & indignabitur aliquid esse ultimū sibi. Sic Parthis avaritia Cratsum dabit. Non horribit renocantis diras tribuni, non tempestates longissimi maris, non circa Euphratrem praefaga fulmina, & deos resistentes, per hominum deorumque iras ad aurum ibit. Ergo non immrito quis dixerit, rerum naturam melius acutram fuisse nobiscum, si uentos flare uetusset, & inhibito discursu furentium, in sua quemque terra stare iussisset. Si nihil aliud, certe suo quisque tantum ac fuerū malo nasceretur. Nunc parum ui domesticā, externis quoque laborandum est. Nulla terra tam longe remota est, quae non mittere aliquis suum malum possit. Vide scio an nunc aliquis magnae gentis in abdito dominus, fortunae indulgentia tumens, non continet in terminos arma, an paret classes ignota moliens? Vnde scio, hic mihi, an ille uentus bellum inuehet? Magna pars erat pacis humanae, maria paecludi. Non tamen (vt paulo ante dicebam) queri possumus de auctore nostri Deo, si beneficia eius corrumptimus, & ut essent contraria, efficiimus. Dedit ille uentos ad custodiendam caeli terrarumque temperiem, ad euocandas suppressendasque aquas, ad aleundos satorum atque arborum fructus: quos ad maturitatem cum alijs causis adducit ipsa iactatio, attrahens cibum in summa, & ne torpeat, promouens. Dedit uentos ad ulteriora noscenda, fuisse enim imperitum animal, & sine magna experientia rerum homo, si circumscriberetur natals soli fine. Dedit uentos, ut commoda cuiusque regionis fierent communia: non ut legiones equitemque gestarent, nec ut perniciofa gentibus arma transuererent. Si beneficia naturae utentium prauitate perpendimus, nihil non nostro malo acceptimus. Cui uidere expedit? Cui loqui? Cui non uita tormentum est? Nihil inuenies tam manifestae utilitatis, quod non in contrarium transferat culpa. Sic uentos quoque natura bonos futuros inuenierat: ipsi

illos contrarios fecimus. Omnes in aliquod nos malum ducunt. Non eadem est his & illis causa soluendi: sed iusta nulli. Diversis enim irritamentis ad tentandum iter impellimur. Itaque alicui uitio nauigatur. Egregie Plato dicit, qui nobis circa exitum iam festium loco dandus est, minima esse quae homines emant uita. Immo, Lucili carissime, si bene furorem illorum aestimaueris, id est nostrum (in eadē enim turba volutamur) magis ridebis, cum cogitaueris vita parati ea, in quibus vita consumitur.

L A N N A E I . S E N E C A E
A D . L V C I L I V M . N A T V -
R A L I V M . Q V A E S T I O N V M .
L I B E R VI.

In quo de terraemotu agitur.



C A P . I.

SEmpeios, celebrem Campaniae urbem, in quam ab altera parte Surrétinum Sabianum, que littus, ab altera Herculaneum conueniunt, mareq. ex aperto conductum amoeno sanguinis cingit, defedisse terraemotu, vexatis qua ecunque adiacebant regionibus, Lucili virorum optime, audiunus: & quidem diebus hibernis: quos vacare à tali periculo maiores nostri solebant promittere. Nonis Febr. fuit nitor hic Regulo & Virginio consulis, qui Campaniam nunquam securam huius mali, indemnem tamen, & roties defunctam metu, magna frage vastauit. Nam & Herculaneum oppidi pars ruit, dubiq. stant etiam quae relicta sunt. Et Nucerinorum colonia, vt sine clade, ita non sine querela est. Neapolis quoque priuatim multa, publice nihil amisit, leuite ingenti malo perfractae. Villae vero praeruptae pessim sine iniuria tremuere. Adiiciunt his sexcentarum ouium gregem examinatum, & diuisas sua tuas: motae post hoc mentis aliquos atque impotes sui errasse. Quorum ut causas excutiamus, & prepositi operis contextus exigit, & ipse in hoc tempus congrues calus. Quaerenda sunt trepidis solaria & demendus ingens timor. Quid enim cuiquam satis tutum videri potest, si mundus ipse concurrit, & partes eius solidissimae labant? Si, quod unum immobile est in illo, fixumque ut cuncta in se intenta sustineat, fluctuat? Si, quod proprium habet terra, perdidit, stare: vbi tandem resident metus nostri? Quid corpora receptaculum inuenient? quod sollicita confugient, si ab imo metus nascitur, & funditus trahitur? Cōsternatio omnium est, vbi testa crepuere, & ruina signum dedit: tunc praeceps quisq. se proripit, & penates suos deserit, ac se publico credit. Quam latebram prospicimus, quod auxilium, si orbis ipse ruinas agitet? si hoc, quod nos tuerit ac sustinet, supra quod vrbes sitae sunt, quod fundamentum quidam orbis esse dixerunt, discedit ac titubat? Quid ibi esse non dico auxilijs, sed solatij potest, vbi timor fugam perdidit? Quid est, inquam, satis timent? Quid ad tutelam alterius ac sui firmum? Hostem muro repellam: praeruptae altitudinis castella, vel magnos exercitus difficultate aditus morabuntur. A tempestate nos vindicant portus. Nimborum vim effulam, & sine fine cadentes aquas testa propellunt: fugientes non sequitur incendium: aduersus tonitrua & minas caeli, subterraneae domus, & defossi in altum specus remedia sunt. Ignis ille caelestis non transuerberat terram, sed exiguo eius obiectu retunditur. In pestilentia mutare sedes licet. Nullum malum sine effugio est. Nunquam fulmina populos peruerterint. Pestilens caelam exhausit vrbes, non abstulit. Hoc malum latissime patet, ineuitabile, audiū, publice noxiū. Non enim domos solum, aut familias, aut vrbes singulas haurit, sed gentes totas, regionesq. subuertit: & modo tui nisi operit, modo in altam voraginem condit: ac ne id quidem relinquat, ex quo appareat, quod non est, saltem fuisse, sed supra nobilissimas vrbes, sine vlo vestigio prioris habitus, solum extenditur. Nec defunt qui hoc genus mortis magis timeant, quo in abruptum cum sedibus suis eunt, & e viuorum numero viui auferuntur, tanquam non omne fatum ad eundem terminum veniat. Hoc haber inter cetera iustitiae suae natura praeccipuum, quod cum ad exitum ventum est, omnes in aequo sumus. Nihil itaq. interest,

terest, vtrum me lapis unus elidat, an monte toto premat; vtrum supra me domus vnius onus veniat, & sub exiguo eius tumulo ac puluere expirem, an totus caput meum terrarum orbis abscondat: in luce hunc & in aperto spiritum reddam, an in vase terrarum dehinc entium sint: solus in illud profundum, an cum magno comitatu populorum concidentium ferat. Nihil interest mea, quantus circa mortem meam tumultus sit: ipsa vbiique tantudem est. Proinde magnum sumamus animum, aduersus istam clamorem, quae nec euitar, nec prouideri potest. Desinamus audire istos, qui Campaniae renuntiavere, quiq. post hunc casum emigraverunt, negantq. se vnguam ipsam regionem accessuros. quis enim illis promittet melioribus fundamentis hoc aut illud solum stare? Omnia eiusdem fortis sunt, & si nonduni mota, tamen mobilia: hunc fortasse in quo securius consilis locum, haec nox, aut hic ante noctem dies scinder. Vnde scies an melior eorum locorum condicio sit, in quibus iam vires suas fortuna consumpsit, & quae in futurum ruina sua fulta sunt? Erramus enim, si vilam terrarum partem exceptam immunemq. ab hoc periculo credimus. Omnes sub eadem iacent lege. Nihil ita, vt immobile esset, natura concepit. alia temporibus alijs cadunt. Et quemadmodum in vrbiis magnis, nunc haec domus, nunc illa suspen ditur: ita in hoc orbe terrarum nunc haec pars facit vitium, nunc illa. Tyros aliquando infamis ruinis fuit. Asia duodecim vrbes simul perdidit. Anno priore Achajam & Macedoniam, quaecunq. est ista vis mali quae incurrit: nunc Campaniam laetit. Circuit fatum, & si quid diu praeterit, repetit. Quaedam rarius sollicitat, saepius quaedam. Nihil immune esse, & innoxium finit. Non homines tantum, qui brevis & caduca res nascimur, vrbes oraeq. terrarum & littora, & ipsum mare in seruitutem fati venit. Nos tamen nobis permanstra promittimus bona fortunae, & felicitatem, cuius ex omnibus rebus humanis velocissima est leuitas, habituram in aliquo pōdus ac moram credimus. Et perpetua sibi omnia promittentibus in mentem non venit, id ipsum, supra quod stamus, stabile non esse. Neq. enim Campaniae istud aut Achaias, sed omnis soli vitium est, male cohaerere, & ex causis pluribus resolvi, & summam manere, partibus ruere.

C A P . II.

Q Vid ago? Solarium aduersus pericula dare promiseram: ecce vndique timenda denuntio. Nego quicquam esse quietis aeternae: quod & perire non possit, & perdere. Ego vero hoc ipsum solarium loco pono, & quidem valentissimi: quandoquidem sine remedio timor stultus est. ratio terroris prudentibus excutit, imperitis sit magna ex desperatione securitas. Hoc itaq. generi humano dictum puta, quod illis subita captiuitate inter ignes & hostem stupentibus dictum est:

Vna salus victis, nullam sperare salutem.

Si vultis nihil timere, cogitate omnia esse timenda: circumspicite quām levibus causis discutiatur. Nō cibus nobis, non humor, non vigilia, non somnus, sine mensura quadam salubris sunt. Iam intelligitis nugarioria esse nostra, & imbecilla corporis fluida, non magna molitione perdēda. Sine dubio id vnu periculi satis effet, quod tremunt terrae, quod subito diffundantur, ac superposita deducuntur. Magni se aëstimant, qui fulmina & motus terrarum hiatusque formidat: vult ille imbecillitati sue consciente timere pituitam: ita videlicet nati sumus, tam felicia fortiti membra, & in hanc magnitudinem crevimus, & ob hoc nisi mundi partibus motis, nisi caelum intonuerit, nisi terra subsederit, perire non possumus. Vnguiculi nos, & ne totius quidem dolor, sed aliqua à latere eius scissura conficit: & ego timem terras trementes, quem crassior saliu siccocat: Ego extimescam emotum sedibus suis mare, & ne aestus, maiore quām solet cursu, plus aquarum trahens superueniat: cum quoq. strangulauerit porio, male lapſa per fauces? Quām stultum est, mare horrere: cum scias, stillicidio perire te posse? Nullum est maius solarium mortis, quām ipsa mortalitas. Nullum autem omnium istorum quae extrinsecus torrent, quām quod innumerabilia pericula in ipso sinu sunt. Quid enim dementius, quām ad tonitrura succidere, & sub terram correpere fulminum metu? Quid stultius, quām timere mutationem aut subitos montium lapsus, & irruptiones maris extra littus eieci: cum mors vbiq. praefit, & vndique occurrat: nihilque sit tam exiguum, quod non in perniciem generis humani satis valeat? Adeo non debent nos ista confundere, tanquam plus in se mali habeant, quām vulgaris mors: vt contra, cum sit necessarium è vita exire, & aliquando emittere animam, maiore petre ratione iuuet. Necesse est mori vbicumque, quandoque. Stet licet ista humus, & se teneat suis finibus, nec vlla iactetur iniuria: supra me quandoq. erit. Interest ergo, illam ego mihi, an ipsa se mihi imponat? Didicuntur ingenti potentia nescio cuius mali: rumpitur, & me in immensam altitudinem abducit. Quid porro? Mors leuior in plano est? Quid habeo quod querar, si rerum natura non me vult iacere in ignobili loco? si mihi iniicit sui partis? Egregie Vagellius meus in illo inclyto carmine:

Si cadendum est, inquit, mihi, caelo ceduisse velim.

Idem licet dicere: Si cadendum est, cadam orbe concusso, non quia fas est optare publicam cladem: sed quia ingens mortis solarium est, terram quaudoq. viderem mortalem.

C A P . III.

Illud quoq. proderit prae sumere animo, nihil horum deos facere: nec ira numinum, aut caelum contut, aut terram. Suas ista causas habent: nec ex imperio faciunt, sed ex quibusdam vitijs, vt corpora nostra, turbantur: & nunc, cum facere videntur iniuriam, accipiunt. Nobis autem ignorantibus uerum, omnia terribilia sunt; urpote quorum metum raritas auget. Leuius accident familiaria; ex insolito for-

mido

mido est maior. Quare atem quicquam nobis insolitum est? quia naturam oculis, non ratione comprehendimus; nec cogitamus, quid illa facere possit, sed tantum quid fecerit. Damus itaque huius negligentiae poenas, tanquam nouis territi: cum illa non sint noua, sed in solita. Quid ergo? Non religionem incutit mentibus & quidem publice, sive deficere sol visus est, sive luna, cuius obscuratio frequentior, aut parte sui, aut tota delituit? Longeque magis illae actae in transuersum faces, & caeli magna pars ardens, & crinita sidera, & plures solis orbes, & stellae per diem visae, subitique transversus ignium, multa post se lucem trahentium? nihil horum sine timore miramur: & cum timendi sit causa, nescire, non est tanti scire, ne timeas? Quanto satius est, causas inquire, & quidem toto in hoc intentum animo? Neq; enim illo quicquam inueniri dignius potest, cui se non tantum commodet, sed impendat.

C A P. III.

Quaeramus ergo, quid sit quod terram ab infinito moueat, quid tanti molem corporis impellat, quid sit illa valentia, quid tantum onus vi sua labefactet: cur modo tremat, modo luxata subfundat, nunc in partes divisa discedat: & alias interuallum ruinae suae diu seruat, alias cito comprimat: nūc amnes magnitudinis notae conuertat intorsus, nunc nouos exprimat: aperiat aliquando aquarum calentium venas, aliquando refrigeret: ignesq; nonnunquam per aliquid ignotum antea montis aut rupis foramen emitat, aliquando notos & per saecula nobiles comprimat. Mille miracula mouet, faciemque mutat locis, & defert montes, subrigit plana, valles extuberat, nouas in profundo insulas erigit. Haec ex quibus causis accident, digna res est excuti. Quod, inquis, erit premium operae? quo nullū maius est, nosse naturam. Neque enim quicquam habet in se huius materiae tractatio pulchrior, cum multa habeat futura usui, quād hominem magnificientia sui detinet: nec mercede, sed miraculo colitur. Inspiciamus ergo quid sit, propter quod accidunt haec: quorum est adeo mihi dulcis inspectatio, ut quamvis aliquando de motu terrarum volumen iuuenis ediderim, tamen tentare me voluerim, & experiri, an aetas taliquid nobis aut ad scientiam, aut certe ad diligentiam adiecerit.

C A P. V.

Causam qua terra concurrit, alijs in aqua esse, alijs in ignibus, alijs in ipsa terra, alijs in spiritu putauere: alijs in pluribus, alijs in omnibus his. Quidam liquere ipsiis aliquam ex istis causam esse dixerūt: sed non liquere, quae esset. Nunc singula persequamur. Illud ante omnia mihi dicendum est, opiniones veterum parum exactas esse, & rudes. Circa verum adhuc errabatur. Noua omnia erant primo tentantibus, post eadem illa limata sunt: & si quid inuentum est, illis nihilominus referri debet acceptum. Magni animi res fuit, rerum naturae latebras dimouere, nec contentum exteriori eius conspicere, & in deorum secreta descendere. Plurimum ad inueniendum contulit, qui sperauit posse reperi. Cum excusatione itaq; veteres audiendi sunt. Nulla res consummata est, dum incipit. Nec in hac tantu re omniū maxima atq; inuolutissima, in qua etiam cum multū aetū erit, omnis tamen aetas quod agat inueniet, sed in omni alio negotio, longe semper à perfeccō fuere principia.

C A P. VI.

In aqua causam esse, nec ab uno dictum est, nec vno modo. Thales Milesius totam terram subiecto iudicat humore portari & innatere: sive illud oceanum vocas, sive magnum mare, sive alterius naturae, simplicem adhuc aquam & humidum elementum. Hac, inquit, vnda sustinetur orbis, velut aliquod grande nauigium, & graue his aquis quas premit. Superuacuum est reddere causas, propter quas existimat, grauiissimam partem mundi non posse spiritu tam tenui fugacique gestari: non enim nunc de situ terrarum, sed de motu agitur. Illud argumenti loco ponit, aquas esse in causa, quibus hic orbis agitatur, quod in omni maiore motu erum punit fere noui fontes: sicut in nauigij quoque enenit, vt si inclinata sunt, & absente in latus, aquam sorbeant, quae in omni onere eorum quae vehit, si immodece depresso sunt, aut superfunditur, aut cerre dextra sinistraque solito magis surgit. Hanc opinionem falsam esse, non est diu colligendum. Nam si terram aqua sustineret, tota aliquando concuteretur, semper moueretur: nec agitari illam miraremur, sed manere. Tum tota concuteretur, non ex parte: nunquam enim natus dimidia iactatur. nunc vero non terrarum vniuersarum, sed ex parte motus est. Quomodo ergo fieri potest, vt quod totum vehitur, totum non agitetur, si id quo vehitur, agitatum est? At quare aquae erūpunt? Primum omnium saepe tremuit terra, & nihil humoris noui fluxit. Deinde si ex hac causa vnda prorumpet, à lateribus terrae circumfunderetur: sicut in fluminibus ac mari videmus accidere, vt incrementum aquarum, quoties nauigia desidunt, in lateribus maxime appareat. Ad ultimum non tā exigua fieret quād dicit eruptio, nec velut per riuum sentina subrepere, sed fieret ingens inundatio, vt ex infinito liquore, & ferente vniuersa.

C A P. VII.

Quidam motum terrarum aquae imputauere: sed non ex eadem causa. Per omnem, inquiunt, terram, multa aquarum genera decurrunt. Alicubi perpetui amnes, quorum nauigabilis etiam sine adiutorio imbrum magnitudo est. Hinc Nilus per aestatem ingētes aquas inuehit. Hinc qui medius inter pacata & hostilia fluit, Danubius ac Rhenus, alter Sarmaticos impetus cohibens, & Europā Asiamque distinguit, alter Germanos, audiam gentem bellum, repellens. Adijce nunc patentissimos lacus, & stagna populis inter se ignotis circumdata, & ineluctabiles nauigio paludes, nec ipsis quidem inter se percutias, quibus incoluntur. Deinde tot fontes, tot capita fluminum, subitos, & ex occulto amnes vomē-

tia,

ria. Tot deinde ad tempus collectos torrentium impetus: quorū vires quād repentinae, quād breues. Omnis haec aquarum, etiam intra terram, natura faciesque est. Illic quoque aliae vasto cursu deferuntur, & in praecips volvatae cadunt; aliae languidores in vadis refunduntur, & leniter ac quiete fluunt. Quis autem neget, vastis illas receptaculis concipi, & cessare multis inertes locis? Non est diu probandum, ibi multas aquas esse, vbi omnes sunt. Neque enim sufficeret tellus ad tot flumina edenda, nisi ex reposito multoque funderet. Si hoc verum est, necesse est aliquando illic annis ex crescere, & relicitis ripis violentus in obstantia incurat. Sic fieri motus aliquis partis, in quam flumen in impetu dedit, & quam donec decrecat verberabit. Potest fieri, ut aliquam regionem riuus affluens excedat, ac secum trahat aliquam molem: qua lapsa, superposita quatiantur. Iam vero nimis oculus permitnit, nec ultra illos scit producere animum, qui non credit esse in abscondito terrae sinus maris vati. Nec enim video, quid prohibeat vel obster, quo minus illic habeatur aliquod etiam in abscondito littus, & per occultos aditus receptum mare, quod illic quoque tantudem loci tener, aut fortassis hoc amplius, quod superiora cum tot animalibus erant dividenda: abstrusa enim, & sine possessore deserta, liberius vnde vacat. Quas quis vetat illic fluctuare, & ventis, quos omne interuallum terrarum, & omnis aer creat, impelli? Potest ergo maior solito exorta tempestas, aliquam partem terrarum impulsam vehementer mouere. Nam apud nos quoque multa, quæ procul à mari fuerant, subito eius accessu vapulauere, & villas in conspectu collocatas, fluctus, qui longe audiebatur, inuaserunt. Illic quoque potest accedere ac decedere pelagis infernum: quorum neutrum fit sine motu superstantium.

C A P. VIII.

Non quidē existimo diu te hæsitaturum, an credas esse subterraneos amnes & mare absconditum, Vnde enim ista prorū puri, vnde ad nos veniunt, nisi quod origo humoris inclusa est? Age, cū vides interruptum Tigrim in medio itineris fissari, & non vniuersum auerti, sed paullatim, non apparentibus damnis, minui primum, deinde consumi: quo illum putas abire nisi in obscura terrarum: utique cum videas emergere iterum, non minorem eo, qui prior fluxerat? Quid cum vides Alpheum, celebratū poetis, in Achaea mergi, & in Sicilia rursus transiecto mari effundere amoenissimum fontem. Arethusa? Nescis autem, inter opiniones, quibus narratur Nili aestua inundatio, & hanc esse, à terra illum erupere, & augeri non supernis aquis, sed ex intimo redditis? Ego quidem centuriones duos, quos Nero Caesar ut aliarū virtutum, ita veritatis in primis amantissimus, ad investigandū caput Nili miserat, audiui narrantes, longum illos iter peregrisse, cum à Rege Aethiopiacē instructi auxilio, commendatique proximis regibus, penetrassent. Ad ulteriora quidem, aiebant, peruenimus, ad immensas paludes, quatum existum nec incolae nouerant, nec sperare quisquam potest, ita implicatae aquis herbae sunt, & aquae nec pediti eiuctabiles, nec nauigio, quod nisi patrum & vniuers capaz, limosa & obsita palus non ferat, ibi, inquit vidimus duas petras, ex quibus ingens vis fluminis excidebat. Sed siue caput illa, siue accessio est Nili, siue tunc nascitur, siue in terras ex priore recepta cursuredit: nonne tu credis illam, quicquid est, ex magno terrarum lacu ascendere? Habeant enim oportet pluribus locis sparsum humorem, & in imo coetum, ut eructare tanto impetu possint.

C A P. IX.

Ignem causam motus quidam, & quidem non eahdem iudicant. Imprimis Anaxagoras, qui existimat, simili paene ex causa & aera concuti, & terram: cum in inferiore parte spiritus crastum aera, & in nubes coactum, eadem vi qua apud nos quoque nubila frangi solent, rumpit, & ignis ex hoc collisu nubiū, cursuque elisi aeris emicuit. Hic ipse in obuia incurrit, exitum querens, ac diuelli repugnantia: donec per angusta aut naestus est viam excundi ad caelum, aut vi atque iniuria fecit. Alij in igne causam quidē esse, sed non ob hoc iudicant: sed quia pluribus obrutus locis ardeat, & proxima quaque consumat. Quae si quando exesa ceciderint, tunc sequi motum earum partium, quae subiectis adminiculis destituta labant, donec corrue: nullo occurre, quod onus exiperit. Tunc chasmata, tunc hiatus vasti, aperte riuntur: aut cum diu nutauere, super ea se, quae superfluit, stantque, componunt. Hoc apud nos quoque videmus accidere, quoties incendio pars ciuitatis laborat, cum exultae trabes sunt, aut corrupta, quae superioribus firmamentum dabant: tunc diu agitata fastigia concidunt, & tam diu differuntur atque incepta sunt, donec in solido resederunt.

C A P. X.

Anaximenes ait, terram ipsam sibi esse causam motus, nec extrinsecus incurriere, quod illam impellat: sed intra ipsam & ex ipsa quasdam partes eius decidere, quas aut humor soluerit, aut ignis exederit, aut spiritus violentia excusset. Sed his quoque cestantibus non deesse, propter quod aliquid abscedat aut reuelatur. Nam primum omnia vetustate labuntur, nec quicquam tutum à senectute est. Haec solida quoque & magni roboris carpit. Itaque quemadmodum in aedificijs veteribus quaedam non percussa tamen decidunt, cum plus ponderis habuere quād virium: ita in hoc vniuerso terrae corpore euenit, vt partes eius vetustate soluantur, solutas cadant, & tremorem superioribus afferant: primum dum abscedunt (nihil enim utique magnum sine motu eius, cui haesit, abscondit) deinde cum deciderunt, solidi exceptae resiliant, pilae more, quae cum cecidit exultat, ac saepius pelliuntur, toties à solo in novū impetum missa. Si vero in stagnantibus aquis delata sunt, hic ipse casus vicina concutit fluctu, quem suum vastumque illis ex alto pondus ejicit.

Qui

C A P. XI.

Q Vidam ignibus quidem assignant hunc tremorem, sed aliter. Nam cum pluribus locis ferueant, necesse est ingentem vaporem sine exitu voluant, qui vi sua spiritu intendit: & si acrius instrit, opposita diffundit: si vero remissior fuit, nihil amplius quam mouet. Videamus aquam spumare, igne subiecto. Quod in hac aqua facit inclusa & angusta, multo magis illum facere credamus, cum violentus auctorius ingentes aquas excitat. Tunc ille vaporatione inundantium aquarum, quicquid pulsauerit, agitat.

C A P. XII.

Spiritus esse qui moueat, & plurimis & maximis auctoribus placet. Archelaus antiquitatis diligens, sicut ita: Venti in concava terrarum deferuntur, deinde ubi iam omnia spatia plena sunt, & in quantum aer poruit densatus est, is qui superuenit spiritus, priorem premit & elidit, ac frequentibus plagiis primo cogit, deinde perturbat. Tunc ille quaerens locum, omnes angustias dimouet, & claustra sua conatur effingere. Sic evenit, ut terra, spiritu latente, & fugam quaerente, moueantur. Itaque cum terrae motus futurus est, praecedit aeris tranquillitas & quietes: videlicet, quia vis spiritus, quae concitare ventos solet, in inferna sede detinetur. Nunc quoque cum hic motus in Campania fuit, quamvis hiberno tempore, & inquieto, per superiores dies aer stetit. Quid ergo? Nunquam flante vento terra concussa est? Admodum raro duo flauere simul venti. Fieri tamen & potest, & solet, quod si recipimus, & constat duos ventos rem simul gerere: quid ni accidere possit, vt alter superiora aera agit, alter inferum?

C A P. XIII.

TN hac sententia licet ponas Aristotelem, & discipulum eius Theophrastum, non, vt Graecis visum est, diuini, ramen & dulcis eloquij virum, & nitidi sine labore. Quid vtrique placeat, exponam. Semper aliqua euaporatio est in terra, quae modo arida est, modo humido mixta. Haec ab infimo edita, & in quantum potuit, elata, cu[m] vltiore locu[m] in quem exeat non habet, retro ferratur, atq[ue] in se revolutur: dumq[ue] spiritus reciprocans iactat obstantia, & sive interclusus, sive per angusta enfras est, motum ac tumultum ciet. Straton ex eadem schola est, qui hanc partem philosophiae maxime coluit, & rerum naturae inquisitor fuit. Huius tale decretum est: Frigidum & calidum tempe in contraria abeunt, & una esse non possunt: eo frigidum confluit, vnde vis calida discessit: & inuicem ibi calidum est, vnde frigus expulsum est. Hoc quod dico, verum est: sed vtrunque in contrarium agi, ex hoc tibi appareat. Hiberno tempore, cum supra terram frigus est, calent putei, nec minus specus, atque omnes sub terra recessus: quia eo se calor contulit, superiora possident frigori cedens: qui cum in inferiora peruenit, & eo te quārum poterat ingessit, quo densior, hoc validior est: huic alias superuenit, cui necessario congregatus illa iam & in angustum pressus, loco cedit. Idem & contrario evenit, cum vis maior frigidi illata in cavernis est. Quicquid illic calidi latet, frigori cedens abit in angustum, & magno impetu agitur: quia non patitur vtriusque natura concordiam, nec in uno moram. Fugiens ergo, & omni modo cupiens excedere, proxima quaeque remolitur ac iactat. Ideoque antequam terra moueat, solet magitus audiri, ventis in abdito tumultuantibus: nec enim aliter posset, vt ait noster Virgilius,

Sub pedibus mugire solum, & iuga celia moueri:

nisi hoc esset ventorum opus. Vices deinde huius pugnae sunt: definit calidi congregatio, ac cursus eruptio. Tunc frigida com[p]escuntur & succedunt, mox futura potentiora. Dum ergo alterna vis cursat, & vltro citroque spiritus comineat, concutitur.

C A P. XIV.

SVNT qui existimunt, spiritu quidem, & nulla alia ratione tremere terram, quām Aristotelii placuit. Quid sit quod ab his dicatur, audi. Corpus nostrum & sanguine irrigatur, & spiritu, qui per sua itinera discurrevit. Habemus autem quedam angustiora animae receptacula, per quae nihil amplius quam meat: quedam patentiora, in quibus colligitur, & vnde dividitur in partes. Sic hoc totū terrarum omnium corpus, & aquis, quae vicem sanguinis tenet, & ventis, quos nihil aliud quis quam animam vocauerit, perutum est. Haec duo alicubi concurrent, alicubi consistunt. Sed quemadmodum, in corpore nostro, dum bona valerudo est, venarum quoque im perturbata mobilitas modum seruat, vbi aliquid aduersi est, micat crebrius, & suspiria atque anhelitus, laborantis ac felsi signa sunt: ita terrae quoque, dum illis positio naturalis est, inconclusae manent. Cum aliquid peccatur, tunc velut aegri corporis motus est, spiritu illo qui modeftius perfluebat, itē vehementius, & quallante venas suas nec, vt illi patulo ante dicebant, quibus animal placet esse terram. nam si hoc est, quemadmodum animal, tota vexationem sentier. Neque enim in nobis febris alias partes moderatius impellit, sed per omnes pari aequalitate discurrevit. Vide ergo, nunquid intret in illam spiritus ex circumfuso aere: qui quamdiu habet exitum, sine iniuria labitur: si offendit aliquid, & incidit quod viam claudat, tunc oneratur primo infidente se in teigo aere. Deinde per aliquam rimam maligne fugit, & hoc acrius fertur, quo angustius. Id si ne pugna non potest fieri, nec pugna sine motu. At si nec rimam quidem per quam effluat inuenit, conglobatus illic fuit, & hoc atque illo circumagit, aliaq[ue] deicxit, alia intercidit: cum tenuissimus, idemque fortissimus, & irrepit quamvis in obstructa, & quicquid intravit, vi sua diducat & dissipet, tunc terra facietur. Aut enim datura vento locum discedit, aut egypti dedit in ipsam, qua illum emisit, cavernam fundamento spoliata considit.

C A P.

C A P. XV.

Q Vidam ita existimant. Terra multis locis perforata est, nec tantum primos illos aditus haberet, quos velut spiramenta ab initio sui recepit, sed multos illi casus imposuit. Alicubi diduxit, quicquid su perne terreni erat aquaralia torrentes exedere, alia aestibus magnis dirupta paruere. Per haec interuala intrat spiritus: quem si inclusit mare, & adegit, nec fluctus retro abiire permisit, tunc ille exitu simul reditque praecluſo, voluntatur. Et quia in rectum non potest tendere, quod illi naturale est, in sublimem intendit, & terram prementem reuerberat.

C A P. XVI.

ETiamnum dicendum est, quod plerisque auctoribus placet, & in quo fortasse fiet dissensio. Non esse terram sine spiritu, palam est. Non tantum illo dico, quo se tenet, ac partes sui iungit, qui inest etiā faxis mortuisque corporibus: sed illo dico vitali, & vegeto, & aleante omnia. Hunc nisi haberet, quomodo tot arbustis spiritum infunderet, non aliunde viventibus, & tot satis? Quemadmodum tam diuersas radices aliter atque aliter in se mersas fouerit, quasdam summa receptas parte, quasdam altius tractas, nisi multum haberet anima, tam multa, tam varia generantis, & haustu atque alimento suo educantis? Leibus adhuc argumentis ago. Totum hoc caelum, quod igneus aether, mundi summa pars claudit, omnes haec stellae, quarum inīri non potest numerus, omnis hic caelestium coetus, & (vralia praeterem) hic tam prope à nobis agens cursum sol, omni terrarum ambitu non semel maior, alimentum ex terreno trahunt, & inter se partiuntur: nec vlo alio scilicet, quām halitu terrarum sustinentur. Hoc illis alimentum, his pastus est. Non posset autem tam multa, tanta que, & se ipsa maiora, terra nutrit, nisi plena esset anima, quam per diem & noctem ab omnibus partibus suis fundit. Fieri enim non potest, vt non multum illi superfici, ex qua tantum petuit ac sumitur, & ad tempus quidem, quod exeat, nascitur. Nec enim esset perennis illi copia sufficiunt in tot caelestia spiritus, nisi inuicem ista excurrerent, & in aliud alia soluerentur. Sed tamen necessis est abundet ac plena sit, & ex condito proferat. Non est ergo dubium, quin multum spiritus lateat intus, & caeca sub terra spatia aer latus obtineat. Quod si verum est, necesse est id saepe moueatur, quod re mobilissima plenum est. Nunquid enim dubium est, potest cuiquam, quin nihil sit tam inquietum quām aer, & tam versabile & vagatione gaudens?

C A P. XVII.

Sequitur ergo, vt naturam suam exerceat, & quod semper moueri vult, aliquando & alia moueat. Id quando fit? Cum illi cursus interdictus est. Nam quamdiu non impeditur, placide fluit: cum offenditur & retinetur, insuit, & moras suas abrumpit, non aliter, quām ille poetae:

pontem indignatus Araxes.

Quamdiu illi facilis & liber est alueus, primas quasque aquas explicat. Vbi saxa manu vel casu illata pressere venientem, tunc impetum mora querit: & quo plura oppolita sunt, plus inuenit virium. Omnis enim illa vnda quae a tergo superuenit, & in se crescit, cum onus suum sustinere non potuit, vim ruita parat, & prona cum his quae iacebant fugit. Idem spiritu fit: qui quo valentior agiliorque est, citius rapitur, & vehementius septum omne disturbat. Ex quo motus fit scilicet eius partis, sub qua pugnatum est. Quod dicitur, verum esse ex illo probatur: saepè enim cum terrae motus fuit, si modo pars eius aliqua disrupta est, inde ventus per multos dies fluit: vt traditur factum eo terraemotu, quo Chalcis laborauit: quod apud Asclepiodotum inuenies, auditorem Posidonij, in ipsis quaestionum naturalium causis. Inuenies & apud alios autores, hisse uno loco terram, & inde non exiguo tempore spirasse ventum: qui scilicet illud iter ipse sibi fecerat, per quod ferebatur.

C A P. XVIII.

MAxima ergo causa est, propter quam terra moueat, spiritus natura citus, & locum e loco mutans. Hic quamdiu impellitur, & in vacanti spatio latet, iacet innoxius, nec circumiectis molestus est. Vbi illum extrinsecus superueniens causa solicitat, compellitque & in arctum agit, scilicet adhuc cedit tantum, & vagatur. Vbi erepta discedendi facultas est, & vndique oblitus, tunc

magnō cum murmurē montis.

Circum claustra fremit, quae diu pulsata convullit ac iactat: eo acrior, quo cum valentiore mora luctatus est. Deinde cum circa perlustrauit omne que tenebatur, nec potuit evadere, inde quo maxime impactus est, resiliit: & aut per occultu[m] diuiditur, ipso terraemotu ruitate facta, aut per nouum vulnus emicuit. Ita eius vis tanta non potest cohiberi, nec ventum tenet vlla compages: soluit enim quodcunque vinculum, & omne onus fermentum, infususque per minimam laxamentum sibi parat, indomita naturae potentia liber, vtique concutus, sibi ius suum vindicat. Spiritus vero inuicta res est: nihil enim erit quod

*Luctantes ventos, tempestatesque sonoras.**Imperio premat, ac vincis & carcere fronet.*

Sine dubio poetae hunc voluerant videri carcerem, in quo sub terra clausi laterent. Sed hoc non intellexerunt, nec id, quod clausum est, esse adhuc ventum: nec id quod ventus est, posse iam claudi. Nam quod in clauso est, quiescit, & aeris statio est. Omnis in fuga ventus est. Etiamnum & illud accedit his argumentis, per quod appareat, motum effici spiritu, quod corpora quoque nostra non aliter tremunt, quām si spiritum aliqua causa conturbat: cum timore contractus est, cum senectute languescit, & venis torpibus

tibus marceret, cum frigore inhibetur, aut sub accessionem cursu suo deicetur. Nam quantumdiu sine iniuria perficitur, & ex more procedit, nullus est tremor corpori. Cum aliquid occurrit quod inhibeat eius officium, tunc parum potens perferendis his quae suo vigore tenebat, deficiens concutit, quicquid integer tulerat.

C A P. XIX.

MEt rodorum Chium necesse est audiamus, quod vult sententiae loco dicentem. Non enim permitto mihi nec eas quidem opiniones praeterire, quas in probo: cum satius sit omnium copiam fieri, & quae inprobamus, damnare potius, quam praeterire. Quid ergo dicit? Quomodo in dolio cantans vox, per totum cum quadam discussione percurrit ac resonat, & tam leviter mota, tamen circuit, non sine tactu eius tumultuque, quo inclusa est: sic speluncarum sub terra pendentium vastitas habet aerum: quem simul aliis superne incidens percussit, agitat non aliter, quam illa de quibus paulo ante retuli, inania indito clamore sonuerunt.

C A P. XX.

VEniamus nunc ad eos, qui omnia ista quae retuli, in causa esse dixerunt, aut ex his plura. Democritus plura putat. Ait enim, motum aliquando spiritu fieri, aliquando aqua, aliquando vtroque: & id hoc modo prosequitur. Aliqua pars terrae concava est & in hanc aquae magna vis confluit. Ex hac est aliquid tenuerit, & ceteris liquidius. Hoc cum superueniente gravitate reiectum est, terris illuditur, & illas mouet. Nec enim fluctuari potest sine motu eius, in quod impingitur. Etiamnum quod modo de spiritu dicebamus, de aqua quoque dicendum est. Vbi in vnum locum congesta est, & capere se desit, aliquo incumbit, & primo viam pondere aperit, deinde impetu. Nec enim exire nisi per deuexum potest, diuinclusa, nec in directum cadere moderate, aut sine concusione eorum, per quae & in qua cadit. Si vero cum iam rapi coepit, aliquo loco substitit, & illa vis fluminis in se renoluta est, in continentem terram repellitur, & illam, qua parte maxime tendit, exagit. Praeterea aliquando madefacta tellus, liquore penitus accepto, altius fideliter, & fundus ipse vitiatur: tunc ea pars premitur, in quam maxime aquarum vergentium pondus inclinat. Spiritus vero nonnumquam impellit undas, & si vehementius institit, eam sciaret terrae partem mouet, in quam coactas aquas intulit. Nonnunquam in coacta itinera coniectus, & exitum quaerens, mouet omnia: terra autem penetrabilis ventis est, & spiritus subtilior est, quam ut possit excludi, & vehementior, quam ut sustineri concitatus ac rapidus. Omnes istas esse posse causas Epicurus ait, pluresque alias tentat: & alios, qui aliquid vnuu ex istis esse affirmauerunt, corripit: cum sit absurdum, de ijs quae coniectura sequenda sunt, aliquid certi promittere. Ergo, vt ait, potest terram mouere aqua si partes aliquas eluit, & abrasit, quibus desit posse extenuatis sustineri, quod integris ferebatur. Potest terram mouere impressio spiritus. Fortasse enim aer extrinsecus alio intrante aere, agitur. Fortasse aliqua parte subito predecitate percuditur, & inde motum capit. Fortasse aliqua parte terrae velut columnis qui busculam ac pilis sustinetur: quibus vitiatis ac recedentibus, tremit pondus impositum. Fortasse calida vis spiritus in ignem versa, & fulmini similis, cum magna strage obstantium fertur. Fortasse palustres & facientes aquas aliquis flatus impellit, & inde aut ictus terram quatit, aut spiritus agitatio, ipsi motu crescent, & se in citans, ab imo in summa usque perfertur: nullam tamen illi placet causam motus esse maiorem, quam spiritum.

C A P. XXI.

NObis quoque placet, hunc spiritum esse, qui tanta posuit conari, quo nihil est in rerum natura potentius, nihil acrius, sine quo nec illa quidem, quae vehementissima sunt, valent. Ignem spiritus concitat: aquae si ventum detrahens, inertes sunt. Tunc demum impetum sumunt, cum illas agit flatus: qui potest dissipare magna spatia terrarum, & nouos montes subrecessos extollere, & insulas non ante vias in medio mari ponere. Therastiam nostrac aetatis insulam, spectantibus nautis in Aegeo mari enatam, quis dubitat, quin in lucem spiritus vixerit? Duo genera sunt (vt Posidonio placet) quibus mouetur terra: utrumque nomen est proprium. Altera succussio est, cum terra quatitur, & sursum ac deorsum mouetur: altera in clinatio, qua in latera nutat nauigij more. Ego & tertium illud existimo, quod nostro vocabulo signatum est: non enim sine causa tremorem terrae maiores, qui utique dissimilis est, nec succutuntur tunc omnia, nec in clinantur, sed vibrantur. Res minime in huiusmodi casu noxia, si cut longe perniciosest in clinatio concussione. Nam nisi celeriter ex altera parte properabit motus, qui inclinata restitut, ruina necessario sequitur. Cum dissimiles ijs motus inter se sint, causae eorum diversae sunt.

C A P. XXII.

PRius ergo de motu quatierte dicamus. Si quando magna onera per vices vehicularum plurimum tracta sunt, & rotae maiore nisu in salebras inciderunt, terram concuti senties. Asclepiodotus tradidit, cum petra late re montis abrupta cecidisset, aedificia vicina tremore collapsa. Idem sub terris fieri potest, vt ex his quae impenetrabili rupibus aliqua resoluta, magno pondere ac sano in subiacentem caueniam cadat, eo vehementius, quo aut plus ponderis habuit, aut venit altius. Et sic commoquetur omne terrum cauatae vallis. Nec tantum pondere suo abscondi faxa credibile est, sed cum flumina supra ferantur, assiduus humor commissuras lapidis extenuat, & quotidie his ad quae religatus est auferit, & illam (vt ita dicam) cutem qua continetur, abradit. Deinde longa per aeuum diminutio usque eo infirmat illam,

qua

quae quotidie attruit, vt desinant esse oneri ferendo. Tunc laxa vasti ponderis decidunt, tunc illa praecipita rupes, quicquid ab imo repercutit, non passura confistere, succutit. Et ruere omnia visa repente: vt ait Virgilius noster. Huius motus succutientis terras haec erit causa. Ad alteram transeo.

C A P. XXIII.

RAra terrae natura est, multumque habens vacui, per has raritates spiritus fertur: qui vbi maior influxit, nec emititur, concutit terram. Haec placet & alijs, vt paulo ante retuli, caula: si quid apud te profecta testium turba est. Hanc etiam Callisthenes probat non contemptus vir. Fuit enim illi nobile ingenium, & faribund regis impatiens. Hoc est Alexandri crimen aeternum, quod nulla virtus, nulla bellorum felicitas redimet. Nam quoties quis dixerit: Occidit Persarum multa millia: opponetur, Et Callisthenem. Quoties dictum erit, Occidit Darium, penes quem tunc magnum regnum erat: opponetur, Et Callisthenem. Quoties dictum erit, Omnia oceano tenus vicit, ipsu quoque tentauit nouis classibus, & imperium ex angulo Thraciae usque ad Orientis terminos protulit: dicetur, Sed Callisthenem occidit. Omnia licet antiqua dicum regumque exempla transierit, ex his quae fecit nihil tam magnum erit, quam scelus Callisthenes. Hic Callisthenes in libris, quibus describit quemadmodum Helice Buris que mersae sunt, quis illas casus in mare, vel in illas mare immiserit, dicit id quod in priore parte dictum est. Spiritus intrat terram per occulta foramina, quemadmodum ubique, ita & sub mari. Deinde cum est obstructus ille tristes, per quem descenderat, redditum autem illi a tergo resistens aqua abstulit, huc & illuc fertur, & sibi ipse occurrentes terram labefactat. Ideo frequentissime mari opposita vexantur, & inde Neptuno haec assignata est mouendi potentia. Quisquis primas litteras Graecas didicit, scit illum apud Homerum οὐρανὸν vocari.

C A P. XXIV.

Spiritum esse huius mali causam, & ipse consentio: de illo disputabo, quomodo intret hic spiritus: vtrum per tenuia foramina, nec oculis comprehensibilia, at per maiora ac patentiora: & vtrum ab imo, an etiam per summa terrarum. Hoc incredibile est. Nam in nostris quoque corporibus cutis spiritum respuit: nec est illi introitus, nisi per quem trahitur: nec confidere quidem a nobis receptus potest, nisi in laxiore corporis parte. Non enim inter nervos pulpasve, sed in vinceribus & patulo interioris partis recessu commoratur. Idem de terra suspicari licet, vel ex hoc, quod motus non in summo terrae, circave summa est, sed subter & ab imo. Huius indicum est, quod altitudinis profundae maria iactantur, motis scilicet his, supra quae fusca sunt. Ergo verisimile est, terram ex alto moueri, & illuc spiritum in cavernis ingentibus concipi. Immo, inquit, ceu cum frigore in horruimus, tremor sequitur, sic terras quoque spiritus extrinsecus accidens quassat. Quod nullo modo potest fieri. Algere enim debet, vt idem illi accidat, quod nobis, quos externa causa in horrorem agit. Accidere autem terrae simile quiddam nostrae affectionis, sed non ex simili causa, concesserim. Illam interior & altior iniuria debet impellere: cuius rei argumentum vel maximum hoc potest esse, quod cum vehementi motu ad apertum ingenti ruina solum est, totas nonnunquam vrbes & recipit hiatus ille, & abscondit. Thucydides ait, circa Peloponnesiaci beli tempus, Atalantam insulam aut totam, aut certe maxima ex parte superfulat. Idem Sidoni accidisse, Posidonio crede. Nec ad hoc testib. opus est. Meminimus enim terris interno motu diuulsis, loca disiecta, & campos interisse. Quod iam dicam, quemadmodum existimem fieri.

C A P. XXV.

Cum spiritus magna vi in vacuum terrarum locum penitus applicuit, coepitq. rixari, & de exitu cogitare, latera ipsa intra quae latera, saepius percudit, supra quae vrbes interdum sitae sunt. haec non nunquam adeo concutuntur, vt aedificia superposita procumbant: nonnunquam in tantum, vt parietes quibus fertur omne regim in cani, decidunt in illum subteracantem locum, totaque vrbes in immensam altitudinem mergantur. Si velis credere, aiunt, aliquando Ossam Olympo colahessisse, deinde terrarum motu recessisse, & scilicet vnius magnitudinem montis in duas partes. Tunc effugisse Peneum, qui paludes quibus laborabat Thessalia, siccavit, abductis in se quae sine exitu stagnauerat aquis. Ladon fluens inter Helim & Megalen polin medius est, quem terrarum motus effudit. Per hoc quid probo? In la xos specus (quid enim aliud appelle loca vacua sub terris?) spiritum conuenire. Quod nisi esset, magna terrarum spatia commouerentur, & vna multa titubarent. Nunc exiguae partes laborant, nec vnuquam per ducentia milliaria motus extendit. Ecce hic qui impletuit fabulis vrbem, non transcendit Campaniam. Quid dicam, cum Chalcis tremuit, Thebas stetisse? Cun laborauit Aegium, tam propinquas illi, Patras de motu nihil audisse? Illa vasta concusso, quae duas suppressit vrbes, Helicen & Burn citra Aegium constituit. Apparet ergo in tantum spatium motum protendere, quantum illa sub terris vacatis loci inanitas pateat.

C A P. XXVI.

Poteram ad hoc probandum abuti auctoritate magnorum virorum, qui Aegyptum nunquam treuile tradunt. Rationem autem huius rei reddunt, quod ex limo tota concreverit. Tantum enim (si Homero fides est) aberat a continenti Pharos, quantum nauis diurno cursu metiri plenis lata velis potest, sed continentis admota est. Turbidus enim defluens Nilus, multumque secum limum trahit, & eum subinde apponens prioribus terris, Aegyptum annuo incremento semper ultra tulit. Inde pinguis & limosus soli est, nec villa interualla in se habet, sed crevit in solidum arescere limo: quo pressa erat & sedens

Mm

sedens structura, cum partes glutinarentur, nec quicquam inane interuenire poterat, cum solido liquidum, ac molle semper accedere. Sed mouetur & Aegyptus & Delos, quam Virgilius stare iussit:

Immotamque coli dedit, & contemnere ventos.

Hanc philosophi quoque, credula natio, dixerunt, non moueri, auctore Pindaro. Thucydides ait, antea quidem immotam fuisse, sed circa Peloponnesiacum bellum tremuisse. Callisthenes & alio tempore ait hoc accidisse: Inter multa, inquit, prodigia quibus denuntiata est duarum virium Helices & Buris euerter, fure maxime notabilia, columna ignis immensis, & Delos agitata. Quam ideo stabilem videri vult, quia mari imposta, habeat concavas rupes & faxa peruvia, quae dent deprehensio aeri redditum. Ob hoc etiam insulas esse certioris soli, viribusque eo tuitores, quo proprius ad mare accesserunt. Falta haec esse, Pompej & Herculaneum sensere. Adijce nunc, quod omnis ora maris obnoxia est moribus. Sic Paphos non semel corrut, sic nobilis & huic iam familiaris malo Nicopolis. Cyprum ambit altum mare, & agitatur. Tyros & ipsa tam mouetur, quam dilutur. Haec fere caucae redduntur, propter quas tremit terra.

C A P. XXVII.

Quædam tamen propria in hoc Campano motu accidisse narrantur, quorum ratio reddenda est. Aliunt enim sexcentarum ouium gregem examinatum in Pompeiana regione. Non est quare hoc pates quibus illis timore accidisse. Diximus solere post magnos terrarum motus pestilentiam fieri. Nec id mirum est: multa enim mortifera in alto latent. At aer ipse, qui vel terrarum culpa, vel pigritia, & aeterna nocte torpescit, grauis haurientibus est: vel corruptus interiorum ignium viuo, cum est longo sanguinem effusus, purum hunc liquidumque maculat ac poluit, insuetumque dicentibus spiritum, assert noua genera morborum. Quid, quod aquae inutiles pestilentesque in abdito latent, ut quas nunquam visus exerceat, nunquam aura liberor verberet? Crassae itaque, & graui caligine sempiternaque, rectae nihil nisi pestiferum in se & corporib, nostris contrarium habent. Aer quoque qui admixtus est illis, quique inter illas paludes iacet, cum emersit, late vitium suum spargit, & haurientes necat. Facilius autem pecora tentiunt, in quae pestilentia incurreto solet, quo audiota sunt, aperto caelo plutimum vuntur, & aquis, quarum maxima in pestilentia culpa est. Oues vero mollioris naturae, quo propiora terris ferunt capra, corporas esse non miror, cum afflatum diri aeris circa ipsam humum exceperint. Nocuissent ille & horum inib, si maior exisset: sed illum copia aeris sinceri extinxit, antequam utram hominem posset trahi, surgeret,

C A P. XXVIII.

Multa autem terras habere mortifera, vel ex hoc intellige, quod tot venena nascuntur, non manu sparsa, sed sponte: solo scilicet habente, ut boni, ita mali semina. Quid, quod pluribus Italiae locis per quaedam foramina pestilens exhalatur vapor, quem non homini ducere, non ferae tutu est? Aues quoque si in illum incederint, antequam caelo meliore leniatur, in ipso volatu cadunt, liuentque corpora, & non alter quā per vim elias fauces tument. Hic spiritus quandiu terris continetur, tenui foramine fluens, non plus potentiac habet, quā ut despectant & vltro sibi illata conficiat. Vbi per saecula conditis tenebris, ac tristitia loci crevit in vitium, ipsa ingrauescit mora: hoc peior, quo legior. Cum autem exitum naestus est, aeternum illud umbrisi frigoris malum, & infernam noctem soluit, ac regionis nostraer aera infuscat. Vincuntur enim meliora prioribus. Tunc etiam ille spiritus purior transt innoxium. Inde subitae continuaeque mortes, & monstrosa genera morborum, ut ex nouis orta causis. Brevis aut longa clades est, prout vitia valuere. Nec prius pestilentia definit, quā spiritum illum gravem exercuit laxitas caeli, ventorumq. iactatio.

C A P. XXIX.

Nam quod aliquot insanis attonitisq. similes discurrere fecit metus, qui excutit mentes, ubi prius ac modicus est, quid ubi publice terret, ubi cadunt vrbes, populi opprimuntur, terra concutitur; quid mirum est, animos inter dolorem & metum destitutos aberrasse? Non est facile, inter magna non despere. Itaque lenissima fere ingenia in tantum venere formidinis, ut sibi excideret. Nemo quidē sine aliqua factura sanitatis expavit, similisq. furenti, quisquis timeret: sed alios cito timor sibi reddit, alios vehementius perturbat, & in dementiam transfert. Inde inter bella errauere lymphatici: nec vñquā plura, exempla vaticinantur inuenies, quam ubi formido mentes religione mixta perculsit. Stataum diuīsam non miror, cum dixerim montes à montibus recessisse, & ipsum disruptum esse ab imo solum.

*Haec loca vi quondam, & vasta conuulsa ruina
(Tantum aui longinquā valet mutare vetustas)*

Dissiluisse ferunt, cum protinus vtraque tellus

Vna foret, venit medio vi pontus & vndis

Hesperium Siculo latus abcidit, aruaq. & vrbes

Littore diductas, angusto interluit aſtu.

Vides totas regiones à suis sedibus reuelli, & trans mare iacere, quod in confinio fuerat: vides & vrbis fieri gentiumque discidium, cum pars naturae concitata est ex se, vel aliquod mare ingens spiritus impedit, quorum mira, ut ex toto, vis est. Quamvis enim parte saeuat, mundi tamen virib, saeuat. Sic & Hispanias à contextu Africæ, mare eripuit. Sic hac inundatione, quam poetarum maximi celebrant, ab Italia Sicilia reiecta est. Aliquando autem plus impetus habent, quae ex infimo veniunt. Acriora enim sunt, in qui-

in quibus nisus est per angusta. Quantas res ij terrarum tremores, quamque mira spectacula ediderint, satis dictum est.

C A P. XXX.

CVR ergo aliquis ad hoc stupet, quod aës vnius statuae, ne solidum quidem, sed concavum ac tenui disruptum est: cum fortasse in illud se spiritus, quaerens fugam, inclusus sit? Illud vero quis nescit? Di ductis adiunctis angulis viduus moueri, iterumque componi. Quædam vero parum aptata positu suo, & à fabris negligenter solutiisque composita, terraemotus saepius agitata compagit. Quod si totos paries & rotas findit domos, & latera magnarum turri, quæ solida sunt scindit, & pilas operibus subditas dissipat: quid est, quare quisquam dignum annotari putet, sectam esse æqualiter ab imo ad caput in partes duas statuam? Quare tamen per plures dies motus fuit? Non desit enim assidue tremere Campania, clementius quidem, sed ingenti damno, quia pressa & quælla quatiabit: quibus ad cadendum malestantibus, non erat impelli, sed agitari. Nondum videlicet spiritus omnis exciderat, sed adhuc emissus parte maiore oberrabat.

C A P. XXXI.


Intr argumenta quibus probatur, spiritu ista fieri, non est quod dubites & hoc ponere. Cum maximus editus tremor est, quo in vrbes terrasque leviorum est, non potest per illi subsequi alius, sed post maximum leues motus sunt, quia vehementius exitum ventis luctantibus fecit. Reliquæ deinde residui spiritus non idem possunt, nec illis pugna est: cum iam viam inuenient, sequantur ea qua prima vis ac maxima euasit. Hoc quoque dignum memoria induco, ab eruditissimo & grauiissimo viro cognitum: forte enim cum hoc evenit, lauabatur, vidisse se affirmabat in balneo tessellas, quibus solum erat stratum, alteram ab altera separari, iterumque committi: & aquam modo recipi in commissuras, paucamento recedente, modo, compresso, bullire & elidi. Eundem audiui narrantem, vidisse se molles matras, mollius crebriusque tremere, quam natura duras.

C A P. XXXII.

Hec Lucili virorum optime, quantum ad ipsas causas. Illa nunc quæ ad confirmationem animorum pertinent: quos magis referit nostra fortiores fieri, quam doctiores. Sed alterum sine altero non fit. Non enim aliunde animo venit robur, quam à bonis atib, quam à contemplatione naturæ. Quem enim non hic ipse casus aduersus omnes firmauerit & erexerit? Quid est cur ego hominem aut feram, quid est cur sagittam aut lanceam tremam? maiora me pericula expectant. Fluminib, & terris, & magnis naturæ partibus petimur. Ingenii itaque animo mors prouocanda est, siue nos aequo vastoque impetu aggreditur, siue quotidiano & vulgari exitu: nihil referit quam minax veniat, quantumque sit, quod in nos trahat: quod à nobis petit, minimum est. Hoc senectus à nobis ablatura est, hoc auricula dolor, hoc in nobis humoris corrupti abundantia, hoc cibus parum obsequens stomacho, hoc pes leuiter offensus. Pusilla res est hominis anima, sed ingens res est contemptus animæ. Hanc qui contempserit, securus videbit maria perturbari: etiam si illa omnes excitauerint venti, etiam si aestus aliqua perturbatione mundi, rotum in terras verterit oceanum. Securus aspiciet fulminantis caeli trucem & horridam faciem: frangatur licet caelum, & ignes suos in exitum omnium in primis suum misceat, securus aspiciet ruptis cōpagib, dehiscens solum. Illa licet infernum regna retegantur, stabit super illam voragine intrepidus: & fortasse quo debet cadere, defiliet. Quid ad me, quam sint magna quibus pereo? Iplum perire non est magnum. Proinde si volumus esse felices, si nec hominum, nec deorum, nec rerum timore vexari, si de picere fortunam supereruacua promittentem, leuia minitante, si volumus tranquille degere, & ipsis dijs de felicitate controviam facere, anima in expedito est habenda. Siue illa insidiæ, siue morbi perent, siue hostium gladij, siue insularum cadentium fragor, siue ipsarum ruina terrarum, siue vasta vis ignium, vrbes agro que pari clade complexa, quum libet illi, eam accipiat. Quid aliud debeo, quam exuentem hortari, & cum bonis omnib, emittere, vade foriter, vade feliciter. Nihil dubitaueris reddere. Non de re, sed de tempore est quæstio. Facis quod quandoque faciendum est. Nec rogaueris, nec timueris, nec te velut in aliquod malum exiturum tuleris retro. Rerum natura te, quae genuit, expectat, & locus melior aetior. Illic non tremunt terræ, nec inter se venti cum magno nubium fragore concurrunt, non incendia regiones vrbesque vastant, non naufragiorum totas classes sorbentium metus est, non arma contraria diposita vexillis, & in mutuam perniciem multorum milium par furor, non pestilentia, & ardentes promiscue, communes populis cadentib, rogi. Istud leue est, quid timemus? Graue est, potius semel incidat, quam semper impendat. Ego autem perire timeam, cum terra ante me pereat, cum ista quatiantur quae quatunt, & in iniuriâ nostrâ non sine sua veniunt: Helleni Buringi, totas mare accepit: ego de uno corpulculo timeam? Supra oppida duo navigatur: duo autem, quæ nouimus, quae in nostrarum notiarum memoria litteris seruata perdixit. Quam multa alia alijs locis mersa sunt? Quot populos aut terra in se, aut mare inclusit? Ego recusem mei finem, cum sciam me sine fine non esse? immo cum sciam omnia esse finita? Ego ultimum sulphurum timeam? Quantum potes itaque ipse te cohortare, Lucili, contra metum mortis. Hic est qui nos humiles facit: hic est qui ipsam vitam cui parcit, inquietat, ac perdidit. Hic omnia ista dilatat, terrarum motus, & fulmina. Quae omnia feres constanter, si cogitaueris nihil intereste inter exiguum tempus & longum. Horæ sunt quas perdimus. Puta dies esse, puta mensis, puta annos: perdimus illos, nempe perituros. Quid, oro te, refert, num perueniam ad illos fluitempus, & audidissimos sui deserit. Nec quod futurum est, meum est, nec quod fuit. In puncto

Mm 2 fugientis

fugientis temporis pendo: & magni est, modicum fuisse. Eleganter Laelius ille Sapiens dicenti: cuidam, Sexaginta annos habeo: Hos, inquit, dicas sexaginta, quos non habes? Ne ex hoc quidem intelligimus incomprehensibilis vitae condicione & fortrem temporis semper alieni, quod annos annumeramus omislos. Hoc affigamus animo, hoc nobis subinde dicamus: Moriendum est. Quando? Quid tua? Mors naturae lex est, mors tributum officiumque mortalium, malorumque omnium medium est. Optabit illam, quisquis timeret. Omnibus omislos, hoc vnum, Lucili, meditare, ne mortis non men reformides: effice illam tibi cogitatione multa familiarem: vt si ita tulerit, possis illi vel obuiā exire.



L· ANN AE I· SENECAE AD LVCILIVM· NATVRA- LIVM· QVAESTIONVM LIB. VII. ET VLTIMVS,

In quo agitur de Cometi.



C A P . I.

Nemo usque eo tardus, & hebes, & demissus in terram est, vt ad diuina non erigatur, ac tota mente confurgat: utique ubi nouum aliquid est caelo miraculum fulsit. Nam quamdiu solita decurrunt, magnitudinem rerum constitudo subducit. Ita enim compotii sumus, ut nos quotidiana, etiam si admiratione digna sunt, transeant: contra minimarum quoque rerum, si insolite prodierint, spectaculum dulce fiat. Hic itaque coetus astrorum, quibus immensi corporis pulchritudo distinguitur, populum non conuocat. At cum aliquid ex more mutatum est, omnium vultus in caelo est. Sol spectatorem nisi cum deficit, non habet. Nemo obseruat lunam, nisi laborantem. Tunc urbes clamant, tunc pro se quisque superstitione vana trepidat. Quanto illa maiora sunt, quod sol totidem (vt ita dicam) gradus, quot dies habet, & annum circuitu suo claudit: quod à solsticio statim inclinat, & dat spatium noctibus: quod sidera abscondit: quod terras, cum tanto maior sit illis, non viri, sed calorem suum intensionibus ac remissionibus temperando fouet: quod lunam numerum implet, nisi aduersa sibi, nec obscurat. Haec tamen non annotamus, quamdiu ordo seruatur. Si quid turbatum est, aut praeter consuetudinem emicuit, spectamus, interrogamus, ostendimus. Adeo naturale est, magis noua, quam magna mirari. Idem in Cometi fit. Si rarus, & insolite figurae ignis apparuunt, nemo non scire quid sit, cupit: & oblitus aliorum, de aduenticio querit: ignarus, vtrum debeat mirari, an timere. Non enim desunt qui terreat, qui significationes eius graues praedicent. Sciscitatur itaque, & cognoscere volunt, prodigium sit, an sidus. At mehercules non aliud quis aut magnificenter quiescerit, aut didicerit vitilis, quam de stellarum siderumque natura: vtrum flamma contraeta, quod & visus noster affirmat, & ipsum ab illis fluens lumen, & calor inde descendens: an non sint flammei orbes, sed solida quae adam terrena corpora, quae per ignea tractus labentia inde splendorē trahant, colorisque, non de suo clara. In qua opinione magni fuere vi, qui sidera crediderunt ex duro concreta, & ignem alienum pascentia. Nam per se, inquietum, flamma diffugeret, nisi aliquid haberet quod teneret, & à quo teneretur, congregataque nec stabili inditam corpori, profecto iam mundus turbine suo dissipasset.

C A P . II.

Ad haec inuestiganda proderit quaerere, num Cometae eius condicione sint, cuius superiora. Videntur enim cum illis quedam habere communia, ortus & occasus, ipsam quoque, quamvis spar- ganter & longius exeat, faciem. aequo enim ignei splendide sunt. Itaque si omnia terrena sidera sunt, his quoque eadem fors erit. Si vero nihil aliud sunt quam purus ignis, manentq. mensibus sensis, nec illos conuersio mundi solvit & velocitas: illa quoque poslunt & tenui constare materia, nec ob hoc discuti assidue caeli circumactu. Illo quoque pertinet hoc excusisse, vt sciamus, vtrum mundus terra stante circumeat, an mundo stante terra vertatur. Fuerint enim qui dicent, nos esse, quos rerum natura nescientes ferat, nec caeli motu fieri ortus & occasus, sed ipsos oriri & occidere. Digna res est contemplatione, vt sciamus in quo rerum statu simus: pigerrimam sortiti, an velocissimam sedem: circa nos Deus omnia, an nos agat. Necessarium est autem, veteres ortus Cometarum habere collectos.

Depre-

Deprehendi enim propter raritatem eorum cursus adhuc non potest, nec explorari, an vices seruent, & illos ad suum diem certus ordo producat. Noua haec caelestium obseruatio est, & nuper in Graeciam inuencta.

C A P . III.

Democritus quoque, subtilissimus antiquorum omnium, suspicari ait se, plures stellas esse quae curant: sed nec numerum illarum posuit, nec nomina, nondum comprehensis quinque siderum cursibus. Eudoxus primus ab Aegypto hos motus in Graeciam translulit. Hic tamen de Cometis nihil dicit. Ex quo apparet, ne apud Aegyptios quidem, quibus maior caeli cura fuit, hanc partem elaboratam. Conon postea diligens & ipse inquisitor, defectiones quidem solis seruat ab Aegyptijs collegit, nullam autem mentionem fecit Cometarum: non praetermissus, si quid explorati apud illos compersisset. Duo certe, qui apud Chaldaeos studuisse se dicunt, Epigenes & Apollonius Myndius, peritissimus inspiciendo naturalium, inter se disident. Hic enim ait, Cometas in numero stellarum errantium ponit à Chaldaeis, tenerique cursus eorum. Epigenes contra ait, Chaldaeos nihil de cometis habere comprehendens, sed videri illos accendi turbine quoddam aeris concitati & intorti.

C A P . IV.

Primum ergo, si tibi videtur, opiniones huius ponamus, ac refellamus. Huic videtur plurimū virium habere, ad omnes sublimium motus, stella Saturni. Haec cum proxima ligna Marti premit, aut in Lunae viciniam transit, aut in solis incidit radios, natura ventosa & frigida contrahit pluribus locis aera, congregatque. Deinde si radios solis assumpit, tonat, fulguratque. Si Martem quoque consentientem habet, fulminat. Praeterea, inquit, aliam materiam habet fulmina, aliam fulgurationes. A quarum enim, & omnis humidi euaporatio, splendores tantum caeli citra iustum minaces mouet. Illa autem calidior sicciorque terrarum exhalatio, fulmina extundit. Trabes vero & faces, quae nullo alio inter se quam magnitude distant, hoc modo fiunt. Cum humida terrenaque in se globus aliquis aeris clausit, quem turbinem dicimus, quamcumque fertur, praebet speciem ignis extenti. Quae tamdiu durat, quamdiu manfit aeris illa complexio, humili intra se terreniq. multum vehens.

C A P . V.

VT à proximis mendacijs incipiam, falsum est, faces & trabes exprimi turbine. Turbo enim circa terras concipitur ac fertur. Ideoque arbusta radicibus vellit, & quoconq. incubuit, solum nudat: filias interim & testa corripiens, inferior fere nubibus, utique nunquam altior. At contra trabes editior caeli pars ostentat. Ita numquam nubibus obstituerunt. Praeterea turbo omni nube velocior rapitur, & in orbem vertitur. Super ista velociter definis, & ipse se sua vi rumpit. Trabes autem non transcurrunt, nec praetervolant, ut faces, sed commorantur, & in eadem parte caeli colludent. Charimander quoque in eo libro quem de cometis compositus, ait Anaxagorae vistum, grande insolitumque caelo lunen magnitudine amplae trabis, & id per multos dies fulsisse. Talem effigiem ignis longi fuisse. Callisthenes tradit, antequam Burin & Helicen mare absconderet. Aristoteles ait, non trabem illam, sed Cometen fuisse: ceterum ob nimium ardorem non apparuisse sparsum ignem, sed procedente tempore cum iam minus flagraret, redditam suam Cometae faciem. In quo igne multa quidem fuerunt digna, quae notarentur: nihil tamen magis, quam quod vt ille fulsisse in caelo, statim supra Burin & Helicen mare fuit. Nunquid ergo Aristoteles non illam tantum, sed omnes trabes Cometarum esse credebat? Hanc habetis differentiam, quod ijs continuus ignis est, ceteris sparsus. Trabes enim flammam aequalem habent, nec villo loco intermissam aut languidam, in ultimis vero partibus coactam: qualem fuisse illam, quam modo retuli, Callisthenes tradit.

C A P . VI.

Duo, inquit Epigenes, Cometarum genera sunt. Alij ardorem vnde effundunt, nec locum mulcant: alij in unam partem ignem vagum in modum comae porrigit, & stellas praetermeant: quales duo aetate nostra visi sunt. Illi priores criniti, vnde etiam immoti, humiles fere sunt, & eisdem causis quibus trabes facesque conflantur, & ex imperio aeris turbidi, multa secum arida humidaque terris exhalata versantur. Potest enim spiritus per angusta eliuscē ascendere supra se positum aera, plenū alimento idoneis igni. Deinde pro pellere ex nitido, ne ex aliqua causa refluat rufus, ac remittatur: deinde iterum proximo die ac sequentibus confurgere, & eundem locum inflammare. Videmus enim ventos per complures dies ad constitutum redire. Pluviae quoque, & alia tempestatum genera, ad praescritum reuertuntur. Ut breuiter autem voluntatem eius exprimam, eadem fere ratione hos fieri Cometarum existimat, qua fiunt ignes turbine eiesti. Hoc vnum interest, quod illi turbines ex superiori parte in terras deprimitur, iij de terra in superiora eleuantur.

C A P . VII.

Aduersus haec multa dicuntur. Primum si ventus in causa esset, nunquam cometes sine vento appetaret. Nunc autem & quietissimo aere appetat. Deinde si vento fieret, cum vento caderet. Et si vento inciperet, cresceret vento: eoque esset ardenter, quo ille incitator. His accedit illud quoque. Ventus multas aeris partes impellit, Cometes in uno loco appetat: ventus in sublime non peruenit, Cometae autem visuntur supra quam ventis ire licet. Transit deinde ad illos, quos ait certiore habere stellarum speciem, qui & procedunt, & signa praetereunt. Hos ait ex eisdem causis fieri, quibus illos, quos

Mm 3 dixit

dixit humiliores. Hoc tantum interesse, quod terrarum exhalationes multa secum arida ferentes, celo rem petant partem, & in editiora caeli aquilone pellantur. Deinde si illos aquilo propelleret, ad medium semper ageretur, quod ventus hic mutatur. At qui varie concurrunt, alij in ortum, alij in occasum, omnes in flexum: quod iter non daret ventus. Deinde si aquilonis illos impetus a terris in altum levaret, alij ventis non orirentur Cometae, at qui oriuntur.

C A P. VIII.

Illam nunc rationem eius (vtraque enim vtitur) refellamus. Quicquid humidi aridique terra efflavit, cum in unum coit, ipfa diffundatur corporum spiritum versat in turbinem. Tunc illa vis venti circumcunctis qui cquid intra se comprehendit, cursu suo accedit, & leuat in altum: ac tam diu manet splendor ignis ex pressi, quam diu alimenta sufficiunt: quibus desinentibus, & ipse subsidit. Qui hoc dicit, non notat qualis sit turbinum cursus, & qualis Cometarum. Illorum rapidus ac violentus, & ipsis ventis citterior est. Cometarum lenis, & quod per diem & noctem quantum transierit, abscondat. Deinde turbinum motus vagus est & diffectus, & (vt Sallustij utr veribus) verticosus: Cometarum autem compositus, & destinatum iter carpens. Num quis nostrum crederet, aut lunam, aut quinque sidera rapi vento, aut turbine rotari? Non, vt puto. Quare quia non est illis perturbatus & impotens cursus. Ad Cometas idem transferamus. Non confusa nec tumultuosa eunt, ut aliquis credat illos causis turbulentis & inconstansibus pelli. Deinde etiam si vertices isti comprehendere terrena humidaque, & ex humili in altum expiri mere possent: non tamen supra lunam efferent. Omnis illis vque in nubilum vis est. Cometas autem immixtos stellis videmus per superiora labentes. Ergo verisimile non est, in tantum spatium perseverante turbinem: qui quo maior est, maturius corrumptur.

C A P. IX.

VTrumlibet itaque eligat: aut vis leuis tam alte peruenire non poterit, aut magna & cōcītata citius ipsa se frangat. Praeterea humiliores illi Cometae ob hoc (vt putant) non exuent altius, quia plus terreni habent. Gravitas illos sua in proximo tenet. At qui necesse est, his Cometis diurnioribus & celsioribus, plenior materia sit. Neq; enim diutius apparerent, nisi maioribus nutrimentis sustinerentur. Di cebam modo, non posse diu verticem permanere, nec supra lunam, aut vque in stellarum locum crescere. Nempe efficit turbinem, plurium ventorum inter ipsos luctatio. Haec diu non potest esse. Nam cum vagus & incertus spiritus convolutatus est, nouissime vni vis omnium cedit. Nulla autem tempestas manerunt, remittuntur omni violentia. Necesse est ista concitatione in exitium sui tendant. Nemo itaque turbinem ror die vidit, ne hora quidem. Mira velocitas eius, & mira breuitas est. Praeterea violentius celeriusque in terra, circaque eam volutur: quo celsior, eo solutior, laxiorque est, & ob hoc diffunditur. Adiace nunc, quod etiam si in summum pertenderet, vbi sideribus iter est, vti que ab eo motu, qui vniuersum trahit, solueretur. Quid enim est illa conuersione mundi citatus: hac omnium ventorum in unum coniecta vis dissiparetur, & terrae solida fortisque compages, nedum particula aeris torti.

C A P. X.

Praeterea in alto manere non potest ignis turbine illatus, nisi ipse quoque permaneret turbo. Quid porro tam incredibile est, quām in turbine longior mora? Vtique motus motu contrario vincitur: habet enim suam locus ille vertiginem, quae rapit caelum,

Sideraque alta trahit, celerique volumine torquet.

Et vt des eis aliquam aduocationem, quod fieri nullo modo potest: quid de his Cometis dicetur, qui sensim mensibus apparuerunt? Deinde duo debent esse motus eodem loco: alter ille diuinus & assiduus, suum sine intermissione peragens opus: alter nouus & recens, & turbine illatus. Necesse est ergo alter alteri impedimento sit. At qui lunaris illa orbita, ceterorumque supra lunam meantium motus irreuocabilis est: nec haesitat vquam, nec resiftit, nec dat vlam nobis suspicionem obiectae sibi morae. Fidem non habet, turbinem violentissimum & perturbatisimum tempore statim genus, in medios siderum ordines peruenire, & inter disposita ac tranquilla versari. Credamus ignem circumacto turbine accendi, & hunc expulsum in sublime, praebere nobis opinionem speciemque sideris longi. At puto tale esse debet, quale est id, quod ignem efficit. Turbinis autem rotunda facies est. In eodem enim vestigio versatur, & in columnae modo circumagentis se volvit. Ergo ignem quoque qui inclusus est, similem esse illi operet. At qui longus est, & diffectus, minimeque similius in orbem coacto.

C A P. XI.

Epigenem relinquamus, & aliorum opiniones persequamur. Quas antequam exponere incipiam, illud in primis presumendum est, Cometas non in una parte caeli aspici, nec in signifero tantum orbe, sed tam in ortu quām in occasu, frequentissime tamen circa Septentrionem. Forma eis non est vna. Quamvis enim Graeci discrimina fecerint eorum, quibus in morem barbae flamma depender, & eorum qui vndique circa se velut comam spargunt, & eorum quibus fusus quidem est ignis, sed in verticem tendens: tamen omnes isti eiusdem notae sunt, Cometaeque recte dicuntur. Quorum cum post longum tempus apparet formae, inter se eos comparare difficile est. Illo ipso tempore, quo apparent, inter spectantes de habitu illorum non conuenit: sed prout cuique acrior acies aut hebetior, ita dicit aut lucidior est aut rubicundior, & crines aut in interiora deductos, aut in latera diuisos. Sed

sue

sue sint aliquae differentiae illorum, siue non sint, eadem fiant ratione necesse est Cometae. Illud vnum constare debet, praeter solitum aspici nouam sideris faciem, circa se dissipatum ignem trahentis. Quibuldam antiquorū haec placet ratio, cum ex stellis errantibus, altera se alteri applicuit, confuso in vnum duarum lumine, facie longioris sideris reddi. Nec hoc tunc tantum enenit, cum stella stellam attigit, sed etiam cum appropinquauit. Inter uallum enim, quod inter duas est, illustratur ab vtraque, inflammaturque, & longum ignem efficit.

C A P. XII.

His illud respondebimus, certum esse numerum stellarum mobilium. Solere autem eodem tempore & has apparere, & Cometen. Ex quo manifestum fit, non illarum coitu fieri Cometen, sed proprium & sui iuris esse. Etiam frequentiter stellae sub altioris stellae vestigium venit. Et Saturnus aliquando supra Iouem est, & Mars Venerem aut Mercurium recta linea despicit. Nec tamen propter huc cursum, cum alter alterum subit, Cometes fit alioquin annis omnibus fieret. Omnibus enim aliquae stellae in eodem signo simul sunt. Si Cometam faceret stella stellarum superueniens, momento esse definiret. Summa enim velocitas transiuntur est. Ideo omnis siderum defectio brevis est: quia cito illas idem cursus, qui admouerat, abstrahit. Videmus solem & lunam intra exiguum tempus, cum obscurari cooperint, liberari. Quanto celerior debet fieri in stellarum congressio, tanto minoribus? Atqui Cometae sensim mensibus manent, quod non accideret, si durarum stellarum conuentu gignerentur. Illae enim diu cohære non possunt, & necesse est illas lex celeritatis separet. Praeterea ista nobis vicina videntur, ceterum inter uallis ingentibus disident. Quomodo ergo potest altera stella vque ad alteram stellam ignem mittere, ita vt vtraque iuncta videatur, cum sint ingenti regione diuinctae? Stellarum, inquit, durarum lumen miscetur, & praebet vnius speciem. Nempe sic, quemadmodum rubicunda fit nubes solis incursu, quemadmodum vespertina aut matutina flauescunt, quemadmodum alterne arcus solis visitur. Haec omnia primum magna vi efficiuntur. Sol enim est, qui ista succedit. Stellarum non est eadem potentia. Deinde nihil horum, nisi infra lunam in terrarum vicinia nascitur. Superiora pura & sincera sunt, & coloris sui semper. Praeterea si quid tale accideret, non haberet moram, sed extingueretur cito: sicut coronae, quae soleum lunam cingunt, & intra breuissimum spatium exolescant. Nec arcus quidem diu perseuerat. Si quid esset tale, à quo mediū inter duas stellas spatium confunderetur, aequa cito dilaberetur. Vtq; non in tantum maneret, quantum morari Cometae solent. Stellaris intra signiferum cursus est, hunc gyrum prement: at Cometae vbiique cernuntur. Non magis certum est illis tempus quo appareant, quām locus vlorum, ultra quem non exeat.

C A P. XIII.

Aduersus hoc ab Artemidoro illa dicuntur, non has tantum stellas quinque discurrere, sed solas obseruatas esse. Ceterum innumerabiles ferri per occultū, aut propter obscuritatem luminis nobis ignotas, aut propter circulorum positionem talem, vt tunc demum, cum ad extremam eorum venire, videntur. Ergo intercurrent quaedam stellarae, vt ait, nobis nouae, quae lumen suum cum stantibus miscant, & maiorem quām stellis mos est, porrigit ignem. hoc ex his quae mentitur, leuissimum est: tota eius narratio mundi, mendacium impudēs est. Nam si illi credimus, summa caeli ora solidissima est, in modum recti durata, & alti crassique corporis, quod atomi congregatae fecerunt. Huic proxima superficies est ignea, ita compacta, vt folui vitriarie nō possit. Habet tamen spiramenta quaedam, & quasi fenestræ, per quas ex parte exteriori mundi influant ignes, non tam magni, vt interiora conturbent. Rursus ex mundo in exteriora labuntur. Itaque haec quae praeter consuetudinem appetit, influxerunt ex illa vtraque mundi iacente materia. Soluere ista quid aliud est, quām manum exercere, & in ventum iactare brachia?

C A P. XIV.

Vli tantum esse crassitudinem caeli. Quid sit, quod illo tam solida corpora adduceret, & ibi detinetur. Deinde quod tantae crassitudinis est, necesse est & magni ponderis sit. Quomodo ergo in summo manent graui? Quomodo illa moles non descendit, & se onere suo frangit? Fieri enim non potest, vt tanta vis ponderis, quantum ille substituit, pendeat, & leuibus innixa sit. Nec illud quidem potest dici, extrinsecus aliqua esse retinacula, quibus cadere prohibeatur. nec rursus de medio aliquid esse oppositi, quod imminens corpus excipiatur ac fulciat. Illud eriamnum nemo dicere audebit, mundum ferri per immensum, & cadere quidem, sed non apparere an cadat: quia precipitatio eius aeterna est, nihil habens nouissimum, in quod incurrit. Hoc quidam de terra dixerunt, cum rationem nullam inuenirent, propter quam pondus in aere statet. Fertur, inquit, semper sed non apparet an cadat, quia infinitum est in quod cadit. Quid est deinde quo probes, non quinque tantum stellaras moueri, sed multis esse, & in multis mundi regionibus? Aut si hoc sine vlo probabili arguento licet respondere, quid est, quare non aliquis aut omnes stellas moueri, aut nullam dicat? Praeterea nihil te adiuuat ista stellarum paſsim euātum turbam. Nam quo plures fuerint, saepius in alias incident: rari autem Cometae, & ob hoc mirabiles sunt. Quid, quod testimonium dicet contra te omnis aetas, quae talium stellarum exortus & annotauit, & posteris tradidit?

C A P.

C A P . XV.

Post mortē Demetrij Syriae regis, cuius Demetrius & Antiochus liberi fuere, paulo ante Achaicum bellum Cometes effulgit, non minor sole. Primo igneus ac rubicundus orbis fuit, clarumque lumen emittens, quanto vinceret noctem. Deinde paulatim magnitudo eius disticta est, & evanuit claritas. Non usque autem totus intercedit. Quot ergo coire stellas oportet, ut tantum corpus efficiatur? Mille in unum licet congreges, nuncquam hunc ambitū solis aequabunt. At talo regnante, initio Cometes apparuit modicus. Deinde susluit se diffuditque, & usque in aequinoctiale circulum venit, ita ut illam plaga caeli, cui lactea nomen est, in immensum extensus aequaret. Quot ergo conuenisse debet erraticae, ut tam longum caeli tractum occuparent igne continuo?

C A P . XVI.

Contra argumentum dictum est: contra testes dicendum est. Nec magna molitione detrahenda est auctoritas Ephoro: historicus est. Quidam incredibilium relatu commendationem parant, & lecto rem aliud aeturum, si per quotidiana duceretur, miraculo excitant. Quidam creduli, quidam negligentes sunt: quibusdam mendacium obrepit, quibusdam placet. Illi non eunt, hi appetunt. Et hoc in commune de tota natione: quae approbare opus suum, & fieri populare non putat posse, nisi illud mendacio aspergit. Ephorus vero non religiosissima fidei, saepe decipitur, saepe decipit. Sicut hic Cometen, qui omnium mortalium oculis custoditus est, quia ingentis rei traxit euentus, cum Helicen & Burin ortu suo mersit, ait illum discessisse in duas stellas: quod praeter illum nemo tradidit. Quis enim possit observare illud momentum, quo Cometes solutus, & in duas partes redactus est? Quomodo autem si est qui videt Cometen in duas dirimi, nemo vidit fieri ex duabus? Quare autem non adiecit, in quas stellas diuisus sit, cum aliquis ex quinque stellis esse debuerit?

C A P . XVII.

Apollonius Myndius in diversa opinione est. Ait enim, Cometen non unum ex multis erraticis effici, sed multos Cometas erraticos esse. Non est, inquit, species falsa, nec durarum stellarum confusio ignis extensis: sed & proprium fidus Cometes est, sicut solis aut lunae. Talis illi forma est, non in rotundum recticula, sed procerior, & in longum producta. Ceterum non est illi palam cursus: altiora mundi fecerat: & tunc demum apparet, cum in unum cursus sui venit. Nec est quod putemus, eundem visum esse sub Claudio, quem sub Augusto vidimus: nec hunc qui sub Nerone Caesare apparuit, & Cometus detraxit infamiam, illi similem fuisse, qui post necem diu Iulij, ludis Veneris genitricis, circa undecim horam diei emersit. Multi variique sunt, dispare magnitudine, dissimiles colore: alios rubor est sive vila luce: alios candor, & purum liquidumque lumen: alios flamma, & haec non sincera, nec tenuis, sed multum circa se volvens sumidi ardoris. Cruenti quidam, minaces, qui omen post se futuri sanguinis ferunt, hi minuunt angustumque lumen suum, quemadmodum alia sidera: quae clariora, cum descendere, sunt, maioraque ex loco propiore visuntur: minora, cum redeunt, & obscuriora, quia abducunt se longius.

C A P . XVIII.

Adversus hoc protinus respondet, non idem accidere in Cometen, quod in ceteris. Cometae enim quo primum die apparuerint, maximi sunt. Atqui deberent crescere, quo propius accederent. Nunc autem manet illis prima facies, donec incipiatur extinguiri. Deinde quod aduersus priores, etiam aduersus hunc dicitur. Si erraret Cometes, efficitur fidus, intra signifera terminos moueretur, intra quod omne fidus cursus suos colligit. Nunquam apparet stella per stellam. Aries nostra non potest per medium fidus exire, ut per illud superiora prospiciat. Per Cometen autem non aliter quam per nubem vel superiora cernuntur: ex quo apparet, illum non esse fidus, sed leuem ignem ac tumultuarium.

C A P . XIX.

ZEnon noster in illa sententia est: congruere indicat stellas, & radios inter se committere: hac societate luminis existere imaginem stellarum longioris. Ergo quidam nullos esse Cometas existimant, sed species illorum per percussione vicinorum siderum, aut per coniunctionem cohaerentium reddi. Quidam autem esse quidem, sed habere cursus suos, & post certa lustra in conspectum mortalium exire. Quidam esse quidem, sed non quibus siderum nomen imponas: quia dilabuntur, nec diu durant, & exigui temporis mora dissipantur.

C A P . XX.

In hac sententia sunt platerique nostrorum: nec id putant veritati repugnare. Videmus enim, in sublimi varia ignium concipi genera, & modo caelum ardere, modo,

Longos a tergo flammarum albescere tractus:

modo faces cum igne vasto rapi: ipsa etiam fulmina, eti velocitate mira, simul & perstringunt aciem, & relinquunt ignes suos, aeris attriti, & impetu inter se maiore collisi. Ideo ne resistunt quidem, sed expressi fluunt, & protinus pereunt. Alij vero ignes diu manent: nec ante discedunt, quam consumptum est omne, quo pascebantur, alimentum. Hoc loco sunt illa à Posidonio scripta miracula, columnae, clypeique flagrantibus, aliaeque insigni nouitate flammæ: quae non aduerterent animos, si ex consuetudine & lege decurrent. Ad haec stupent omnes, & repentinum ignem ex alto efferunt, siue emicunt aliquid & fugit, siue compresso aere & in ardorem coacto, loco miraculi sterit. Quid ergo? Non aliquando la-

cuna

cuna cedentis retro aetheris patuit, & vastum in concauo lumen? Exclamare posse: Quid est hoc? medium video discedere cælum,
Pallenteque polo stellas.

quae aliquando non expectata nocte fulserunt, & per medium eruperunt diem. Sed alia huius rei ratio est, quare alieno tempore apparent, quas esse, etiam cum laterent, constat. Multos Cometas non videamus, quod obscurantur radijs solis: quo deficiente, quandam Cometam apparuisse, quem sol vicinus obtexerat, Posidonius tradit. Saepe autem cum occidit sol, sparsi ignes non procul ab eo videntur. Videlicet ipsa stella sole perfunditur, & ideo aspici non potest. Cometae autem radios solis effugient.

C A P . XXI.

Placet ergo nostris, Cometas, sicut facies, sicut tubas, trabesque, & alia ostenta cæli, denso aere creari. Ideo circa Septentrionem frequentissime apparent, quia illic plurimum est aeris pigri. Quare ergo non stat Cometes, sed procedit: dicam. Ignium modo alimentum suum sequitur. Quamvis enim illi ad superiora natus est: tamen deficiente materia retroiens ipse descendit, in aera quoque, si dextram laeuanque premat partem. Nulla enim illi via est: sed qua illum vena pabuli sui duxit, illo repit, nec vt stella procedit, sed vt ignis pascitur. Quare ergo per longum tempus appetet, & non cito extinguitur? Sex enim mensibus hic, quem nos Neronis principatu laetissimo vidimus, spectandum se praebuit, in diuersum illi Claudio circumactus. Ille enim à Septentrione in verticem surges, Orientem petit, semper obcurior: hic ab eadem parte coepit, sed in Occidentem tendens, ad Meridiem flexit, & ibi se subduxit oculis. Videlicet ille humidiora habuit, & aptiora ignibus, quae prosecutus est: huic rursus vberior fuit & plenior regio. Hui itaque descendunt, inuitante materia, non itinere. Quod apparebat duobus, quos spectauimus, fulle diuersum: cum hic in dextrum motus sit, ille in sinistram. Omnibus autem stellis in eandem partem cursus est, id est, contrarium mundo. Hic enim ab ortu volatur in occasum, illæ ab occasu in ortum eunt. Et ob hoc duplex his motus est: ille quo eunt, & hic quo auferuntur.

C A P . XXII.

Ego nostris non assentior. Non enim existimo Cometen subitanum ignem, sed inter aeterna opera naturae. Primum quaecunque aer creat, brevia sunt. Nascentur enim in re fugaci & mutabili. Quomodo potest enim in aere aliquid idem diu permanere, cum ipse aer nunquam idem maneat? fluit semper, & brevis illi quies est. Intra exiguum momentum in aliud, quam in quo fuerat, statum vertitur. Nunc pluuius, nunc serenus, nunc inter virtutem varius: nubesque illi familiarissimæ, in quas coit, & ex quibus soluit, modo congregantur, modo digeruntur, nunquam immotae iacent. Fieri non potest, ut ignis certus in corpore vago sedeat, & ita pertinaciter haeret, quam quem natura, ne unquam extingueretur, aptavit. Deinde si alimento suo haereret, semper descenderet. Eo enim crassior aer est, quo terris propior: numquam Cometes in unum usque demittitur, neque appropinquat solo. Etiamnum ignis aut in quo illum natura sua ducit, id est sursum: aut eo quo trahit materia, cuit adhaesit, & quam depascitur.

C A P . XXIII.

Nullis ignibus ordinarijs & celestibus iter flexum est. Sideris proprium est, ducere orbem. Atqui hoc an Cometae alij fecerint, nescio: duo nostra aetate fecerunt. Deinde omne quod causa temporalis accedit, cito intercedit. Sic faces ardent, dum transeunt: sic fulmina in unum valent iectum: sic quae transuersae dicuntur stellaræ & cadentes, praeteruolant & secant aera. Nullis ignibus nisi in sue mora est. Illis dico diuinis, quos haber mundus aeternos, quia partes eius sunt, & opera. Hi autem aliquid agunt, & vadunt, & tenorem suum seruant, parensque sunt. Nam alternis diebus maiores minoresve fierent, si ignis esset collectivus, & ex aliqua causa repentinus. Minor enim esset ac maior, prout pleniur aletetur aut malignus. Dicebam modo, nihil diurnum esse, quod exarbit aeris vitio: nunc amplius adjicio. Morari ac stare nullo modo potest. Nam & fix & fulmen & stella transcurrens, & qui quis alius est ignis aere expellitus, in fuga est: nec apparet, nisi dum cadit. Cometes habet suam sedem: & ideo non cito expellitur, sed emeritur spatium suum: nec extinguitur, sed excedit. Si erratica, inquit, stella esset, in signifero esset. Quis unum stellarum limitem ponit? Quis in angustum diuina compellit? Nempe haec ipsa sidera, quae sola moueri credit, alios & alios circulos habent. Quare ergo non aliquia sint, quae in proprium iter & ab istis remouunt secesserint? Quid est, quare in aliqua parte caelum peruum non sit? Quod si iudicas, non posse ullam stellarum nisi signiferum attingere: Cometes potest sic latum habere circulum, ut in hunc tamen parte aliqua sui incidat, quod fieri non est necessarium, sed potest.

C A P . XXIV.

Vide ne hoc magis deceat magnitudinem mundi, ut in multa itinera diuisus sit: nec hanc viam derat semitam, caeteris partibus torpeat. Credis autem in hoc maximo & pulcherrimo corpore inter ita numerabiles stellas, quae noctem decore vario distinguunt, quae aera minime vacuum & inertem esse patiuntur, quinque solas esse, quibus exercere se licet, ceteras stare, fixum & immobilem populum? Si quis hoc loco me interrogauerit: Quare ergo non quemadmodum quinque stellarum, ita harum obseruatus est cursus? Huic ergo respondebo: Multa sunt quae esse concedimus: qualia sint, ignoramus. Habere nos animum, cuius imperio & impellimur & reuocamur, omnes fatebuntur: quid tamen sit animus ille rex dominusque nostri, non magis tibi quisquam expediet, quam ubi sit. Alius illum dicet spitem, alius concentum quendam, alius vim diuinam & Dei partem, alius tenuissimum aerem, alius in corpore

corporalem potentiam. Non deerit qui sanguinem dicat, qui calorem. Adeo animo non potest liquere de ceteris rebus, ut adhuc ipse se querat.

C A P. XXV.

Quid ergo miramur, Cometas, tam rarum mundi spectaculum, nondum teneri legibus certis: nec initia illorum finesque notescere, quorum ex ingentibus interuallis recursus est? Nondum sunt anni mille quingenti, ex quo Graecia stellis numeros & nomina fecit.

Multa eque hodie sunt gentes, quae tantum facie nouerint caelum, quae nondum sciant cur luna deficit, quare obumbraret. Hoc apud nos quoque nuper ratio ad certum perduxit. Veniet tempus, quo ista quae nunc latent, in lucem dies extrahat, & longioris aeni diligentia. Ad inquisitionem tantorum aetas vna non sufficit, ut tota caelo vacet. Quid, quid tam paucos annos inter studia ac vita non aequa portione diuidimus? Itaque per successiones ias longas explicabuntur. Veniet tempus, quo posteri nostri tam aperta nos nescire minorentur. Hancin quinque stellarum, quae se ingerunt nobis, quae alio atque alio occurrentes loco, curiosos nos esse cogunt, qui matutini vespertinique orru sunt, quae stationes, quando in rectum ferantur, quare agantur retro, modo coepimus scire. Vrum emergere lupiter, an occideret, an retrogradus esset (nam hoc illi nomen imposuerem cedenti) ante paucos annos didicimus. Inueni sunt qui nobis dicerent: Erratis, qui vilam stellam aut supprimere cursum iudicatis, aut vertere. Non licet stare caelestibus, nec auerti: prodeunt omnia: vt semel missa sunt, vadunt. Idem erit illis cursus, qui sui finis. Opus hoc aeternum irreuocabiles habet motus: qui si quando constiterint, alia ex aduerso incident, quae nunc tenor & aequalitas seruat.

C A P. XXVI.

Quid est ergo, cur aliqua redire videantur? Solis occursum speciem illis tarditatis imponit, & natura viarum circulorumque sic positorum, ut certo tempore intuentes fallant. Sic naues quamvis plenis velis eant, videntur tam en stare. Erit qui demonstret aliquando, in quibus Cometæ partibus erent, cur tam seducti à ceteris eant, quanti qualesque sint. Contenti simus inuentis: aliquid veritati & posteri conferant. Per stellas, inquit, vteriora non cernimus, per Cometas aciem transmittimus. Primum si sit istud, non in ea parte sit, qua fidus ipsum est spissi ac solidi ignis, sed qua rarus splendor excurrit, & in crines dispergit. Per interuallum ignium, non per ipsos vides. Stellæ, inquit, omnes rotundæ sunt, Cometæ porrectæ: ex quo apparer, stellas non esse. Quis enim tibi concedet, Cometas longos esse? Quorum natura quidem, ut ceterorum siderum, globus est: ceterum fulgor extenditur. Quemadmodum sol radios suos longe lateque dimittit, ceterum ipsi alia est forma, alia ei quod ex ipso fluit lumini: sic Cometarum corpus ipsum corrotundatur, splendor autem longior, quam ceterorum siderum appetat.

C A P. XXVII.

Quale inquis. Dic tu mihi prius, quare luna diffimilium soli lumen accipiat, cum accipiat à sole? Quare in modo rubeat, modo palteat? Quare luidus illi & ater color sit, cum à conspectu solis excludatur. Dic mihi, quare omnes stellæ inter se diffimilem habeant aliquatenus faciem, diuersam soli. Quomodo nihil prohibet, ista sidera esse, quamvis familia non sint: ita nihil prohibet, Cometas aeternos esse & fortis eiusdem, cuius cetera, etiam si faciem illis non habent similem. Quid porro mundus ipse, si consideres illum, non ne ex diuersis compositus est? Quid est quare in leone semper sol ardeat, & terras aestibus torreat? in aquario astringat hiemem, flumina gelu claudat. Et hoc tamen & illud fidus eiusdem condicioneis est, cum effectu & natura diffimile sit. Intra breuissimum tempus aries extollitur, libra tardissime emergit: & tamen hoc fidus & illud eiusdem naturæ est: cum illud exiguo tempore ascendet, hoc diu proferatur. Non vides, quam contraria inter se elementa sint & grauia & levia sunt, frigida & calida, humida & secca. Tota huius mundi concordia ex discordibus constat. Negas Cometæ stellam esse, quia forma eius non respondeat ad exemplar, nec sit ceteris similis. Vides enim quam simillima sit illa, quæ tricesimo anno reuertitur ad locum suum, hunc quae intra annum reuertit sedem suam. Non ad unam natura formam opus suum praefat, sed ipsa varietate se iactat. Alia maiora, alia velociora aliis fecit. Alia validiora, alia temperataria: quamad autem eduxit à turba, ut singula & conspicua procederent: quaedam in gregem misit. Ignorat naturae potentiam, qui illi non putat aliquando licere, nisi quod saepius facit. Cometas non frequenter ostendit, attribuit illis alium locum, alia tempora, diffimiles ceteri motus. Volvit & his magnitudinem operis sui colere, quorum formosior facies est, quam ut fortuitam putes, siue amplitudinem eorum consideres, siue fulgorem, qui maior est ardenterque quam ceteris. Facies vero habet insigne quiddam & singulare, non in angustum coniecta & arcta, sed dimissa liberius, & multarum stellarum amplexa regionem.

C A P. XXVIII.

Aristoteles ait, Cometas significare tempestatem, & ventorum intemperantiam atque imbruum. Quid ergo? non indicas fidus esse, quod futura denuntiat? Non enim sic hoc tempestatis signum est, quomodo futurae pluviae,

Scintillare oleum, & putres concrescere fungos: aut quomodo indicum est saevituri maris, si marinæ

In fisco ludunt fulice: notaque paludes:

Deserit, atq. altam supra volat ardea nubem:

sed sic, quomodo aequinoctium in calorem frigisque fluctentis anni, quomodo illa quae Chaldaeis canunt, quid stella nascentibus triste laetumve constituit. Hoc vt scias ita esse, non statim Cometes ortus, ventos & pluviis minatur, vt Aristoteles ait, sed annum totum suspetum facit. Ex quo apparet, illum non ex proximo, quae in proximum daret signa traxisse, sed habere reposita & compressa legibus mundi. Fecit is Cometes, qui Patrculo & Vopisco consulibus apparuit, quae ab Aristotele Theophrasto que sunt praedita. Fuerunt enim maximæ & continuae tempestates ubique. At in Achaia, Macedoniaque, urbes terrarum motibus prorutae sunt. Tarditas, inquit, illorum argumentum est, grauiores esse, multumque in se habere terreni: ipsi praeterea cursus, fere enim compelluntur in cardines,

C A P. XXIX.

VTrunque falsum est. De priore dicam prius. Quare tam tardius feruntur, grauias sunt? Quid ergo? Stella Saturni, quae ex omnibus iter suum lenissime efficit, grauias est? Atqui lenitatis argumentum habet, quod super ceteras est. Sed maiore, inquam, ambitu circuit, nec tardius it quam ceterae, sed ligerius. Succurrat tibi, idem me de Cometis posse dicere, etiam si seignior illis cursus sit. Sed mendacium est, ut eis tardius. Nam intra sextum mensem dimidiam caeli partem transcurrit hic proximus. Prior intra pauciores menses recepit se. Sed quia graues sunt, inferius deferuntur. Primum non defertur, quod circumfertur. Deinde hic proximus à Septentrione motus sui initium fecit, & per Occidentem in Meridiana peruenit, erigen, que suum cursum oblituit. Alter ille Claudianus à Septentrione primum visus, non desit in rectum assidue celior ferri, donec excessit. Haec sunt quae aut alios mouere ad Cometas pertinet, aut me. Quae an vera sint, dij sciunt, quibus est scientia veri. Nobis rimari illa & coniecturare in occulto tantum licet, nec cum fiducia inueniendi, nec sine spe.

C A P. XXX.

E Gregie Aristoteles ait, nunquam nos verecundiores esse debere, quam cum de diis agitur. Si intramus tempora compositi, si ad sacrificium accessori vultum submittimus, togam adducimus, si in omnine argumentum modestiae singimur: quanto hoc magis facere debemus, cum de sideribus, de stellis, de deorum natura disputamus, ne quid temere, ne quid impudenter, aut ignorantes affirmemus, aut scientes mentiamur? Nec miremur tam tarde eruiri, quae tam alte iacent. Panærio, & his qui videri volunt Cometen non esse ordinarium fidus, sed falsam sideris faciem, diligenter tractandum est, an aequa omnis pars anni edendis Cometis satis apta sit: an omnis caeli regio idonea in qua creentur: an quacunque ire, ibi etiam concipi possint: & cetera, quae vniuerla tolluntur, cum dico illos fortuitos non esse ignes, sed intextos mundo, quos non frequenter educit, sed in occulto mouet. Quam multa praeter hos per secretum eunt, nunquam humanis oculis orientia? Neq. enim omnia Deus humanis oculis nota fecit. Quota pars operis tanti nostris oculis committitur? Ipse qui ea tractat, qui condidit, qui totum hoc fundauit deditq. circa se, maiorq. est pars operis sui, ac melior, effugit oculos, cogitatione visendus est.

C A P. XXXI.

Multa praetera cognata numini summo, & vicinam sortita potentiam, obscura sunt. Aut fortasse, quod magis miseris, oculos nostros & implent & effugient: siue illi tanta subtilitas est, quantam consequi acies humana non possit: siue in sanctiore secessu maiestas tanta delituit, & regnum suum, id est se regit, nec vili adiutum dat, nisi animo. Quid sit hoc, sine quo nil est, scire non possumus. Et miramur, si quos igniculos parum nouimus, cum maxima pars mundi Deus lateat? Quam multa animalia hoc primum cognouimus saeculo: & quidem multa venientis aeni populus ignota nobis sciet. Multa saeculis tunc futuri cum memoria nostri exoleuerit, referuantur. Pusilla res mundus est, nisi in illo quod querat omnis mundus habeat. Non semel quaedam sacra traduntur. Eleusis seruat, quod ostendat reuidentibus. Rerum natura, sacra sua non simul tradit. Initiatos nos credimus, in vestibulo eius haeremus. Illa arcana non promiscue nec omnibus patent: reducta & in interiori sacrario clausa sunt. Ex quibus aliud haec actas, aliud que post nos subiicit, aspiciet. Quando ergo ista in notitiam nostram perducetur? Tardie magna prouenient, utique si labor cessat. Id quod unum toto agimus animo, nondum perfecimus, ut pessimi effemus. Adhuc in processu vitia sunt. Inuenit luxuria aliquid noui, in quod infanat. Inuenit impudicitia noua contumeliam sibi. Inuenit deliciarum dissolutio & tabes aliquid tenerius molliusque, quo pereat. Nondum satis robur omne proiecimus. Adhuc quicquid est boni moris, extinguimus leuitate & politura corporum. Mulieres mundicias antecessimus, colores meretricios, matronis quidem non induendos, viri sumimus. Tenero & molli ingressu suspendimus gradum, non ambulamus, sed incedimus. Exornamus annulis digitos, in omni articulo gemma disponitur. Quotidie communiçimur, per quae virilitati fiat iniuria, ut traducatur, quia non potest exui. Alius genitalia excidit, alius in obsecnam partem ludi fugit, & locatus ad mortem, infamiae armatur. Egenus etiam, in quo morbum suum exercat, legit.

C A P. XXXII.

Miraris, si nondum sapientia omne opus suum impletuit? Nondum tota se nequitia protulit. Adhuc nascitur, & huic omnes operam damus: huic oculi nostri, huic manus seruunt. Ad sapientiam quis accedit? Quis dignam iudicat, nisi quam in transitu nouerit? Quis philosophiam, aut ullum liberale respi-

IN mari venetur.] Multo hinc scriptura melior, quam illa vulgata, In mari versetur.
Vitres ollis inclusi offeruntur.] De his ipsis delicijs vide quae scribit Plinius libro nono.

IAm pro putrido.] Totus hic locus quanto melius in veteribus, quam in vulgaris libris legatur, cupio ex collatione cognosci. Ita enim scriptum est in illis. Is pro putrido iam piscis est, qui hodie eductus, & cetera. & paulo post. Ut gustare possint, nisi quem. Vox, piscem, redundat, de mulo enim tantum loquitur.

IN Caria circa Lorum urbem.] Ita iampridem legendum docui capite septimo libri duodecimi Variarum lectionum: idque ex libro vetere, Strabone, Mela, Plinio, Ptolemaeo. Meminit eius oppidi est apud Liuum libro xxxvii.

Hoc habet mali Lyncestius amnis.] Ita legendum ex veteri libro & ex historia, Theopompus & Lycurgo quod mecum est in eis, non in aliis, non in novis, sed in veteribus. Athenaeus libro secundo. Meminit & Vitruvius, & Plinius, & Oribasius.

IN quosdam specus.] Noti sunt Virgiliani versus de Averno.
Spelunca alta fuit, vastoque immanis hiatus
Scrupula, tuta lacu nigro, nemorumque tenebris:
Quam super haud uliae poterant impune volantes
Tendere iter pennis, talis se se halitus atris
Faucibus effundens supra ad concreta ferebat.

Dracones & miliaria.] Vt raga vasa sunt ad aquam calefaciendam. Dracones a figura dicti. Miliariorum & apud iuris autores, & apud alios mentio.

Circa Nonacrin.] Vitruvius. Item est in Arcadia Nonacris nominata terrae regio, quae habet in montibus & lato stillantes frigidissimos humores. Haec autem aqua super dampnum nominatur, quam neque argenteum, neque aeneum, neque ferreum vas potest sustinere: sed desilit & dissipatur. Conservare autem eam & continere nihil aliud potest, nisi mulina vngula, qua etiam memoratur ab Antipatro in prouinciam, ubi erat Alexander, per Iollam filium perlata esse & ab eo ea aqua regem necatum. Huius aquae Herodotus, Curtius, Plinius, Plutarchus, alij eadem esse vim tradiderunt.

Alij enim sunt, quae pota.] Vitruvius. Sunt Boeotiae flumina Cephisus & Melas, Lucaniae Crathis, Troiae Xanthus, inque agris Clazomeniorum & Erythreorum & Laodicenium fontes ac flumina, cum pecora suis temporibus anni parauntur ad conceptionem partus, per id tempus adiunguntur eo quotidie potum: ex coquae quamvis sint alba, procreant alijs locis leucophaea, alijs pulla, alijs coracino colore. Quidius.

Crathis & hinc Sybaris vestris conterminus oris,
Electro similes faciunt, auroque capillos.

Nupobdwoes οὐδεπατές φασι, τὸν Καλόδωρον ἡδοπέχασί την. Scholastes Theocriti in eidyllium quintum. Vide & Plinius libri ii, cap. cii. & capite secundo libri xxxii, ex quo intelliges, recte a me scriptum paulo infra haec verba, In Ceronem, ubi alij legebant, In Penenion. De Xanthe idem ab Aristotele traditur libro iii. de historia animalium, nisi quod pro Xanthe Scamandrum vocat.

Est item noxia aqua in Thessalia.] Meminit huius & Vitruvius libro octavo; & Plinius capite secundo libri xxxi.

Insulae in Lydia natant.] Vide Plinius cap. xcvi. libri ii. Talem insulam parvam quidem, sed quae tamen arbores habeat, & in qua & pecudes & armenta pascantur, in via Tiburtina saepe magna cum voluptate spectauit.

VT Nilus, cuius alias ratio reddetur.] Libro proxime sequenti.
Sic ubi terreno Lycus.] De Lycos, Erasino, Tigride idem & apud Plinius legitur.

Tandem longe remoto loco.] Locus hic foede minilatus ab alijs, ita in veteri libro meo legitur. Tandem longe remoto loco, non ramen dubius an id est, emergit. Quidam fontes certo tempore purgamenta electat. Ego autem, qui iam pridem ita restituisse, monueram decem ab hinc annos, ita restituendum esse, capite septimo libri duodecimi iuvarum lectionum. Sed negligenter eius, cuius opera in eis libris, graueriter tunc aegrotus, prebar, factum est, ut ea omnia omissa sint, quae ex veteri libro addenda erant.

Vt Arethusa.] Plinius libri secundi cap. cii.
Circa Messanam & Mylas.] Plinius libri secundi cap. cv.

Poetarum ingeniosissimus.] Notanda eximia, eademque uerissima laus Ouidij, quem hodie nonnulli inepite fastidiosi contemnere audent. Notandum etiam, quanto iudicio Seneca in eo reprehendat ea, in quibus luxurianti ingenio nimis indulxit. Hacc nos in scribendo cautiiores & consideratores facere debent.

M. ANTONII. M V R E T I

A D LIBRVM. QVARTVM

NATURALIVM. SENECAE

QVAESTIONVM

NOTAE.

Tomnes disputationes suas, visitata sibi consuetudine, sermone aliquo, qui ad formandos mores pertineat condit, de Nilo, grandine, nube, pluviaque dicturus, elegantissimo proemio viritur de vitandis adulatoribus: & quantopere eorum consuetudo tum periculosa, & perniciofa sit. In eo emendando quid praefiterim & ipse mibi conscius sum, & sciet, si quis hos libros cum ante editis conferre voluerit.

Ante villeum.] Parum abest, quin legendum suspicer Velleum, ut intelligatur Velleus Particularius, cuius fragmenta quaedam historiarum extant. Ille quidem certe perficitae frontis adulator fuit.

Q Vid ita Nilus aestuus mensibus abundat. De hac nobilissima quaestione multa disputat Herodotus libro secundo, sed multo copiosius multoque eruditius Diodorus Siculus libro primo bibliothecae. Vide & Solinum capite xlvi, & Plinius capite nono libri quinti. & Heliodorum libro secundo Aethiopicum.

PRoinde aut sterilis annus.] Plinius. In diudecim cubitis famem sentit: in tredecim etiamnum esurit: xiii cubita hilaritatem afferunt: xv. securitatem: xvi. delicias. Cum poeta meo.] Id est, tecum erat enim & hic Lucilius poeta. Alij inepte, Cum poeta in eo. Ouidium.] memoriae lapsus. Tibulli enim versus est, non Ouidij.

Te propter nullos tellus tua postulat imbres,

Arida nec pluio supplicat herba Ioui.

Hanc delphini.] Et de hoc naturali astu delphinorum aduersus Crocodilos, & de Tentiritarum audacia vide Plinius cap. xxv libri octauii.

Et Borysthenes.] Inepte alij, Eas oras tenens.

Eudemenes Massiliensis.] Legendum, Euthymenes, e libro quarto eorum qui Plutarcho tribuuntur, de placitis philosophorum.

Grandinem.] Aristoteles capite xii. libri primi Meteorologicon.

Bene emensum dabo.] Bene emensum vocat οἰνοθήσον, austarium, corollarium: ut cum multis modiis tritici pugillos aliquot pro cumulo adjiciunt.

Os praecidi, non oculi erui solent.] Praecidere, aut fortassis praeccludere os audientibus videntur, qui ita mentiuntur, ut contra dici non facile posset: at oculos eruire, qui non uerentur ea pro veris affirmare, quae affectu ipso mendaci coargui possunt. Excaecare enim eos qui audiunt, quantum in ipsis est, videntur.

NOn tempore mihi.] Horum speculatorum futurae grandinis meminit & Plutarchus libri septimi symposion capite secundo. Et ne tota res, quae alioqui primo aspectu ridicula est, fabulosa existimetur, granis & sanctus scriptor, Clemens Alexandrinus, putat magos suisse, qui longa eorum quae in sublimi fuerint observatione, grandinem imminentem praenoscerent, & illis impensis sacrificijs, aut sanguinis & digito effusione, populum in impietate ac superstitione retinerent. Vide eum libro sexto Stromateon.

QVamuis mutina etiam deos vincant.] Respicit ad illud Homericum, Δῆμα διούς τείθει, δοξάδιον βασιλεῖας.

DE origine nimis, de qua hic agitur, videndum Aristoteles capite undecimo libri primi Meteorologicum.

M. ANTONII. M V R E T I

A D LIBRVM. QVINTVM. NATURALIVM

SENECAE. QVAESTIONVM. NOTAE.

Nenus est fluens aer.] Hanc definitionem non a Stoicis primum proditam, sed veteris esse ostendit Aristoteles: & certe Hippocratis in libro de flatibus eam sententiam esse constat: quam tamen multis modis Aristoteles secundo Meteorologicum erroris mendacijque convincit.

Q Vomodo in nostris corporibus.] Ridicula opinio. Itaque Aristophanes Socratem ut populi ludibrio exponeret, eodem prope modo de ironiis & fulminis origine differentem facit.

A Nimalia igne generantur.] Contra Ouidius,

Nec tu aliud Vestam, quam puram intellige flammam.

Nataque de flamma corpora nulla vides.

Sed bac de re vide Aristotelem libro quinto de historia animalium, & Plinium capite xxxvi. libri xi.

N Unc viritim incipiems illos excutere.] De his omnibus, quae hoc loco de ventorum varietate narratur, vide Plinium libro secundo a cap. xlviijusque ad caput L. & scriptorem noctium Atticarum cap. xxii. libri secundi.

G Alliam circius.] Galliam Narbonensem: ubi hodieque & vehementiam & nomen retinet. Cercium M. Cato vocat, si emendata sunt exemplaria.



M. ANTONII. MV RETI

A D. LIBR V M. S E X T V M

N A T V R A L I V M. S E N E C A E

Q V A E S T I O N V M

P Ompeios.] Vix illa res est, de qua maiore contentione disputatione philosophi, quam de terrae motu. De quo tamen nihil adhuc pro certo atque explorato statuerunt potuerunt. Videndum Aristoteles libro secundo meteorologicum, & qui in eum scriperunt: Plinius libri secundi cap. lxxxix. & deinceps. Liber tertius de placitis philosophorum.

P Et quidem diebus hibernis.] Aristoteles quidem auctor est, vere & autumno saepius terram moueri: et flate & bieme rarius: sed tamen nullam esse anni partem ab hoc malo genere tumultu experimenta docuerunt.

P Sexcentarum ouium gregem.] Hoc ex eo contigisse videri potest, quod in terrae motu taetri ac pestiferi habitat afflantur e terra: quorum noxia vis ad pecudes citissime ac facilissime peruenit: ut quae humi pascantur, neque fere unquam caput attollant. Sic Homerica pessis greges primum & armenta corripuit. Sed hoc Seneca ipse postea dicturus est.

T Heram & Therasiā.] Locū hūc, qui etiam in veteribus libris utilius ac deprauatus est, ita legēdū puto. Inter Theram & Therasiā, hanc nostrā aetatis insulam. &c. Plinius libro quarto. Thera, cum primum emersit, Calliste dicit: ex ea aulsa postea Therasia, atque inter duas enata, mox Automate, eadē Hierā. & in nostro aeuo Thia iuxta eandem Hieram nata. Vide eundem cap. lxxxvii. libri secundi.

H Elice Burisque.] Vocatur & Bura, earum vnam biatum terrae absorptam, alteram vndis obrutam fuisse scribit Strabo libro primo. Vide eundem et libro octavo, & Pausaniam in Achaeis, & Plinium cap. xcii. libri secundi.

C Eu cum frigore inhorruiimus.] Lucretius,
Frigus ut nos penitus cum venit in artus,
Concutit, inuitos cogens tremere atque moueri.

Thucydides ait.] Libro tertio. Atlanta autem insula est in Locris Opuntijs.

Idem Sidoni accidisse, Posidonio crede.] Hoc ipsum narrat, & auctorem eundem Posidonium laudat Strabo libro primo.

C Vm laborauit Aegium.] Vere & eruditè locum hunc emendant Pincianus.

A Egyptum nunquam tremuisse tradūt.] Aliam huius rei causam assert Plinius, cuius haec verba sunt, cap. lxxx. libri secundi. Ideo Galliae & Aegyptus minime quatūntur, quoniam hic aestatis causa obstat, illuc hiemis.

Si Homero fides est.] Hac de re Homerū uerius sunt Odysseae libro quarto.

Nήσος ἔστειρα περὶ τὸν οὐκελύστρον εἰνὶ πόντῳ,

Αἴγυπτος φερόμενη φάρον δὲ εἰ καλλίστησι.

Τόνον αὐτοῦ δέοντο τε πανηγερίν γλαφυρήν νῆσον

Ηροτεύ, οὐ λιγὸς δέος δημοτεύοντος σπάθεν.

Et Delos, quam Virgilius stare iussit.] Eleganter quod de Apolline Virgilius dixerat, id ad ipsum Virgilium transtulit.

Credula natio.] Placerunque enim, non tam, verum sit aliquid, nec ne sit, quād posito verum esse, causas curia fiat, inquirunt.

Auctore Pindaro.] Locus Pindari apud Pindarum ipsum non extat: sed citatur a Strabone libro decimo.

Apud Callimachum quidem in hymno in Delum ita legitur.

Kένων δὲ λιγέστερα καὶ ἀπότομος.

Herodotus tremuisse ait Delos, quo tempore Dareus in Graeciam exercitum duxit: cum prius oraculo ita responsum esset,

Quinquitam Delon, quanquam est immota, mouebō. Thucydides ait.] Libro secundo, επὶ δὲ Διῆλος Εὐπίνατῃ, διάτυχος περὶ τούτων, μετέπειτον επὶ πόντῳ σερδεῖσαι, εἰς δὲ Ελλήνες πέμψαν. Plinius libro iii. Ipsaque lōge clarissima, Cycladū media, templo Apollinis & mercatu celebrata Delos: quae diu fluctuata, ut proditur, sola mortuū terrae non sensit ad M. Varonis aetatem. Mucianus prodidit bis concussam.

M. ANTONII. MV RETI

A D. LIBR V M. S E P T I M V M

N A T V R A L I V M. S E N E C A E

Q V A E S T I O N V M

D E cometis, quae propria huius libri materia est, videndum Aristoteles cap. sexto, & cap. septimo primi Meteorologicon. Plinius cap. xxxv. libri secundi & alijs.

D Q Vod a solsticio ad minuendos dies vertitur.] Haec omnia & absunt a veteribus libris, & plane redundant. Quare deletri iussi.

V Trum mundus terra stante.] Cicero in Academicis. Hicetas (ita enim iam pridem legēdū docui, non vt vulgo, Nicetas) Syracusius, ut ait Theophrastus, cælum, solem, lunā, stellas, supera denique omnia stare censerit: neque, praeter terram, rem villam in mundo moueri: quae cum circum axem se summa celeritate conuertat & torqueat, eadem effici omnia, quae si, stante terra, cælum moueretur. Atque hoc etiam Platонem in Timaeo dicere quidam arbitrantur, sed paulo obscurius. Laertius ab alijs hunc, ab alijs Philolaum huius admirabilis sententiae auctorem putari ait. Sed & Heraclides Ponticus, & Ephantus Pythagoreus idem sensisse traduntur.

Q Vibusdam antiquorum.] Anaxagorae & Democriti opinio haec fuisse dicitur.

S Ex enim mensibus,] Quomodo igitur tuebimur Plinius, cuius haec verba sunt? Breuissimum quo cerne rentur spatium septem dierum annotatum est: longissimum octoginta. Nemirum addenda est Plinio una littera C: vt sit, C, octoginta. Totidem enim diebus sex menses constant.

L· ANN AE I· SENECAE
RHETORIS· CONTR O-
VERSIARVM· AD· NOVATVM
SENECAM· ET· MELAM· FILIOS.

LIBER PRIMVS.



PRO O E M I V M.

Exigit rem magis iucundam mihi, quām faciliem. Iubetis enim iudicare, quid de his declamatoribus sentiam, qui in aetatem meam inciderunt, & si qua memoriae meae non dum elapsa sunt, ab illis dicta colligerevt quamvis notitiae vestrae subducti sint, tamen non credatis tantum de illis, sed etiam iudicetis. Est, fateor, iucundum mihi, redire in antiqua studia, melioreisque ad annos respicere, & vobis querentibus quōd tantac opinioris viros audire non potueris, detrahere iniuriam temporum. Sed cum multa iam mihi ex me desideranda senectus fecerit, oculorum aciem retulerit, aurium senum heberauerit, neruorum firmitatem fatigauerit: inter ea, quae retuli, memoria est, res ex omnibus partibus animi, maxime delicata & fragilis: in quam primum senectus incurrit. Hanc aliquando in me floruisse, vt non tantum ad vsum sufficeret, sed in miraculum vsque procederet, non nego. Nam duo millia nominum recitata, quo ordine erant dicta, referebam: & ab his qui ad audiendum praeceptorem nostrum conuenerant, singulis versus à singulis datos, cum plures quam ducenti efficerentur, ab ultimo incipiens vsque ad primū recitabam. Nec ad complextenda tantum, quae vellem, velox erat mihi memoria: sed etiam ad continenda, quae acceperat. Nunc autem & aetate quāllata, & longa defidia, quae iuuenilem quoque animum dissoluit, eo perducta est, vt etiam si possit aliquid praefare, tamen promittere non possit: & diu ab illa nihil repetui. Solebat bona fidei esse. Nunc quā inibetis, quid possit experiar, & illam cum cura scrutabor. Ex parte enim spero bene. Nam quaecunque apud illam aut puer, aut iuuenis deposui, quasi recentia, & modo audita sine cunctatione profert. At si qui illi intra proximos annos commisi, sic perdidit & amicit, vt etiam si saepius ingerantur, toties tanquam noua audiat. Itaque ex memoria, quod vobis satis sit, supereft. Neque enim me de his interrogatis, quos ipsi audistis: sed de his, qui ad vos vsque non peruererunt. Fiat quod vultis:mittatur senex in scholas. Illud necesse est impetrare, ne me quasi certum aliquem ordinem velitis sequi, in contrahendis quae mihi occurrent. Necesse est enim per omnia studia mea erem, & passim quicquid obuenerit controuersiarum, apprehendam. Sententias forte ponam pluribus locis in vna declamatione dictas. Non enim dum quaero, aliquid inuenio: sed saepe quod querenti non comparuit, aliud agenti praefeo est. Quaedam vero quae obuersantur mihi, & iam ex aliqua parte se ostendunt non possum occupare, eadem seculo & composito animo subito emergunt. Aliquando etiam seriam rem agenti & occupato, sententia diu frusta quaesita intempestive molesta est. Necesse est ergo me ad delicias componam memoriae meae, quae mihi iam olim precario paret. Facit autem iuuenies mei, rem necessariam & viuem, quod non contenti exemplis saeculi vestri, prioris quoque vultus cognoscere. Primum, quia quo plura exempla inspecta sunt, plus eloquentia proficitur. Non est vnuis, quāuis praecipius sit, imitandus: quia nūquam par fit imitator auctori. Haec natura est rei. Semper citra veritatem, & minor est similitudo. Deinde vt possit aestimare, quantum quotidie ingenia decrescant: & nescio qua iniuritate, & ad malum pronitut naturae, eloquēta se retro tulerit. Quicquid Romana facundia haber, quod insolenti Graeciae aut apponat, aut praferat, circa Ciceronem effloruit. Omnia ingenia, quae lucem nostris studijs attulerunt, tūc nata sunt. In detersus deinde quotidie data res est: siue lux temporum: nihil est enim tam mortiferum ingenij quām luxuria: siue cum primum pulcherrimae rei cecidisset, translatum est omne certamen ad turpia, multo honore quaestuque vigentia: siue fato quodam, cuius maligna perpetuaque in omnibus rebus lex est, vt ad summum perducta, rursus ad infimum, velocius quidam ascenderant, relabantur. Torpēt ecce ingenia desidiosae iuuenturis, nec in vlliū honestae rei labore vigilatur. Somnus languorque, ac somno & languore turpior, malarum rerum industria, iuasit animos. Cantandi, saltandique nūc obscoena studia effeminatos tenent: & capillum frangere, & ad mulieres blanditiā vocem extenuare, mollitie corporis certate cum feminis, & immundissimis se excolare munditijs, nostrorum adolescentium specimen est. Quis aequalium vestrorum, quid dicam satis ingeniosus, satis studiosus, immo quis satis vir est? Emolliti, enerueisque quod nati sunt, inniti manent: expugnatores alienae pudicitiae, negligentes suae. In hos nec Dij tantum mali permittant, vt cadat

eadat eloquentia: quam non mirarer, nisi animos, in quos se conferret, eligeret. Erratis, optimi iunenes, nī si illam vocem non M. Catonis, sed oraculi creditis. Quid enim est oraculum? Nempe voluntas diuina, hominis ore enuntiata. Et quem tandem antisitem sanctiorem inuenire sibi diuinitas potuit, quām Catonem, per quem humano generi non praeciperet, sed conuicium faceret? Ille ergo vir quid ait? Orator est, Marce fili, vir bonus, dicendi peritus. Ite nunc & in istis vulsis atque expolitis, & nūquam nisi in libidine, viris, quaerite oratores. Merito talia habent exēpla, qualia ingenia. Quis est, qui nunc memoriae studeat? Quis, qui non dico magnis viribus, sed suis placeat? Sententias a dīcētissimis viris factas, facile in tanta hominum defida pro luis dicunt: & facērīam eloquentiam, quā praefare non possunt, violare non desinunt. Eo libentius, quod exigis, faciam. Et quaeconque à celeberrimae facundiae viris dicta teneo, ne ad quenquam priuatim pertineant, populo dedicabo. Ipsis quoque multum praestatus vi deor, quibus obliuio imminet, nī si aliquid tradatur posteris, quo memoria eorū producatur. Fere enim aut nulli commentarij maximorum declaratorum extant: aut, quod peius est, falsi. Itaque ne aut ignoti sint, aut aliter quām debeat noti, summa cum fide suum cuīque reddam. Omnes autem magni nominis in eloquentia videor audisse, praeter Ciceronem. Nec Ciceronem quidem aetas mihi eripuerat, sed bellorum ciuilium furor, qui tunc totum orbem peruagabatur. Intra coloniam mēā me continuū: alioquin potuisse eum audisse in illo atrio, in quo duos grandes praetextatos ait secum declamare solitos. Potui & illud ingenium, quod solum populus Romanus par imperio suo habuit, cognoscere, & quod vulgo de alio dicit follet, fed de illo proprio debet, potui viuam vocem audire. Declamabat autem Cicero, non quales nūc controuersias dicimus, nec tales quidem, quales ante Ciceronem dicebantur, quas theses vocabant. Hoc autem genus materiae, quo nos exercemur, adeo nouum est, vt nomen quoque eius nūm sit. Controuersias nos dicimus: Cicero causas vocabat. Hoc vero alterum nomen Graecum quidem est, sed in Latinum ita translatum, vt pro Latino sit. Scholastica controuersia multo recentius est, sicut ipsa declamatio: apud nullum auctorem antiquum, ante ipsum Ciceronem & Calum, inueniri potest: qui declamationem distinguit. Ait enim: Declamare est, iam non mediocriter bene dicere. Alterum putat domesticae exercitationis esse: alterum verae actionis. Modo nomen hoc prodit. Nam & studium ipsum nuper celebrari coepit. Ideo facile est mihi ab incunabulis nosse rem post me natam. In alijs autem an beneficium vobis datus sim, nescio in vno accipio. Latronis enim Porcij, carissimi mihi sodalis, memoriam saepius cogor retrahere, & a prima pueritia vñque ad ultimum eius item perductam familiarem amicitiam cum voluptate maxima repeatam. Nihil illo viro grauius, nihil suauius, nihil eloqua-
tia sua dignius. Nemo plus ingenio suo imperavit, Nemo plus indulxit. In vñque parte vehementi vira modus deerat: nec intermittere studia sciebat, nec repetebat. Cum se ad scribendum concitaterat, iungebantur noctibus dies: & sine interruptione gravis sibi instabat: nec desinebat, nisi defecerat. Rursus cum se dimisera, in omnes lūsus, & in omnes iocos se resolutebat. Cum vero se filius montibusque tradiderat, omnes illos agrestes in filiis ac montibus natos, laboris patientia ac venandi sollertia prouocabat: & in tantam sic viuendi peruererat cupiditatem, vt vix posset ad priorem consuetudinem retrahi. At cum sibi manum iniecerat, & se blandiendo unde abduxerat, reuocarat, tantis viribus incumbebat in studium, vt non tantum nihil perdidisse, sed multum acquisuisse desidia videretur. Omnis quidem prodebat subinde animū relaxare. Excitatur enim otio vigor: & omnis tristitia, quae continuatione pertinacis studij adducitur, feriarum hilaritate discutitur. Nulli tamen in termīssio manifestius proderat. Quoties ex interruptione dixerat, multo acris, violentiusque dicebat. Exultabat enim nouato & integrato robo-
re: & tantum à se exprimebat, quantum concupierat. Nesciebat dispensare vires suas, sed immoderati aduersum se imperij fuit. Ideoque studium eius prohibeti debebat, quia regi non poterat. Itaque solebat & ipse, cum se assida & nunquam intermissa contentione fregerat, sentire ingenij laetitudinem: quae non minor est quām corporis, sed occulitor. Corpus illi erat & natura solidum & multa exercitatione duratum. Itaque nunquam eum ardētus impetus animi deseruit. Vox robusta, sed sordida, lucubrationibus, & negligētia non natura infuscata: beneficio tamen laterum extollebatur: & quamvis inter initia parum attulisse virium videretur, ipse actione accrescebat. Nulla yñquam illi cura vocis exercēda fuit, illum fortē, agrestem, & Hispanae consuetudinis morem non poterat dediscere; vñcunqueres tulera, ita viuere: nil uocis causa facere: non illam per gradus paulatim ab imo vsque ad summum perducere: non rursus à summa contentione paribus interuallis descendere: non sudorem olei vñctione difcutere: non latus ambulatione reparare. Saepē cum per totam lucubrauerat noctem, ab ipso cibo statim ad declamandum perueniebat. Iam vero cum rem inimicissimam corpori faceret, veteri nullo modo poterat. Post coenam fere lucubrabat, nec patiebatur alimenta per somnum quietemque aequaliter digeri, sed perturbata & dissipata in caput agebat. Itaque & oculorum aciem confuderat, & colorem mutauerat. Memoria & natura quidem felix, sed plurimum adiuta arte. Nunquam ille quae dicturus erat, edicendi causa relegebat. Edidicerat illa, cum scriperat: cum id in illo magis mirabile videti possit, quid nec len-
te & anxiè, sed eodem paene, quo dicebat, impetu scribebat. Illi quidem qui scripta sua torquent, qui de singulis verbis in consilium veniunt, necesse est, quae toties animo suo admoverint, noīissime affigant. At quorūcunque stilus est velox, tardior memoria est. In illo non tantum naturalis memoriae felicitas erat, sed ars summa, & ad apprehendenda quae tenere debebat, & ad custodienda, adeo vt omnes de-
clamationes suas quascunque dixerat, teneret. Iam itaque superuacuos sibi fecerat codices. Aiebat se scri-
bere

bere in animo. Dicebat ita, ut in nullo vñquam verbo eum memoria decepterit. Historiarum omnium summa notitia: iubebat aliquem nominari ducem, & statim eius aetate cursu reddebat. Adeo quaecunque in animum eius semel descenderant, in promptu erant. Video vos, iuuenes mei, plus iusto ad hanc eius virtutem obstupefcere. Alia vos in illo mirari volo. Hoc quod tam vobis mirum videtur, non operosa potest tradi arte. Intra exiguum paucissimum dierum tempus, poterit quilibet facere id, quod Cyneas fecit: qui missus a Pyrrho legatus ad Romanos, postero die nouus homo & senatus, & omnem urbana circumfulsat senatum, nominibus suis peralutauit. Aut quod ille fecit, qui recitatum a poeta ear men nouum, siue esse dixit, & protinus memoria recitauit: cum hoc ille canticum erat, facere non posset. Aut hoc fecit Hortensius: qui a Sifenna prouocatus, in auctione perfedit diem totum, & omnes res & pretia, & emptores ordine suo recensuit, argentiarij recognoscitibus, ita ut in nullo falleretur. Cupitis statim ista discere. Suspendam cupiditatem vestram, & faciam alteri beneficio locum. Interim hoc vobis, in quo iam obligatus sum, perfoluam. Plura fortasse videor de Latrone meo vobis, quam audiire desideratis, exposuile. Ipse quoque hoc praeuideram futurum, ut a memoria eius, quoties occasio fuisset, difficulter auellerer. Tamen nec his contentus ero, sed quoties me initauerit memoria, libentissime faciam, vt illum totum & vos cognoscatis, & ego recognoscam. Illud vnum non differam, falsam opinionem de illo in animis hominum conuulsu. Putant enim fortiter quidem, sed parum subtiliter eum dixisse: cum in illo si qua alia virtus fuit, etiam subtilitas fuerit. Id quod nunc a nullo fieri animaduerto, semper fecit. Antequam dicere inciperet, sedens, quaestione eius, quam dicturus erat, controuerfiae proponebat: quod summae fiduciae est. Ipsa enim actio multas latebras habet: nec facile potest, si quo loco subtilitas fuerit, apparere: cum orationis cursus iudicium audientis impedit, dicentis abscondat. At ubi nuda proponuntur membra, si quid aut numero, aut ordine excidi, manifestum est. Quid ergo? Vnde haec de illo fama? Nihil est iniquius his, qui nusquam putant esse subtilitatem, nisi ubi nihil est praeter subtilitatem: & in illo cum omnes oratoriae virtutes essent, hoc fundamentum tot & tantis superstructis molibus obruebatur. Nec deerat in illo, sed non eminebat. Et nefcio an maximum vitium subtilitatis sit, nimis se ostendere. Magis nocent insidiae, quae latent. Ut illissima est dissimulata subtilitas, quae effectu appetet, habitu latet. Interponam itaque aliquibus locis quaestiones controuersiarum, sicut ab illo propositae sunt. Nec his argumenta subtexam, ne & modum excedam, & prepositum tam meum quam vestrum, cum vos sententias audire velitis, & quicquid ab illis abduxerit, molestum futurum sit. Hoc quoque Latro meus faciebat, ut amaret sententias. Cum condiscipuli essent apud Marullum rhetorem, hominem satis aridum, paucissima belle, sed non vulgato genere dicentes: cum ille exilitatem orationis suae imputaret controuersiae, & dicere. Necesse est me per spinosum locum ambulantes, suspensos pedes habere: aiebat Latro. Non mehercules tui pedes spinas calcant, sed habent. Et statim ipse dicebat sententias, quae interponi argumentis cum maxime declamantis Marulli possent. Solebat autem & hoc genere exercitationis vti, ut aliquo die nihil praeter epicheremata scriberet, aliquo die nil praeter enthymemata, aliquo die nil praeter has translatias, quas proprie sententias dicimus, quae nihil habent cum ipsa controuersia implicitum, sed satis apte & alio transferuntur: tanquam quae de fortuna, de crudelitate, de saeculo, de deliciis dicuntur. Hoc genus sententiarum supellestilem vocabat. Solebat schemata quoque per se quaecunque controuersia recipere, scribere. Et putant illum homines hac virtute caruisse: cum ingenium quidem eius hac dote abundauerit, iudicium autem fuerit strictius. Non placebat illi orationem infligere, nec vñquam recta via discedere: nisi cum hoc aut necessitas coegisset, aut magna sua fuisse utilitas. Schemata negabat decoris causa inuenta, sed subsidij: ut quod palam aures offensurum esset, si palam diceretur, id oblique & furtim surreperet. Summarum quidem esse dementiam, detorquere orationem, cui rectam esse liceret. Sed iam non sustineo vos morari. Scio quām sit odiola Cis censibus pompa. Ab ea autem controuersia incipiamus, quam primam declamasse Latronem meum mercmini, admodum iuuenem, in Marylli schola, cum iam coepisset diem ducere.

Patruus abdicens. Controuersia I.

LEX est. Liberi parentes alant, aut vinciantur. *Thema.* Duo fratres inter se dissidebant, alteri filius erat: patruus in egestatem incidit, patre vetante, adolescentis illum aluit: ob hoc abdicatus, tacuit, adoptatus a patre est: patruus accepta haereditate, locuples factus est. egere coepit pater. vetante patruo, aluit illum, abdicatur. *Pro adolescenti.* *Porci Latronis.* Quid mihi obijcis? Puto luxuriam. quicquid vñquam immodesta largitione effudimus, id omne consumebatur in alimentum duorum senum. cum vetaret me pater, aiebar: Ipse mihi cum egerem, alimenta non dabat.

Eo iam perductus erat, ut omnem spem ultimorum alimentorum in ea domo poneret, in qua habebat abdicatum, & inimicum. [Ecce oppresxit incresentem, quid aeturus es? pluris tibi frater efferendus quam alendus est. [quis rogatus est? aut quid fratrem tam locuples frater aetere non potest? Miserrimus senex diuinas suas, & iam extremum blandimentum in stipem perdidit. [Ipse, inquit, me non aluit. Imitationem alienae culpae innocentiam vocas? Nec eo quidem aestimas, quanta ista crudelitas sit: quod si quis fratrem non alit, nec a filio quidem alendus est. [Quid adoptionem iactas? Tunc ad te veni, cum haberem diutinem patrem. [Parcius quaequo fratre, iudices habemus deos. Scis tuto te facere, etiam si abdicaueris,

ueris, alam. [Fatendum est crimen meum: tardius misertus sum. [Iterū do poenas: egeo. Parētibus meis: cum in cetera odium sit, tantum in meam notam conuenit. [O felix spectaculum, tu vos in gratiam possum reducere, faciam hoc, quod vultus quoque vestri hortantur. Surgite patres, adeste iudices, alter milii ex parentibus seruatus, alter seruandus est, porrigit mutuas manus in gratiam, me foederi medium pinguis addite. Inter duos contendentes, medius eldar. [Ergo fame morientem videbo, per cuius cineres iuraturus sum? [Omnis instabilis & incerta felicitas est. Quis crederet, iacentem supra crepidinem Matrium aut fuisse consulem, aut futurum? Quid porro tam longe exempla repeto? tanquam modo non sit qui illam vidit. Quid nō timendum felicibus putas? quid delperandum infelicibus? [Iunij Gallionis. Ego indicabo, cur me abdices: tu indica, cur adoptaueris. Quaedam accedunt noua. Et quidem noua. [Illud non miror, quod misericordia obijcit. Illud miror, quod hic obijcit. Sic enim me gessi, ut hoc criminis duos partes obligarem, uterque me amat, uterque ali miser desiderat, uterque prohibet. Nec secum, nec mecum fortunis bene conuenit. Componite aliquid bonos quidem, sed contumaces viros. Ut discors diae causam praebuerit, nolite à me exigere. Uterque patruus est, uterque pater est. [Trāsit ad istum fratris sui & fortuna & animus. Misericors sum, non mutabile patrem, si naturam mutare potuisse. [P. Asprenatis. Fortunae est lex, praestare quae exegeris. Misericordia: mutabilis est casus: dederunt victis terga victores: & quos prouexerat fortuna, destituit. Quid referam Marium, sexto consulatu Carthaginē mendicantem, septimo imperantem? Ne circa plura instabilis fortunae exempla te mittā, vide quis alimenta rogetur, & quis roget. [Othonis Iunij. Pater timeo mutationem, & ille nihil prius ex bonis quam filiū perdidit. [Arellij Fuscij. Pater ecquid aperis mi penates tuos? Non sum hospes graui, vnum lenem adduco. hoc tibi vicio pater placui. [Venit ignotus senex, volo transire iacentem, per patrem rogat. Ergo alius peribit fame, qui filium suum optat superstitem? [Quid hoc esse dicam, quod me tam periculose abdicant? quod toties isti fortunam mutant, quoties ego patrem? [Redite in gratiam. Inter funestas acies armatae manus in foedus portiguntur. Perierat totus orbis, nisi iram finiret misericordia. Aut si tam pertinacia placent odia, parcite. Iactatus inter duos patres vtriusque filius, semper tamen felicioris abdicatus: positus inter duo pericula, quid faciam? qui alunt, abdicant: mendicant, qui non alunt. Illud tamen pater deos tector, diutinem te relinquo. [Cestij Pi. Tali me operi praeparaueram. volebam fratres in gratiam reducere. at nisi impetrauero vi boni fratres sint, impetrabo ne mali patres sint. Uterque me amat, uterque pro me vota fecit: quantum est, si dixerit, uterque me aluit? Quae causa fuerit discordiae, nefcio. Timo, ne iste prior egere cooperit. [Quid obijcis pater? Hoc tu obijcis: scio quēdam in hac ciuitate propter istud crimen adoptatum. Frater me, inquit, aetere noluit. Inuenisti quo possim me defendere. [Possum liberos tollere, ut prae meis oculis narrem aium illorum fame perille? Non sefelli, qualis essem, sciēt uisti & cum adoptares. [Bis abdicatus sum, volo virunque causam meam agere, neutrū pro me volo. adfit mihi alius, semper causa mea habebit aduocatū patruū, aut patrē. Alter alterū amet: uterq; me amat. Vis illum veras poenas dare: sentiat, quam bono fratri iniuriam fecerit. [Pompeij Silonis. De patre bene quod eum per aeratem nosse non possum: ised habet & ille beneficium meum. duos eius filios alui. *

* Surge infelix senex, quid putatis illū flere? quod egerit: mo quod abdicavit. [Argentarij. Vides enim liberalis in domo tua esse coepi: ille propter me duxit vxore, cū fortasse iuuenē adoptare posset. [Haec abdicantis fuere verba: I ad illum, quem magis amas, quam patrem. Non omnibus imperijs parendum est: nihil interim noui facio: scis me & priori patri non paruisse. [Venit demissa barba, capilloque deformi, non senectute, sed fame membris tremebat, semela & renui arque elisa ieunio voce, ut uix exaudiri posset, introrsum conditos oculos uix alleuans: Alui, quomodo, queritis? quomodo istum. [Cornelij Hispani. Putate me hodie non abdicari, sed adoptari. Volo quaedam futura praedicere patri. Hic quem vis adoptare, inimicum patris sui inuito patre aluit: reliquit aequo animo beatam domum, ut cum mendo viueret. Noueris oportet hoc eius vitium: ad praefundam calamitosis misericordiam cōtumax est. Habeo quod de hoc vicio queri possum: hoc enim patrem, hoc patruum perdi. Quām multi patres optant similem filium? Bis abdicon. Homo est: non vis ali hominem? ciuis est: non vis ali ciuem? amicus est: non vis ali amicum? propinquus est, non vis ali propinquum? sic peruenitur ad patrem: homo est, ciuis est, amicus est, propinquus est. Ergo non erit vitium porrexisse stipem, nisi dixerit. Pater est: [Vibij Calui. Circuibo tecum, pater, aliena limina: ostendam omnibus & me qui alimenta dedi, & te qui negasti. [Romanij Hispani. Scio pater, melius esse quod tu dicis. istud ego si possem, nunquam abdicatus essem. Fateor vitium meum: hoc quoque prior in me emendare voluit pater, nec potuit. Impulisti me in fraudem, qui me abdicabat, aiebat. Non oportet fieri: tu dicebas, Oportet: tibi credidi. Non dedit, inquit, mihi alimenta, defuerū tibi? [Quisquis alimenta a mendico rogatus est, nihil amplius quam iter ei monstrat. Vade ad fratrem, i ad filium: iam quidam nobis eandem fortunam precantur. Crede mihi, sacra populi digna est. [Albutij Sili. Tollite vestras, dinitias, quas hoc atque illuc incertae fortunae fluctus appeleret: redite in gratiam: innocens sum.

PARS altera. Vallisyriaci. Crescere ex mea proposuit inuidia, sequemur senes, quod vocat ambitio iuuenilis: & contionem illi praebebimus. melius se potest iactare quam defendere. Ecquid iustus metus meus est? ne heredem ingratum scribam, inimicum relinquam. Inter cetera, quae mihi cum inimico patior esse communia, & hoc est infelicissimum. ambo tristissimam egimus vitam, excepto uno, quod alter alterum egentem uidimus, immo fecimus. adiuge istis verborum contumelijs, Ad caelum manus sustulit,

lit, fassus se huius spectaculi debitorem: & tunc primum fratri vitam precatus est. [Laetitiam patrimonij parti, vt ex tantarum calamitatum stupore, nullam percepit, nisi quod isti datus eram omnia, illi negatus. Liquef nobis deos esse. Qui non aluit, eger: qui in domum suam fratrem non cepit, in publico manet. Aequauit iam potentiam meam cum illius potentia fortuna: nisi quod haec prior facere non possum. [Adoptani te, cum abdicatus es, cum abdicas, abdico. [Vibij Furi. Cum egerem, aiebam: Satis se vindicauit, quod a dispensatore locupletis inimici, consors modo omnis fortunæ diurnum petam. [M. rilli. Ille autem andebit rogare, qui mori mallet quam verba sua sibi dici? Multis debo misericordiam: à multis tuli, quisquis est qui me vila calamitate similem effinget, perinde habebo, ac si gradu cognitio- nis attingat. Scio quam acerbū sit, supplicare exteris: scio quam graue sit, repellere a domesticis: scio quam graue sit, quotidie & mortem optare, & vitam rogare. [Etiam si tu non odissest eum qui mihi fecit iniuria: ego odi eum, qui fecit tibi.

DIVISIO. Diuīsio cōtrouersiarum antiqua simplex fuit: recens virum subtilior, an tantum operosior; ipsi aestimabitis, ego exponam quae aut veteres inuenierunt, aut sequentes astruxerunt. Latro alias quaestiones fecit: diuīsio in ius & aequitatem, an abdicari possit, an debeat, sic quaerit, an necesse fuerit illi patrem alere, & ob id abdicari non possit, quod fecit lege cogente. Hoc in has quaestiones diuīsio: An abdicatus non desinat esse filius: an is desinat qui non tantum abdicatus, sed etiam ab anno adoptatus est, etiam si filius erat: an quisquis patrem non alit, puniatur, tanquam aeger, vincitus, captus: an aliquam filii lex excusatione accipiat: an hoc accipere potuerit: an abdicari debet. Per hoc quaestio fuit, an etiam si ille indignus fuit qui aleretur, hic tamen recte fecerit qui aluit: deinde, an indignus fuerit qui aleretur. Noui declamatores Graecis auctoribus adiecerunt primam illam quaestioneum. An adoptatus abdicari possit. hac Caesius vsus est. adiecit quaestioneum Gallio alteram, An abdicari possit iam adoptatus, ob id viri, quod antequam adoptaretur, notum fuit ad optanti. hoc autem ex aequitatis parte pendet, & tractatio magis est quam quaestio. Gallio quaestioneum primam Latronis duplicauit sic: Licuit mihi alere, etiam te vetante: deinde non licuit non alere. In priori parte hoc vindicauit, non posse filium ob id abdicari, quod esset sua potestatis: nulli autem interdicti misericordiam. Quid si flere me vetes, cum vidi hominem calamitatum? quid si vetes propter aliquod honestum factum perlicitant fauere? affectus no[n] in nostra potestate non sunt: quaedam enim iura non scripta, sed omnibus scriptis certiora sunt. Quamvis filius familie sim, licet mihi & stipem porrigerem mendico, & humum cadaueri. Iniquum est, collapsus manum non porrigerem: commune hoc ius generis humani est. nemo inuidiosum ius postulat, quod alteri profuturum est. Latro illud vehementer pressit. Non feci ratione, affectu vietus sum. cum vidi semper patrem egentem, mens non constituit mihi: quid veteris, nescio. Hoc aiebant non esse tractandum tanquam quaestioneum, esse tamen potentius quam ullam quaestioneum. Fuscus Arelius pater hoc mouit in ultimo, tanquam quaestioneum: Putauit te, quamvis vetares, nihilominus velle ali fratrem. Vultu vetabas, aut mihi ita videbaris. Caesius audacius: Non fuit contentus dicere, Putauit velle te: adiecit, Voluisti, & hodie quoque vis: & sua figura dixit omnia, propter quae velle deberet: quare ergo abdicas? puto indignis praereptum tibi officium.

COLOR. Latro colore simplici pro adolescēte, habere, nō quod, excusat, sed quo gloriatur. Nō potui, inquit, sustinere illud durum spectaculum. Offensam mihi putas tantum excidisse: mens excidit, non animus mihi constitut: non in ministerium sustinendi corporis sufficerunt pedes: oculi subita caligine obtorpuerunt. Alioquin ego si tunc meae mentis fuisset, expectasset dum rogarer? Fuscus illum colorem introduxit, quo frequenter vti solebat, religionis. Mouet, inquit, me natura, mouet pietas, mouet & humanae causæ, & tam manifesto approbata exemplo veritas. Stare ante oculos fortuna videbatur, & dicere talia: Hi sunt, qui suos non alunt. Albutius hoc colore. Accessit, inquit, ad me pater, nec summissis verbis locutus est, non rogauit, sed, quomodo agendum erat cum filio, alere me iussit. recitauit legem, quam ego semper scriptam etiam patru putauit. Deinde dixit, Praefiti non quantum patri praetate debui, sed quantum vetani surripere potui. Blandus colore diuerso. Venit subito deformis squalore, lacrimis. O graves fortunavires tuae. ille diues modo superbus rogauit alimenta, rogauit filium suum, rogauit abdicatum suum: interrogas, quamdui rogauerit? ne dij iustud nefas patiātur, vt diu rogauerit: diuinus tamquam tu. Quaeritis, quid fecerit? quod solebat. Silo Pompeius hoc colore. Mouet inquit, me, quod nihil suo iure, nihil pro potestate, quod tanquam patru accessit: ego vero non expectauit verba, nō preces: complexus sum, & osculatus patrem: dedi alimenta: hoc unum crudeliter feci, quod dixi fratrem deesse. Non alere, sed exprobare visus sum. [Triarius hoc colore. Timui, inquit, si non aluisssem, ne abdicarer a patre: sciebam quomodo illi placuisse. [† hoc colore. Accessit, inquit, ad me pater obrutus sordibus, tremens, deficientibus membris: rogauit alimenta. interrogos vos Iudices, quid facere oporteat: nam istum non interrogo. Scit quid facturus sim. [† Nam patrem vt alteri patri faciam iniuriam, alteri inuidiam. Cum vetuisset me alimenta praestare, si qua est fides, non putauit illum ex animo vetare. Ie. nocinatur inquam gloriae meae, vt videat etiam prohibitus aluisse. [Marylius nouo colore egit. Cecidit in pedes meos senex, squalidus barba, capilloque, mouit inquam, nescio quis iste misericordiam meam. alleuauit, cum ignorarem quis esset: vultis repellam, quod pater est? [Caesius hoc colore. Haec mecum cogitauit. Patrem meum egentem video: frater nec miseretur, nec praestat alimēta: hoc est inquam nouitij, eripere filio officium. Sciebam hāc fortunam meorum, has iam meas esse parteis. hoc peccauit, quod:

non

non vltro ad patrem accessi. sed aiebam, Nolo quicquam amplius praestare, quam illi praestiti. Expectavi, donec patru ad me veniret, & nunc expectabo. Venit ad me pater, quid debui facere? Perducere illum ad patrum? non feci, merito irascitur. Potuit enim, si aliuisset, leuare quidem fortunam fratris, sed causam agrauare. [Butonis colorem non approbat Latro: praestitile se dixit exiguum, tantum quo spiritum posset producere: & dum descripsisset pallorem eius & maciem, adiecit. Apparet illum ab inimicis ali. Hunc colorem cum improbarer Latro, hac sententia vltus est: Non est, inquit, abdicato quidquam ex gloria sui criminis detrahendum. [Hispanus hunc colorem venustius, nam & miserationi eius qui benignissime alit, adiecit aliquid, & pietati suae nihil detrahit. Quomodo, inquit, illum alo? Exiguo furture cibos mitto: & si quid de mena mea detrahere potui, famelico seni porrigo. Non credis, quia scis quomodo te aluerim. [Colorem ex altera parte, quas durior est, vltro aiebat hunc sequendum, vt granis-finarum iniuriarum inexorabilia & ardentina induceremus odia. Thyesteo more aiebat, patrem non irasci tantum debere, sed furere. In declamatione vltus est summis clamoribus, illo versu tragicō: Cur fugis fratrem? scit ipse. Hunc colorem secutus Syriacus Vallius, durum sensum videbatur non dure posuisse in narratione sic: Infelicissimam ambo, & tristissimam egimus vitam: excepto quod alter alterum egen tem vidimus. Aequa efficaciter videbatur odium expressissime fraternum, hac sententia: Vos Iudices audite, quam valde egerim: fratrem rogaui. Hanc partem memini apud Caesium declamari ab Alfio Flavo, ad quem audiendum me fama perduxerat: qui cum praetextatus esset, tanta opinionis fuit, vt P. Romano puer eloquentia notus esset. Semper de illius ingenio Caesius & praedicauit, & timuit. Aiebat tam immature magnum ingenium non esse vitale: fed tanto concursu hominum audiebatur, vt raro post illum auderet Caesius dicere. Ipse omnia mala faciebat ingenio suo: naturalis tamen illa vis eminebat: quae post multos annos tametsi desidiosa obruta, & carminibus eneruata, vigorem tamen suum tenuit. Semper autem eloquentia eius commendabat aliqua res extra eloquentiam. In pueri lenocinium erat ingenij aetas, in iuvene desidia. Hic cum declamaret partem abdicantis, hanc summis dixit clamoribus sententiam. [Alfi. Quis es tu, qui de facto fratrum sententiam feras? Ille tunc peccauit: tu nunc peccas. ad te arbitrum odia nostra non mittimus: indices habemus deos. Et illam sententiam: Audiuius fratrum fabulosa certamina, & incredibilia, ni si nos fuissimus: impias epulas, detestabili parricidio furum diem. Hoc uno modo iste frater a fratre ali meruit. Quam innocenter me contra parricidium vindico? filium illi suum reddo. Caesius hunc colorem tam strictum non probauit, sed dixit temperandum esse: & ipse hoc colore vltus est, quem statim à principio induxit. Miratur aliquis, quod cum duo grauissimam acceperimus iniuriam, ego & filius, ego solus irascor: non est quod quisquam miretur, iam filio satisfactum est. Debui me rogare, vt ipse praestarem: debui illum ad me perducere: debui reconciliacionem tentare, non famam pietatis ex nostra captare discordia. Fortasse ego cum egerem, fratrem rogasse, si tu non fuisses, fortasse ille me rogasset, si tu non fuisses, poterat nobis conuenire, si non fuerit in medio, quem potius miseris contumaces rogent. [Hermagoras in hac controuersia transit à prooemio in narrationem eleganter, rarissimo quidem genere, vt in eadem re transitus esset, sententia esset, schema esset, sed vt Latroni placebat, schema quod vulneret, non quod irritaberet.

EVCTEMON leuis declamator, sed dulcis, dixit noue & amabiliter illum aequa ab omnibus vexatum sensum, quo reconciliatio fratrum tentatur.

Sacerdos prostituta. Controuersia II.

LEX. Sacerdos casta & castis, pura & puris sit. **Thema.** Quaedam virgo a piratis capta: venit: semper à lenone, & prostituta est. Venientes ad se exorabat stipem. multe qui ad se venerat, cum exorare non posset, colluctantem & vim inferentem occidunt, accusata, & absoluta remissa ad tuos est: petit sacerdotium. Contradicitur. [Contra puellam Porci Latronis. Sacerdos nostra adhuc in lupanari viveret, nisi hominem occidisset. Inter barbaros quid, passa sit, nescio: quid pati potuerit, scio. Sacerdoti ne purus quidem contigit dominus. Absint ex hoc foro lenones, absint meretrices: ne quid parum sanctum occurrit, dum sacerdos legitur. si nihil aliud, certe osculatus est te, quisquis putat pitabat. O egregium pudicitiae patrocinium: nihil item occidi. At hercules lenonem non occidisti. Deducta es in lupanar, acceperisti locum, pretium: cōstitutum est, titulus, inscriptus es: hactenus in te inquit potest. Ceterum nescio: quid cellulæ & obscenæ leculæ voces. De pudicitia sacerdotis hic quaeritur. Nemo, inquit, nisi virginitatem stipuit. Sed omnes quasi erupit, & sed omnes quasi erupissent, recesserunt. Quo milii sacerdotem, cuius precaria est castitas: cum ex illo lupanari cruenta fugeres, si qua tibi occurrit. [Si mater tua profisit, ubi noceret: propter te liberis quis sacerdotium non daretur. [Fulni Sparsi. Quid inclusa feceris, nec querere debemus, nec scire possumus. [Cornelij Hispani. Occidisti hominem, quid respondes? vim afferebat mihi. [Puto sacerdoti pro libertate vota facienda sunt: captivas mandabit? Pro militibus vota facienda sunt: isti mandabit?

Oo Id

Idenit debeat, vt tempa recipent, quas aut carcer, aut lupanar eicit. [Maryllij]. Ut sciamus illa apud lenonem fuisse, blanda est; vt sciamus apud piratas, cruenta est. Nemo, inquit, me attigit. domi lenonis rationes capture conueniet. Age, si quis venit pertinax: age, si quis hoc ipsum cōcupiuit quod virgo eras: age, si quis, ne negare posset, ferrū appulit. [P. Vinicij]. Eam sacerdotem facite, quae aut honeste maneat, quod semper fuit: aut poenam sentiat, si esse desierit. Cuus audacia es pueria? etiam si nobis non timeremus, tu tibi metuere deberes. Alter deorum numini subiecta vniuersusque conscientia est, alter nostra aestimatione. Nos tantum quae feceras palam, vidimus; illi, etiam quae secreta sunt. Indignam sacerdotio dicere, si transiles per lupanar. Procedente hac licet submouebit: huic praetor via cederet: sumum imperium cōsules cedent tibi. Quaecunque meretrix prostrata fuit, fugiet. Fas sacerdoti non es, ancillam tibi similem habere, fieri te sacerdotem fas erit: Nam quod ad sortem pertinet, ne reliquae virginis contaminarentur, haec segregata est. Castam te putas, quia inuisa meretrix es. Nuda in liture stetit ad fastidium emptoris: omnes partes corporis & inspectae & contrectatae sunt. Vultis actionis exitum audire? Vendit pirata, emit leno, excipitur nihil. eo deducta es, vbi tu aliud honestius nihil facere potuisti quā mori. quae stipem rogasti, sacerdotium rogas? Fortuna, inquit, hoc me cogit pati: misereri debent omnes mei. Et ego misereor tui, puella: sed non facimus miserandas sacerdotes: non est apud nos maximus honor, ultimorum malorum solatum. [Mentonis]. Honorem habitum autibus maiestatisque velim vestrae, quod necesse est in hac causa nominare lupanar, lenonem, meretricios quae stutus, homicidium. Quis credit? Inter haec sacerdos quaeritur. At mehercules futurae sacerdoti nihil ex his audiendum erat. Sacerdotis vestrae summa notitia est, quod prostitit: summa virtus, quod occidit: summa felicitas, quod absoluta est. Non potest in ea sperari sacerdos, in qua sperari meretrix potest. Alijs oculis virginem aēstimat, alijs pontifex. [Blandi]. Virgo sum, inquit, interroga, si dubitas, archipiratam: interrogas gladiatore, si rogatus virginitati pepercit. Non refello, dum scias clausa esse testibus suis tempa. In auctione nemo vouluit liceri, ut enotuit, seruissse piratis: non videbatur iste virginis uultus, ista constanza, & ne armatum quidem timens audacia. [Arellij Fuscij patris]. Ne metuas puella, pudica es: fed sic te vir lauda, non tēplo. Meretrix vocata es, in cōmuni loco stetisti, superpositus est cellae tuae titulus, ueniētes receperisti. Cetera, etiam si in cōmuni loco essem, tamen portius tacerem. [Pompeij Silonis]. Excipitur meretricum osculis. Docetur blanditas, & in omnem motu corporis confringitur. Auertite aures petiturae sacerdotiū, dū reliqua narro, nihil ad vos deferā, dubiū, nihil audieris, nisi quod vicina ciuitas vidi. Tu sacerdos? quid si tantū capta? quid si tantū prostituta? quid si tantū homicida? quid si tantū rea fuisse? [Romani Hispanis]. Nunquid hoc negas, colluctatā te tamen cū uiro? quem in illa uoluntate necesse est prius super te fuisse. [Adiiciebat Zeno, merito occisum militem. Plus ausum, quā in prostitutā licebat. Exorasti populum. Nunquid & lenonem? nunquid & piratam illum, quem non poteras occidere? [Argentarij]. Armatum, inquit, occidi. Quid inermis gloriatur homicidio eius, quem nescio an sero occiderit? [Caefiij Pij narratio]. Ita domi custodita est, vt rapi posset: ita cara fuit suis, vt rapta non redimeretur: ita raptæ pepercere piratae, vt lenoni vendetur. Sic emit leno, ut prostituerit. Sic uenientes deprecata est ut ferro opus esset. Coniectum in urnam nomen eius non exiit, sed cieatum est: tempus erat nos fortiri: urna purgata est. Stetisti puella in lupanari, ut nemo te uiolauerit, locus ipse uiolauit. Steristi cum meretricibus, stetisti sic ornata, ut populo placere posset, ea ueste quam leno dederat. Nomen tuum pendit in fronte. Pretia stupri accepisti: & manus, quae dijs datura erat sacra, capturas tulit. cum deprecareris intrantis amplexus, ut omnia alia impetraris, osculo rogas. Ancillæ ex lupanaribus sacerdoti non emuntur: coram sacerdoti obsoenis homines abstinent. Non sine causa sacerdoti licet appetere, occurrenti tibi meretricē submouisset. Nō est credibile, tēperasse à libidine piratas, omni crudelitate efferatos, quibus omne fas nefasque lufus est, simul terras & maria latrocinateis, quibus in aliena impietas per arma est: iam ipsa fronte crudeles, & humano sanguine affuetos, praeferentes ante se vincula & catenas, grana captis onera. Astupis removere potuisti, quibus inter tot tanto maiora scelerâ, virginem stuprare, innocetia est; Sed lupanar except omnes: fōrdida iniuriosaque turbā huc instet: nec quisquam eo vt iudicet, venit. At omnes fauere fabulis tuis: at omnibus perfusum est. Nemō in tanta euānūm redeuntiumque turba inuentus est, qui fortunæ tuae veller illudere? Ergo tu cūm tam innocentia dicis, ista palla es, credis deos esse? Nihil, inquit, palla sum, hoc sati est nupturæ, sacerdoti partum. Vbi adhuc fuisti? discede, ignora es: discede, nūm nota es. [P. Aspernatis]. Contradicō, non inimicii tuis cuiusquam impulsus. Quod enim odium, quae inimicitiae cuiusquam esse possunt, quām hemi cūm suorum norat antequam prostituit? Mouet me respectus omnium virginum, de quibus hodie grauis fertur: sententia, si in ciuitate nulla inueniri potest, neque meretrix castior, neque homicida putior. Piratae te inuiolatam seruauerunt? à sacerdore se non abstinuissest pirata, leno, māngō. De sacerdotis pudicitia, his sponoribus credendū est? faciūsti in piratae myōparone. Contrictata es alicuius osculo, alicuius amplexu. An melius pirata seruauit? quām pater? conversata est diutius inter humano languine delibutus: inde est profecto quod potest hominem occidere. Proclama ingenuam esse te: quid expectas? cum in lupanar veneris, iam tibi omnia tempa praeclusa sunt. Conseruarum oculis inquinatur, inter ebitorum coniuuarum iocos iactatur, modo in puerilem, modo in muliebrem habitum composta. Istinc ne patri quidem redimenda es. Nulla satis pudica es, de qua quaeritur. Non

Nō legerem te sacerdotem, etiam si sacerdoti seruilles. Virginem esse sacerdotem nostram, cui credimus: meretrici, lenoni, piratis: haec enim testimonia summa est. Castigationem ex pontificis maximi arbitrio meruerat sacerdos, si te e lupanari redemisset. Conuenit omnis libidinosorum turba, & concurrit ad meretricem nouam. Illud certe fateberis, pudicitia tua precaria est. Tot intrauerunt cellam tuam gladiatores, tot iuuenes ebrij, & omnes ante militem inermes. Ego illam dico prostitisse: illa se dicit etiam mendicasse. Pudicitiam sacerdotis meae etiam carnifici debo. [Iunij Gallionis]. Ambitio sa lex est, ad sacerdotium notae non sanctitatis tantum, sed felicitatis admittit. Inquirit in mores, in corpus, in vitam. Vide tu, quemadmodum tam morosae legi satisfacias. Capta es à piratis, inter seruos, inter homicidas, in illos myoparonis angustijs spatiata es. Viderimus quid in te audere potuerit feritas hostium, libido barbarorum, licentia dominorum. Certum habeo, iudices, cum hanc feritatem barbarorum audiatis, fauetis illi, vt quā primū mutet feritatem. Sic istam seruauerūt piratae, quemadmodum qui lenoni esſent vendituri. Stare in illo ordine, ex eadem vesci mensa, in eo loco viuere, in quo etiam si non patiaris stuprum, videas. Aliquis fortalle inuentus est, quem hoc ipsum irritaret, quod rogabas. Ipse autem leno percipit? Ignoramus istos: quibus vel hoc in eiusmodi quaestu praecipue placet, quod illibatam virginitatem decerpunt. Seruavit te leno, quam prostituturus erat in libidinem populitatem. Sic leno tanquam nos castam & castis. Omnes, inquit, exorauit. Si quis dubitat, an meretrix esset, audiat quām blanda sit. Haesisti in complexu: osculo palla es ut felicissima fueris: pro pudicitia impudice rogasti. Quid faciam mulieri in crimina sua defilienti? Cum dico, Vim palla es: Occidi, inquit, cum dico, Hominem occidisti: Inferebat, inquit, vim. Sacerdos nostra stuprum homicidio, homicidium stupro defendit.

DIVISIO. Latro in has quaestiones diuinit: An per legem sacerdos fieri non possit: & si lex illi non obstat, tamen sacerdotio indigna sit. An lege prohibetur, in haec duo diuinit: An casta sit, an pura sit. An casta sit, in haec diuinit: Vtrum castitas tantum ad virginitatem referatur, an ad omnium turpium obsecnarumque rerum aestimationem. Puta enim virginem quidem esse te, sed contrectatam oculis omnium: etiam si citra stuprum cum viris volutatam. Es casta talis, qualis videri potest, cui lex nocere vult. Matrem quoque incestam esse, si ad virginitatem tantum referatur castitas. An haec virgo sit, aiebat Apollodorus quidem placere, si fixa esset, haereat & tutu: sed hic non repugnare controuersiam huic suspicioni. Non enim potitur adhuc virgine: & multa sunt propter quod credibile sit non esse. illud adjictebat: Denique etiam si non effecero, vt credant iudices non esse virginem, consequar tamen vt non putent dignam sacerdotio, de qua dubitari potest, an virgo sit. An pura sit, in haec diuinit: An etiam si merito occidit hominem, pura tamen non sit homicidio coquinata: deinde, An merito occidit hominem innocentem, vt corpore prostituō volentem. Absoluta est, ostendit non puram se esse, sed tutam. An idonea sit, in tractationes quas quisque vult diuinit: An idonea sit tam infelix vt caperetur, vt vaineret lenoni potissimum, vt prostitueretur, occidere hominem cogeretur, vt causam diceret. [Caefijs] etiam altius petit, & obicit, quod tam vilis suis fuisse, ut non redimeretur. [Silo Pompeius] dum praeceptum sequitur, quo iubemur, ut quoties possumus de omnibus legis ierbis controuersiam faciamus, illam questionem mouit, Casta e castis: Lex, inquit, de castis cum dicit, hoc non tantum ad parentes refert, sed ad omnes quib. cum uestari est uirgo. Non enim adjictebat, E castis parentibus: sed, E castis, vult illos a quibus virgo venit, castos esse. Intelligo, inquit, sub hoc verbo multa. Castis cum dicit penitus, tu ex incestis venis: intelligo castis disciplinis, tu ex obsecnismis venis. quid enim didicisti? & quaecunque hoc loco dici poterant. Idem & in illa parte fecit, Pura e puris. [Hispo Romanus] accusatoris vsus pugnacitate, negauit puram esse, non ad eam hoc referens, sed ad corpus: tractauit impuram esse, quae osculum impuris dederit, quae cibum cum impuris ceperit. [Albutius] figuram diuinit in controuersiam. Dixit enim: Putemus tres sacerdotium petere, nam, quae capta est: alteram, quae prostituta: tertiam, quae hominem occidit. Omnibus nego: & sic causam contra singulas egit. [Fuscus Arellius] sic diuinit. Probabo indignum sacerdotio: primum, etiam si pudica sit, deinde, quia nescimus an pudica sit: nouissime, quod non sit pudica.

FVSCVS pro puella colorem hunc introduxit. Voluerunt Dij immortales in hac puella vires suas ostendere, vt appareret, quām nulla vis humana diuinis resisteret: magis putauerūt miraculo esse in capitua libertatem, in prostituta pudicitia, in accusata innocentiam. [Latro] dixit: Aliqua capta felicior fuit, nulla fortior. Maryllus cū descripsit signationem puellæ magnam fuisse, altius quiddam superbiusque vultu ipso praeferente, hanc adiecit sententiam, quam solebat mirari Latro, immo (vt ipse aiebat) exosculari: Narrate sane omnes tanquam ad prostitutam venisse, dum tanquam à sacerdote discellerint. [Albus] dixit: Nescio quis fero & violento animo venit, ipsi credo dijs illum impellentib. vt futuræ sacerdotis non violaret castitatem, sed videret: praeedit illi, abstineret a sacro corpore manum. Non est quod audeas laedere pudicitiam, quam homines seruant, dij expectant. Cruenta & in perniciem cruentia tuam haec, inquit, arma, quae nescis tenere pro pudicitia: & raptum gladium in peccus piratae sui tor fit. Hoc factum eius nō lateret, eisdem Dij immortalib. fuit curae. Accusator eius inuenetus est, qui iudici eius in foro testimonium redderet. Nemo credebat occisum virū à femina, iuuenē à puella, armatū ab intermis: maiora videbatur, quām vt possent credi sine Deorū immortalib. auxilio gesta. [Caefijs] timuit se in narrationē demittere, sed illā transcurrit: hoc dixit in sacerdote futura maxime debere aēstimari, pudicitia, innocentia, felicitate, quām pudica sit, miles ostendit, quām innocens, iudex, quām felix, redditus.

Etiam habemus quandam praerogatiā sacerdoti ab ipso numine datam, licet isti obijciant illi fuisse captiuam, lenoni postea seruisse, causam nouissime dixisse: inter tot pericula non seruassent illam Dij, nisi sibi seruaturi fuissent. [Argentarius] illud in narratione dixit. Accusator in hoc maxime premebat ream, aiebat occisum esse intra verba, ante quam vim afferret. [Silo Pompeius] hac figura narravit: Eam vobis sacerdotem promitto, quam incestam nulla facere possit fortuna. Potest aliquid seruitus cogere: seruui & barbaris & piratis: in uiolata apud illos mansit. Potest aliquam corrumpere prolapsi in vitia saeculi praua: etiam matronarum notum in libidine magisterium, licet illam ponatis in lupanari, & per hoc illi intactam pudicitiam effere contigit, sicut in loco turpi, probrofse leno illam profiuit, populus adorant, nemo non plus ad seruandam pudicitiam contulit, quam ad violandam attulerat. Multum potest ad rectum quoque pudici animi propositum: hostis gladio non succubet: immo, si opus fuerit, pudicitiam vindicabit. Incredibilem videor in puella rem promittere, iam praefitit: adolescentē misericordis populi beneficium polluere tentantem gladio repulit. Fuit qui illam accusaret caedis, absoluta est, ne qua vobis posset esse dubitario, quae ventura erat ad sacerdotium, an pura esset, an integra, iā iudicatum est. [Tribarius] dixit: Negat se puella fecisse, negat illum suis manibus cecidisse. Altior, inquit, humana visā est circa me species eminere, & puellares lacertos supra virile robur attollere, quicunque estis Dij immortales, qui pudicitiam ex illo infamī loco cum miraculo voluistis emergere, non ingratiae puellac opem tulistis. Vobis pudicitiam dedicat, quibus debet. [Alterius] partis color nihil habet difficultatis, dicendum est in puellam vehementer, non sordide, nec obsceno. Sordide Basilius, qui dixit: Extra portam istam virginem, & ostende istam aeruginosam manum. Vibius Rufus, qui dixit: Redoles ad huc fuliginem fornicis. Obscene, quemadmodum Murrheus rhetor, qui dixit: Vnde scimus, an cum venientibus, pro nigrinitate, alio libidinis genere deciderit? Hoc genus sensus memini quandam praetoriorum dicere, cum declamaret controuersiam de illa quae egit cum uiro malae tractationis, quod virgo esset, & damnauit: postea petiit sacerdotium. Nonimus, inquit, istam maritorum abstinentiam, qui etiam si primam virginibus timidis remiserit noctem, vicinis tamen locis ludunt. Audiebat illum Scaurus, non tantum discretissimus homo, sed uenustissimus, qui nullius unquam impunitam stultitiam transire pafsus est, statim Ouidianum illud,

Dum timet alterius vulnus: inepta loci.

& ille excidit, nec ultra dixit. Hoc autem virium aiebat Scaurus à Graecis declamatoribus tractum, qui nihil non & permiserint sibi, & penetrauerint. Hybreas inquit, cum diceret controuersiam de illo, qui tribada deprehenderat & occiderat, describerib coepit mariti affectum, in quo non deberet exigi in honesta inquisito. Grandus Asianus aequae declamator cum diceret in eadem controuersia: Num ideo occidi adulteros non paternent, dixit. in hac controuersia de sacerdote, non minus obscene dixit Murrheus. Fortasse dum repellit libidinem, manib. excepit. Longe recendendum ab omni obsceneitate & verborum & sensuum quaedam satius est caufae detimento tacere, quam verecundiae. Vibius Rufus videbatur quotidianiis verbis visus non male dixisse. Ista sacerdos quantū mihi abstulit, †

Incesta de saxo. Controuersia III.

LEX. Incesta de saxo deiiciatur. Thēma. Incesti damnata, ante quam deiiceretur de saxo inuocauit Vestam. vixit deiecta, repetitur ad poenam. Contra Incestam. Latronis. Hoc expectatis, vt capite demissi verecundia se ipsa ante quam impellere tur, deiicerit id deerat, vt modestior esset in saxo, quam in sacro fuerat, constituit, & circumlati in frequentiam oculis, sanctissimum numen quasi parum uiolasset inter alaria, coepit in ipso quo vindicabatur violare supplicio. Hoc alterum damnatae incestum fuit. damnata est, quia incesta erat: deiecta est, quia damnata erat: repetenda est, quia & incesta & damnata & deiecta est. Dubitari potest, quin vsque eo deiicienda sit, donec efficiatur propter quod deiecta est? Patrocinium suum vocat pereundi infelicitatem. Quid tibi importuna mulier imprecet, nisi ut nec bis quidem deiecta pereas? Veniet ad colendum Romani imperij pignus, etiam si non stupro, at certe carnificis manus incesta. Inuocauit, inquit, deos, statua in illo saxo deos nominasti: & miraris, si iterum te deiici volunt? si nihil aliud, in loco incestarum steristi. [Caesius] Pyj narratio. Quid agam? exponam quando stuprū commisisti: cum quo? quibus cōscis? Ita quia probapi, damnata est, quid postea accessit, quod illam virginem faceret? quod iacuit in carcere? quod ducta est ad saxum? quod inde proiecta? ait se innocentē, quia perire non potuit. Ita lex de sacerdotum iure, in iudicio quaeri voluit, de iudicibus in supplicio? ampliatur a iudicibus in poenam, postulat, vt, cum contra poenam causa tutta non fuerit, contra causam tutam poena sit. Non putas legem cauisse ut perires: quae cauit, quemadmodum perires? Exoremus te mulier, vt iterum absoluaris. Aut tu sacerdotium violasti, aut dij sacerdotem. Male de dijs existimas, si sacerdoti suae tam vero succurrunt, lata est sententia: pronuntiatum est: damnata es. Interrogo te hoc loco mulier: responde mihi. Sunt dij? [Arelly Fusi] patris. Iterum experiamur: Quid times proprios deos? Erat, inquit, praeruptus locus, & immensae altitudinis, dicebam tibi, Incestam lex mori voluit. stat moles abscisā in profundū, frequentibus exasperata saxis, quae aut elidant corpus, aut de integro grauius impellant: inhorrent scopulis enascentibus latera, & immensae altitudinis tristis aspectus, electus potissimum locus, ne dānatī saepius deiiciantur. [Fulvij Sparsi] A superis deiecta, ab inferis non recepta, in cuius poenā faxum

faxum extuendum est. [Izajj Bassi] Nihil putabam amplius adiici posse audaciae istius, quam quod in il la cruce Vestam nominauerat. ab ipso enim supplicio in templum vsque revoluta, quicquid secundum deos sanctissimum est, contactu suo polluit: quam a faxo nosquam reuerti fas est, nisi ad laxum. Quanto minus quam in templum resiliuit huc potius venit, ubi damnatur, quam illo vbi absoluuntur. [Albutij Silii] Si quis adhuc dubitat de deiecta, veniat, & si bijpsi credat. Haec impudentia virginis est: in urbe tam beata cum tot superent virgines, cum tot principiū filiae sint, postulat, vt praeteritis his propemodum ab inferis eruatis sacerdotem. Quare ergo si incesta sum, viuo in escio: hoc vnum scio, nec fieri quod non potest, nec portentum esse quod potest. Absit, nefas est, vt id laxum absoluat, quod tantum damnatos accipit. [Argentarius] narratio. Paene Iudices narrare coepi, qualis esset rea. sed quid esficiam, cum illam incepit. probauit, nempe vt de saxo deiiciēda videatur, iam visā est. Non imitabor istius impudentiam, vt repetendo iudicium, quod factum est improbaſe videat, quod exigebatur, probauit: quod iudicantis, exequor. [Cornelij Hispani] Deos deasque inuoco, quos priore iudicio non frustra inuocauit. incesta quam tardissime pereat, inuocauit, inquit, numina. Quid inuocas mulier? Si innocens es, dij non sunt. Videat quantum sacerdos peccauerit, quae nec absolui potuit, nec mori. Aut tu sacerdotium violasti, aut nos sacerdotem. Erras si latit ad sacerdotium putas, perire non posse. [Romani Hispanis] Ab Tarbeia ad Vestā, cuius vittam carnifex rupit, à templo ad saxum, à saxo ad templum, hic pudicae sacerdotis inter supplicia & vota discursus est, inter superos inferos iactata, in nouam poenam reuixisti. [Pompeij Silonis] narratio. Quod ad rerum expositionem pertinet, Iudices, non committam vt deorum immortalium vltio nem morer. incesta faxo deiiciatur, lege damnata est, habetis iudicium, deiecta est, habetis exemplum. [Vibij Galli] narratio, breuis expositio rerum est. Aduersariam incesti postulauit, accusauit, damnauit, carnicidi tradidi: permittitis iam abeam? Accusator recedē eamus ad absolutionem tuam, ita Dij damnatam absoluere maluere, quam sacerdotem: sero innocentiam damnata concipiſti, vitam deiecta.

ALTER pars. Silli Sparsi. Damnata deiecta est, absoluta descendit. [Arelly Fusi] patris. Putares pullam demitti, non cadere. [Caesius] Pyj. Nullam habebat gratiam, in templo dixerat, ita que tantum Deos inuocabat. Lex sacerdotem non vsque ad laxum diffireret, nisi expectaret Deorum sententiam. [Cornelius Hispanus] descriptis altitudinem montis, etiam secure despicientibus horredam, & adiecit: Carnifex quoque recedens impellit, nihil fecit tanquam rea: contrumax est innocentia, turpe putabat sacerdos rogarē, nisi Deos. Marylli. Mirandum est, si oppressa est virgo sine gratia, cuius enim genibus submisit, manus quem deprecata est? quae tarde rogauit etiam Deos?

DIVISIO. Latro in has quaestiones diuisi: Vtrum lex de incesta tantum sit, quae deiiciatur? nec peccat: an etiam damnata, si innoçens post damnationem apparuit, deiici non debet: An haec innocens sit, An haec deorum adiutorio seruata sit. Caesius & illa subiunxit huic vltimae quaestioni, An dij immortales humanarum rerum curam agant. Et si agunt, an singulorum agant. Si singulorum agant, an huius egerint. Improbabat Albucus quod haec non tanquam particulas incurrentes in quaestione tractasset sed tanquam problemata. [Praetextatus] Fuscus Arellius pater sic diuisi: Vtrum incestas poena sit deiici, an perire: vtrum prouidentia deorum, an causa seruata sit. Si voluntate deorum seruata sit, an ipso vir crudelius perire.

COLOR. Hic color fere sententij quas proposui, permixtus est. Quid tamen Caesius senserit, indi- cabō. Contra sacerdotem qui dixerunt, videri Deos infestos illi, in hoc eam seruasse, vt diutius torqueretur, aiebat Caesius, malle se casu videri factum, quam Deorum voluntate. nam si semel illos interuenire huic rei fateremur, manifestius erit in poena seruatam esse sacerdotem, quam in poenam aetiam: quae non probabat ille. [Tribarius] Remissam tibi poenam putas: ampliata est, & ipsa inquit ampliatio, quae apud iudices fieri solet: & verbum in sententia positum, non est damnantis, sed dubitatis. Declamauerat apud illum hanc ipsam controuersiam Varus Quintilius, tunc Germanici gener, vt praetextatus. cum descripsisset circumstantem turbam dolentem quod tam oculis poena subduceretur, dixit: Exaudierunt Dij immortales populi uota. Incestam, ne cito praecipit supplicium transcurreret, reuocauerunt. Caesius multa contumeliose dixit in ipsam sententiam. Sic, inquit, quomodo quadrigas, reuocauerunt: nam & ante posuisti similitudinem, quia & haec de carcere exierat. Cum multa dixisset, nouissime adiecit rem, quam omnes improbabimus. Ita negligenter pater tuus exercitum perdidit. filium obiurgabat, patri male ledixit. [Praetor Aetius] hanc controuersiam apud Caesium iam senatus dixit, & hunc colorem optimū putauit: Sic beneficis corpus induruit, vt salsa reuocaberet. Multum Caesius hanc corripuit, & dixit: Hoc est, quare ego auditores meos in uitium ad alios audiendos ire: hoc male mihi facit ille, qui aut athleta aut pyctes est. Dicebat autem in Albucium, qui illis diebus dixerat in hac controuersia, durius faxo, & in Bassum Iulium multa, qui dixerat Virgo de sub saxo. Orthonem Iunium patrem memini colorem insulsum inducere, quod minus ferendū est, quod minus libros colorum edidit. Fortasse, inquit, poenae se praeparauit: & ex quo peccare coepit, cadere condidicit. [Silo Pompeius] hunc colorem tentauit. Praestatur, inquit, quaedam damnata sacerdotibus uerecundia, erubuimus quicquam ex damnatae ueste detrahere. [Hispanus] dixit: Ita putaueras una te poena posse defungi, cum in saxo deos nominasses? [Tribarius] indigant uoces descripsit, & dicentium: Quia non potes, non uis mori. [Marylius] dixit: Constituta in faxo inuocauit Deos, publica indignatio exorta est, audet ista nominare Deos, audet hoc loco? Quid autem habet iam quod illos roget, nisi bonam mortem? [Diocles Caryllus] dixit. †

LEX. Adulterum cum adultera qui deprehenderit, dum vtrunque corpus interficiat, sine fraude sit.
Altera. Liceat adulterium in matre & filia vindicare. **T**hema. Vi fortis in bello manus perdidit: deprehendit adulterum cum vxore, ex qua filium adolescentem habebat: imperavit filio ut occideret. Non occidit: adulter effugit: abdicat filium. **C**ontra **f**ilium. **P**orcij **L**atronis. Adulteros meos tantum excitaui. me miserum. quondam iacuerunt, postquam deprehenderam? Ego te non abdicem, quem possem occidere? O acerbam mihi virtutis meæ recordationem. O tristem victoria memoriam. Ille onustus modo hostilibus spolijs vir militaris, adulteris meis tantum maledixi: solus ego ex omnibus maritis nec dimisi adulteros, nec occidi. Quid rideris? inquam quod non habeo manus? voco filium. Tu viri fortis filius, qui stringere ferrum non potes? ne truncus quidem capi potui, nisi domi, vtcunque tamen potui, oblatu-
 status sum, & truncum corpus opposui. Exierunt adulteri, tantum meo sanguine cruentum. [**C**ornelij **H**ispani. O dignum, cui aut pudica contingat vxor, aut impudica, dum armatus est. Te respublica inuoco, quae manus meas possides: quis non potet aut me sine filio fuisse, aut filium sine manibus? **C**aefij **P**ij. Conceptus est iste: ex quo sciemus, cum adulteros deprehendero. Nunquam putau futurum salua republi-
 blica, ut vir fortis sentire se manus perdisse. [**M**aryllij. Adulteros meos usque ad limen prosecutus sum. cucurci miser ad ferrum, quasi manus haberem. [**T**riarij. Deciderunt arma cum manib, tunc pri-
 mum sensi me manus perdisse.

Dij boni, & has manus aliquis derisit? [**A**spernatis Arcessitus ut occideret adulteros, venit ut dimit-
 teret. Ita ego manus etiam pro adulteris perdidi. steti deprehensus ab adulteris meis. Patris desertor, ma-
 tris leno, quem puto iam creditus non esse filium viri fortis, tertius in cubiculo derisor stetit. [**F**ulvij
Sparsi. In bello suas, in domo etiam filii manus perdisit. Processit in bellum hic vnu omnium adolescentium filii vicarius, in acie vicit, domi captus est. portat inter spolia viri fortis voluntates adulteros. Adolescentis, venit tempus militiae tue. indignare si deceptus es. tam frustra ad filium quam ad gladium
 cucurrit. ridebant adulteri truncas viri fortis manus, circa sua arma labentis. **A**rgentarij. Ante patriæ quam patri negavit manus, libenter causam eius suscepit. Quis enim illum non vindicet? quid hoc infelicitus, quem adulteri tunc riserunt, cum deberent mori? Vir fortis in ciuitate truncus, integros adulteros spectat. [**I**ulij **B**assi. Non est quod putes puniri illum: ad suos dimititur, inquam, ad matrem suam: nescio an & ad patrem. Meruit hereditatem illius, quem occidere parricidium putauit. Nulli vnuquam plus debuitis viro forti usque eo pro vobis pugnauit, ut pro se non posset. Adolescentes, quos dimisisti, sequere.

PARS altera. **V**ibij Galli. Matrem, inquit, non occidisti, quem minus hoc crimine perdere debui-
 quam patrem? Pater occidere iussit: lex vetat. non comparassem patri legem, nisi cum illa lex fuisset. adul-
 terum putau parricidium, matrem coram patre occidere. [**A**rellij **F**usci patris. O misera pietas. Inter
 quae parentum vota constitisti. Non semper scelerata nostri iuris sunt. & truces quoque animos miseri-
 cors natura debilitat.

DIV. **S**IO. Latro hac usus est diuisione: An licuerit filio? An vindicare oportuerit? An si licuit, & opor-
 tuit, ignoscendum sit illi, si non potuit, indulgentia repugnante. An licuerit, in illa diuisit? An tunc liceat
 adulterium filio vindicare, cum maritus non est? An tunc liceat, vbi maritus in eo loco est, quasi omnino non cesset. An oportuerit, tractationis quidem est, quam ut quisque vult variat. Latro tamen sic ordinauit. Oportuit, etiam si pater non iuberet, occidere adulteram, viri fortis vxorem oportuit, iubente pa-
 tre, etiam si ipse posset occidere. oportuit, cum & iuberet, & ipse non posset. Noui declamatores illam
 quaestionem tentauerunt ex verbo legis natam. Adulterum cum adultera qui deprehendit, dum vtrunque
 corpus interficiat, sine fraude sit, an nemo possit occidere, nisi qui deprehenderit. Tentauerunt & il-
 lam, an non possit abdicari filius, ob id quod illi facere salua lega non licuit.

COLOR. Color pro adolescenti vnu ab omnibus qui declamauerunt introductus est: Non potui
 occidere: ex illa Ciceronis sententia tractus, quam in simili controuersia dixit, cum abdicaretur is, qui
 adulteram matrem occidendam acceperat, & dimiserat terrore. [**L**atro descriptus stuporem totius cor-
 poris, in tanto inopinati flagitijs (pectaculo: & dixit: Pater, tibi manus desuerunt, mihi omnia. sed
 cum oculorum caliginem, animi defctionem, membrorum omnium tortionem descriptis, adiecit:
 Antequam ad me redeo, exierunt. [**G**orgias inepito colore, sed dulci. **P**ammenes ex bonis declama-
 toribus dixit. **G**orgiae gregie dixit. **F**uscus Arellius dixit: Maius erat
 scelus quod imperabas, quam quod deprehenderas. [**A**lbuius non narrauit, sed hoc colore egit ab
 initio vltque ad finem: Ego me defendere debeo: si quid mihi obiectum erit, aut negabo, aut excusabo. Si
 quid exegeris maius viribus meis, dicam, Ignosce, non possum. Ignoscit filio pater navigationem, excu-
 santi, se non ferre mare: ignoscit non sequenti castra, si non potest, quamvis pater ipse militaris sit. Non
 possum occidere. Agedum ipsam legem recita: Liceat & marito, liceat & patri. Quare tam multos nomi-
 nat, nisi quod putat aliquos esse qui nos possint: Et in descriptione dixit: Cum me vocauit pater, hoc in-
 quam, putauit supplicium furorum morte grauius, si adulteram filio ostenderet. Et illud dixit: Exierunt
 adulteri inter patrem debilem & filium stupenter. [**S**ilo **P**ompeius. hoc colore narrauit. Non putau mihi
 licere. **B**landus hoc colore. Vtrimeque filii nomen audio: pater rem petit iustiorum, mater faciliorum. Et
 illud

illud post descriptionem adiecit. Fatebor vobis, parricidium coram patre facere non potui. [**C**aefius
 hoc colore egit: Profiluit, inquit, protinus mater, & amplexu suo manus meas alligauit. Ago confusione
 meae gratias, quod nihil in illo cubiculo vidi, nisi patrem & matrem. Pater rogabat, vt occiderem: matre,
 vt viueret, Pater, ne nocens impunita esset: matre, vt ego innocens essem. Pater recitabat legem de adul-
 teris, mater de parricidio. Et ultimam sententiam dixit: Occidere matrem si turpe est noluissé, non potui.
 [**A**rgentarius dixit: Non est quod me ex hoc habitu aetsi metis, quod manus habeo: tunc non habui. Et
 illud dixit. Dat poenas tibi, perdidit virum, perdidit filium, aegrotanti non assidebo, egentem non alam.
 omnia mihi libera sunt, iam vitam illi non debeo.

EX altera parte multa sunt pulcherrime dicta: sed nescio an Graecis nostris cesturi sint. In hac contro-
 uersia dixit **A**mas: † Habet aliquid corrupti haec sententia. [**L**atro dixit: Quantu ego tunc questus sum
 cum fortuna mea, quod non & oculos perdidisse. **S**ilo **P**ompeius dixit, Fili, aut oculos erue, aut manus
 commoda. Omnes aliquid belli dixerunt, illo loco quo deprehensi sunt adulteri dimissi. **L**atro dixit: Ad-
 adulteros meos tantum excitaui. **F**uscus **A**rellius dixit innuile nuntiae, frigidius dixit contrariam illi sen-
 tentiam: Adulteros interueni meo ne excitaui quidem. **V**ibius **R**ufus dixit: Adulteri marito non assurre-
 xerunt. [**P**ompeius dixit: Adolescentis, denique adulteros excita: postquam tu venisti, securius iacent. [**L**atro
 dixit: Erratis, qui me putatis manus non habere: filium vocau: vt intravit, ab adultero salutatus est.
Fuscus dixit: Fili, tuam fidem, ostende, te integrum, manus me non perdisse, controuersiam mihi de te fa-
 cit adulter, veni, vtrius filius sis, indica. [**P**unitius & pulchre dixit, & noue, sumpit ab omnibus bene di-
 cta. Irupi in cubiculum adulterorum: quid mentiar miser? aperto cubiculo expectabant adulteri. [**C**aefius
 dixit: Vocau filium, risit adulter, tanquam qui diceret: Meus est. †

[**V**ibius **R**ufus dixit: Quam otiosi, quam securi adulteri transierunt praeter oculos meos, praeter filii manus. [**L**atro cum exentes adulteros de-
 scripsisset adiecit: Adolescentis, parentes tuos sequere. [**N**icetes illam sententiam pulcherrimam, qua nescio an nostros antecesserit, sed illum Albucium qui Graecis praeminet: cum pugnantem in acie se de-
 scripsisset, dixit: Me miserum, quas manus adulter effugit, & illud Albucij. Non potui, inquit, matrem
 occidere, que excusator sis, adjice & patrem. **A**lbucius sic narrauit, vt tanquam filio scientie factum es-
 set adulterium, suspectum quasi conscienti matri sue fecerit. [**P**. **A**spernatis dixit. Exiit nouissime ma-
 ritus, & dedit adulteris locum. Idem dixit: Matrem occidere non potes, adulterum certe occide. An &
 iste pater est? dixerat Nicetes. **M**urrbedius dum hanc sententiam imitari vult, stultissimam dixit: Reliqui in acie pugnaces manus.

Raptor duarum. Controuersia V.

LEX. Raptta raptoris aut mortem, aut indotatas nuptias optet. **T**hema. Vna nocte quidam duas ra-
 puit: altera mortem optat, altera nuptias. **C**ontra **R**aptorem. **P**orcij **L**atronis. Iam se parabat in ter-
 tiam, nisi nox defecisset. Stupri accusatus, stupro defendit. Cum altera litigat raptta, alteram adiuuat.
 Vindicate patres, vindicate fratres, vindicate mariti: fortior disciplinae publicae severitas surget: iam bi-
 nae rapiuntur. [**M**entonis. Postera die erat in huius domo flatus, lamentatio matris spes suas deploratis:
 cum interim ex alia domo alia vociferatio oritur, alius tumultus: coit populus, velut publico metu ex-
 territus: credit duos raptores fuisse. Cum interim producitur publicus pudicitiae hostis, quem vna no-
 cete vnius virginis iniuria non fatigauerat. [**C**aefij **P**ij. Alteram iniuriae rapuit, alteram patrocino. Quan-
 tum suspicor, ne raptta quidem es, quaeris argumentum? non irascitis. quomodo istud fit? duabus iniu-
 riis fecit: vna queritur. Misericors sum, inquit. Gaude, habes qui te vindicet. Vide qualem habitura sis
 virum, non est vna contentus. **A**rgentarius eundem sensum dixit, hoc adiecto. Non est vna contentus, ne
 vna quidem nocte. [**P**ompeij **S**ilonis. At quam bene minimum egit, quomodo raptam se questa est, qua vo-
 ciferatione, quam perbene illi optionem cessimus. [**T**riarij. Perieras raptor, ni bis perire meruisses. [**T**u-
 nj **G**allionis. Sumatur de illo supplicium, constituantur in conspectu publice: caedatur diu: toto die pereat
 qui tota nocte peccauit. Subito fastidiosus raptor occurrit, & ait: Iam nec nuptias volo. Stulta deciperis:
 dicam suis? quid dixerim tibi, idem enim dixi & huic dum te peto, in illam incidi. [**A**rellij **F**usci patris.
 Retro amnes fluant, & sol contrario cursu orbem reuocet: confugiat sacrilegus ad aras, raptorem rappa-
 vindicat.

EX altera parte. Pompeij Silonis. Postero die cum illi narratus esset nocturnus error, dum putat se in
 vnam incidi, hinc priori supplices submisit manus, hanc prius deprecatus est, exorauit, propter hoc
 ipso ista magis raptori irascitur. Altera ex puellis raptorem mori vult, altera seruari reum. Alter iu-
 dex damnat, alter absolvit. Inter dispare sententias mitior vincat. dicam quod sentio: magis irascetur,
 si vnam tantum raptisset: diceret, Ergo ego sola digna visa sum, cui iniuriam faceret? [**A**rgentarij. Refe-
 rat nunc Virginiam, referat Lucretiam: plures tamen Sabinæ sunt. Extrahit potenter est qui interce-
 dit: non est inuidiosa potestas, quae misericordia vincit. Quid celstas puella? pro marito roga. Haec sen-
 tentia deridebatur a Caefio, quasi improba.

DIVISIO. In hac controuersia de prima quaestione nulli cum altero conuenit. **L**atro primam fecit
 quaestionem. Non posse raptorem, qui ab raptâ mori iuslus esset, seruari. Si legatus, inquit, exire debet,
 Oo 4 peribit:

peribit: si militare debet, peribit: si legem dicere debet, peribit. Si raptati ducere debet, aequo peribit. Si is ante te rapuisse, & nuptias optasse, interposito deinde tempore, antequam nubetur, hanc vi-
tiasse: negares illum debere mori, raptam iubente? Atqui nihil interest: nisi quod dignior est raptor
morte, cuius inter duos raptus ne vina quidem nox interest. Si raptam nupississe, deinde post tertium diem
rapuisse aliam, negares illum mori debere? Atqui quid interest? nisi quod honestius tunc maritum de-
fenderes, quam nunc raptorem defendis. Alteram fecit. An raptam, quae nuptias optat, nihil amplius ra-
ptori praestare possit, quam ne sua lege pereat: contra alienam legem nullum ius habeat. Optasti nu-
ptias: non occidetur tanquam raptor tuus. At idem si eadem nocte qua te rapuit, statuonem deferruit, fu-
ste ferierat. Si sacrilegium fecit, occidetur. Licerit tibi dicas; Quid ergo ego non nubam? Tu raptori praes-
tas, ut illum ipsa non occidas: non potes praestare, ne quis occidat. quomodo sacrilegus, quamvis a te
seruatus, perire, sic alterius puellae raptora te seruatus peribit. Si rapuisse te: deinde deprehensus in
adulterio adseruaretur in tormentum diutius pereundi, tu interim educta nuptias optas (datur enim
optio & in absentem) vetares illum occidi à marito? Quid interest, qua lege pereat? nisi quod ho-
nestius alienam legem interpellares quam tuam. Tertiam fecit: Cum quod vtraque optat, fieri non pos-
sit, an ea eligenda sit optio, qua vltio ad vitramque perueniat. Atqui mortem optat mea optio, & te
vindicat: tua me non vindicat. Et hoc tibi mea optio praestat, quod mihi, occiso raptore inuidiam.
Illa respondet: Optio tua me non vindicat. Vindictam tu meam putas, non fieri quod volo, fieri quod
nolo: etiam mihi contumeliosum erit, te dignam videri in cuius honore occidatur: me indignam in cu-
ius honorem seruetur. Isto modo & mea te vindicat. Nempe lex duas poenas scripsit vitia tori: alteram
passuras est, non eris inulta, iam raptor non erit impunitus, habebit poenam, indotatum vxore. Respon-
deret eodem modo. Morietur: sed non mihi. Seruabitur, sed tibi. Quartam fecit quaestione: Si non potest
vtriusque rata esse optio, vtrum dignior sit. Ultimam non quaestione, sed tractationem, nullum non ra-
ptorem impunitum futurum: si haec via impunitatis monstretur, ut qui plures rapuisse, tutor esset. Ne-
minum non inuentur aliquam humilem, quae se in optionem commodaret. [Fuscus Arellius] prima
quaestione hanc fecit: Qui duas rapuit, perire vtrique debet. Lex inquit quae dicit, Raptam raptoris aut
mortem optet, aut nuptias: de eis loquitur, qui singulas rapuerunt, non putauit quenquam futurum, qui
vna nocte duas rapere. Non quero, quid optetis, quod seuerissime optare potestis, occupo, necesse est ra-
ptorem mori. Quare vtrique raptae debet vltio contingere. Vtrumque enim non potes ducere, vtrique mo-
ri potes. Vna pars legis ad hunc raptorem pertinet, in qua mors est, putare. enim vitramque nuptias optas-
se. Quid futurum est? in raptoris matrimonium ambitus erit. Putate illum plures rapuisse quam duas.
quid fieri: una nubet: nuptiae ad vnam pertinebunt, mors ad omnes. Qui duas rapuit, vtrique debet mori.
quare dicam: Quod vult, eligat: aut nuptias optabunt: aut altera mortem, altera nuptias. Si nuptias
optauerint, non poterit fieri quod vtraque voluerit. Vno modo poterit fieri quod vtraque volerit, si vtra-
que mortem optauerit: ergo fiat id, quo vno duae vindicari possunt. Hic tractauit: Ne exemplo quidem
vtile est, non vtrique perire eum qui duas rapuerit, hinc morem pernicioſissimum introduci cunctati, ut
aliquis propter hoc non pereat, quia perire laepius meruit. Reliquam partem controverſiae Fuscus in
haec diuinit: Vtra optio honestior sit, vtra iustior, vtra vtilior. [Caesius] hanc partem controverſiae sic di-
uisit: Vtra puella dignior sit, quae valeat: vtra optio raptor dignior sit. Caesius & cōiecturalia que-
stionem tentauit. An haec cum raptore collaferit, & in hoc raptam sit, ut huic opponeretur. Latro aiebat,
non quicquid spargi possit suspicioſe, de eo etiam dicendum. Colorem hunc esse, non quaestione: eam
quaestione esse, quae impleri argumentis possit. Caesius aiebat, & eam impleri posse argumentis. Hunc
fensem à Latinis factum Nicetes dixit. Glycon dixit. Diocles Carissius dixit. hunc sen-
sum Vibius Rufus subtiliter dixit: Volo tibi malam gratiam cum ipso tuo facere, habet amicam, in
hoc controverſiam dixit. [Albucius] ambulat in maculos. adeo nullum sine amore vitium est, ut hoc
quidam disertum putauerint, ego tamen magis miror, hoc Albucium potuisse dicere, quam aliquos po-
tuisse laudare. Ex Latinis dixit Triarius: Gratulor vobis virginis, quod citius illuxit. Argentarius dixit:
Quaeritis quid isti finem rapiendi fecerit? dies.

Archipiratae filia. Controverſia VI..

THEMA. Captus à piratis scripsit patri de redēptione, non redimebatur. Archipiratae filia iurare
eum coegit, ut duceret se vxorem, si dimisſus esset. iurauit. Relicto patre secura est adolescentem.
rediit ad patrem. duxit illam, orba incidit. pater imperat, ut archipiratae filiam dimittat, & orbā ducat:
nolentem abdicat. *Contra Filium. Porci Latronis.* Pro dij boni, & haec puella hospitio patris excepta est.
prohibeo domo, terra prohibendam. Bonae spei vxor, bonae spei nurus, quae amare potest captiuū, odif-
fe vel patrem. Captus, inquit, in tenebris iacebam. Narra obsecro saceri tui beneficia. Possum, inquit, lu-
dices, esse securus; filius meus ait se uxori parti cūdiam debere. [Caesij Pij. Quis interfuit nuptijs suis? pa-
ter? denique puellae pater?

EX altera parte Silij Bassi. Hodie captiuus essem, nisi haec archipiratae filia fuisset. Ut dixi, Patrem ha-
beo: inter bonos captiuos se possum. Archipiratae filia vocatur, puto ex aliqua nata captiuā: certe ani-
mum eius natura à patre abduxerat: misericors erat, deprecabatur, fēbat, mōquebatur periculis omnium;

nihil

nihil in illa deprehendi poterat piraticum. Promisi nuptias, & quasi aliquam sacram testationem, tuum
nomen inferui. Eo loco me non deseruit, in quem venire etiam patres timuerunt. Arctius nos fortuna al-
ligavit, quām vt orba possit diuellere. Vidisses tectum pannis corpus, omnia membra vinculis pressū,
matrem, retractos intorsus oculos, obritas catenis & inutiles manus. tale quis amare nihil misericors
posset. Decepi te puerilla, alia pollicitus sum. Venies in patrum mecum, ibi tibi referam gratiam: hic ca-
tenatus, egens, īqualidus quid possum? pater meus, sacer tuus (hoc enim iam pridem te vocabat) sacer,
inquam, tibi tuus gratiam referet. Quicqā auitas paternasque flagitijs obruerunt imagines, quidam igno-
biles natū fecere polteris genus. in illis non seruasse quod acceperant, maximum dedecus: in his quod ne
mo dederat fecisse, laudabile. Si possent homines sibi sortem facere nascendi, nemo esset humili, nemo
egens, vniuersusque felicem domum inuaderet. Sed quamdiu nō sumus, natura nos regit, & in quemcun-
que vult calum nos mitit. Hinc sumus aestimandi, cum sumus nostri. Quis fuit Marius, si illum in suis
inspexerimus maioribus humili. In consilatu nihil haber clarius, quām se auctorem. Pompeium si he-
reditariae extulissent imagines, nemo Magnum dixisset. Seruum regem tulit Roma: in cuius virtutibus
humilitatem nominis nihil est clarus. Quid tibi videntur illi ab arato citati, qui paupertate sua beatā fe-
cere rem publicam? Quemcunque volueris reuolue nobilium ad humilitatem peruenies. Quid recenseo
singulos, cum hanc vrbem possim tibi ostendere: nudi stetere colles. Inter haec tam effusa moenia, nihil
est humili casa nobilius. fastigiat supra tectis auro puro fulgens praelucet Capitolium. Potes obiurga-
re Romanos, quod cum humilitatem suam obscurare possint, ostendunt. Sed haec non putant magna, ni
si apparuerit ex paruis sur rexisse. Misereri illius oportet, quia orba est, ista tamen haber propinquos, ha-
bet amicos paternos, habet te imbecillitatis suae tutorem fortissimum. Omnes vxores diuites seruitū
exigunt. Crede mihi, voler in suis regnare diuitijs: & tamen aequum est eam possidere domum, quam
meam agnoverit. Si cooperimus esse magis liberi, si paulo speciosior animo eius effusserit domus, si pa-
rum blande fecerimus, relinquimus: & tunc est tormentum, carere diuitijs, cum illas iam seneris. Vides quid
inter duas vxores intersit. ista si nos reliquerit, repetet suos: haec quod dedit, dimissa non auferet. Multi
cluxere sine doribus vxores: quidam dictas non accepere dotes: quidam emptis cōtentī fuere mancipiis:
& cum possent accipere diuitias, emere quibus libertatem darent maluerunt, quām suam vendere. Ali-
quis in adoptionem iuuenis petitur, si voler ire: quereret senex illi qui petet, quales & quos habeat maio-
res, quāta bona, an satis magno se possit addicere. Aliquis captare orbos scēnes vult, & suas spes in alienas
mortes diffundere: excutiat testamēta, scruteretur censūs. vbi vero quereret vxorem, videat an nuptias suas
amer, an nihil pluris faciat marito, an misericors sit, an fortis sit, an possit, si quid viro incidenti mali, vna
tolerare. Si his bonis fuerit instruēta, dotata est. Non possumus vna felices esse: quod solemus, vna infeli-
ces erimus. Fac, inquit, quod imperat. nolo propter me patrem tuum offendas. Ibo, inquit, sola. Tu ibis?
quo, infelix? Quas petitura regiones? Est enim tibi aliquid locus, pater tuus nobis maria praelusit, meus
terras. [Caesij Pij. Solent qui coguntur à patribus ut vxores ducant, illa dicere: Non sumus etiam nūc ap-
ti nuptijs. Ego contra refugio vxorem, quia vxorius sum. [Arellij Fusi] patris. Insolens malum est, beata
vxor: cum immensum pondus auri orba attulerit, cum pecunia arcas nostras onerauerit, quid aliud
quām beatae seruimus? Altera filium dat tibi, altera patrimonium. Pater, vtra magis diues est? Locuples
est, pater, quam mihi concilias. O si scires, quām diues haec fuisset. Orba, inquit, est. & haec orba est. In-
ter duas orbas ea mihi curanda est magis, quam orbam ego feci.

DIVISIO, in hac controverſia nihil lūtum fuisse fere omnes consentiunt. Latro primam quaestione
fecit. An pater propter matrimonium, filium abdicare possit, cum liberum cuique huius rei arbitrium
sit. Gallio subiecit huic: Etiam si potest imperare filio, ut vxorem ducat, an ei qui iam habet? Latro secun-
dam fecit: Si ius est patri, etiam propter matrimonium abdicandi: an liberum huic fuerit, non parere cū
iurasset. Hoc in haec diuinit: An nemo iureurando teneatur, quo per necessitatem adactus est: An exple-
uerit iusurandum, ducendo illam vxorem: An etiam si non expleuit, non teneatur religione, qui coactus
aliquid contra iusurandum fecit: hunc autem cogi à patre super iusurandum facit, an posset parere pa-
tri, an debeat. Hic de meritis pueris & moribus.

COLOR. Colore hoc vſus est Latro pro patre: Puellā non misericordia mortā, sed libidine: & ideo nō
esse beneficium. In argumentis eleganter hanc partem tractauit: Etiam si beneficium dedisset, non esse
sic referandam gratiam, deinde beneficium esse quod iudicio detur, non quod furore aut morbo. [Hijo-
Romanus] alio colore dixit: Illam non amore adolescentis, sed odio patris sui secutam esse. Voluit ille &
amoris commendationem detrahere. [Buteo] longe accersito colore vſus est: Voluit eam nubere non in-
uitio patre, sed secreto suadente, palam dissimulante totum hoc gestum. Ratione illa honestam condicione-
rem nuptiarum inuētam, cum alio nullo modo posset. Neque enim aliter illos effugere potuisse, nisi pa-
tiente patre. Sed aiebat Latro, non esse tanti, detrahere illi commendationem soluti adolescentis, ut detra-
heretur inuidia relichi patris. [Fuscus Arellius] egregie declamauit: Non enim propter nuptias orbae di-
miti illam, sed quām orba non esset, ei jici iussi. non aliam sibi magis placere, sed illam displicere di-
xit: & hoc quod Latro transcurrerat, p̄fuit. Timere se puellam temerariā, inter piratas natā, inter piratas
educatam, impiam in patrem. [Gallio] illud quod omnes scholastici transferunt, dixit: Timere se, ne haec
speculatrix esset, & piratis omnes occasiones indicare, aut certe ne videretur, nolle se suspectum esse rei
publ. illi iurasse timuit, ne à puella videretur improbe iusurandum exegisse. Ne quid liberi sibi esset, adie-
cit,

cit, iurasse per patrem. [Triarius dum sententiam puerile captat, inepte dixit, Iurasse & se per orbam. Aiebat enim Cæstius, valde hanc fieri orbam, etiam si iurasset. [Latro aiebat quoque iusurandum ineptum esse: nihil enim minus conuenire, quam aliquem per patrem iurare, patrem relicturae. Omnes honestam matrem puellae dederunt: omnes dixerunt eam misericordia motam, non amore. Solus Pollio iudicio fecissem vult eam. etiam à misericordia discessisse. dixit enim illam non potuisse cum piratis vivere. Ut primū honestam occasionem inuenerit discedendi, discessisse. [Q. Haterius a parte patris pulcherrimam imaginem mouit. Coepit enim subito quo solebat cursu orationis feruere, quasi exaudiret aliquem tumultum, vastari omnia ac rapi, comburi incendiis villas, fugas agrestium: & cum omnia impletisset terrore, adiecit: Quid exhorruisti adolescens? sacer tuus venit.

GLYCONIS valde leuis & Graeca sententia est. Tolerabilem dixit illam rem, cum iuris-
iurandi vim describeret: hoc esse quod foedera sanciret quo astringeretur exercitus.

ARTEMON circa eundem sensum uersatus est à parte adolescentis. cum dixisset reliquum patrem, adiecit. †

Tyrannicida a piratis dimissus. Controversia VII.

LEX. Liberi parentes alant, aut uinciantur. *Thema.* Quidam alterum fratrem tyrannum occidit : alterum in adulterio deprehensum, deprecante patre, interfecit . A piratis captus scripsit patri de redemptione. Pater piratis epistolam scripsit, si praecidissent manus, duplum se daturum. piratae illum dimisereunt, patrem egentem non alit. *Pro tyrannicida.* *Porcij Latronis.* Da mihi epistolam esurientis istius . Manus, inquit, praecidantur. in quam partem corporis durius saeuitia incurrat ? cetera membra mea sunt, manus publicae sunt. Talem me dimittite, qualem à piratis receperitis. Non habeo quod de fortuna queri possim, eum qui manus meas configit. Si praecideritis, inquit, manus: irasceris? scribe potius, Si occideritis. Tyrannicida exitum tyranni rogo, non timeo. Manus quas piratae soluerunt, Iudices alligant . Ex omnibus quae mihi fortuna terra marique priuatim mala publiceque congregavit, tyrannum, adulterum, piratas, nihil expertus sum durius quam patrem. Tyrannus cum timeret manus meas, non praecidit. In iuria matrimonij nihil abstulit corpori, piratae, quasi beneficio meo viueret, gratis miserti sunt . Vnum hostem inexorabilem habui, quod felici re, quod subito inimico, non ante tyrannidem nauigauit. Genui, inquit, educaui, nempe istud beneficium & tyranno praestitisti, & adultero. Has manus si per te redime-re non potes, rem publicam appella. Adulterum cum manibus sepultus , tyrannus cum manibus proiectus est. Magnis sceleribus iura naturae intereunt. Non magis tu pater, quam illi fratres. Audite nouam captiui vicem. Tutas sum: si pater meus nihil habet. quicquid habes pro redemptione filii mitte: nō est quod timeas: non deerunt tibi alimenta, cum dixeris tyrannicidae patrem . Pro adultero filio rogas. quaerite nunc quomodo tyranni fiant. [*Caestij Pij.* Cedo mihi epistolas patris. quaeris vnde habeam , cum mihi nullas miseris? Duplam dabo pecuniam. vnico filio rogat. Duplam pecuniam dabo: vnam summam pro filio, alteram pro tyrannicida. Si manus praecideritis. hoc ne adulteris quidem licet. Non habui pecunia, sed rogare illos potes. & audacter roga, in misericordes piratas incidi. Quare non alio? quia caprum filium, age parum est, si dixero, non redemisti. Alere non possum: perdidi manus. non credis? epistolam legi. duplam pecuniam dabas, auaris dabas, piratis dabas. sic excusabant piratae, ipsas mihi cum praecidereunt manus: Pater iussit, aiebant. magnum facinus est, sed magno licet. Egens sum, inquit. mentiris. Cedo mihi patris mei censem. Quid ergo alis patrem? dimissus fortasse promittam, cum rogaueris. nihil pacifcor. Etiamnum manus meas petis. nega tuam esse epistolam. & habes argumentum. dices, erogare adultero soleo. Qui non aluit, inquit, patrem, alligetur. Plus de manibus meis titui. [*Cornelij Hispani.* Quid me rogarit pater, nescio: publica vindicta cruentum gladium priuato tyranno impressi . Captum me piratae nihil, nihil aliud quam alligauerūt. [*Q. Pius.* Duplam pecuniā dabo. Polliceris, inquam, petitur vnde tantas patrimonij vires habeas. etiamnum, tanquam de tyranni arca loqueris. Corrupti frater vxorem meam, quam nec tyrannus violauerat. Ut pretium piratae constituerunt: Gauisus sum, inquam, locuples pater poterat dare, etiam si duplam popolcissem. Remiserunt me reip. cum manibus, patri cum epistolis. [*Pompeij Silonis.* Pactus sum de redemptione. scripsi patri . quicunque pro tyranicida vestro pependi-ctis certum habeo: solliciti optatis, vt hae litterae ad patrem perueniant. Egeo, inquit. sic subito? quod ex toto emi non debet, duplo emit. [*Arellij Fisci* patris. Causam meam tenui apud eos, qui nihil debebant manibus meis. Tunc primum egere queritur iste, cum manus meas vidi. quid mirum, si non putauerunt turpe piratae, accipere mercedem quam pater dabat? Ades pietas: si sancte vixi & innocenter, effice ut iste manus meas, qui odit, desideret. Tarde mihi epistola solui videbatur: hoc prorsus fabulis, replete sceleribus nostris seculo, deerat, vt narrareretur aliquis solutus a piratis, & alligatus à patre. [*Blandus.* Hic qui vnde viuat non habet, quam care tyranicidae vestro se mancipat? quid agis pirata filij, piratarum magister, eius crudelitatis emptor, cuius nec pirata venditor est? [*Romanij Hispanis.* Pater piratis salutem. Hac eripis filio . duplam dabo. Quid necesse est? potui vilius solui . Ut praecidatis manus . Obstupuerunt piratae: & cum dimitterent, dixerunt: I, dic patri tuo, non omnia piratas vendere. [*Mentonis.* Adhuc Iudices tanquam pro manibus meis egi. verum est confitendum vobis. remissae sunt: exhibeo respublica piratarum depositum tibi : manus hae tuae saluae ad te perlatae sunt, fac quod uoles: illud unum rogo , si

pecca-

peccauerunt, cui libet tu uincendas trade; si isti tradis, sic alligabit quomodo uoluit. praecidet. [Allegij Flanij. Adhuc qualem optem patrem, nescio. diuitem? debilitat:egentem? alligat, neutrum manibus meis expedit. Duplam dabo, ut manus praecidatis. Filium minus crudelē habuisti. [Maryllij. Ut allata est epistola, coeperuntque eam piratae soluere, ut recitata dupla in epistola pecunia est. Hic est, inquam, pater quem uobis laudaueram. [Triarij. Vbi est patrimonium tuum illud, quod tyrannos instruit? quod ad- ulteros facit? ubi est? certe in me nil impendisti.

PARS altera Silii Bassi. Infelix futura est etiam uictoria mea, si non tenuero causam, fame moriar: si te
nuero, hoc tantum consequar, ne fame moriar. Duxi uxorem nimium foecundam: peperit mihi tria ne-
scio quae prodigia, varijs generibus inter se & me furentia: unum qui posset patriam opprimere, alium
qui fratrem uiolare, alium qui patrem. Testor, Indices, omnes ciues meos, una seruiuimus. nemo tyranni-
dem me uno sensit magis. Argumentum habeo maximum, quod uiuo non pepercisset mihi, si putasse-
tis me patrem tyranni. Dum inter se pugnant, uicit respub. Reliqui duo, quia non poterant in nos, inter
se tyrannidem exercuerunt. habebat ille nescio quam vxorem, quam in arce cognouerat. Si alligare te pos-
sem, proficiscentem alligassem. Non opus est tibi magna impensa ad sustinendum patrem. tu mecum ali-
menta partire, nolo me tam bene alas, quam ego te alui; nolo ignoscas. mihi quicquid passus es, quicquid
timuisti patrem. posce flagella, scinde rugas, vltores subijce ignes, & mortuam hanc partem, quae tam
in contumeliam suam spirat, quia extingui non potest, exure. si parum est, fac quod ais ne piratas quide-
fecisse, manus praecide. exhibeo tibi. haec sunt illae, quae quidlibet scribunt. Vbi est gladius tuus? stringe.
tyranno licuit vulnere mori: adulter vno iuctu breuiter confectus est. Pater, te pro beneficio similem
fortem rogo. ne tu quidem apud piratas famem timuisti, neminem tyrannus sic torst. Porcij Latronis. Fi-
li, nihil amplius quam famem deprecor: si tamen inexorabilis es, illud pro beneficio peto, vt aut tanquam
adulter moriar, aut tanquam tyrannus. Par erat utriusque fortuna illo tempore. tu alligatus eras, ego se-
nectute immobilis, & vincito simillimus: tu in sollicitudine, ego in omnium meorum solitudine: tu lucē
non videbas, ego etiam modicam. hoc vnum inter nos interest, quod tu etiam a piratis cibum accepisti.
[Blandi] Deprecabar non pro adultero, sed pro domo. ne fratrem occideret, tyrannicidium inquinaret,
patrem respergeret. Roganti mihi, & has interponenti manus, paene praecidit. Haec sententia derideba-
tur à Larrone, tanquam puerilis. Hoc & pro isto est, vt aliquem ex suis reliquisse videatur, quem non occi-
derit. [Vibij Rufi] Hae nempe scripsierunt epistolam manus. praeebo: praecide, & ale. [Pompeij Silonis] Li-
beri parentes alant, aut vinciantur ad te legem meam transferro, licet alliges, & alas.

DIVISIO. Fere h̄c v̄si sunt diuisione: An lex causam nec patris nec filij aestimet, sed hominis: Pater an filio; alendus sit, Dixit legem hanc pro malis patribus scriptam esse, bonos etiam sine lege ali. An omnes alendi sint, an hic alendus sit. Hanc quaestione Latro in haec diuisit, An alendus sit, quod filium à piratis non redemit, hoc loco querit, An potuisse redimere, an voluisse, deinde, An alēdus sit, si etiam praecidi filij manus voluerit: nouissime, An praecidi voluerit. [Hispo Romanus separatim quasi iuris quaestione fecit, An qui non redemit filium, non possit ab eo alimenta petere. Sed hoc vtraque quaestio cōtinet, vt aiebat Gallio, & prior in qua quaeritur: An omnis pater alendus sit, dicitur enim: Quid si quis filium excaecauerit? quid si quis non redemerit? Et cum ad alteram quaestione ventum est, in qua quaeritur, An hic pater alendus sit: nihil aliud dici potest, quare non alatur, quām quod non redemit, quām quod duplam promisi, vt manus praesciderentur. Graecorum improbam quaestione satis erit in eiusmodi controvēsijs semel aut iterum annoisse, An in tyrannicidam vt pater hac lege possit, quasi enim sacras & publicas manus esse: in quas ne piratae quidem licere quicquam putent. Nostrī hoc genus quaestione summouerunt. [Silo Pompeius non eis tantum Iesus est quibus ceteri, cum dicerent, hunc patrem non debere ali, quod non redemisset filium, & quod praecidi manus filio voluisse: sed a privatis causis transit ad publicam causam, dixit enim, non debere ali hominem perniciolum Reip. qui tyrannum filium habuisset, qui desiderasset amissum, quod non vindicasset. Sed negauit ullam aliam causam illi esse persequendi tyrannicidam, nisi libertatem publicam: & descripsit mores hominis impiorum, cuiusque: qui quia per liberos non posset, per piratas tyrannidem exerceret: vt liberius diceret, lattocinii filio dedit, & illud in hac parte laudatum est, à Silone declamante. Cooperat hoc tractare, non debere ali tyranni patrem, omnibus fauentibus illum fame necandum: & cum diu pressisset, illum tyranni patrem esse, adiecit: Aude postulare vt illud tibi prosit, quod tyrannidae pater es. [Blandus hunc sensum, cum posker die declamaret, in ironiam vertit: & cum obiecisset, quod tyranni pater esset, adiecit: Nolite illū auersari, habet quod opponat, & adulteri pater est.

COLOR. Colorem pro parte alius alium introduxit. *[Fusca iratum se illi confessus est tulit, quod fratrem in conspectu patris occidisset: & hunc loco vehementer instictit, cum nemo hoc tyrannus, nem pirata fecisset. Iratus, inquit, ob hoc ipsum fui, quod hoc scelere etiam tyrannicidium inquinaueras. appetarette morbo quodam aduersus tuos furere: & seruauit hunc actionis tenorem. Iratus fui, hodieque paciscor, nec queror: nec se demisit in preces aut rogauit, sed iure patrio vius est. Illud ad excusandā epistolae crudelitatem adiiciebat. Scripti piratis, non eo animo ut manus tibi praeciderentur, sed ut exprimātib⁹ cruentas in conspectu patris fraterno sanguine manus: tuto autem scribebam. scribam enim piratas non facturos, nisi pecuniam accepissent, quam non mittebam. Quamobrem neque praeciderunt: & si sperassent, vtique praecidissent. Sed apparuit illas epistolas itascentis esse, non promittentis. In ultimis*

434

CONTROVERSIARVM.

mo descripsit; quām miser futurus esset, alimenta accipiēs illis manibus, quās paulo ante spectauerit frātrem occidentes. & adiecit, quod aiebat praeceptore suo dicente, summa cum admiratione exceptum, illud Homeri Priamo aptum. [Silo Pompeius & ipse iram fassus est. aiebat enim nō habiturum fidem, si se negasset iratum fuisse; sed irae causam non dixit. [Q. Fuscus transiendas aiebat eas offensas, quibus ille gloriaretur: hanc causam posuit, quōd relictus esset ab vnico filio, quōd inuito se nauigasset: cum videret senem orbū iam paēne egentein, iam tum illum fugisse, ne aleret: & ad preces patrem deduxit, & rogauit in epilogi filium. vt sparsim hoc colore declamasset. Memini hominem inter scholasticos sanum, inter sanos scholasticum. [Caesius alio colore vīsus est. dixit enim, non iram illam patris fuisse, sed calliditatem: Non habebam, inquit, vnde redimerem. Quem rogarem pecuniam in tam auara ciuitate, in qua ne filij quidem patres alunt? vīsus sum consilio. sciebam piratas non crudeles esse, sed avaros, volui efficeret. vt desperarent illum redimi, & propter hoc supervacuum, & cum impensa futurum, dimitteret. An prudenter cogitauerim, necio. feliciter certe cogitauit, post epistles illas quas accusat, dimissus est. [Latro se totum ab istis remouit coloribus, & aduocauit uires suas tanto totius actionis impetu, ut atomitos homines tenuerit. hoc enim colore usus est: Necio quid scriperim; olim iam mihi excusā mēs est, ex quo vidi filium vnum in arce, alterum in adulterio, tertium in parricidio: ex quo respersus sum sanguine mortis filii, ex quo relictus sum solus, senex, orbus, egens, odi meos. Hic color illius viribus approbadus est. Quanto enim opus est, vt aliquis accusando se miserabilem faciat? [Albucius omnes colores mis- cuit: & vt hoc liberum esset, patronum patri dedit, nec voluit narrare. Ad propositionem coepit. Alime- ta pater à filio petit, deinde cum ad defendendum venit, quod scriptit duplam fēdaturum, si manus praecidissent, primum Latroniano colore vīsus est: Hoc, inquit, respondeo, necit quid fecerit, in infaniam ma- lis actus est. hic philosophicō locum introduxit, quomodo magnis calamitatibus animi euerterentur, deinde anthyporōam lūmpfit. Mēntiris. Ille vero iratus fuit. Cogis, inquit, me dicere, iratum tibi merito fuisse. Executus est omnia. hoc illi in ter cetera obiecit, quod occupans fratrem suū ignorasset aut dif- simulasset: ait tyrannicidio quoque eius commendationem facere. deinde ad illum colorem redit. Caesianum: Sed illum puto consilio fecisse quae fecit. quid ergo? quid iste tandem dicit quare scripsisset? ni- hil dixit: nec mori vult, sed non fame. In hac declamatione hanc Albucius sententiam dixit dubiam in- ter admirantes & deridentes: Panem quem canidas, patri non das. Glycon egregie dixit.† Gorga- nius fuit Buteonis auditor, postea scholae quoque successor, vocis obtusae, sed pugnacissimae, cui Baro- scurta rem venustissimam dixit: Centum rauorum vocem habes. Hic putauit variū colorem se exco- gitasse pro patre: Ego, inquit, dīctavi, Duplam clabo, si manus non praecideritis: librario vna syllabā ex- dit, Non: & scriptit, si praecideritis, digna res, quae voce illa diceretur. [Artemon dixit:†

Andreas dixit,† Nicetes dixit.† Ter fortis. Controversia. VIII.
EX. Qui ter fortiter fecerit, militia vacer. Thēma. Ter pater fortēm in acē, quāto volentēm exire re- tinet: nolentem abdicat. Contra ter fortēm. Pōrū Latronis. Miserrimus pater iam non vidētēm filiū nisi abdicarem, fortis plus quām aut legi aut patri sat est. Tertio mihi non redditus, sed relatus est. quod patriae superest, patri vindico. fugit me filius, & quidem ad hostem. Quousque patuidus proeliorum nati- tios expectabo? fili, mihi vacationem peto. [Caesii. Pj. Abdico. filium; vt habeam: non minus vacationē mea Reip. profuit; quām militia. duxi vxorem. Sic descendit in narrationē. Tertio. audiui velut denun- tiantis deos, Faciat adolescentiam felicitatis suae finem. Ego a dijs vacationem in vnam pugnam peti. Accidat, inquam, quicquid timeo, si illum amplius in acēm dimisero. Cum dijs pacis sum. Non timeo inquit. Hoc est cur timea: Obijcitur mihi, quōd me filius oderit. [Aretius. Fusi: patris. O me filio pugna- te iam: assūm, nihil hoc putas, quōd viri fortis pater sim. Misérum me iam hostiū nimis noītū sum: iam pro te nescio quid etiam lex timet. Miraris, si quod legi satis est, patri nimis est: Nonquid luxuriam, in- quid, obijcis: ego vero te etiam morari posco inter voluptates. Quibusque in doro castrorum facebis cubi- culorum quoque somnum classico rūmpes? quoque cidentis viues? simus hilares. Trium: vīctoriarum vota soluenda sunt, tot acies sustinuisti, tot vulnera, possum lūm Repub. quieti: sero. dimitteris. Subinde audio te dicenteam: Malo gloriā quām vītam. Hoc ergo, me examinat, quōd mori tibi tam facile est. De- pique: vno quiesceret bello. [Pompejū Silōnis. Causa abdicandi est, ne fine filio viuām: quem tāndiu: non vi- derem, nisi abdicarem. Abdicatio mea in potestate abdicati est. [Romani Hispani. Quid fatigatae felici- tati molestus es? quid expectas? donec: castris ejcīciarist. [Mentoris. Erubescit Reip. tam: cicatricēs milite- vi. Non oportet tantam virtutēm: sine successore concēdere. ducenta vxor est. sed iam nunc te admō- neo, ne vnum tollas. [Corneli Hispani. Non ante te retinere coepi; quam dimisi Reipub. Nullum iam ri- bi valvus, nisi per cicatricēm imprimi potest. adhuc diutius fructi: cum hoste: quām apud patrem. Domi- tanū sanatus es. [Iulij Othonis patris. Optimus virtutis finis est, antequam de ficias, definere.

EX altera parte adītor. Ter fortiter pugnare, abdicatis licet. [Albucij Sili. Quis hic subitus insonuit cu- multus? nunquid imperator vocat? venio. Plurimum in prima acie laborauit, pudet me ter vīctum milita- re. [P. Asprenatis. Quousque, inquit, periclitaberis? Bene habet, Iudices: pater: me putat dignum esse qui saluus sim. Senator post sexagesimum & quintum annum in curiam venire non cogit, non vētatur. Prae- torio

torio licet praetexta toga vti festis, aut sollemnibus diebus, nunquid necesse est? Quicquid aut praemij aut honoris nomine datur, in vtramque partem sumi liceat: alioquin definit praemium esse, cui necessi- tas iungitur. Pareo tibi pater: qui gloria nos immortales fieri dicebas, qui ex acie redeuntis vulnera oscu- labaris. Ad haec noua & diuerfa imperia subito me circumagi putas posse, non ita est. Ille in nos domi- natur affectus, qui animum primus intravit. Luxuria, avaritia, desidia, iniustitia, timor, non dediscuntur: & quotidie haec omnia aut castigantur, aut puniuntur: in tantum etiam vītorum tenaces sumus. Crede mihi pater: non sum mei iuris, cum ille proelij clamor exortus est: inuadere hostis liber, obstantis cu- neos gladijs diducere: hic impetus, hic ardor animi, domum tuam trinis hostium spolijs adornauit: huic supplicationes illas debo. propter hoc me etiam cum abdicas, diligis. Non animus, non lingua constat: in alieno opere deprehensum: toga ipsa humeris non cedit. Ad obsidēndū hostem, ad occupandū castris locum, ad intercipiendos hostium comētus ire iussēris, otium imperas animo non otioso. Quo- tiescumque tumultus aliquis exortus est, in me citium diriguntur oculi, meas spectant manus: & adhuc (verum dicendum) nihil patria debet mihi: nunquam pugnauit, nisi coactus. Credisne quicquid refero tibi: scimus quem vitae cursum agamus: eadem pericula nos vbiq̄ue circumstant, & totidem viae ad mor- tem sun. Interdum continuatus labor firmiores facit: saepe quos labor roborauerat, desidia cōstimpfit. [Maryllij. Sine me aliquod meritum in patriam conferre adhuc militia mea legis manus est. Pugnabo & abdicas: nec verebor, ne vilis sit opera mea patriae. Athenienses abdicato vicerunt duce, quantum inter illum & me interest? ille abdicationem virtute deleuit, ego merui.

DIVIS:O. Prima quaestio illa ab omnibus facta est vulgaris: An filius ob id, quod sui iuris sit, ab- dicari possit: deinde, an debeat. Haec tota tractationis est. Graeci illam quaestionem primam solent tentare, quam Romanæ aures non ferunt: An vir fortis abdicari possit. Non video autem quid allaturi sint, quare non possum, nam quod & vir fortis est, & toties fortiter egit, non plus iuris illi adfert, sed plus commendationis.

COLOR. Colorem à parte patris quidam duriorem fecerunt: voluerunt enim videri inuisum filio patrem: itaque malle illum cum hostibus viuere, quām cum patre: paene omnes, esse adolescentem insatiabilem gloriae: sed propter ipsum patri & moderandum & continendum. Quidam ex toto ad pa- triis indulgentiam refugerunt, & non disputauerunt hoc modo, quo Silo Pompeius disputauit, qui sic diuisit, vt diceret: Etiam si patrem non haberes, definire debebas. quia patrem habes, definire debes, quia pater vetat. Facit illo modo quō Gallio, qui sic diuisit hanc partem: Hoc impero Reipub. causa, tua causa, mea causa. sequentia duo videtis, quemadmodum potuerit implere illud Reip. causa, imperare, sic tractauit, primum vt pluribus iuuenibus pateat ad virtutem aditus, non debere omnium occasionē for- tier faciendi ab uno occupari: deinde expedire Reip. non videri tantum ex uno pendere, futurum vt & animi hostium crescerent, & suorū frangerentur, si casu ter fortis occidisset. Ad ylimum, vīle esse Reip. ter fortēm seruari, vt sit qui ostendatur iuuentuti. Iam illum magis posse ornamentum esse quām praefi- dium. illum sensum veterem, Iam pro viro fortē nescio quid etiam lex timet, hoc loco Gallius posuit. hoc quoque inquit: Ter viro fortē aut diffidit, aut cōsulit. Nec illā quidem secuti sunt tractationē, qua vīsus est. Blandus, qui dixit: Militia tibi superuacua est, inuidiosa est, periculosa est. Supernacula est: quia non cogēris, immo verecunde veteris. Glorie causa aliquis militat, consecutus es gloriam, vacationis causa, consecutus es praemium. Tria domi praemia sunt, & sic transit, vt diceret, inuidiosum esse, vīnum homi- nem toties optare omnes honores intercipere: quām periculosa res est, inuidia, quām magnos viros oppressi set, hic exempla, periculosa esse militiam, eodem loco collegit. Illud vnum adiecit, non posse illum iam fortiter facere, quia omnes illum hostes peterent: & adiecit. Ideo lex ter fortēm dimisit. Icit il- lum iam obseruari ab hoste. His ergo omisissi, illi qui amantem patrem induixerant, hoc genere egerunt: Non possum pati, nō possum desiderium tui sustinere. Hoc loco. Aechines ex bonis declamatoribus, cū diceret: Non me gloria cupidiorē tui fecit, non omnibus admiranda virtus. Confitebor, inquit, affectus patris, quos vt quisque volet, interpretetur.† Videbatur hic, dum indulgentiam extinxit, non seruasse dignitatem patris. Placebat autem Latroni, potius ratione retineri patrē quām affectu: cum in ratione habear aliquem locum & affectus. [Asprenas colorem secutus est, longe alium: dixit enim, se non nega- re Reip. viρi fortis operas, sed ad necessarios vīsus referuare. Si magnum, aliquod bellum incidat, tunc & veteranos vocari ad arma. Et illa sententia eius hoc loco, valde laudata est. Nunc illi militant quibus ne- cessē est: tu militabis, si erit necesse. Sic venisse populū Rom. ad Scipionem. Aemilianum, cum maius bellum Numantinum apparuerit, quām quod alij duces, sustinere possent. Magnum, interuallum in- ter Numantiam & Carthaginem Scipioni datum. Sic ad Pompeium, cum piratae maria, clausiſtent. Magna p̄fēdīa non esse consumenda. Hoc loco Asprenas de lege dixit & ipse sententiam. Videlicet ad hos casus lex ter fortēm sepofuit. A parte filij, colorem induixerunt quidam, vt illum cupidum glo- riae & bellicosum facerent. Nicetes quidem hoc vīsus est verbo † & sic egit, vt querere- tur quōd cēlarent manus suāe, quōd inermes essent. Latroni non placebat hic color, malebat adolescentem iudicio, quām morbo militare. Hoc est, inquit, quod patet efficaciter dicat, detrahere illum operibus suis, glomerarium, sanguinarium, quem nec pater possit retinere, nec lex dimittere. Quidam pa- tri sunt cum patre tanquam Mento: qui dixit semel tantum se militare velle, vt aliquid videretur Reip. supra legem p̄fēditissime: quidam perpetuam denuntiauerunt militiam, quām diu vires fuissent, non defu- turum

Pp

turum Reipub. virum fortē. Non probabat hunc colorem *Latro*. Negabat patri abscondendam spem filii in perpetuum. [Vibius Rufus hoc colore egit quo Mento: sed illud adiecit peruenire ad se voces inuidorum illas: Nunquid amplius pugnauit, quām quod necesse illi fuit? Quidam hoc compositum & simu latum inter nos putauerunt, ut ego militare vellem, tu verares. [Latro] vehementer egit à parte patris, & adiecit: Abdicato non permittam exire, iniiciam manus, tenebo. nouissime ante limen exuentis cadauer hoc sternam. vt ad hostem peruenias, patrem calca. Putabat Plancus, summus declamator, Latronis hunc sensum, à Latrone fortius dicitur, a Lesbocle Graeco tenerius, qui dixit sic: † [Fufius Arellius] religiose patrem induxit omnibus territum: aiebat praecoptorem suum in hac controvērsia describentem pericula futuri paelij. Homeri verus ob hoc edidisse: † Glycer dixit: †

Aeschines non ille orator, tunc enim non declamandi studium erat, sed hic ex declamatoribus dixit nobis cum denuntiaret filio periculum. & praeſagijs tangi se diceret. † [Diocles Caryſius] dixit sententiam, quae non in declamatione tantum posset placere, sed etiam in solidiore aliquo ſcripti genere, cum de fortunae varietate locum diceret. † [Dorion] dixit, rem paulo quidem elatiore, quām preſsa & ciuilis oratio recipit, sed qua egregie attonitos patris affectus exprimeret. †

L. ANNÆ I. SENECAE CONTROVERSIARVM LIBER. SECUNDVS.

PROEMIVM.

VM repeterem quos vñquam bene declamantes audissem, occurrit mihi inter alios Fabianus philosophus: qui adolescens admodum, tanta opinionis in declamando, quanta erat, modo nimia licentia vaga & effusa: principia, argumenta, narrationes aridae dicebantur. In descriptionibus extra legem omnibus verbis, dummodo intentor, permissa libertas. Nihil acre, nihil solidum, nihil horridum. Splendida oratio, & magis laetitia quam laeta. Ab hac cito se Fabianus separauit: & luxuriam quidem cum voluit, abiecit, obſcuritatem euadere non potuit. Haec illum vsque in philosophia prosecuta est. Saepe minus quam ardenti satis est, eloquitur: & in summa eius ac simplicissima felicitate dicendi, antiquorum tamē vitorum remanent vestigia. Qaedam tamē subito defintant, vt non brevia sint, fed abrupta. Dicebat autem Fabianus fere dulces sententias: & quoties incidebat aliqua materia, quae coniunctum saeculi recipere, inspirabat magno magis quam acri animo. Deearat illis oratoriū robur, & ille pugnatorius mucro; splendor vero velut voluntarius non elaboratae orationi adet. Vultus dicens lenis, & pro tranquillitate morum remissus: vocis nulla contentio, nulla corporis affluens, cum verba velut iniussa fluenter. Iam videlicet compōtus & pacatus animus, qm̄ vero comprehenser affectus, & ita doloremque procul expulisset, parum bene imitari poterat, quām effugerat. Suos rijs aptior erat: locorum habitus, fluminumque decursus, & vrbium situs, moreisque populoꝝ nō nō defricti abundantius. Nunquam in opia verbi substituit, sed velocissimo cursu ac facilissimo omnes testa bearat circumfluebat oratio. Haec eo libentius, Mela, fili carissime, refero, quia video animum tuum, a ciuibus officijs abhorrentem, & ab omni ambitu auersum, hoc vñam concupiscentem: nihil confundiscere: vt eloquentiae tantum studias, facilis ab hac in omnes artes decursus est. Instruit enim, quos non sibi exercet. Nec est quodd insidias putes tibi fieri, quāsi id agam, ut te bene cedantis studij labor teneat. Ego vero non sum bonaे mentis impedimentum, perge quo inclinat animus: & paterno contentus ordine, subduc fortiuæ magnam tui partem. Erat quidem tibi maius ingenium quām fratribus tuis, omnium bonarum artium capacissimum: est & hoc ipsum melioris ingenij pignus, non corrupti bonitate eius, vt illō male vñatis. Sed quoniam fratribus tuis ambitiosas curae sunt, soroque se & honoribus parant, in quibus ipsa quae sperantur timenda sunt: ego quoque aliquando eis processus auidus, & hortator, laudatorque uel periculosa, & dum honestae modo, industriae, duobus filiis nauigantibus, te in portu retineo. Sed proderit tibi illa, quam tota mente agiras, declamandi exercitatio, sicut Fabiano profuit: qui aliquando cum Caestium audiuit, nihilominus declamabat, & tamē diligenter,

vt pū.

vt putares illum illi studio parari, non per illud alteri. Habuit etiam Blandum rhetorem praecoptorem, qui eques Romanus Romae docuit. Ante illum inter libertinos praecoptores pulcherrima disciplina continebatur: & minime probabili more, turpe erat docere, quod honestum erat discere. Nam primus omnium Latinus rhetor Romae fuit, puerο Cicerone Plotius. Apud Blandum diutius quām apud Fuficum Arellium studuit: sed cum iam transfigisset, eo tempore quo eloquentiae studebat, nō eloquentiae causa. Scio futurum, vt auditis eius sententij, cupiatis multas audire. Sed nec ille diu declamationibus vacabat: & ego multo minorem natu quām ipse erat, audiebam quoties inciderat, non quoties volueram. In hunc ergo libellum quaquecumque ab illo dicta teneo, conferam.

Adoptandus post tres abdicatos. Controvērsia I.

T Hēma. Dives tres filios abdiuit. petit à paupere vnicum filium in adoptionem. pauper dare vult. Tolerantem ire, abdicat. Contradicuntur. Pro adoptando. Porci Latronis. Hancine meam esse fortunam? Eodem tempore & abdicor & adoptror. Ita videlicet domus adolescentem me non capit, quae te senem fecit. quietiora tempora pauperes habuimus: bella ciuilia aurato Capitolio gessimus. Diuitias putas aurum & argenteum, ludibria fortunae, quae inter iocum ipfis dominis veniunt? Denuntio tibi diues, etiam si venero, dabo operam, quod in tua domo facillimum est, vt abdicere. Etiam si multa contra expectationem accident, nūquā tamē futurum putauit, vt aut pater meus liberos odiferet, aut diues concupisceret. Non desidero patrimonium. Fragilis & caduca felicitas est, & omnis fortunae blandientis speciosus cum periculo nitor: & sine causa saepe fuit, & sine ratione defituit. Vidi ego magni exercitus ducem sine comite fugientem: vidi ambitioſa turba clientum limina deferta, sub domino retore venalia. Nam quid ex summis opibus ad egestatem deuolutos loquar? Multa tibi succurrent exempla, etiam si in vna domo quaeras. [Rufi Vibij]. Habendos eis liberos is quoque iudicat, qui non libentissime habet. Ego illos in triuola inuitai nostra. Qui illis meam promisi domum, suam eripiam? quid faciam? Si paruero, abdicabor: si non paruero, abdicabor. Patrem habeo. haec est contumacia mea. diues filium non habet, me dabis. si diues reduxerit suos, me recipis. Ita non adoptari recuso, sed commodari. [Caſtij Pij]. Accipe vitae meae testimoniū, quid magni aestimas diuitiū, cui placere difficile est? Vultis scire, quare patrem non relinquam qui genuit me, qui educavit, qui abdicauit? diu dubitauit, ille amicum tenet, an hic filium. Abdico, inquit. Hoc pater verus. Quid ab eo qui adoptabit sperare possum?

NARRATIO Caſtij Pij. Dives sustulit vnum filium, non fuit contentus. quid enim erat diuiti vnum? tres sustulit, poterat vnum in adoptionem dare. abdicauit vnum, alterum, tertium. Iam nihil diuiti superesse putatis? quartum abdicat. Arellij Fufi patris. Quisquis es auras pecuniae custos immenses, cum multa quæſieris, poteris ne omnibus frui? Filiū quaeris, ecce turba iuuenum sine patre. Impera quiduis, non negabo: militabo, dummodo vbiunque fuero, tuus sim. Ita nos pauperes sumus, qui habemus, quod diutes rogent? vnde talem patrem? non irasperis, nisi vi ames? quid porro ista matrona, in quaē male fani ruitis? gaudia dominorum, an onera sunt? Mille cum ventum inter vices suas exempla referebas, & inter illa ponebas & diuitis domum. Merito abdicasti, an immerito? Si immerito abdicasti, odi patrem tot eiſcientem innocentes: si merito, odi domum tot facientem nocentes. Aliquid in dono locupletis non agendum agam. Quae apud nos frugalitas est, apud illos humilitas est. Petis iterum potius filios quām recipis. Colit etiamnum in Capitolio casam vīctor omnium gentium populus, cuius tantam felicitatem nemo miratur. Merito potens est: nemo ab eius origine est, quem non reliquerit. Pater egredientem te, certe domum redeuntem comitabor, nec nisi in limine deseram: ero in publico filius. Amo aequē pauper pauperem patrem, vtique consueui. Non possum agere in domo diuitis filium. Si carum tibi seruum venderes, quaereris quis emptor est. Non mehercule habeo, quo tibi irato satisfaciā. Interim pluris omni patrimonio puto, hoc somnium quod sic me amittere curas, satis amare non possum. Quid faciam adoptatus? loquar filiis eius bene de abdicatione? Ego in domum vestram intrabo, tanquam ego vos eiecerim? ego ornamenta vestra occupabo? Tum illici quid commisero, me nec meus recipiet pater. Quid est quod aut negandum mihi, aut excusandum sit? Non in fanissimum dispendiorum malum, non erubescendos amores, neque luxuriantem habitum, neque potatus obijcis filio, haec si non potes, aliqua saltem ex commentarijs amici tui describe, madentem vnguentis heſternis, conuulneratum libidinibus, incedentem, vt feminis placeat, femina mollius, & cetera quae morbi, non iudicij sunt. Abdicatio loquax est. Quām te paupertas amo, si beneficio tuo innocens sum. Accusatorem non habeo: me miserum, etiam laudatorem habeo, & eum cui non omnes placent, hoc enim malo dicere, quām omnes non placent. Non tibi per multis liberos angusta domus est, neque turba lateri circumerrat, nec multus intra limen heres est: quānam nec sic quidem debuiſti dare, cum deos cum votis patris vidiſſes certantes, & tūtor aduerſus fortunam est, cui aliiquid post damnū superest, & habemus exemplum, posse aliquem tres filios perdere. Ille Croesus inter reges opulentissimus, ad tormenta post tergum vincit manibus ductus est. Tu Crassus, post euſtagata illa fugitiuorum arma viris Romanae ditissimus, qui nunc apud Parthos eges sepulchro quoque. Dicta præterea illa corrumptum non fero. quoties enim inter diuitias suas exemplo istam posueritis domum, meliores perdentem diuitijs suis liberos? hoc scio nostros fuisse maiores, hoc illum Aelium Tuberonem, cuius paupertas vir-

Pp 2 tus

tus fuit: hoc Fabricium, Samnitium non accipientem munera: haec ceteros patres nostros, quos apud aratra ipsa, mirantes decora sua, circumstetere licentes. Surgite, surgite iuuenes: & meum rogando patrem, vestrum rogare discite. [Blandi]. Tres genuit: quatuor abdicat. Abdico, inquit. appetet unde venias. [Galli Vibii]. Si quis me audit, abdicari iam putat adoptatum, quarene auferam patris filium, filius patrem: nec tam vicino exemplo emendaris. Qui abdicauit suos, quaerit alienos, nulla certa felicitas est. Paulo ante ego diutius filii inuidebam: modo illi mihi laudat me pater, cum abdicet: laudo ego patrem, cum abdicer, haec vna inter nos disputatio est: iste me dignum putat beato patre, ego meo. [Fabiani Papirij]. Ecce instructi exercitus laepe ciuiorum cognatorumque conserturi manus, constiterunt, & colles equis vtrinque complentur, & subinde omnis regio trucidatorum corporibus consternitur, illatorum multitudine cadaverum, vel spoliantium. Si quaeferit aliquis, quae causa hominem aduersus hominem in facinus coegerit, nam neque feris inter se bella sunt; nec si forent, eadem hominem deceant, placidum proximumque diuino genus. Quae tanta vos fert ira, cum vna stirps, idemque sanguis fitis: vel quae furiae in mutuum sanguinem egere? Quod tantum malum humano generi vel sorte vel fato inuectum, ut coniuncta poculis extruantur, & tecta auro fulgeant, parricidium tanti fuit? Magna enim uero & laudanda sunt; propter quae mensam & lacunarua sua potius quam lucem innocentes intueri maluerint. An, ne quid ventri negetur libidineque, orbis seruitum expetendum est? quid tandem sic perfliferae istae diuinitae experitur, si ne in hoc quidem vt liberis relinquantur? quid tandem est quod in viro corruperint? Primum si inde incipere velis, aedes ipsae, quas in tantum extruxeret, vt domus ad usum & munimentum paratae, sint nunc periculo, non praefidio: tanta altitudo aedificiorum est, tantaeque viarum angustiae, vt neque aduersus ignem praesidium, neque ex ruinis vnum villam in partem effugium sit. Ad delicias dementis luxuria lapis omnis eruitur, caeduntur quae gentium siluae: aeris ferrique vias. iam auri quoque inextrudendi & decorandis dominibus: nempe vt anxi interdiu, & nocte ruinam igneque metuant, qui tecum iniectus est fortuitus. Hinc & vicina viribus excidia sunt: quippe non defendis vni, sed in communis periculo apprehendam: hostesque aliena & in sua damna validiora ceduntur alia, ipsaque cum maxime flagrant, solitum ex alienis ruinis ferunt. In hos ergo exitus varius ille secutus lapis, vt tenui fronte parietem tegat, quam vinctis severo in hoc paumentum leuatum & infusum rectis aurum. O paupertas quam ignotum bonum es. Quin etiam montes siluaeque in domibus marcidis & umbra sumoque viridibus. Quid faciam? Si caruero, abdicabor: patrem amo. haec est contumacia mea. Vt maria amnesque mutantur, vix possum credere quemquam vidisse filias parentesque campos, quos rapidus amans ex praecepti, vel cum in plana infusus est placidus interfluit: non maria, vnam ex colle vidisse lata aut hiberna, cum ventis penitus agitata sunt. Quis enim tam parvus oblectare animum in vita possit, si vera cognoverit? Videlice quae instantibus tangi comprehendique manus aut sinu possunt. An magna non capit? exiguum est & hoc littoribus quoque moles inuehunitur, congestisque in altum terris exaggerant sinus: alij fossis indicunt mare: adeo nullis gaudere veris sciunt sed aduersus naturam alieno loco, aut terra, aut mari mutata aegris oblectamenta sunt, vt imbre fasitio rerum naturae laborantibus. Iam ne liberi quidem, nisi alieni placent. [Hispani Cornelij]. Solus omnium abdico, quia me meus pater diligit, alienis appetit. [Vibij Rufi]. Diues filium non habet: me dabis? diues reduxerit suum: me recipies? ita non adoptari, sed commodari recuso. Quid mihi obijcitur? Meritis amoris alienum feci. Dic diues audiat: Diuitem, inquit, te esse volo. O me abdicandum, si talen patre relinquo. Laudabat mihi pater paupertate, narrabat diuitiū incommoda: aiebat multos diuites accusatos: ego certe memini abdicatos. Abdico, non est patris mei verbum. [Triarij]. Quare abdicas? nunquid dies noce que impendo turpibus conuiuijs? plurimum viuo in lupanari? si nescis quae crimina obijciantur, ab amico disce: si omnes mali sunt, quid isto patre cruentius? [Romani Hispanis]. In hanc ego domum ibo, in qua aut toties insanitur a patre, aut toties peccatur in patrem: cum prodiero repente diues, dicent omnes: Quis est iste, quem magna fortuna non decet? haec est diuitijs quarta abdicio. [Silonis Pompeij]. Quantumcumque est, mihi satis est: vnicus sum, forsiter fortunata meam feram: hoc non mihi primum accedit. dictus sum filius. Et iam abdico. Quid videri me velis, nescio: innocentem? sed abdico: nocentem? sed adoptor. Vt cunque tamen abdicio tolerabilior est: vnum abdicat adoptio, tres abdicat natura. Non potest mihi dici, quod ceteris abdicatis, in tua potestate fuit: si paruisse patri, non perdidisset patrem: etiam si non abdicarer, perditurus fui.

PARS altera. Porci Latronis. Si nescirem quid mali esset pauperies, nunc intelligerem, cum abdicationem filius meus non timeret. Fabriciorum imagines Metellis patuerunt. Aemiliorum, & Scipionum familiis adoptio miscuit: etiam abolita saeculis nomina per successores nouos fulgent. Sic illa patriciorum nobilitas ab fundamentis urbis, vsque in haec tempora constituit. Adoptio fortunae remedium est. Non ignoro ego, quorum inopia per otium in angulis diuinarum conuictos strepit, accusatioque consequitur, neque quiete finit. Sed nulla materia in rebus humanis virtutes clarissim ostendit. Census senatorialium gradum ascendit, census in castris ordinem promovet, census iudices in foro legit: non persuadeo tibi. Ergo ad illos, quos maus sequi quam reducere. [Fusci Arellij] patris. Facilius possum paupertatem laudare, quam ferre. Quid mihi Phocionem loqueris? quid Aristide? Tunc paupertas erat saeculi. Quid loqueris Fabricios? Quid Coruncanos? pompae ista exempla. Fictilib. fuerunt dij faciles: tibi non noue ris diuitias esse paupertatem, quid vos liberis vestris optatis? ego meo imperium.

DIVI-

DIVISIO. Non puto vos quaeferere, quomodo haec controuersia diuisa sit, cum habeat negotij nihil. Fusci tamen sic diuisit: Dico mihi licuisse adoptare: dico mihi licuisse recusare adoptionem: dico etiam vt licuerit, recte tamen recusat: & quod iure fit, verum est: & quod sine iure quoque rationem habeat, recte fit. Cum de iure diceret, dixit: Sub arbitrio, inquit, patris sum: & hoc subiector patri, quia pius sum: in hoc sine dubio, vt pius sum: & ad manum argumentum est. nempe abdicanti respondeo. quid ita? quia respondeo, scilicet id ago ne desinam illius esse, quid ago, cum respondeo emancipanti: quid enim ad amittendum patrem interest, vrum eijsciar, an transferar? Si non licet recusare, cur potius abdicas me quam tradis? Cum de officio diceret, in haec diuisit: Dico non fuisse dandum sine magna causa filium in adoptionem: dico multo magis a te: dico minime illi. [Silo Pompeius] sic diuisit. coepit euertere, & explosa quaestione: In omnia patri pareo, dum sit: etiam si in omnia, ibi non parendum, quo efficitur ne pater sit. Deinde quaerit, an inuitus filius dari in adoptionem possit: si non potest a nobis abdicari, quod arbitrij sui est, an possit, non cum contra voluntatem patris est, sed cu male arbitrio suo vitetur. hic subiector, an hic bonus sit. De officij parte tractauit, & ita diuisit: Turpem esse adoptionem, inutilem esse, periculosa esse. Cum diceret turpem, dixit aliena bona inuadere, & trium filiorum sub se fortem esse, & liberis spem reconciliationis paternae eripere, quam inhumanum esset. Cum inutilem diceret, dixit patri inutilem esse, adoptanti inutilem esse. Cum patri inutilem diceret, tractauit quam graue esset, vno carere filio, quem alius cōcupisceret, & cum diceret diuitiū esse, quodque qui tot haberet solertia, filium quereret: dixit: Tibi non erit facile adoptare. Inutilem esse diuitiū cum diceret, sic tractauit: Futurum vt ad suos redire, si non adoptasset. Hoc loco belle videbatur dixisse. Si animum patris intelligis, dat tibi notam reconciliandi tuos, negat se solitudinem pati posse. Cum inutilem sibi esse diceret, paupertatem laudauit, in diuitias inuictus est: dixit se posse diuitijs corrumpi, quibus corrupti possit exercitus. Cum in diuitias inuheretur, dixit: Aiunt multa vitia diuites habere illos, & hoc grauiissimum, quod suos non amant. Nec esse quod quisquam se satis putet firmum ad repellenda vita, contactu ipso concentia transeunt. Ne peccare discam? Ecce tu quam cito abdicare didicisti. Dixit futurum, vt diuitiū displiceret proprius inspectus ipsum amorem paupertatis ab illis fastidiri: dixit futurum, vt abdicaretur, si adoptatus placuerit, ego nec meo placeo: adiecit periculosam sibi futuram adoptionem in domo, suos dominos desiderante, & totam familiam expellere in situum heredem cupientem. [Latro ultimā quaestione] posuit, quam fere solebat: Etiam si non recte fecit, quod adoptari a diuite noluit: tamen bono id aduersus patrem animo fecerit, an ignoscendum sit. In hac quaestione bona pars adolescentis est, patrem amantis, & opibus praeferentis. Latro tamen negabat patrem datum manus, bono aduersus se animo factum, sed consensum filiorum aduersus patrem dictum tacitum, nescio quem. [Brocco] quidam non male rebus, qui dixerat adolescentem vidi sibi habere capitalia quaedam vita, male de se existimare eum, qui ire ad Iudicem districtum innocens nollet. [Argentarius] omnes priores transiens partes, statim ad hoc venit, Debuerit ne patri parere, an non debuerit: & in figuram contulit declamationem. Volo, inquit, aliis filium abdicet, qui petitur a patre paupere, vt in adoptionem diuitis daretur. Quam bonam, inquit, causam pater habebit? Dicit hic, deinde transit. Sic cum declamalet eam controuersiam, quae visitata non erat: Si ille filius malam causam haberet, ego bonam habeo: contulit suam causam cum illo.

COLOR. De colore magis quae situm est, an adolescens debeat aliiquid in diuitiē dicere, quid enim faciet? diceret in eum qui tantum aës habet, & in amicum paternum? non dicit in eum quem fugit? & illi tamen qui sibi abstinentiam conuictorum imperauerant, non bene præstiterunt, aliqua sententiae dulcedo surrepserit. Aridi declamatores fidelius quos proposuerunt colores, tuentur, nihil enim eos sollicitat, nullum schema, nulla dulcedo sententiae subrepit, sic quae malam faciem habent, saepius pudicae sunt, non animus illis deest, sed corruptor. [Fabianus philophorus] hoc colore vobis est, vt diceret: Etiam si sustinerem, at tradi diuitiū nollem, & in diuitias dixit, non in diuitiē: illas esse quae frugalitatem, quae pietatem expugnassent, quae malos patres, malos filios facerent. [Gallus Vibius] fuit tan magna olim eloquentiae, quam postea in saniae. Huic accidisse vni scio, vt in saniae non casu incideret, sed iudicio perueniret, nam dum saniae imitatur, dum lenocinium ingenij furorem putat, quod simulabat, ad verum redegit. Hic controuersiam postero die quam erat à Fabiano dicta, declamauit. Solebat autem sic ad iocos peruenire, vt amorem describeret pene cantantis modo, vt diceret. Amorem describere volo: tanquam, Bacchari volo. Deinde describat, & toties coepit reperebat: Amorem describere volo. In hac controuersia plane quod voluit, consecutus est, vt diuitias nobis in odii adduceret. Saepe enim ingessit: Diuitias describere volo: & multa facundè explicit, corruptius quam Fabianus, sed dulcior. hoc vnu occurrit, in quo pusillum inest saniae: Non me delectatis, non seruorum greges, nec sonantia laxi ruris ergastula patrem gratis amo. [Fusci Arellius] & hunc colorem dixit: Hominib. offendit. cum primum de adoptione ista cogitarem, occurrerunt mihi tres abdicati: & audio in ista domo tres fuisse filios, nec esse. Timeo infelicem liberis domum. & alias causas dixit, licet enim plura abdicato dicere, propter quae non litiget: sed nunc referto, cui rei quisque maxime institerit. [Latro] illo colore vobis est, sodalem se tribus diuitis filijs fuisse: Semper, inquit, illos colui, immo adhuc colo. cum abdicati essent, ego illis suis vi tacerent, & patrem cedendo mitigarent. dixi, Cum primum tempestivum putabitis, patrem ve- strum rogarit meus. Ecce admonent me aptissimum esse tempus. Verum est, non potest pater inuenire Pp 3 recon-

reconciliationis aptius tempus, diues filios quaerit. [Caesius] illo colore: Quos abdicatione non potuit terrere, putat se castigaturum adoptione. Non ille tuum filium concupiscit, suos corrigit: dum illos correctos putauerit, me statim abdicabit. Non facies? atque neminem adhuc habuit, in quo hoc aut facilius aut iustius ficeret. [Fabianus] hoc colore, vt dixi, legit: Nolo diues esse. Rufus Vibius hoc: Nescio diues esse. Haec in hoc loco cum diceret, excepta sunt. Non est quod putes, omnibus diutias conuenire, nihil est insolentius nouitio diuite. Sed & illud dixit: Alius animo loquitur, vt ex contemptu dinitiarum gloriam petat, ego non dico, Diues esse nolo: sed, nescio. [Albus] & ipse diutias insecurus est, & dixit pulchram de Fabricio sententiam. Munera, inquit, regia respuit, cum auro dominum timet accipere. & illum locum egregie tractauit: Omnes cibos habebo suspectos, omnes potionis. Trium paedagogi, ex illic occidere me volet, qui quis frugalissimus fuerit. Non venenam pauperes timent, non heredem: adhuc nec abdicationem timebamus. [Silo Pompeius] illo colore egit: Nemo illi placere potest. Ne in hoc quidem aliquem retinuit, vt non omnes abdicaret. Ecce nunc, inquit, inuenit nouam abdicationem, ne quid de reditu sperare possent. Et cum multa dixisset in diuitem, dixit: Non est quod mireris si te oderunt, quos abdicasti. Colorem aperte paratus aliquid cur hic desiderat? quidam dixerunt patrem cupidum diutiarum, quod inuidiosum est in hoc vsum: quidam ita, Diutias filio dare vult, vt filii eripiatis? Itaque Latro optimo colore vus est: In hoc: inquit, te in adoptionem volo dare, vt facilius per te abdicati reconcilientur. [Caesius] Timeo, inquit, ne abdicem, velle timerem. [Albus] hoc colore vus est, Summam sibi amicitiam cum diutie fuisse dixisse illum sibi dubitanti, an filium tollerer. Tolle, inquit, in meum patrimonium: ego istum fratrem liberorum iudicabo. Itaque cum & tertium abdicaret, dixit: Nisi mihi illud, vincum etiamnum filii habeo. venit ad me, & ait: Redde quem educasti mihi: si emendati erunt, fruere, habebo hunc pro illis. Tentasti statim illum reducere in gratiam cum filiis, intempestiuum erat. Tentauit, quoties subtrahendum eum respondit: non tanquam possit diutii deesse filius. [Silo] dixit: Amicos, inquit, abdicat, vus sum, quid ergo? maus inimicum adoptet? si intraeis domum, videbis, an aliqui animum patris à filii auertant. Si reduxerit, inquit, illos? & quid fieri? capit diutis domus quatuor liberos. Si illi te fratrem grauabuntur, libentissime recipiam. Sic de me datus meruit, vt illi darem filium paratissime commodato. [Blandus] hoc colore egit, vt diceret, Diutem inexorabilem esse liberis: omnia se fecisse ut illū placaret: videre se magnas causas & graues. Itaq; certā futurā adoptionē. [Otho] Junius pater, solebat difficiles controuersias belle dicere, eas in quibus inter silentium & actionem medio temperamento opus erat. Edidit quidem quatuor libros colorum, quos belle Gallio noster Antiphontis libros vocabat: tantum in illis somniorum est. & hoc vitium ab antiquis, qui artem dicendi tradebant, duxerat. Illi enim colores probant qui non possunt coargui, non vt omnia afferent, vt non esse aliquo homine offensus. Sed ridiculum est affectanti, quod falsum probari non possit. Non multum interest in causa sua, falsum aliquis testem deprehenderit, an seruum: alteri enim credi non debet, alteri non solet. Otho tamen Junius bene dicebat has controuersias, quae suspiciose dicendae erant. Item memini optime dicere illum pro iuuenie adulterij reo, in quem Syriacus Vallinus homo disertus ad calumniam iurauerat. Erat genus iudiciale. Speciosus iuuenem dominus suis deprecepit, cum vxore in cubiculo testatus est, & ob id vxorem suam dimisit. hoc nomine, seruum pro adultero postulatum, dominus non defendebat: mulierem, quam perebat, praeiudicium tuebatur. opus erat aliquo colore, cum in cubiculo visa esset cum seruo à marito. [Otho] Junius nullam rem certam posuit, sed tantum circumuentam a viro mulierem egregie tractauit: cuius actio quām vtilis fuisset, statim apparuit. Nigro Brutidio dicente, qui hoc colore vus est: Accersitum à domino seruum, qui inter se medius & dominam, cum domina rem haberet, illam non esse passam: maritum indignatum, proculasse quasi in corruptorem. Vus est colore, dixit enim, accessitum vt dominicae libidine paparium faceret. Syriacus cum secunda actione hunc colorem vrgeret, dixit multa dixit, inter quae & hoc: Adulterum accusator in cubiculum vsque perduxit, patronus in lectum, & a pene cauam abstulit. & illud cum Syriaco vase & facit, & belle respondet, cū prima actione diceret, non posuit cauam, sed argumentatus est: dixit probaturum se deprehensam in cubiculo cū seruo. Niger Brutidius cum ageret, obiecit Syriaco, quid causam non posuisset, & inquit a fuisse, quare non appareret, quomodo seruus solicitatus esset, quomodo perductus in cubiculum, cum responderet Syriacus, ait: Primum non apud eundem praceptorum studiūmus. Tu Appollodorum habuisti, cui semper narrare placet: ego Theodorum, cui non semper. deinde si quaeris Niger, quare ego non narraverim: vt tu ista narrares. Tunc & contra Maximum Stertinum quo premebat, cum comes eius fuisse, dixit per annos duodecim in officio fui: Dic quid in domo tua peccauerim? Sed haec consuetudo vestra. In iuriam vocatis finem seruitutis. Tamdiu yobis cordi sumus, quām diu vni. Haec a Syriaco dicta, magnis excepta clamoribus, cum occurrent mihi, praeterire non potui. Ad Othonem redeo, à quo longius aberraui. Solebat hos colores adhibere, qui silentium & significationem desiderant. Bene itaque & hanc controuersiam hoc colore dixit, tanquam in emendationem abdicaturus, & reconciliationis causa faceret. Hoc non detegebat, sed omnibus sententijs vtebatur ad hoc tendentibus: tanquam, Non possum, inquit, pati sine patre me: an sine te putas pati posse quenquam, aut patrem putas pati sine liberis posse? & illud: Credite mihi, impium nihil de liberis duo patres cogitant. & illud: Recipiat, inquit, suos, non possum sine te pati. hoc fortasse illi placebit, quid ad tuum patrem renerti voles. & illud: Non amas abdicatos? domum illorum occupa, ama, serua. dixit & illud: Libenter inquit, pauper sum & ego. Dicit aliquis:

aliquis: Quare ergo in adoptionem diutis filium recipi volo? Et excusationem si dixeris, filii mei causa facio: honestus autem nunc facio, quām si filium ei facerem. & illud: Hoc aut meum consilium est, aut illius, aut commune, consentiatis licet duo senes, iungit & illud, remuneriam adolescentiam, & incutam contumaciam: fortasse iam superuaca esset adoptio, si non repugnasset. Et illud: Non recipio, omnia licet facias; non ero pater orbo diuite. & illud in ultimo: Scis me non inuitum esse pauperem, ego te genui, ego diutias docui contemnere, sequere auctoritatem meā. nihil turpiter suadeo, nihil sorde concupisco, crede fidei meae. hoc fieri expedit, quod inquit, me tibi diuti: nihil amplius dico. Torā bene dixit controuersiam, sed hoc genere, vt putares illo dicente dicendum sic esse: deinde mitarere, quid illi suscipio, auctio actione opus fuisset, cum aperte liceret. Bene de hoc vitio illius Scaurus aiebat, illum acta in auctio tegere. Glycon & Scyridion ex altera parte satis dulcem dixit sententiam. † Artemon dixit. † Hermagoras dixit. †

Iufurandum mariti & vxoris. Controuersia II.

TH E M A. Vir & vxor iurauerunt, vt si quid alteri obtigisset, alter moreretur. Vir peregre profectus, misit nuncium ad vxorem, qui diceret decepsisse se. Vxor se praecipitauit, recreata, iubetur à patre relinquere virum, non vult abdicatur. [Porci Latronis] Dij immortales, qua debetis prouidentia humana num genus regitis, effecisti vt illud non periculum esset amantis, sed experimentum. [Caesij Tij]. Antequam iuraremus, diu inter nos haec tacita lex erat. Si abdicata fuerim, non vivet. Huic pater non credit, nec est nouum: nec vir illi credidit. Quaeris quod iufurandum fuerit? ita patri placeam. [Fusci Areli] patris. Iam vxor non nauigabo, nō peregrinabor. fides tua me timidum feci. Mentitus inquit, hic est, solleme est amantibus, ideo non nisi iurantibus credimus. Hos diuidere vult socer, quos ne mors quidem diuidit. Moriar, inquit, habeo & caulam, & exemplum. Quaedam ardenteribus rogis thorum miscuerunt: quaedam vicaria maritorum salutem anima redemerunt: quām magna gloria breui sollicitudine pensata est. O te felicem vxor: inter has viua numeraris. [Marulli]. Afficiuntur contentiones erant, ego magis amo, immo ego: sine te viuire non possum, immo ego sine te, qui solet esse exitus certantium, iurauimus. Hic animus sine dubio iurantium fuit, vt viui non diduceremur, cum illud quoque caueremus ne morte diuidemur. respexitis nos dij. nunquam vos violauimus. [Hipponis Romani]. Difficile est, iudices, eorum secretorum causas reddere, quae amantibus etiam sine ratione iucundam sunt. nec est quod putetis de abdicatione hodie tantum illius agi: de spiritu agitur. Scitis quemadmodum suos amet, non magis sine patre viuire potest, quām sine viro. [Iunij Gallionis]. Sacer huius (sic enim te appellabo quandiu vixero) quid sibi volūt altiores gemitus, & fortiora inter lacrimas suispiria? nescio quid videris fortius puelia promittere. non sum tanti, vt bis pro me pericliteris. [Argentari]. Nocet illi indulgentia suorum, in duo pericula mulier incidit: quorum neutrum esset experta, si aut minus amaret virum, aut minus amaret patrem. [Alfi Flani]. Nec est quod putetis, illi facilius istius esse desiderium, & patrem amat, rāquam iurauerit.

PARS altera P. Asprenatis. Nempe si quid acciderit viro, peritura est: & si bene filiam meam noui, peritura est: si quid genero, meo acciderit, filia mea moritura est, adiiciā quod sit indignū: si quid filiae meae acciderit, vir eius vieturus est. Vide qua te lege confrinxeris: si paqueris, viues. [Blandi]. O condicione, aequali, alteri vitam debet, alteri deuonit. [Papirij Fabiani]. Non possum, inquit, relinquere virū. Quidquam, inquam, non potes, quae mori potes? Ita ne qui falsum mortis nuntium misit, virum recipis? Vir dum nimis amat vxorem, paene causa periculi fuit: vxor dum nimis amat virum, paene causa lucretus fuit: pater dum nimis amat filiam, abdicat. Seruate totam domum, amore mutuo laborātem. Moriar, inquit: hoc patri minaris, viro promittis. Potes sine viro pati, peregrinationem eius tulisti. facilius potes carere eo qui spiritum debet, quām eo qui impedit.

DIVISIO. Et haec controuersia non erat in diuinatione, nam praeter illam quæstionem, An pater abdicare posset propter matrimonium, reliqua, cum ad aequitatem pertineant, tractationis sunt. Primā tamen conjecturalē quæstionem Latro fecit: proposuit illam, An etiam si non malo aduersus vxorem animo maritus fuit, fecit tamen, vt tam temerarius & inconsultus relinquendus sit, deinde, An etiam male aduersus vxorem animo fecerit. Fuscus Arelius iurius quæstionis subiecit, Non posse illam discedere à viro: nam & hoc iure iurando illam obligavit, hunc enim animum fuisse sine dubio iurantium, vt viui non diuidetur. Latroni contrarium videbatur, onerari iuriurandi inuidiam, cum extenuari deberet: & illud iufurandum contra fortunam uidetur, hoc etiam contra patrem. [Caesius contra fecit, & toto dixit iure iurando illam liberatam; illo casu solutos ipsos vinculo religionis: & ideo non futurum periculum uxoris, si quid accidisset viro. [Silo Pompeius] contra dixit, illam teneri iure iurando: & adiecit, Et si repudio inducta fuerit, non tamen solui foederis pactionem: & ideo inquit, Honestum mortis titulum vindico: ne si quid acciderit, aut ego pro aliena uxore moriar, aut illa pro alieno viro.

COLOR. Hispo Romanus hoc colore vus est, iufurandum iocosum fuisse: sicut multa quotidie iurarent amantes, & ipsum iurasse: idque oblitum se an iurasset, misisse nuntium, ut experiret affectus uxoris, non ut perimeret. Vxorem intellexisse falsum nuntium esse, & ex eo se loco praecipitasse, ex quo praecipitata perire non posset. Ut quomodo ego illam, inquit, falso nuntio terrueram, sic illa me fallo, pe

442
rículo terret. [Marilius] praeceptor noster licenter uerbo usus est, satis sensum exprimente, cum diceat uxorem intellexisse mariti mendacium: & ipsa aduerterum temerarios mariti iocos, reluisit. Hanc controuersiam memini me uidere. Nam onem declamare apud rhetorem Arellium Fuscum, cuius auditor fuit. Nam Latronis admirator erat, cum diuersum sequeretur dicendi genus, habebat enim ille constans & decens & amabile ingenium. Oratio eius iam tum nihil aliud poterat uideri, quam solutum carmen. Adeo autem studiose Latronem audit, ut multas eius sententias in uersus tuos transtulerit. In armatum iudicio dixerat Latro: Mittamus arma in hostes, & petamus. Naso dixit.

Arma viri fortis medios mittantur in hostes,

Inde iubete peti....

& alium ex sua oria sensum, quem à Latrone mutuatus est, memini Latronem in praefatione quadam dicere, quod scholastici quasi carmen didicerant. Non uides, ut immota fax torpeat, & exagitata reddat ignes? mollit uiros oculum, ferrum situ carpitur, & rubiginem ducit. Naso dixit.

Vidi ego iactatas mota face crescere flamas:

Et rursus, nullo concuente, mori.

Tun caudem cū studeret, habebatur bonus declinator. Hanc certe controuersiā ante Arellium Fuscum declamauit, vt mihi uidebatur, longe ingeniosus: excepto eo, quod sine certo ordine per locos discurreret. Haec illo dicente excepta memini: Quicquid laboris est, in hoc est, ut uxori uirum, & uiro uxorem diligere concedas. Necesse est deinde, iurare permittas, si amare permiseris. Quod habuisse nos ius uaran dum putas? Tu nobis religiosum nomen fuisti. Si mentiremus, illa sibi itatum patrem inuocauit, ego sacerum. Parce pater, parce sacer: non peirauimus. Ecce obiurgator noster: quam effraenate amor fertur, quanquam esse filiam preceris: charum quidem, quod illum ab indulgentia sua auocet. Dij boni, quomo do hic amauit vxorem: amat filiam, & abdicat: dolet pericitatam esse, & ab eo abducit, hinc quo negat se posse viuere: queritur periculum eius, qua pene caruit hic qui amare caute iubet. Facilius in amore finem impetus quam modum, tum hos ponis terminos: vt nihil faciant, nisi considerare: nihil pronitant, nisi vt ius facturi: omnia verba ratione & fide ponderent. Senes sic amant. Pauca nocti, pater, crimina: & litigamus aliquando, & cecidimus: & fortasse, quod non putas, peierauimus. Quid ad patres pertinet, quod amantes iurent? Si vis credere, nec ad deos pertinet. Non est quod tibi placeas vxor tanquam prima peccaueris, perijt aliqua cum viro, perijt aliqua pro viro: illas tamen omnis aetas honorabit, omne celebrabit ingenium. Fer, sacer, felicitatem tuam, magnū tibi quam paruo constat exemplum? in reliquum diligentiores facti sumus: errorem nostrum confitemur: exciderat iurantibus, esse tertium qui magis amaret: sic, dij, sit semper. Perseuera sacer, recipie filium: ego qui peccavi, poena dignus sum, quare vxore necata, sacerculo causa sum orbitatis? Discendam e ciuitate, fugiam, exulabo vtcunque potero, desiderium misera & crudeli patientia perferam. Morerer, si solus moriturus essem. Declamabat autem Naso raro controuersias, sed non nisi ethicas: libentius dicebat suas orias: molesta illi erat omnis argumentatio verbis minime licenter vsus est, nisi in carminib, in quibus non ignorauit vitta sua, sed amauit. Mansuetum potest esse, quod rogatus aliquando ab amicis suis, vt tolleret tres versus, iniuciem petijt, vt ipse tres exciperet, in quos nihil illis licet, aqua lex visa est: scriperunt illi quos tolli vellent. in vtrisque codicillis ijdē versus erant, ex quibus primū fuisse narrabat Albinouanus Pedo, qui inter arbitros fuit,

Semibouemque virum, semiuirumque bouem.

Secundum:

Et gelidum Borean, egelidumque notum.

Ex qua apparet, summi ingenii viro iudicium non defuisse ad compescendam licentiam carminum suorum, sed animatum. Aiebat interim, decentiorem faciem esse, in qua aliquis naeuus esset.

Raptor patrem suum non exorans. Controuersia III.

EX. Raptor nisi suum & raptae patrem intra triginta dies exorauerit, pereat. *Thema.* Raptor raptae patrem exorauit: suum non exorat, accusat deinentiae. *Contra Raptorem. Porci Latronis.* Moriar, inquit, moriar hodie. ego virum non fleo. Quid contremiscis senectus? quid lingua trepidas? quid oculi obstupitis? nondum est trigeminus dies. Vitam rogas: dedi, & perdidisti. Mori, inquit, filium vis. ego te mori volo? immo furor tuus, illa caeca & temeraria cupiditas. Et inter haec pater illius, qui nimis cito exoratus est. Quare tam cito senex ille remisit iniuriam? Ne tristiore quidem vultu expugnatam filiae pudicitiam tulit. timeo ne uerum sit quod audio, ne nouo, inauditoque more de nuptijs puellae exoratus sit. [Caelij Pij]. Quo melius de re iudicare possit, narrabo me iuuenem. habui patrem sanas mentis: nec tam scelerum, scilicet ut crudelis esset, nec tam indulgentem, ut incautus. Duxi uxorem, quam pater iuferat: & tamen nuptiarum mearum me paenitet. Fili, nonne saepe excandui, saepe reconciliatus sum, saepe quod negaueram dedi? Ipse dispensasti triginta dies: vt haberet primos sacer, medios reus, nouissimos pater. Ne omnia a prima adolescentia repetam, uirginem rapuit, patrem accusat. Haec intra triginta dies. Putas me accusatori promissurum, quod filio negauit? Impertraui, inquit, ab illo: alij aiunt ilium a te, medijs me diebus accusas. Rapuisti uirginem, cum tam libenter uiueres? [Arellij Fusi patris. Moriar, inquit etiamnum minaris: nondum rogas. Quid, inquit, rogaro? iam lassus es, nec ullum adhuc roga-

rogasti. Non possum, inquit, exorare tam dicta? Nouo more objicit dementiae constantiam. Quid ergo tu poteris uidere mortuentem filium? fortasse non potero: & ideo irascor, dum licet. [Pompeij Silonis]. Haec audacia eius ex parte culpe meae est: nimirum indulgenter nutritus est: omnium sibi putat licere: nec ille unquam me roganit. Ignoruit, inquit, & alius. Ante me rogas est. Non nosti condicionem legis tuae: in hac qui pares lententias habent, pereunt. ipse ad alienam se misit, lex illum admisit ad meam. Raptor nisi & suum & raptae patrem exorauerit, pereat. Vis scire, lex vtrum maluerit? non exoratus irascitur. ex duobus patribus eum raptor accusat, qui legem sequitur. [Arellij Fusi]. Miraris me dubitare? ipsa lex inter mortem & nuptias dubia est. Quid me intempestiuae proditis lacrimae? Nondum erat tempus flen di. Non est quod quicquam tibi promisisse lacrimas putes. leo, quod necesse mihi est spectare filium morientem. Quid facturus sim, adhuc hec cito: utique tu ante trigeminum diem nescies. Exorabo, inquis, patrem. Quid ergo mihi molestus es, si hoc tibi fatis est? O dij, effregit fores: & identidem leges inuocant tem coeger pati stuprum, nisi tam facile puellam exorauit, quam patrem. Mortem vita meruit, accusatio ne deprecatur, consumuntur interim dies. Vt nostrum consumit? Rogo, inquit. Non est tuum me rogarre. Nunc ego rogar debueram, qui periclit. [Papirij Fabiani]. Demens sum, vides: turbiter viuo, mere tricem amo, leges ignoro, dies tuos non numero: ad iudicem vocatus, non adsum. Ergo moriar, inquit, hoc si reo dicas, non curio: si iudici, videbo: si dementi, non intelligo. Et huic aliquis ignoscere potest, qui sic rogar? Vos mei iudices estis, iste habet suum iudicem, nec potest inexorabilem queri, quem nondum expertus est. [Iunij Gallionis]. Rogo, inquit. Num sic? Si volebas rogar, admouisse propinquos, amicos, maiorum imagines, lacrimas, repetitos alte gemitus. Testor deos, sic rogaturus fui puellae patrem. Cum, inquit, multum in supplicijs habitum submiseris, cum dixeris: Paenite quod rapui, quod te priorem non rogaui: cum dixeris te dementem fuisse, deliberabo cum amicis, deliberabo cum propinquis, deliberabo cum tua matre. Me miserum, quam paene promisi? anime dura. heri fortior eras: & multum habeo quod deliberem, diuersi me affectus distringunt. inter regnū & patrem distracthor. Hinc iniuria est, hinc natura. Quid properas? nemo tibi praeter me roganus est. Ergo, inquit, misereberis? nihil promitto ante trigeminum diem. Misericordia me, quod tantum triginta diebus irasci possum, longiore tempore opus erat. Audi a demente exempla huic criminis. Denis vicini que annis inter bella iuuentus confenuit: nos tringita dies ferre non possumus. Deliberabo, lex nihil vult temere fieri. Magna res est, inquit: delibera, cogita, tempus accipe. effregisti domum ciuis, vt dicas, etiam misericordis, morere. Non est hoc nocenti graue. ego nihil peccavi: propter te mori cupio. ratio à me exigitur alienae culpe, non meae potestatis. Quid ergo facturus es? non pronuntiabo ante supremum. Quid sic miraris, si illum citius exorasti? facilius est iniuriam donare, quam crimen. Agedum in medium senex, ciuius misericordia crudelis sum: non putasti mecum deliberandum. Vnde autem scis, quem filium habeam? ego certe adhuc nescio, qualem filiam habeas. nullum tempus vni verbo angustum est. Iam, inquit, angustum tempus est. & tibi vacat accusare? [Vibij Rufi]. Quis inquam praeter me ignoscere iussus est? iam, inquit, tempus angustum est. ita non putas me subducere quantum superfit? Iam, inquit, tempus angustum est. Angustum erat, si duos rogar deberes. Angustum tempus est, exclamat: nescio quid rogam. Roga ergo. Me priorem rogar debuisti: non dico quia dignior sum, qui prius roger: quia pater tuus: id quod minimum est, proprius habito. Huc videlicet illa pars legis pertinebat, vt suum patrem exoret. Patrem sic aliquis exorat, si deprecatur? Apparet nunc te primum rogar. Demens sum: ito si vis, argumentum dabo tibi. filius meus moriturus est. nondum testamentum mutauit. [Cornelij Hispani]. Multi me affectus didicunt: necesse est de alijs querar, de alijs erubefcam: de alijs timeam, de omnibus etiamnum liberem. Ne ille quidem, quanquam dicitur nimis exorabilis, ignoruerit, si sic rogarus esset.

PARS altera. [Arellij Fusi] patris. Me miserum, pater, irae tuae detraictum est nihil, & temporis multum, infeliciar sum, quam si neutrum exorafsem. Mortem timeo, postquam mihi homines gratulati sunt. Quid tibi, optime sacer, pro ista misericordia tua, qua mihi & patri meo percepisti, precer, nisi superstitem filiam? [Papirij Fabiani]. Non possum disimilare pater, quod illum exorauit, tuum beneficium est. certe cum exoratus est, hoc dixit. Aliud quidem suadebat dolor meus: sed quid faciam? patris sui mifereor. Miserere pater: scis quā breuis sit aduocatio mea. Misereor, inquit, vis verum dicam, quid dixerit: patris tui. Vnde ego miser ab hoc patre ueniens timerem patrem? [Caelij Pij]. Timeo mortem, nec si faciuam habeo cui peream. [Marilius]. Si tibi tam pertinax aduersum me odium est, audacter quid sis facturus, pronuntia. dic exorari te non posse. quid me incerta mortis expectatione suspendis? sollicitus inter somnos quoque velut admotam ceruicibus meis securim expauesco. si non impetro vt vitam, hoc certe impetrem, ne diu moriar. Non est quod putetis legem in numero dierum angustum fuisse. lex illius, diu mori. Responde pater: si seruaturus es filium, iam tempus fuit: si occisurus, iam tempus est: non possum sustinere ultra haec tormenta. diebus panics & in me mihi aliud licet. [Blandi]. Ita parum contigit tibi, quod solus periclitante filio non rogas?

DIVISIO. Latro sic diuisi. An intra trigeminum diem raptor agere possit: sicut non potest qui in studia est, qui in carcere. etiam si cum alio potest, an cum patre possit, cui vitae mortis que arbitrium datum est, cum illi accusare eum liberum est, quem mortiferum est non exorasse etiam si cum patre potest agere, an ob id possit cuius faciendo potestatem lex patri dedit? Ita enim ratione nihil licet, si aut exorari, aut accusari ei necesse est: deinde si possit agere, an debeat. Irascendi causam tractauit, quod alium prius

CONTROVERSIARVM.

prius rogauit, quod me non rogauit, quod etiam accusat. si non exorauit filius, dementia est. tantam dementiam ferre non possum, cum adhuc an exoretur, incertum sit. Hic paterno affectu tractauit spem faciendi, non probabat Fuscum, qui paulo apertius agebat: est controuersiam promittere. potest nihilominus & bonus agi pater, & non exoratus. [Fabianus] eam quaestionem fecit, & in ea multum moratus est, dementiae non posse agi, nisi cum eo qui morbo fueret: in hoc enim latam esse legem, vt pater a filio sanari deberet, non vt regi. [Latro] eleganter dicebat quasdam esse quaestiones, quae deberent inter res iudicatas referri: tanquam, An quicquid optauerit vir fortis, aut tyraunicida, accipere debeat: quasi iam pronuntiatum sit non debere. Nemo quaestionem hanciam tractat, sicut ne illam quidem. An quicquid pater imperat, faciendum sit. Inter has putabat & hanc esse. An pater ob dementiae quae morbo fieret, tantum accusari à filio debeat. Aiebat enim manifestius esse de lege & officio patris quaeri, & singi quasdam controuersias, in quibus pater furiosus probari non possit, nec absolu tam propter nimiam impietatem, libidinem foodam. Quid ergo, aiebat, nunquam utrūq; hac quaestione? utrūq; sed cum alijs deficiat. [Pollio] Asinius dicebat, hoc Latronem videri tanquam forensen facere, vt ineptas quaestiones circuncideret, in nulla magis illum re scholasticum deprehendi. Remittit, inquit, eam quaestionem, quae semper pro patribus valentissima est. Ego semper scio, nullum patri curatorem dari, quia iniquus pater sit, aut impius, sed quia furiosus: hoc autem in foro esse curatorem petere, quod in schola dementiae agere. [Gallio] & superiore vobis est quaestione, & illam adiecit: An agi cum patre dementiae possit, ob id quod facturus es, non ob id quod fecerit, neminem iniuriarum accusari, quod iniuriam facturus sit: non adulterij, quod adulterium commissurus sit: ne dementiae quidem, quod demens facturus sit aliquid. Tu vero, inquit, mecum agis, non quod non exorasti, sed quod exoraturus non es: puta enim me hodie exorari, ergo demens videor, qui vno me verbo sanare possum? Lex triconta dies dedit: quia iudicauit aliquem duriorem futurum. Etiam si demens est, qui non exoratur a filio, num qui eriana vigefimo ergo non potes hoc nomine damnare me, quod exoratus non sum: etiamnum enim exorari possum. Itaque si quis vestrum agere tecum hoc crimen non potest, vt si quem ad triconta dies exorare possum, post triconta quaerit non potest, aut crimen non habeo, aut accipitatorem. [Silo Pompeius] fecit quaestionem, quia Gallio vobis est, nihil aucturum adolescentem, etiam si damnauerit patrem, nihilominus enim periturum, quia lex nullam aliam salutis viam dedit raptor, quam si exorauerit patrem. [Latro] haec omnia quasi membra in aliquam quaestionem incurrentia tractabat, non vt quaestione: quanquam hoc ipsum in aliam aiebat quaestionem incurrere, in qua quaeritur, An raptor possit accusare patrem intra tricustum diem. Nam cum dico, Non potes accusare eum, in cuius arbitrio positum est, moriaris, vias: non magis quam magistratum in ius vocare, quam de iudicibus tuis ferre sententiam, non magis quam miles in imperatorem suum animaduertere, adiicio. Non potes accusare, nihil enim tibi proderit, etiam si damnaueris, morieris. Lex enim, si non exoraueris, perire te vult, non exoras autem, etiam si damnas. Quare hoc non quaestio loco ponebat, quod imbecillum putabat. Apparet enim exigere legem ab eo, vt exoret patrem, qui non habet quem exoret, puta enim patrem alicuius esse tam palam furiosum, vt nihil intelligat: hunc exorari à filio non vult. Atqui eodem loco est manifestus. Clemens Iustus parum hoc putabat valens esse, tanquam quaestionem: satis valens tanquam argumentum: & illam alteram satis valentem quaestionem, non posse cum patre agi eo nomine, quod non peccauerit: sed tracturus iste iniuritatem tractationis ponebat, cum diceret: Agere mecum dementiae, et si iam potest, nunquid enim peccavi? non sum exoratus, nondum tempus transiit, etiamnū exorari possum, quam iniquum est nondum esse me nocentem, esse iam reum.

COLOR. Omnes infamauerunt raptae patrem, quasi cum raptore colludentem. [Gallio] dixit: Ingenius virginem rapuit, si tamen rapui. [Silo Pompeius] eandem suspicionem in omnia contulit. Exorauit, inquit, raptae patrem. Ita tu, cum tam exorabilem patrem haberes, rapuisti? [Hispanus] dixit: Omnia cito facta sunt: cito rapuit, ille cito ignoruit, nisi demens sum, est aliud suspicandum. [Argentarius] dixit: Rapta est, & statim exorata: immo nescio an exorata, deinde rapta. Ipero te innocētōrē fuisse quam vis videri. Tu exorasse te dicas. ego te exoratum puto: dic quid tibi cum socero conuenit? [Rufus] Vibius dixit: Dic mihi, quid tibi conuenit, quando tibi nuptias promiserit, nec vicitū te hercules fateberis, cū dies venerit. [Asprenas] dixit: Iam, inquit, non multum reliquum est ex triconta diebus: si ex illo dies non merarem, cum primum exorasti, aiunt iam triconta dies praeterisse. [Latro] dixit id quod inter sententias scriptum est, adoriar: dic ergo verum. [Caesius] hac figura declamauit, vt rogarer patrem, tanquam exoratus esset raptae pater: deinde ad hanc sententiam transit: Nunquid peiorum causam habeo, si apud alterum iudicer? [Lucius] eadem figura declamauit, & Hispanus: sed transit mollius. Scio quid responderi mihi possit: Facile est domestici iudici satisfacere. Videro te, cum ad raptae patrem veneris. In hac controuersia Triarius dixerat: Non scies an exores, nisi vltimus dies venerit: & tunc, quoad lucebit, perseuerabo. Deinde cum scholasticorum summo fratre: Et tu quisquis es carnifex, cum strictam sustuleris securim, antequam ferias, patrem respice. Belle deridebat hoc Asinius Pollio. Filius, inquit, ceruī cū porrigit, carnifex manū tollat, deinde respiciat ad patrem, & dicat: Agon? quod fieri solet victimis. Sed ioco quoque remoto, aiebat rem verissimam, non posse carnificem venire, nisi eo tempore quo iam pater exorari non posset. [Caesius] ex altera parte hoc colore vobis est: Quia priorem rogassem raptae patrem, suspensum esse volui, statim illum secutum esse nolui. De me queritur, quod illum potius cogitare

de patrimonio filij, quam de periculo volui. [Latro] hoc colore vobis est. Scitis periclitantes alieno arbitrio agere: illi qui circa erant sodales, qui occurrerant amici paterni, aiebant: Eamus statim ad raptae patrem, in huiusmodi casu illi roganter: nam raptoris patres roganter. [Silo Pompeius] diuersum colorem huic secutus est: Non erit, inquit, duritia patris mei: item amici suaerunt, ad raptae patrem iremus, ne nocerent apud illum quod tarda siuū exorer patrem. [Hispanus] bello docisimo vobis est. Vultis, inquit amici, eamus ad raptae patrem: occurremus, ille domi est. [Fucus] Arellius dixit: Ille prior roganter est, qui magis timebatur. Triarius à parte adolescentis dixit: Timeo ne mutetur etiam exoratus. Hunc sensum non imprudenter Silo Pompeius improbabat: aiebat enim nō posse mutari semel latam sententiam. Quidam voluerunt videri, cito exoratum raptae patrem: quidam tarde. [Fucus] Arellius dixit: Magnam partem legis consumpsi: nec de mora queror: raptae pater roganter. Caesius non probabat, & hac sententia vobis est, cum hunc colorem arguendum putaret: Vult videri roganter diu raptae patrem, efficit ut videatur eum diu non roganter, malo autem videri hoc patrem tarde exorari, quam tarde roganter. Hermagoras solebat interdum diu schemata prosequi, interdum breuiter & fortius attingere: sicut in hac sententia fecit, cum suspicionem facere vellet, inter raptae patrem & raptorem collisionis†

Ariemon dixit:†

Glycon dixit:† Hunc sensum commodius dixit Lepidus, Neronis praceptor: Miser eris, nisi etiam ultimo die: egomet īā tu misereor. Diocles Carylius à parte patris ethicos dixit:†

Nepos ex meretrice suscep̄tus. Controuersia. IIII.

T Herna Abdicauit quidam filium. abdicatus se contulit ad meretricem: ex illa sustulit filium. aeger ad patrem misit, cum venisset, commendauit ei filium suum, & dececessit. adoptauit puerum, ab altero filio accusatur demetiae. Pro patre. Porci Latronis. † Qualem vidi, ipsa fungebatur officijs, sedula circa lectum aegrotantis in omnia discurrebat ministeria, non impulsis tantum, sed laetis capillis. Vbi est, inquam meretricix: venit ad me sedulo, qui diceret: Filius antequā moritur, rogar venias. Non expectau, dum iste permetteret, amens cucurri. Cetera quemadmodum narrā nescio: steterim, an federim, quid loquutus sum, quid audierim, nescio: hoc vnum scio, iacuisse me inter duos filios: accede huc puer, depositum, crimen meum: non habeo miser, cui te moriturus commendem. [Caesius] Pī. Recepī in sinum nepotem. Vultis, & hunc abdicem? duos filios tuli, huic numero iam astueui. Patrem accusat, fratrem infamat, infantem persecutus. Rogo vos, non satius est meretricem amare, quam neminem? Noui generis dementia arguitur. sanus eram, si non agnoscerem meos. Tradidit infantem, & expirauit: non habui cui redderem, offerebam me propinquis: illa videlicet in hac cogitatione tacebat. Nos roganter, cum frater non audeat? Meretricis, inquit, filium receperit: nempe eius quae meum receperat. Fateor me aliquando in sanum fuisse. Nescio quis est, abdicatus meliorem extuli. [Papirij] Fabiani. Quād nihil in domo illa meretricia foedi vidi? abidebat mulier tristī vultu, affecta, aegro simillima ipsa, demissis in terrā oculis. Pater, inquit, nihil tecum frater locutus est: in sinu meo filium posuit, domum pertuli, dementiam vocat, quod infantem non abdicauit. Quid facerem? negarem aliquid filio, cum ille rogarer pro filio? Ignoscō tibi, quod tam durus es. Aegrum fratrem non vidi si. ille magni successor modo patrimonij natus intellectō precario moriebatur. Non seruorum turba circumstebat, non amicorum: inter infantem & mulierculam, deficientis adolescentis spiritus in aduentum meum sustinebatur. Vt intravi, cadentes īā oculos ad nomen meum erexit, fugientemque animam retinuit. Pater, inquit, quod adhuc nihil deprecatus sum, noia contumacia feci, fratri mandaueram. Indico tibi crimina mea: expirantem coheredem tuum ad vitam volui reuocare. Vt saluus esset, rogaui deos: &c, licet dementiam voces, si vixisset, receperisset. Arellij Fuci patris. Securior eram, quoniam putaueram illi omnia praestare fratrem: cum subito nuntiatum est, in vltimis esse filium: nec hoc à fratre. o me miserum, quod solum nepotem recepi. [Albucij] Sili. Vt videntur, vident & fratrem, circumpicibet & patrem. [Tulij] Bassi. Tibi debeo mulier, quod habuit filius meus in qua domo aegrotaret. Pudet dicere: vi nepotem agnoscerem, roganter sum. Non potest vno: criminē dementia intelligi. Nemo sine vita est, in Catone moderatione, in Cicerone constantia desideratur, ad summam, tres suūmus, omnes peccauimus: ego, quod abdicauit frater, quod tacuit: tu, quod pro fratre non rogarsti. Nō sum vno: herede contentus: duos habere volui: & quo magis concupiscam, habui. Misit ad me adfectus aeger, non ibo: mihi crede, adi & tui. Cogitate & quis roget, & quē roget, videbitis negare non posse, nisi qui accusare possit & patrem.

ALTERA pars. Porci Latronis. Quem honestius subiecit meretrice quam peperit. Pater istius incertus est: bene cum ipso ageretur, si & mater. [Fucus] Arellij patris. Errat, si quis sit qui me putet pecunia moueri: primum astueui, coheredem habere, deinde olim tam cum puer isto paterna diuisi, quia mulier illi frater donauit plus quam pro sua parte. [Romani] Hispani. Incidit in meretricem, inter omnia mala, forecūdā. Verac inimicæ. Nosciis quibus ante in cubiculū ritualis venit, quam maritus. [Argentarius] Cum abdicaret, aiebat. Hoc scilicet expectabo, donec hāc ē meretricē liberos tollas. Mulier, nescio an aduersus patrem iniuriosior sis, quod abstulisti illi haeredem, an quod dedisti. [Albucij] Sili. Sine ueniā illuc amici: sine propinquī. nunc erubescunt in domum meretricis accedere. Mulier quae sine præfatione

tione honeste nominari non potes, cedo istum puerum nulli agnoscendum: sed mater afferat. Seuerissimus pater abdicavit etiam, quem sciebat suum. Erat in domo puer, qui omnes vocabat patres. Adoptauit eius filium, propter quam etiam suum eiecerat. [Caestij Pij. Nullum genus iudicium recuso. si sene-ri erunt, nocebit isti, quod receperit meretricis filium: si clementes, quod abdicavit suum. Clamauit pa-ter: In domum ergo meam mererix veniet, aut (quod turpius est) filius ad illam ibit? Misit in domum nostram publicum puerum. Quis illis nuptijs interfuit, nisi aut abdicatus, aut abdicandus?

DIVISIO. Latro sic dinisit, An pater ob illam adoptionem accusari possit, an ob hoc debeat: omnes infamauerunt adolescentem, quasi illius criminibus factum sit, ut frater abdicaretur. Et ideo sententia laudatur Fabiani: Nihil tecum locutus sum. Cum hoc unum puer noceat, quod ex meretricie natus est, omnes operam dederunt, ut quantum in controvrsia licebat, huic virtio moderentur, effi-cientque ne quid in illa videretur meretricis fuisse, nisi nomen. [Marillus decenter hoc dixit, simul obij-iens fratri impietatem. Nihil, inquit, in illa domo meretricium fuit: scires, si mecum fuisses. [Albucius ethicos, ut multi putant, dixit: certe laudans est, cum diceret. Exeuntem prosecutus est, non probabat hanc Messallam sententiam: Non habebit, inquit, fiduciam, si maui videri recepisse puerum quam abdu-xisse: & ea ratione eum adoptasse, non quia debuerit, sed quia fecutus est. Fuit autem Messalla exactissimi ingenij in omnis quidem studiorum partis, Latini virque sermonis obseruator diligentissimus. Idem itaque cum audisset Latronem declamantem, dixit: Sua lingua disertus est, ingenium illi concessit, ser-monem obiecit. Non tultit hanc contumeliam Latro, & pro Pythodoro Messallae orationem disertissimam recitauit, quam suotoriam Theodozo declamauit per triduum, quae dixerit, suo loco reddam, cum ad sua foras venero.

COLOR. A parte adolescentis non unus omnibus color placuit. Quidam personam eius quallem accepant, introduxerunt duram & asperam. Ex quibus fuit & Hispo Romanus. [Iunius unum aiebat effi- ciendum, ut non durus videretur, sed severus. In hac parte dixit nobilem illam sententiam, quam Fabius Maximus circunferebat: Venit assidue in domum meretricis: non recedit: panum abeat, quin non recusat. [Caesarius bella figura egit: Dementia, inquit, res est sanitati contraria: Non quaeram extra exempla sani hominis: & quod pater me rogat, ipsum sibi comparabo. Fuit aliquando sanus. Tunc quid faciebat? Ode rat luxuriam: ut tunc castigaret, nūc iam seuerus. Senem putabitis sanum, si vobis in lupanari ostenderor. Sic declamanit, ut fratri patrem daret accusatorem, & illum argueret sibi ipsi comparandum. [Latro fra-tri peperit, puerum pressit, & dixit fratrui filium non esse, & ne fratrem quidem hoc fieri voluisse. Illa verba ab aegro impetrata. [Fabianus ex omnibus istis colore secutus est optimum, qui aiebat, dicere Messallam non tantum bonam partem adolescentis fieri, sed etiam honestam, obiecit patri, quod fratrem abdicasset, non schemate, sed certo. Nihil, inquit, peccauerat, amat meretricem, solet fieri. adolescentis est. expecta, emendabitur, ducet vxore, quare tunc non egisti dementiae? Expectabat poenitentiam tuam aie-bat, iam recipiet. Hoc per transiit obiecere coepit, quod non recipisset, quod vidisset in lupanari habitan-tem. Abdicasti, inquit, ut emendares, non ut virtus augeres in dies. nullum illius vitium aetatis est: amor est, recipie antequam aliquid faciat, cur mox pudore morietur. Ad ultimum obiecit illi, quod aegrum non sustulisset. Potest, inquit, conualefcere, si uiderit penates suos. mitius cer te morietur in paterno solo suo. Quare, inquit, tu a pud fratre non fuisti: & ego queror, ille cum ad te mitteret, putauit se ad duos mittere. Vnam tecum fuissem, pater: rediess illinc cum filio, sed tuo. De adoptione nouissime questus est & hac figura: Abstulisti mihi fratrem, cum quo natus sum, cum quo educatus sum, ut dares istum. Indignor hanc fratris meo contumeliam, ut huius vocetur pater. Sed ut aliquid iocer, Fabianus Maximus nobilissi-mus vir fuit, qui primus foro Romano hunc uominum morbum, que nunc laborat, iniulit: de quo Seue-rus Cassius antequam ab illo reus ageretur dixerat: Quasi disertus es, quasi formosus es, quasi diuines es, * unum tantum es, non quasi, alapam. Hanc controvrsiam cum declamatet Maximus, dixit: Quasi tricolore, qualia sunt quae basilicam infestant. Dicebat autem à parte, omnes aliquid ad nos imbecill alter al-terius onera derulimus. Accusatur pater in ultimis annis, nepos in primis abdicatur: nullus autem. Haec subinde refero, quod aequae uitandarum rerum exempla ponenda sunt, quām sequendarum. In hac con-trovrsia Latro contraria rem controvrsiae dixit, sed sibi. Declamabat illam, Caesare Augusto audiende & Agrippa, cuius filios nepotes suos, Caesar Lucius & Caius adoptatus diebus illis uidebatur. Erat Agrippa inter eos, qui non nati sunt nobiles, sed facti. Cum diceret partem adolescentis Latro, & tracta-ret adoptionis locum, dixit: Nam isti adoptione nobilitati futuri - haec & alta in hanc sententiam. Mae-cenas in uirtute patri, fascina reculare, finire iam quidam declamationem putabant, hanc malignam tē Mae-cenas esse: effectus enim nobilem, non ut audiret quae dicta erant à Caesare, sed ut notaret. Tanta autem sub diuo Augusto libertas fuit, ut praepotenti tunc M. Agrippae non defuerit, qui ignobilitatem expo-brarent. Viplanus Agrippa fuerat, Viplanij nomen quasi argumentum paternae humilitatis. susule-rat, & M. Agrippa dicebatur, cum defendere reum, fuit accusator qui diceret M. Agrippam, & quod me-dium est, volebat Viplanum intelligi. Fuit qui diceret: Concurrite, Agrippa malum habebis, responde-dijs. Ea in parte virque mihi videtur admiratione dignus diuus Augustus, sub quo tantum licuit. Sed ho-rum non possum misereri, qui tanti putant caput potius quām diūtū perdere. Latro dignus fuit mis-eratione, qui ne excusare quidem errorem suum potuit. Nihil est autem crudelius quām sic offendere, ut magis sis offensurus si latisfeceras.

Torta

Torta à tyranno pro marito. Controvrsia V.

T H E M A. Torta à tyranno vxor: nunquid de tyrannicidio sciret, perseuerauit negare. postea mari-tus eius tyrannum occidit. illam sterilitatis nomine dimisit, intra quinquennium non parientem. Agit illa ingrati. Pro vxore. Porci Latronis. Si cum liberis torta est, & incaete: Escende, inquit, occide ty-rannum. nisi occideris, indicabo. Subiecta manu satelles: Quid moratis? inquit, iam exposta tormenta sunt. Bene est, inquit mulier, ad stuprum vocor. Instabat quotidie viro vxor, exigebat tyrannicidū. Tem-pus est: escende. Si nihil aliud, vt liberos habeas. nisi tyranicidae paritura non sum. Miraris, si eo tempo-re matrona dicere potuit. Escende, occide tyrannum: comes sequerer, nisi me inutilem dimisisset ty-rannus. Escende, ego iam feci tyranicidium meum. Eas nuptias tyranicidium didicit, quas non diduxit ty-rannus. [Caestij Pij. Subito in felices nuptias opprescit tyranus. Trahebant matronae: rapiebant vir-gines: nihil tutum erat: nulli feliciores tunc videbantur, quām qui liberos non habebant. Quaedam ita-que elisere conceptos, quaedam foecunditatem suam moratae sunt. Quod ad hanc pertinet, agit suae for-tunae gratias, quod illo tempore nihil peperit. Tyrannus suspicatus est, istum nefcio quid de tyrannici-dio cogitare: siue isti aliquid excidit, siue magna consilia non bene vultus tegit. Utique de vxoris garru-litate queri non potes, cum scias, quemadmodum taceat. Misit itaque satellites: Attestate, inquit, vxore. & adiecit. Si quos filios habet. Veniunt in domum crudelissimi carnifices, in quorum vulibus erant tor-menita: iactatur misera inter satellitum manus, & toto itinere non ducitur, sed trahitur. Isti de tyrannici-dio: audacter iam consilium indicemus. Iam enim puto licet. Nupsit isti propter liberos: sed infelices nuptias citro oppressit, hoc publicum diuortium fuit. Rapitur in arcem mulier, inter satellitū manus vexatur atque dilrahitur. Hanc aliquis etiam si non torqueatur, non parere miretur: exposita in eculeum, saepius absentem virum relpexit, quām in praesentem tyranum. Quām multas matres audiui illo tempore: Quid nam volui, quae peperi? [Arellij Fusci patris. Explicant tyranicae crudelitatis ad-uersus infelicem feminam apparatus, & alia instrumenta virorum quoque animos ipso visu frangentia, ad excutiendam muliebri peccatori constantiam proponuntur: instat tam denuntiationibus, quām tor-menis tyranus, & minando torquet. Tacet. Videl intentum tyra-ni vultum, vides oculos minaces, & tacet. plus tibi praefitare nō potuit, si de te liberos sustulisset. Caeduntur flagellis artus, verberibus corpus ab-rumpitur, exprimiturque ipsi vitalibus. Tacet. An sit tibi ista datura liberos nescio. tyranicidium de-dit. Ita est, mulier, non vis parere, delicata es, cruciatus puerperae times. Fremebat indignatione capiae-ciuitatis maritus, & consilio suo, & vxoris adiutorio fortior, quomodo occidā tyra-nū? Quae pars acce-debit maxime vacat: vbi custodia cessant: vbi natura loci minore munimēto virutē submoquet? Sic vir & vxor mentem exercebant, miraris si transit quinquennium inter vxorem tortam, & virum occupatum? saeuiebat etiam in tyranus: torquebantur in conspectu virorum vxores: paenitebat matres faciūdita-tis lucae. [Hispo Romanus inquit: Desiderabas liberos, vt sint quibus relinquas patrimonium. Ingrate, ita tu hac salua heredem non habes: nullum tormenti genus omisit, omnia membra laniata, omnes partes conuulsae sunt, scilicet corpus flagellis, exultum, conuulsum tormentis, ignoscat puto mulierculas, si dixerit. Fassa est. [Hisponis Corneli. Contabatur ille: nec vallis adhortationibus in tyranicidium pote-rat impelli, prout cum uxore uiduisse, posse timenti ignorcente. A fida tormenta uariantur: accen-duntur extinti ignes: tortor uocatur, sub quo mariti uxore proderant, pacisci me tecum pura. Ut racea, donas quinquennium? Quid gloriari? tanquam non facilis sit occidere tyranum, quām sustinere uer-bra, laminas, equuleos: quicquid antiqua saeuientia inuenierat: quicquid adiecerat noua. Dupli beneficio vxori suae obligatur: & quod non est occisus, & quod occidit. Faſtidit sterilem, qui fecit. [Iunij Gallonis. Instabat tyranus. Torque. Illa pars etiam potest subiici in ignes, in illa parte iam exaruit crux: seca, ver-bra, oculos lancina, faciam ne viro placeat. [Papirij Fabiani. Describam nunc ego cruciatus, & miseram corporis patientiam inter tyranica tormenta saeuientia: extinti sanguine refouebatur ignes: haec desi-nebat torqueri aliquando, vt saepius posset. Quid amplius dicam? tyranus torquebat, & cum de tyran-nicidio quaereret. O nos felices, quod nullis aucta puerperijs fuit, acuit hanc. fecit tyranicidium sil-entum concupiuit: Si talis esset, facile illam corrupisset tyranus. Expecta, potest parere. Non respondet ad propositum, nec ad certum diem sumptibus: sui iuris rerum natura est, nec ad leges humanas com-ponit: modo properat, modo vota praecurrit, modo lenta est & demoratur. Expecta modo, pariet. Quid dicas? non potest fieri, quare? quia torta est. Imputat tibi quod publicata est. Imputat tibi quod tor-ta est, imputat tibi quod sterilis est. [Iulij Bassi. Aiebat tyranus: Vre, caede ventrem, [Argentarij. Caede ventrem, ne tyranicidas pariat. [Triarij. Non ex formula natura responderet, neque ad praescriptum ca-fus obsequitur. semper expectari fortuna mauult, quām regi. Aliubi offendit improuisa segetum ma-turitas, aliubi feram magno foenore moram redemit. Licet lex dies finiat, natura non recipit. Quid faciam? Non agam gratias, quod non indicauit vxori meae, ne votis in gratiam. Aiebat tyranus: Indi-ca, nulla tua culpa est. Caeditur, tacet. Igitur tacere, tuum putas? mirantur tuum tyranicidium, huius ca-sa, nulla tua culpa est. Caeditur, tacet. Quid silentium,

Qq

silentium. Ex peccatis aliqua per longum tempus maritum dicitur, quanta laus est seruus, cum expectas se tanta sit? Alia desiderio viri attonita, in ardente rogum se misse. haec nō cū viro artifex, quae pro vi-
to artifex alia pro incolumente mariti vicaria morte decidit. Cedo hanc, nec in tormentis opprēlam. mor-
te amplius pro viro praefuisse, si quid amplius elegit tyrannus. [Marcelli. Si tamen peccasset in par-
tu, ignosci ei posset. Nuplerat enim isti occupato. Crudelior es etiam illo, quem occidisti, tyranno. ille tor-
sit & dimisit ad virum. [Albini Sili. Vicerat laetitiam patientia: deerat iam sanguis, superabat fides.
aliquando proiecta est, differebatur distortis manibus, emotis articulis, nondum in sua membra artus re-
dierant. Talem vxorem tortor dimisit ad partum. ingratus vocabatur quod in praemio nullam vxoris fe-
cerat mētione. Res tuas tibi habe. iniijcere debuit manum, & ipsum inter res tuas trahere. nihil amplius
patri debes quām vxori. mihi crede, maius fuit tyrannicidium pati, quām facere.

PARS altera. Argentarij. Ego torta sum. Merito obijceres, nisi vindicasse. Fulvij Sparfi. Vobiscum lu-
dices loquor. †

DIVISIO. Controversia haec reum facere primum, si materia patitur. Non accepi quidem, & reddi-
di: aut accepi quidem, sed non potui reddere, aut ista nouissima, non facere. Non quisquis non reddidit
beneficiū, iugrati tenetur. animus aestimandus est non redditus. [Pollio Asinus aiebat, nunquam ten-
tandas esse quaestiones: primam manifesto obtinere posse, qua negamus nos beneficium accepisse. perit
tota causa, nisi in hoc vicit. Apparet enim ingratum esse, qui ne facetur quidem se accepisse beneficium.
[Gallio noster putat quoties possit, hoc auferendum aduerfario: quoties non possit, concupescendum:
quoties ne hoc quidem possit, transeundum, quasi donemus, & possimus quidem f. cere controversiam,
sed nolimus. Idem Attico Vipsanio Apollodori discipulo placuit. Hoc ille amplius. Quoties non po-
tuerimus, aiebat, an beneficium acceperimus, controversiam facere, hoc modo faciamus, non esse tam
magnum quām ille dicat. sicut in criminibus facimus, quoties negare non possumus, esse quidem crimē
illud fatemur, sed leuiore poena dignum, quām accusator arguat. [Latro in hac controversia non dubi-
tabat facere primam quaestionem, an beneficium dederit. hoc in hac diuisit: Etiam si scisti de tyranni-
cidio viri, nec indicasti, non est beneficium scelus non facere: deinde si scisti quidem. Non enim tibi
indicauit, nec tam magnum consilium, virilibus quoque animis graue, comitatu muliebri garrulitate:
quae id solum potest tacere, quod nescit. Etiam si dedit beneficium, an receperit. Occidi tyrrannum, liber-
tatem mihi, tibi vltionem reddidi plenissimam: persecutus sum nefarium hostem, illuc occidi ubi torse-
rat. Dices me Reip. causa fecisse, & tu Reip. causa tacuisti. Tuttus sit, quod lege fecerit. Deinde vltima ae-
quitas tractatio. An quod fecit, facere debuerit. Hoc diuisit in haec duo: An iam certam sterilitatem
vxoris bona ferre debeat: an ne sterilis quidem pro certo sit. Noni declamatores † Pos. cum
Apollodoro, qui reus beneficij fuit, & a Polione Asinio defensus, damnatus Massiliae, docuit, & hanc
quaestionem fecerunt in hanc cōtrouersiam. An inter viros & vxores data beneficia, ingrati lege tenean-
tur. Non est beneficium, sed officium, facere quod debebas: vt si filius patri se dicat beneficium dare.
Hanc quaestionem fecit & Gallio noster. [Blandus in vltima parte controversiae, qua de Republica dis-
putatur, quaestionem fecit, An quinquennium numerari debeat excepta tyrrnidie: illud tempus non de-
bere imputari quasi sterili, quo matres etiam editos partus abominatae sunt, illud tempus imputatur fe-
minis in Rep. quando pariunt non plus tyrranno. Huic subiecit, An etiam si & alijs imputari tempus ty-
rrnidis solet, huic non debeat. [Latro ex suo more has non quaestiones putabat, sed membra illius
vltimae partis, ex aequitatis quaestione pendentia. An sterilis quidem, altius repeti: an non quacunque
quinquennio non peperit, sterilis est. Quid enim si vir alicuius absuerit toto paene quinquennio in pere-
grinatione: viro imputabitur. Quid si vir aegrotauerit: quid si maritus euratus inutilis in concubitu
vxoris suae tacuisset, imputatur fuit: quinquennio quaeritis, quare non peperit: tyrrannus erat. Nemo
non cum parentibus suis querebatur, quod natus esset. haec, quod torta est, hic, quod maritus occupatus
tyrrnidio non vacauit in vxoris voluptates. Buteo aridus quidem declamator, sed prudens diuisor
controversiarum, contra Latronem sentiebat, Blandus accedebat. Aliud enim esse aiebat, quae intra
quinquennium non potuit, non viue sterilis est: aliud, quae intra quinquennium non peperit, non
statim dimitti potest sterilitatis nomine. Hic quaeritur de condicione iuris: illuc, de spe foecunditatis.
Sed Blandus quoque arguebat, aiebat enim sic fuisse quaerendum, An tyrrnidis tempus excipi debe-
ret: deinde, etiam si non in alijs, an inter has gradus est. Sed ipse sic hanc in partes quaestionem diui-
debat: An quacunque quinquennio non peperit, tanquam sterilis dimitti possit. Posset enim acci-
dere, quod Atheniensibus in bello accidit, vt liberi & coniuges in aliquo tuitore loco deponantur. Im-
putabitur hoc tempus feminis, quo viros destituant, non quo non habent. Sic tyrrannus non veriusset
istam parere, quin inter †. Et cum hoc vehementer impluisse, & probasset, non omnes posse dimitti, si
quinquennio non peperissent, tunc illo transit, An haec posset & hic etiamnum. non hoc quaerebat,
an deberet dimitti, sed an posset. Et hoc contra Latronem dicebat: Quomodo istam quaestionem
putas in aequitatis tractationem cadere, cum quid liceat quaeratur, non quid oporteat? haec enim,
an haec posset, per illum non posset, quia tyrrnidem non ceperat. Aliquod tempus impune à legibus
misericordia faciunt. Non dico quia torta est, sed hoc adhuc, propter aequitatis tractationem referuo, sed
non peperit. Quia tu maxima in cogitatione occupatus, nihil de liberis cogitasti. [Passienus vir eloquen-
tissimus & temporis sui primus orator, hanc subtilitatem actionis nō probabat in Latrone, sed assentiri
dicebat

dicebat, ideo quaestiones tractandas per se esse, si haec mulier iusti repudij ageret, non ingrati. Ita non
queritur an legitime, sed an ingrate dimissa sit, itaque in aequitatis tractationem cadunt, etiam quae iu-
ris sunt. Nam cum quaeratur, An potuerit haec dimitti, etiam si licet: appetet, quod utique non opor-
tuit, si ne licuit quidem. [Albicius decentissime fecit. solebat enim fere in alias figuris declamatio-
nem describere, & prius egit iusti repudij, deinde ingrati: in quibus putat esse, an ullum beneficium vi-
ro contulerit, à qua tanquam inique dimissa. Hic omnes quaestiones ad sterilitatem & aestimationem
quinquennij pertinentes libere tractauit, deinde transit in ingrati accusationem.

COLOR. Caesius pro viro introduxit colorem: Eo tempore vxor torta est, quo nihil adhuc de tyran-
nidio cogitabam: poitea cogitauit, & haec ipsa cogitandi causa fuit, vxoris vltio. Vt unque secutum est,
vt illa marito insolentiam imputare non posset, maritus illi tyrrnidicidum posset. [Latro dixit: Si iam
tum de tyrrnidicidio cogitasse, vxori non indicalem. [Fabianus philosophus colorem magis bono vi-
ro conuenientem introduxit, quām oratori callido. Dixit enim, & cogitasse tyrrnidicidum, & vxori indi-
caste: & illam tum quidem fecisse, quod probam feminam facere oportuit: nunc peccare, quod putet
beneficium esse, recte facere. Hic color illi & in illa parte profuisset. Si beneficium putas te dedisse quod
tyrrnidicidium non prodidisti, ego prior dedi, qui tibi tyrrnidicidium credidi. repudium ex tuo quo vis
liberorum cupiditatem, quo semper vii tanquam vir eius debuisset, postea magis tanquam tyrrnidicida.
[L. Vinicius, Vinicij frater, Fabiani colorem valde probabat, & aiebat, onerari vxorem vno modo posse, si
nihil vñquam secretum ab illa maritus habuisset. Si dixerit, inquit, post tormenta se de tyrrnidicidio co-
gitasse, tum tyrrnidicidum vxori melius deberi meruit, si torta tyrrnidicidam fecit, quām si tacuisset. Ap-
parer & aliquid de tyrrnidicidio cogitatum, de quo tyrranus utique eo suspicatus est, vt torqueret. Dixi-
rit, cogitasse quidem se de tyrrnidicidio ante tormenta, sed vxori non indicasse: augebit vxori beneficiū.
Liberius enim potuit, ait, tyrrnidicidium indicare, quod illi commissum non erat. Potuit enim vxor, etiā
non indicante marito, tam magni consilij molitionem deprehendere. At si hunc colorem Fabiani se-
quor, mutare efficiam. Si olim de tyrrnidicidio cogitauit, honestior sum vetus tyrrnidicida: & non priua-
tit, sed publicis malis ad vltionem impulsus. Si cum cogitarem, non cœlau vxorem: facilius perfuadebo,
me malum hodie maritum non esse, cui semper tam deditus fui. Ad vltimum hoc consequar, si quod au-
deriat, tacuit, non beneficium est, sed fides. Hic est L. Vinicius, quo nemo ciui Romanus in agendis cau-
sis praesentius habuit ingenium: quicquid longa cogitatio illi praefuit, prima intentio animi da-
bat: ex tempore causas agebat, sed non desiderabat hanc commendationem, vt ex tempore agere videre-
tur. De hoc eleganter dixit diuis Augustus: Vnus Vinicius ingenium in numerato habet. [Hispo Roma-
nus maligne & accusatore: Nihil, inquit, ego isti narraueram: ista, vt erat necesse, aliquid ex vulnu, ali-
quid ex nocturnis vigilis suspicata est. vnde emanauerit sermo, scietis. Videris quo veniat tyrranus, nō
ad amicum meum, non ad seruum, sed ad istam, quae nihil negotij habuisset, si tacuisset. Tua enim cau-
sa tacuisti: sciebas te peritura, si confessa esses tyrrnidicidum.

Hybreas dixit. †

Pater & filius luxuriosi. Controversia VI.

T HEMA. Quidam luxuriantे filio luxuriati coepit, accusatur à filia dementiae. Contradicitur. Pro
pare. Porci Latronis. Vtiusque tanquam comparetur luxuria. Tu cōsumis patrimonium patris tui:
ego accusatoris mei nauiga, milita, peregrinare, quaere adolescens, vtere senex. Accusator meus inter se
contrarios affectus habet: cupit reum damnari, crimen absolui. [Caesij Pij. Potest nobis conuenire. si
miles sumus, puta te patrem: dic quid me velis facere. Si tam bona fide frugi es, & hoc imitor. Te ego
imitor, an tu me Rogo vos. ego prior coepi: tu posterior luxuriantis. Patrimonium, inquit, computemus.
Sed tu senex, inquit, hoc dicit: Luxuria tua serius coepit, citius definet. [Arelij Fusi patris. Sed tu, in-
quit senex es, vnde scis te non futurum luxuriosum senem? Omnia à te vitia: quod vnguento coma ma-
det, tuum est: quod laxior vñque in pedes tunica demittitur, tuum est. Quid est quod aliud a te senes di-
scant? quid porro domus nostra luxuriosos duos non capit? indulgentius te abdicare non potui. Ecquid
mihi licet seniles annos meliore vita reficere: hoc nouissimum meum meritum est: sed quod tibi prox-
ime imputo, pro te etiam luxuriosus factus sum. [Fabianus. Noli pecuniam concupiscere, quid tibi dicam?
Haec est quae auget discordiam, v̄b̄s & terrarum orbē bellum agitat, humanum genus cognatum na-
tura, in fraudes & sceleris mutua instigat: haec est quae senes corrumpt. Quidam summum bonum di-
xerunt voluptatem, & omnia ad corpus retulerunt, nihil est mihi opus praeceptentibus. exemplum ha-
beo. proposui quicquid tu feceris, facere: haugabo, si nauigaris: militabo, si militaris. dicit hodie quid pu-
tes melius. Sed illud excipio, nō obijcas, quod elegeris. [Blandi. Obijcit luxuriam propriam, & hoc dicit
adolescens: Frugaliter vixi quamdiu frugi patrem habui, ante me defisi, ante me coeperas. [Blandi. Se-
nex luxuriantis. respondet tibi, Adolescens nauigai. Ego iam, inquit, defisi: tu nondum. Non miror, si de-
fisi prior: prior coeperas. [Mentonis. Quod gaudium accepisti vtere luxuriantis. [Pompeij Silonis. Si modo
emendatus est filius meus (solerit enim etiam luxuria simulari) suo quisque ordine reus sit. Vis me duce-
re vxorem, si nouercam haberes: iam abdicatus es. [Vibij Galli. Coniuiae certe tui dicunt: Bibamus,
moriendum est. Si intelligo, hoc nulli magis in domo dicitur, quām mihi. Ostendi tibi luxuriam,
Qq 2 quam

Quam in te non videbas. Alliga me, dum te custodias. [P. Asprenatis. Quia nihil proficiebam obiurgando, volui illi vitam suam ostendere. [Iunij Othonis. Malam causam haberem, si alium accusatorem habarem. Malam causam haberem, si te filium non haberem.

ALTERA Pars Iunij Gallionis. A laudibus patris incipiatur. hic adolescentis temperatissimus, & lubricum tempus sine infamia transit: duxit vxorem, filium sustulit, ad aetatem perduxit. iam senex factus est: nisi quod sibi bonum videret, luxuria usque eo se proiecit, ut accusetur. Senex amens, senex ebrius, circundatus sercis, delibutus vnguentis, & in praeteritos annos se retro agens, & validus in voluptatibus quasi iuuenis exultans, non ne portentum est? Luxuriosus adolescentis peccat: senex luxuriosus inflanxit. aetas exhausta, vita laetioriunt. [Papirij Fabiani. Nauem in portu mergis. alter solito tempore labitur, alter insolito: alter alieno, alter suo: alter an nos lequitur, alter senectuti repugnat. Non est luxuria tua. patrem videre velimus. Non simulas ista, sed facis: nec amantem imaginaris, sedamas: nec potantem adumbras, sed bibis: nec te doces dissipare bona, sed dissipas. Nemo vita quea odit, imitatur. Quis imperator ob hoc ipse de proelio fugit, ut bene pugnaret exercitus? quis ut ambitum compimeret, ipse honores mercatus est? quis ut seditionem leniret, turbauit rem publicam? Non coeret via, qui prouocat.

DIVISIO. Latro sic diuinit. An ob hoc accusari pater possit. Hic illam uocalem quaestione posuit, quam solebat fastidire Seleucus, minime solere patri obici luxuriam, non magis quam auaritiam, quam iracundiam. Non uitia patris accusari solere, sed morbum: & si possit aliiquid praeter dementiam obici patri, luxuria non possit. Alioquin filii, inquit, abdicare permittis. Hic de suo consumit. an si ob hoc pater accusari potest a filio, haec vltionum exprobatio. Si ebrietatem obijcere patri solet ebrius, si petulantiam iniuriae damnavit: etiam si ob hoc accusari potest, etiam si a tali filio, an si ad castigandum filium hoc vsus est, damnandus sit. Ait enim adolescentis: Quolibet alio genere debuiti me obiungare, quid si adulterium vindicare vellet committendo? Turpe est sic castigare vitia, ut imiteris. Deinde an consilio luxurietur. Non enim concedit hoc filius: aut, inquit, Quare, si coepisti sic emendare filium, cum emendaueris, non desinis? [Caesius pater, patris aiebat simulationem luxuriae significandam magis quam profitenda: Ita, inquit, adparebit illum simulasse, si etiamnum simulat. si desinit simulare, ostendit iam sibi nihil prodesse ea consilia, quasi filius emendatus sit. emendatum autem esse non concessit, & assidue dixit, nihil magis sequi interullum hoc luxuria, etiam vere intermisla via vehemensius surgere. [Latro aperte putabat simulationem confitendam. Incipio, inquit, non tantum honestu sene, sed prudentem defendere: si quod vitium videri poterat, efficio consilium, quare potius significet, quā dicat frugi esse. [Blandus hac figura declamat filium, & pro abdicatione respondit. [Caesius aiebat, adolescentis partem diligentius colorandam: facere illum rē non improba, non ita patri remittere quod à patre ipsi remissum sit. Itaque sic narravit, ut suam quoque luxuriam inputaret patri, non seueram fuisse disciplinā, non bene instituta domus legē, quae possit adolescentis mores formare, & à vitis aeratis abducere: Quodammodo, inquit, ad luxuriam a patre praemissus sum. Vnguento cani madet, & comillator senex nulli nimis luxuriosus, sed parū sanus videtur. Merito in adolescentibus non omnē luxuriam vindican: cito definūt. Cū habemur luxuriae iusti exemplū, quaeritis, quae res mihi remedio fuerit? Aetas illa, quae faciebam, imputabat, me non discere. Hunc sensum ipse Caesius sano genere dixit: Flatum. Alium auditorem suum, qui eandem rem lascivius dixerat, obiurgauit. Flavius hoc modo dixit, cum desideria descriptis, paulatim se ad frugalitatem redisse, & odio sibi vitium factū: Hoc, fuit inquit, quare desinere. Sentiebas, inquit, me senem fieri. [Caesius hoc aiebat dulcissimū quidem, sed corrupti & vna sententiam. Incredibile est, inquit, cum iuuenis sit, sensisse se senem fieri: & noluisse videri tam diu luxuriatum, donec sentire se senem fieri. [Fuscus Arellius dixit: Non accusatur patrem, sed me defensurus sum, ne aliena luxuria mea laudatio. Consilio luxuriantem filium istum emendo. Superuacuum in narratione hunc colorem habuit: subito furore collapsam patri mentem, meretricem dependentem collo senis, & parasitorum circumfusam regi turbam, sic cam rualibus rixari, & ebrietati nocturnae addi item diem. Putauit initio & ego consilium esse, non morbum, desinet luxuriari: desinet, inquam, si propter me coepit. Permanet in iuuenilibus vitis: hoc turpius luxuriosus, quo diutius. Quid faciam? si suo more emendare patrem volo: luxuriantur est. [Silo Pompeius patronum adolescenti dedit: quod non putabat in accusatoris persona Latro faciendum, ut aliquis per patronum accusaret patrem. [Rufus Vibius. Festiuum senem, qui in honorem filii sui adolescentis ebrius sit. In narratione hoc vsus est colore, solutum patrem, iam mentem eius labantem laudare coepisse luxuriam, dicere esse felicem. si his, qui sibi amare permitterent, necessarium tantum habere, quantum acceperant: obiurgarent, interim quasi non commemoret. Rusticum, inquit, iuuenem. praematura seueritas non est frugalitas, sed tristitia. Quid tu senex facies? non creditis haec illum dixisse, qui dum uitia etiā obiurgare vult, luxuriantur? [Argentarius hoc colore declamauit: Duo luxuriantur una in domo: alter iuuenis, alter senex: alter filius, alter pater: uterque licenti cultu per publicum incedit. Alter uobis ait: Hoc concessum aerati. Vtor, & iuuenili lege fungor, id facio, quod pater meus fecit, cum iuuenis esset. negabit. bona ergo aetate coepit simul primum hoc tirocinium adolescentiae, quasi debitum ac follema perfolueret. Reuertar ad bonos mores, qui qualiter causam habeant, uideritis. Faciat etiam si non quod oportet fieri, at quod solet. Alter ait, Scio me nouū ciuitatis miraculū, incedere luxuriosum senem; sed hoc castigandi genus cōmonere visum. Ut emendareret filium

filium, ipse peccare coepit. at si auus viueret, nemo in domo luxuriosus non esset, tres luxuriosi fuissetis.

A PARTE patris. Glycon Syron dixit.†

Agrotas Massiliensis longe liudiorem sententiam dixit, quam ceteri Graeci declamatores, qui in hac controuersia tanquam riuales rogati sunt. Dicebat autem Agrotas inculca: ut scires illum inter Graecos non fuisse: sententia fortibus, ut scires illum inter Romanos fuisse. Sententia quae laudatur, haec fuit.†

Damos Cambrus,†

Hermagoras raras sententias dicebat, sed argumentas & quae auditorem diligentem penitus afficerent, securum & negligentem transcurrent. In hac con-

trouersia dixit,†

Barbarus dixit vulgarem sensum satis vulgariter†

elegantius hoc compositus Hippo Romanus. Placet vobis frugalitas mea, quod patrimonium seruo, quod acquisiui, vxorem mature duxi, semper dilexi, quod ad omnem me tutum fabulum praefisi. Illud affirmo, nihil tota vita frugalius feci. Rem ab omnibus dictam celeberrime Syriacus Vallius dixit: Fili, quando vis, desinamus.

Peregrinus negotiator. Controuersia VIII.

THEMA. Quidam cum haberet formosam vxorem, peregre profectus est, in viciniam mulieris, peregrinus mercator commigravit. ter illam appellauit de stupro. adiecit preces, negauit illa. decepsit mercator, testamento heredem omnibus bonis reliquit formosam: & adiecit eclogion. Pudicatu reperi, adit hereditatem: reddit maritus, accusat adulterij ex suspicione.

CONTRA vxorem. Porci Latronis. Qyanquam eo prolapsi mores iam sunt, ut nemo ad suspicanda adulteria nimium credulus videri possit, tamen ego adeo longe ab eo virtio semper fui, ut etiam timeam, ne quis in me aut nimiam patientiam, aut nimium stuporem arguat, quod tam seram querelam deculi. Non accuso adulteram nisi diuitem factam: ex ea domo ream protraho, in qua iam nihil meum est. cum ego tamdiu peregrinatus sum, nullum periculum terra marique fugerit, plus ista intra vnam viciniam, quam ego toto mari, quae fuit. Post tatos impudicitiae quaestus, si tacere possum, confitendum habeo, hac me causa abfuisse, vt in accessione patrimonii peregrinatio cum vxore certarē. Illud Iudices mihi tormētum est, quod nota iudicio vestro, ut multiplicatam dotem perdat, plus tamen ex quaestu habet, plus habitura est, quam quantum damnatae perdendum est. Tantum in istam diues amator effudit, ut post poenam quoque expeditat fuisse adulteram. Quae praeceperim vxori proficisciens, scio: cetera, quemadmodum adolescentis, formosus, diues, ignotus, in viciniam formosae, & in absentia viri nimium liberae mulieris commigraverit, quemadmodum a fidua societate quotidiana per diem noctemque libidinis exhaustus viribus perierit, interrogate rumorem. Vos interrogo Iudices, quid officij mei fuerit. Poteram ego saluo pudore meo nihil de hereditate suscipi, in qua etiamnum auctor ab vxore dictus sum? Veni, nihil aliud quam vt fortunam meam querar: nam cauam melius vos nostis. Tempus est Iudices, de vxore & marito credi, mulierem tam formosam amari potuisse. Pudica forte sic amari, ne sollicitaretur potuit. Neque est quod dicat: Non in meo istud arbitrio positū. Erratis vos iudices, si vnum ad sollicitan- dam matronam putatis irritamentū, spem corrūpendi quamvis facilem, quamvis amabilē sexū. Si tan- tum in formosa īperari potest, quantum placere potest, omnes formosae in se vniuersos populos conuerterent. Matrona quae se aduersus sollicitantes auiam volet, prodeat in tantum ornata, ne immunda sit: habeat comites eius aetatis, qui impudicos, si nihil aliud, verecunda annorum remoueant: ferat iacen- tes in terram oculos: aduersus officiosum salutare in humana potius quam inuercunda sit, etiam in necessariam resalutandi vicem multo rubore confusa. longe ante impudicitiam neget ore, quam verbo, in hac seruandae integratatis custodia, nulla libido irrumpet. Prodite mihi fronte in omne lenociū composta, paulo obscoenius quam posita veste nudae, exquisito in omnes facetias sermonē, tantū non vltro blandientes, vt quisquis viderit, non metuat accedere. Deinde miramini, si cum tot argumentis pudicitiam proscripterit, cultu, incelsu, sermone, facie, aliquis repertus est, qui incurrit, & reti adulterae, se non subducere. Internuntium, puto sollicitans fe, arripi & denudari iussit, flagella & verbera, & omne genus cruciatus poposcit, in plaga deterrimi mancipij vix imbecillitatem muliebris manus continuit. Nemo sic negantem iterum rogat. Cum quo questa es? apud quem indignata es? Abunde in argumentum pudicitiae profuturum putas, si stuprum tantum negaueris, quod plerunque etiam in pudicissima spe vberioris praemij de industria simulat. Quando dē iniuria tua viro scripisti, & ne in occationem similis iniuriae solitudo tua pataret, maturom reditum rogasti? & quanto decentius contumeliam penetralium meorum vxoris epistolā, quam testamento sollicitatoris cognoscerem? Misericordia omnis saeculi maritus, sic contempta absentia mea, etiam nunc iniuriam meam nescirem: si qui fecerat, tacere volueret. Toties sollicitantem in istam faciem qua placere poteras, conuertisti. Non omne ornementum, veluti causam talis iniuriae execrata es? quod proximum est à promittente, rogata stuprū, tacet. Inspicite adulteri censem ex eo impune, si quod adulteris edidit, si est aliquid quod non erit. Quid singillatim omnia percenseo? quicquid ego non emi in mundo tibi miser, vt maritus, cum omni censu meo inter munera adulterae lateo. Sola mihi heres esto. Quid ita? habes, inquit, scriptū causas. quia cū

semel appellassem, cum iterum, cum tertio, non corrupi. O nos nimium felices, & aureo, quod aiunt, saeculo natos, si etiam qui impudicas quaerunt, pudicas honorant. Omnia bonorum meorum, omnis pecuniae meae sola heres esto: quia corruptum non potuit, quia tot sollicitationibus expugnari non potuit, quia tam fideliter pudicitiam custodit. Tace paulisper nomen auctoris: nunquid non testamen- tum viri creditur? nullam esse in uxore suspicatur infamiam inter mutuum eius amorem: aut certe ipsa creditum, iam moriturus tabellas occupare, si vultis cum muneribus meis imponere, eclogum ex testamento adulteri petendum est. Sola heres esto: quamvis aliena, quamvis ignota: tantum, quia pudica, quia incorrupta est. Quid iſi tani censorio adulterio non mater est? non soror? non propinqüa? aut nulla eas- rum pudica est? Idcirco scilicet cum tantis dinitijs peregrinas vrbes in honorem pudicitiae incognitae perambulabat. Illic ubi natus est, nulla pudica erat, at illuc ubi negotiatus? quia nulla non prostituta erat, vacuo testamento pudica heres per errorem quaeſita est. Ego adulteram arguo, quam in matrimonium recepi, qui communis ex illa liberos precatus sum, qui pudicam libentissime crederem. Adeone iam ad omnem paternitatem saeculi mos abiit, ut aduersus querimoniam viri vxor alieno teste defendatur? At her cules aduersus extenorū quidem opinioneſ (peciosissimum) patrocinium erat: Ego viro placebo. At ego, si hunc morem inscribendi recipitis, in cōſpectu vestro ita ſcribā: Vxor mea heres esto, quod peregrinat̄ me adamata est, quod heres ab adolescentē alieno ac libidinoso relicta est, quod tā infamē hereditatem adiit. A duobus vos testamentoſ in confilium mitto, utrum ſecuturi eſtis? quod ab adulterio absoluītur, an quod damnatur à viro? Magnis pudicitiae fructus eſt, pudicam credi: & aduersus omnes illecebras arque omnia delinimenta muliebris ingenij, eſt veluti ſolum ac firmamentum, in nullam incideſ fabulam: nouos fortaleſ, non in omnium aeftimationem occurre: & horrenda multa, deinde ac varia daturus experimenta, femina quae dampnum pudicitiae qui vis eſt, atque curandus eſt, ac videri pudicam. Muliebrium vitiorum fundamentum avaritia eſt. Quae potest non timere opinionem adulterij, potest non timere adulterium. Ex omni rupe cochylium trahit, quo veltis cruentetur. Infelices ancilla- rum greges laborant, ut adulteria tenui veſte perſpicua ſit: & nihil in corpore vxoris ſuae plus maritus, quām quilibet alienus peregrinusque agnouerit. Frustra aeftimabo eſt, ſi tantum qui rogar, comperit pudicam. Ompes te impudicam loquuntur, pudicam tantum vnuſ, & peregrinus: qui plus laudator quām accuſator nocet. Vxorem meam nūquam audiui pudicam, niſi in adulteri eclogio. Deiice in terrā oculos, & aures tuas extenorū vocibus clade, ſibi quisque pro te neget. Pudicam ille dixit, ego impudicam. Puto plus creditis ciui, quām peregrino: marito, quām adultero. Ipsiſ eclogum corruptoris ani- mo ſcripti, Quia pudicam, inquit, compri, quod nulli praeter me conrigit.

PARS Altera. Formosa eſt: hoc natura peccauit. Sine viro fuit hoī maritus peccauit. Appellata eſt: hoc aliis peccauit. Negauit: hoc pudice. Heres relicta eſt: hoc feliciter. Hereditatem adiit: hoc conſul- tò fecit.

L. AN-

L. ANN AE I. SENECAE CONTROVERSIARVM LIBER. TERTIVS.

PRO O E M I V M.



VOSDAM difertifſimos agnoui viros, non respondentēs famae ſuae cum declamarent, in foro maxima omnium admiratione dicentes, ſimul ad has domesticas exercitationes ſe- cefterāt, defertos ab ingenio ſuo. Quod accidere plerisque aequae mihi mirum, quām cer- tū eft. Memini itaque me a Seuero Caſſio querere, quid eſſet, cur in declamationibus il- lia ſua non responderet eloquentia. In nullo enim hoc ſiebat notabilis. Oratio eius erat va- lens cultu, ingentibus plena ſententijs. Nemo minus paſſus eſt aliquid in actione ſua otiosum eſſe. Nulla pars erat, quae non ſua virtute ſtarer. Nihil, in quo auditor ſine damno altū ageret. Omnia nitentia & intenta aliquo, aliquid petentia. Nemo magis in ſua potestate habuit audientium affectus. Verum eſt quod de illo dicit Gallio noſter. Cum diceret, rerum potiebat, adeo omnes imperata faciebat. Cum ille voluerat, iraſcebat. Nemo non illo dicente timebat ne desineret. Non eſt quod illum ex his quae edidit, aeffimeretis. Sunt quidem & haec quibusdam grata. Verum eloquentia eius longe maiori erat quām lec̄tio. Non hoc ea portione illi accidit qua omnibus fere, quibus maiori cōmendationi eſt, audiri quām legi, ſed in illo longe maius diſcrimen eſt. Primum tantundem erat in homine, quantum in ingenio: corporis magnitudo conſpicua, ſuauitas valētissimae vocis. Quamvis haec inter ſe raro coeāt, ut eadem vox & dulcis ſit, & ſolda. Pronuntiatio quae hiſtrionem poſſet producere, tamen quaefitionis poſſet videri. Nec tamen illo quicquam magis miraretis, quām quod grauitas quae de erat vita, actioni ſupererat: quāndiu citra iocos ſe continebat, censoria oratio erat. Deinde ipſa quae dicebat, meliora erant quām quae ſciebat. Vir enim praefensis animi, & maioris ingenij quām ſtudij, magis placebar in his quae inueniebat, quām in his quae attulerat. Iam vero iratus commodius dicebat. Ideo diligentissime cauebant homines, ne dicentem interpellarent. Vni illi proderat excuti, melius ſemper fortuna, quām cura, de illo merebatur. Nunquam tamē haec felicitas illi perſuadit negligenter. Vno die priuatas plures agebat, & ita ut alteram ante meridiem ageret, alteram post meridiem: publicam vero nunquam amplius quām vnam vno die. Nec tamen ſcio, quem reum illi defendere niſi ſe contigerit. Adeo nunquam vllam mate- riā dicendi, niſi in periculis ſuis, habit. Sine commentario nunquam dixit: nec hoc commentario con- tentus erat, in quo nūdæ res ponuntur. Ex maxima parte perſcribebatur actio. Illa quoque quae falſo di- ci poterant, annotabantur: ſed cum procedere nolle niſi inſtructus, libenter ab instrumentis recedebat. Ex tempore coactus dicere, infinito ſe antecedebat. Nūquam non vtilius erat illi deprehendi quām pre- parari: ſed magis illum ſuſpiceres, quod diligentiam non relinquebat, cum illi tam bene temeritas cede- ret. Omnia ergo habebat, quae illum ut bene declamaret, instruerent: phrasū nec vulgarem nec ſordidā ſed lectam: genus dicendi non remiſſum aut languidum, ſed ardens & cogitatum: nec lentas, nec vacuas explicationes, ſed plus ſenſuum quām verborum habentes: diligentiam, maximum etiam mediocritis ingenij ſubſidium. Tamen non tantum infra ſe cum declamaret, ſed etiam infra multos erat. Itaque raro declamabat, & non niſi ab amicis coactus. Sed quaerenti mihi, quare in declamationibus impar eſſet ſibi, hoc aiebat: Quod in me miraris, paene omnibus euenit. Magna quoque ingenia, à quibus multum abeſſe me ſcio, quando plus quām in vno eminuerunt opere? Virgilium illa felicitas ingenij, in oratione ſolara reliquit. Ciceronem eloquentia ſua in carminibus deſtituit. Orationes Sallustij in honorem histo- riarum leguntur. Eloquētissimi viri Platonis oratio, quae pro Socrate ſcripta eſt, nec patrono, nec reo di- gna eſt. Hoc non ingenij tantum, ſed corporibus videmus accidere: quorum vires noq; ad omnia, quae viribus efficiuntur, aptae ſunt. Illi nemo luſtando par eſt: ille ad rollendam magni ponderis ſarcinam praeualeat: ille quidquid apprehendit, non remittit, ſed in proclive nitentibus vehiculis, moraturas manus iniicit. Ad animalia venio: alij ad a prūm, alij ad ceruum canes faciūt. Equorum nō omnium, quam- quis celerrimi ſint, idonea curriculis velocitas eſt. Quidam melius equitem patiuntur, quidam iugum. Et ut ad morbum te meum vocem, Pylades in comoedia, Batyllus in tragedia, multum à ſe aberant. Nu- menio cum velocitas pedum non concedatur tantum, ſed obijciatur, lentiore manus ſunt. Quidam cum hoplomachis, quidam cum Threcibus optime pugnant. Et quidam ſic cum ſcena componi cupi- unt, quomodo alteri eſt. In ipſa oratione quamvis vna materia ſit, tamen ille qui optimè argumentatur, negligentius narrat. Ille non tam bene implet, quām praeparat. Paſſienuſ noſter cum coepit dīcere, ſecun- dum principium statim fuga ſit, ad epilogum omnes reuertuntur. Media tantum quibus neceſſe eſt, au- diunt. Mirariſ eundem non aequa bene declamare quām cauſas agere? Aiunt eundem nō tam bene ſua-

Qq 4 ſoriar

forias, quātū iudicialeis controuerrias dicere. Silo Pompeius sedens cum facundus & litteratus & dexterus haberetur, si à proclamante dimitteret, declamabat tam male, vt videar belle optasse cum dixi: *Nunquam surgas. Magna & varia res est eloquentia: nec adhuc vlli sic induxit, vt tota contingere: satis felix est, qui in aliquam eius partem est receptus. Ego tamen & propriam causam video posse reddere: assueui non auditorem spectare, sed iudicem: assueui non mihi respondere, sed aduersario. Non minus deuoto superuacuus dicere, quām contraria. In scholastica quid non superuacuum est, cum ipsa superuacua sit? Indicabo tibi affectum meum. cum in foro dico, aliquid ago: cum declamo, id quod bellissimie Centurios aiebat, de his qui honores in municipijs ambiatio se peterent, video mihi in omnis laborare. Deinde res ipsa diuersa est tota. Aliud est, pugnare: aliud, ventilare. Hoc ita semper arbitratum est, scholam quasi ludum esse, forum harenam. Et ideo ille in foro primum dicturus, tiro dictus est. Agendum istos declamatores produc in senatum, in forum. cum loco mutabantur, velut in aspera classe, & dilecta umbra corpora sub dio stare non possunt. Non imbrex ferre, non solem scint: vix se inueniunt. Assueuerunt enim suo arbitrio disertis esse. Non est quid oratorem in has puerili exercitatione spectes. Quid si velis gubernatorem in piscina aestimare? Diligentissime tibi me excusarem, tanquam huic rei non essent natus: nisi scire & Polionem Alsinum, & Messallam Coruinum, & Pasienum, qui nunc primo loco stat, minus bene videri quām Caestium, aut Latronem. Vtrum ergo putas hoc dicentium vitium esse, an audientium? Non illi peius dicunt, sed hi corruptius iudicant. Pueri fere, aut iuuenes, scholas frequentant. Hi non tantum disertissimi viris, quos paulo ante retuli, sed etiam Ciceroni Caestium suum praeferrant, nisi lapides timerent. Quo tamen vno modo possunt, praeferrunt. Huius enim declamationes ediscunt. Illius orationes non legunt, nisi eas quibus Caestius recrispit. Memini me intrare scholas, cū recitaturus esset in Milone Caestius: ex consuetudine sua miratus, dicebat: Si Thrax essem, Fufius essem: si Pantomimus essem, Pantillus essem: si eques, Melis. Non continui bilem, exclamauit: Et si cloaca efferves, magna efferves. Kifus omnium ingens. cholaftici intueri me, quis effem qui tam crassas ceruices habebet. Caestius Ciceroni responsurus, mihi quid responderet, non inuenit, sed negavit se executurum, nisi extrem de domo. Ego negavi me de balneo publico exiturum, nisi lotus essem. Deinde libuit Ciceroni de Caestio in foro latisfacere. subinde noctis eum, in ius ad praetorem voco: & cum, quātū volebam, focorum conniciorumque effudisem, postulauit praetor nomen eius recuperet lege inscripti maleficij. Tanta illi perturbatio fuit, vt aduocationem peteret. Deinde ad alterum praetorem eduxi, & ingratu postulauit. Iam apud praetorem urbanum curatorem ei petebam. interuenientibus amicis, qui ad hoc spectaculum concurrerāt, & roganibus dixi, molestem me amplius non futurum, si iuraset d'sertiorem esse Ciceronem, quām se. verum nec vt hoc faceret, vel ioco, vel serio effici potuit. Hanc, inquit, tibi fabula retuli, vt scires in declamationibus in tantum aliud genus hominum esse. Si comparari illis volo, non ingenio mihi maiore opus est, sed sensu minore. Itaque vix iam obtineri solet, vt declamem: illud obtineri non potest, vt velim, alijs quām familiarissimis audientibus: & ita faciebat. Eius declamationes inaequales erant: sed ea quae eminebant, in quaenque declamatione postulabat, inaequalem eam fecerint. Compositio aspera, & quae vitaret compositionem: sententiae vivae. Iniquum tamen erit ex his eum aestimari, quae statim subtexam: non enim haec ille optime dixit, sed hæc optime teneo.*

Luxuriosus a sodalibus excaccatus. Controuersea I.

LEX. Caecus de publico mille denarios accipiat. *Thema.* Decem adolescentes cum bona sua comedissent, sortiti sunt, vt cuius nomen exisset, ex pacto excaecaretur, & acciperet mille denarios. Exiit fors cuiusdam. Excaecatus est, petijt mille denarios: negantur.

CONTRA excaecatum. Hi sunt oculi, quos extimuitis mariti. O legem, si excaecat homines, abrogandam. Nulli dat mille denarios, nisi qui iniustus accipit. Dic nunc, miser homo, cum excaecareris, non dixisti. Respub. debilitatem consolatur, non emit. Consumptis patrimonij membra conferunt. Vtilius est: Reip. vnum caecum repellit, quām nouem fieri. Non solus à nobis petit alimenta, sed primus. Alam eum, qui propter debilitatem alitur: non alam, qui proper alimenta debilitatur. Sic fit, vbi homines maiorem partem vitae in tenebris ita agunt, vt nouissime solem quasi superuacuum fastidian.

PARS altera. Illis nouem nihil daturus est: nulli non fauorabilis erit, si eos a quibus excaecatus est, deceperit. Circunuentus adolescentis ab illis nouem veteranis consumptoribus: Solus, inquit, nouem cogentibus resistere non potuit. Omnia ex composito facta sunt. Vnus mentionem intulit, omnes approbauerunt. Electus est, qui sortiretur. Sors huius quae exiret prima, subiecta est. Cum repugnaret, excaecatus est. Si circunuentus est, inquit, iniuriā persequatur: de vi agat, talionem petat. Videbimus: primum est, vt habeat unde uiuat.

Parricida aequis sententijs absolutus. Controuersea II.

THEDA. Quidam filium accusauit parricidi. Aequis sententijs absolutum abdicat.

CONTRA filium. Minus est iam quod rogo, non peto vt me à parricida vindicetis, sed vt separatis. Parricidam nō accuso, sed fingio. An iste accusatori parcer, qui patri non pepercit? Igitur nihil medium

dium est inter testamentum, & culeum. Non est absolutus parricida, sed dubius sententijs. Ut absoluatur, multis tibi sententijs opus est: vt damneris, vna. Non absoluunt reum, sed saeculo pepercereunt. Miraris in hac ciuitate misericordiam, in qua lex absolutionem dat paribus tabulis? Quaeris quām mulieris non placeas? si vnum adieceris, parricida es. Absolutionem legi, non innocentiae debes. Absolutus, inquit, sum. Non abdico te propter parricidium, sed propter alia vita, quae te fecerunt tam credibile parricidam.

PARS altera. Manifestus est adolescentis color, vt dicat se auctoritate patris oppressum.

Abdicandus quia fratrem abdicatum adoptauit. Controuersea III.

LEX. Cum filio tricenario pater patrimonium diuidat. *Thema.* Quidam habuit filium frugi, & luxuriosum. Abdicat luxuriosum. Frugi, peregre profectus est. Captus est à piratis: scriptis de redemptione patri. Patre cessante luxuriosus praeuenit, & redemit. Redijt frugi. Adoptauit fratrem suum. Abdicatur.

PRO fratre adoptante. Non est quid quisquam me laudet. Prior frater fecit inter nos pietatis exemplum. Vna nauigauit, vna periclitatus est, vna omnes emens est terras. Non reliquit me, tandem ad paternam domum reduxit. Non est quid excusatione aetas variis. Potes nauigare. Vtrique gratias agere debes. Frater me isti reduxit: ego isti fratrem. Si tanquam inertem abdicasti, nauigauit: si tanquam impium, suos redemit. Non potest eripi filio, quod lege accepit. Quomodo enim pater potest eripere, quod non potest dare?

PARS altera. Mihi necesse est abdicare quē nolo. Hoc vno alter alteri placet, quo uterque patri disiplinet. Ut amur medicina qua cogimur, quod in vulneribus periculosis fieri solet, vt malum cum ipso corpore exsecetur. Adoptare adolescenti permittis, quem lex in diuidendo patrimonio experitur. Lex te ad ministerium patrimonij admittit, non in dominium. Est aliqua aetas, à qua filius esse definit: Nec tricenario quidem filio adoptare licet. Neque enim quisquam potest alium in manum suam recipere, qui ipse in aliena manu est. Quomodo fieri potest, vt tibi potestas vitae necisque, aut in fratrem sit, aut in filium non sit? Si bene de te meruerat, patrem pro filio rogasse. Nam quid ego non redemi, paupertatis fuit. Nihil in medio comparebat. Quicquid tricenarius reliquerat, abdicatus abstulerat. Quid facerem solus, senex, inops: cuius patrimonium alter diuiserat, alter absumperat?

Seruatus à filio. Controuersea IV.

LEX. Seruatus contra seruatorem ne quam habeat actionem. *Thema.* Seruatus à filio eum abdicat. Ille praescribit.

CONTRA filium. Licuisse perire, cui non licet loqui. Seruatum me putas? Captus sum. Redde me hosti. Captiuus loqui licet. Quo iam tantopere beneficia vitae iactat? Audire quis prior dederit. Si quis me hosti reddiderit, seruatorem vocabo. An vos abdicationem putatis actionem? etiam si actio est, lex quae de seruato loquitur, ad personas tantum extraneas pertinet. Ad filium, & ad patrem non magis, quām ad seruum & dominum, libertum & patronum. Ut à patria potestate discedas, & ad aestimationem beneficij venias, qui dat vitam, si prior accepit, non obligat, sed reddit. Processi in aciem, in exemplum filio meo. Vicit me non hostis, sed aetas. Seruauit me, quem saepseruaueram. Rediuiuum me senem metrrix vocat. Parasitorum iocantium materia sum. Omnibus istis tanquam seruatoribus tacere iubeor. Fili, si vivere mihi non licet, cur perire non licuit? Ego, inquit, te protexi. Ita tu adolescentis in acie non ante patrem stetisti. Audite filii mei gloriam. Parricidium non fecit: cum posset seruare, seruauit.

PARS altera. Hic me genuit. Hic mihi spiritum, hic mihi has manus, quibus seruaretur, dedit.

Pater raptam continens. Controuersea V.

LEX. Raptam, raptoris aut mortem aut indotatas nuptias optet. *Thema.* Raptor postulat, vt raptam ducat: pater non vult.

CONTRA raptorem. Iste raptor est, ego in ius adducor. Non est enim tam facile homini proboc occidere, quām perditio mori. Communis, inquit, lex est: dicitur, ne cogas me experiri, an tota mea ista sit. Quando ergo, inquit, optabis? Hoc tempore non possum. Curo vulnera. Familiam reficio. Expugnam domum lugeo: creptam virginatatem consolor. Minantem fibi pī custodio. Quando optabis? Cum raptam voluerit, non cum raptor. Quando optabis? Cum tu non voles. Quando, inquit, optabis? paro me optioni. Confirmo animum. Non est facile hominem occidere: premo interim gemitus meos, & introrsus erumpentes lacrimas ago. Scio quid futurum sit. Vultus te meus decipit. Stulte, quenquam morari putas nuptias filiae suae? in securim incurris, & carnificem vltro vocas. Cum rogare debebas, conuicium facis. Nemo vindicare se cogit.

PARS altera. Nihil est miserius, quām incertū inter vitam mortemque destitui. Iam beneficium erit, etiam si mortem optauerit. In amorem filiae istius incidi. Appellare de nuptijs debui patrem: feci. Sed videte,

dete, quām etiam in lege lētus sit. Raptor vitam alieni arbitrij habet, libertatem sui. Lex communis est. Habet hic raptor quod timeat. Habet & quod sperare possit. In lege, inquit, non est scriptum quando: immo itatim. Quoties tempus non adiicitur, praesens intelligitur. Tam longum tibi ius in caput ciuis non permittitur. Crudelius est quām mori, semper timere mortem.

Domus cum tyranno incensa. Controversia. VI.

ACTIO. Damni illati sit aētio. *Thema.* Quidam tyrannum ex arce fugientem cum persequeretur, in priuatam domum compulit. Incendit domum. Tyrannus cum domo conflagravit. Praemio accepto, agit cum illo dominus damni.

PARS prima. Pro tyrannicida. Cur non exclusisti? Quare recepisti? quare nullam aliam domum tyrannus petij? Nemo non venienti domum clausit. Aditum in domum nō habui, qui in arcem habui. Non gaudes te aliquid impendisse publicae libertati? Hic est in cuius domo tyrannus occisus est. Tamquam tyrannicida, monstraris. Redde, inquit, domum. Ita viuo tyranno non perdideras, tyrranni amicus, tyrranni fratres: certe, quod negare non potes, hospes. Diu expectau, an ei ceretur tyrranus. Facilius potes accusare aut te, qui tam familiaris tyrrano fuisti, ut illi maxime tua placet domus, qua illum recepisti; aut tyrrannum, qui tibi damnum dedit, quod in tuam dominum configuit. Aut, ut culpa te liberem, facilius potes accusare fortunam, quae tyrrannum potissimum ad te detulit.

PARS altera. Eius debet esse damnum, cuius est praemium. Non est iniquum, eius rei tibi iniuriam imputari, cuius fructum percepisti. Non elegit dominum tyrranus: nec enim hoc illi vacabat; sed in eam quam potuit, irruperat. Cum ego in ea non essem, nauctus hic occasionem nocendi, intrare no[n]lui: sed tyrranicidum elegit, dubium, lentum, pericolosum verbi: accepit praemium, maius sine dubio, quam sit damnum. sarcire debet.

Venenum datum filio furenti. Controversia. VII.

THEMA. Filio furenti, & sua membra lananti, pater venenum dedit. Accusator ab uxore malae tractationis.

CONTRA maritum. Non mirum est quare viuat, quae filium perdidit. Viuit, qui occidit.

PARS altera. Quem quotidie perdebam, aliquando extuli. Fall eris misera mulier, in orbitatis tuae tempore: non perdidisti filium nunc, sed extulisti.

COLOR. Alcibiades hanc sententiam dixit: Ipse sui & alimentum erat, & damnum. Hunc Cæstius quasi corrupte dixisset, obiurgans: Apparet, inquit, te poetas studiose legere. Iste sensus est eius, qui hoc saeculum amatorijs non artibus tantum, sed sententijs implevit. Ouidius enim in libris Metamorphoseon dicit:

*Ipse fuos artus lacero diuellere morfu
Coepit, & infelix minuendo corpus alebat.*

Olynthius pater reus concursus. Controversia. VIII.

LEX. Qui coetum & concursum fecerit, capitale sit. *Thema.* Vieta Olyntho, cum filio adolescenti Olynthius senex Athenas venit. Athenienses omnibus civitatem Olynthijs decreuerunt. Inuitatus ad coenam ab adolescenti luxurioso, cum filio venit. Ibi cum de stupro filii mentio esset, pater profugit. Filius retentus est. Pater flere ante domum coepit: incensa est domus. Decem adolescentes perierunt, & filius Olynthijs. Accusat pater, quod coetum concursumque fecerit.

PRO reo concursus. Misero si flere non licet, magis flendum est. Imperari dolori silentium non potest. Fuerunt ex populo qui dicenter. Hic meum filium, hic meam corrupit uxorem. Suum quisque illo & ignem attulit, & dolorem. Timeo fili, ne dum te quæro, in offa alicuius raptoris incidam. Vbi Athenarum fides? Vbi hospitales inuicem dextrae? Capti, inquam, fili, sumus. Dum licet, fugiamus: sed tanquam à Philippo. Pariter apud Philippum certe viri fuimus. La crimæ meæ vocantur in crimen, quasi ex quo Olynthus capta est, flere desierim. Tantus scilicet sum, ut ea ciuitate populum concitare potuerim, in qua filium seruare non potui. Non quoties conuenierunt in aliquem locum plures, coetus & concursus est: sed quoties conuocati, quoties parati, quasi ad ducem suum concurserunt. Non si vna vicinia coit, aut si transuentium paucorum numerus affluxit, sed ubi tous, aut ex parte magna populus, ubi diuisa est in partes ciuitas. Coetus multitudinis magnæ nomen est, coetus ex consensu quodam. At illic initio pauci fuerunt. Deinde reliqui non ad me conuenerunt, sed ad incendium: quod tamen populus maluit spectare, quam extinguere. Lex non eum punit, propter quem coetus factus est: sed eum, à quo coetus factus est. Non mihi tanti ultio fuit, ut amittere filium vellem: & tentavi populum rogare, nec ponui.

PARS altera. Quid coetu opus est? Sunt scriptae ad vindictam iniuriarum omnium leges. Mota semel multitudo modum non seruat. Ardere illo incendio ciuitas potuit.

Crux

Crux serui venenum aegro domino negantis. Controversia. IX.

THEMA. Aeger dominus petij à seruo, vt sibi venenum daret. Non dedit. Cauti testamento vt ab heredibus crucifigeretur. Appellat seruus tribunos.

PRO seruo. Lex Cornelia te appello. Ecce heres iubet, quod tu vetas. Ne quis illum domino disdiscuisse putet, tunc huic patari cruce: n iussit, cum sibi venenum. Plura serui crimina confitemur. Intempeſtivas potionis, inutiles cibos, desideranti negauit. Quid enim voluit, qui venenum petij? Maluit crucem pati, quām mereri. Si vincitur, peritrus est: si vincit, seruiturus est ei, à quo in crucem petitur. Ex altera parte lex est, ex altera testamentum. Crux vtrinque. Furiosus seruus sine causa occidere voluit. Quæreris insaniae argumentum? & se ipse voluit occidere. Seruo, inquit, tribuni num possunt succurrere? Seruum natum, regem habuius. Seruo indice, patefacta est Brutus liberorum cum Tarquinij coniuratio. Ergo nihil interest, venenum domino aliquis dederit, an negauerit? Etiam ubi remedium est, mori, scelus est occidere. Tam cito vos de vita domini seruum desperare vultis, quām heredem? Mortem si supplicium putas, quid rogas? Si beneficium, quid minaris? Venenum quisquam obijcit, nisi datum? Finem ullum facies tribuniciae potestas: quam P.R. vt ipse plurimum posset, valere plus quām se voluit. Venenum habere scelus est tam magnum, quām dominum occidere.

PARS altera. Mori volens elegit huic ministerio nequissimum seruum, audacem, infestum sibi. Ille non saluti consuluit domini, quē videbat insanabile morbo tabescere, sed tormenta extendit. Seruus herilis imperij non censor est, sed minister. Agitur de iure testamentorum: quorum interij omnis potestas, si viu neglexerint imperia mortuorum. Tribunine ferent, vt fur preferatur domino? Non morieris domini arbitrio, morietur dominus tuo?


L ANNÆI SENECAE
CONTROVERSIARVM
LIBER. QVARTVS.

PRO OMEIVM.

 **V**OD munerij solent facere ad expectationem populi detinendam, noua paria per omnes dies dispensant, vt sit quod populum & delectet & reuocet: hoc ego facio: non semel omnes produco, aliquid noui semper habeat libellus: vt non tantum sententiarum vos, sed etiam auctorum nouitate solliciter. Acrior est cupiditas ignora cognoscendi, quām nota repetendi. Hoc in histriobus, in gladiatoriis, de quibus modo aliquid fama promisit. in omnibus denique rebus videmus accidere. Ad noua omnes concurrunt, ad noua conueniunt. Non tam expectationem vestram macerabo, singulos producendo: liberaliter hodie & plena manu faciam. Pollio Asinius nunquā admissa multitudine declamauit: nec illi ambitio in studio defuit. Primus enim omnium Romanorum aduocatis hominibus scripta sua recitauit. Et inde est, quod Labienus hominem quām linguae amatoris dicit: Ille triumphalis senex οντηξεις suas nunquam populo commisit. Siue quā parum in illis habuerit fiduciae, siue (quod magis crediderim) tantus orator inferius id opus ingenio suo duxerit. exerceri quidem illo volebat, gloriari fastidiebat. Audiui autem illum & viridem, & polteia iam senem cum Marcello Esferino nepote suo, quasi praecepiter. Audiebat illum dicentem: & primum quidem disputabat de illa parte quam Marcellus ex xerat: prætermissa ostendebat, racita leviter impletbat, vitiosa coarguebat. Deinde dicebat partem contrariam. Floridior erat aliquanto in declamando, quām in agendo. Illud strictum eius & a perfum, & nimis ratum in dicendo iudicium, adeo celsabat, vt in multis illi venia opus esset, quae ab ipso vix impetrabatur. Marcellus, quamvis puer, iam tanquam indolis erat, vt Pollio ad illum pertinere successionem eloquentiae suae crederet, cum filium Asiniū Gallum relinqueret magnum oratorem: nisi illum (quod semper euenter) magnitudo patris non producebat, sed obrueret. Memini intra quartum diem quām Aterium filium amiferat, declamare eum nobis: sed tanto vehementius quām vñquā: vt appareret, hominis naturam contumacem cum fortuna sua rixari. Nec quidquam ex ordine vitae solito remisit. Itaque cum mortuo in Lycia Caesare per codicillos questus esset diuus Augustus, vt erat mos illi clementissimo viro, non ciuiliter tantum, sed etiam familariter, quod in tam magno & recenti luctu suo homo carissimus sibi, pleno conuinio coenasset, rescripti Pollio: Eo coenauit, quo Aterium filium amisi. Quis exigeret maiorem ab amico dolorem, quām à patre?

CONTROVERSIARVM.

atque? O magnos viros, qui fortunae succumbere nesciunt, & aduersas res suae virtutis experimenta faciunt. Declamauit Pollio Afinius intra quartum diem, quām filium amiserat. Praeconium illud ingenitatis animi fuit, malis suis insultantis. At contra Aterium scio tam imbecillo animo mortes filiorum tulisse, vt non tantum recenti dolori cederet, sed veteris quoque & oblitterati memoriam sustinere nō posset. Memini cum diceret contouersiam de illo, qui a sepulcris trium filiorum abstractus iniuriarum agit, medium dictiōnēs fleu eius interrumpi: deinde tanto maiore imperio dixit, tanto miserabilius, vt apparet, quam magna interī pars esset ingenij, dolor. Declamabat Aterius admisso populo ex tempore: solus omnium Romanorum, quos meo tempore cognoui, in Latinam linguiam transtulit Graecam facilitatem. Tanta illi erat velocitas orationis, vt vitium fieret. Itaque diuinus Augustus optime dixit: Aterius noster sufflaminandus est. Adeo non currere, sed decurrere videbatur: nec verborum tantum illi copia, sed etiam rerum erat: quoties velles eandem rem, & quamdiu velles, diceret. Alijs toties figuris, alijs stationibus. Ita vt nec regi posset, nec consumi. Regi autem ab seipso non poterat, alioquin libertum habebat: cui & parebat, & sic ibat, quomodo ille aut concitauerat eum, aut refraenauerat. Iubebat eū transire, cum aliquandiu locum dixerat: transibat, insisteret iubebat: eodem loco permanebat, iubebat epilogum dicere: dicebat. Habebat in sua potestate ingenium, in aliena modum. Dividere contouersiam, putabat ad rem pertinere, si illum interrogares: non putabat, si audires. Is illi erat ordo, quem imperius deaderat. Ac non dirigebat se ad declamatoriam legem, nec verba custodiebat. Quaedam enim scholae īā quasi obsoleta refugiunt: nec si qua sordidiora sunt, aut ex quotidiano vsu repetita, possunt pati. Ille in hoc scholasticis morem gerebat, ne verbis calcatis & obsoletis vteretur. Sed quaedam antiqua, & à Cice rōne dicta, a ceteris deinde deferta dicebat, quae nec ille quidem orationis citatissimae cursus poterat abscondere. Adeo quicquid in solitum est, etiam in turba notabile est. Hoc exemplo, nemo erat scholasticis nec captior, nec sublimior: sed dum nihil vult, nisi culte, nisi splendide dicere, saepe incidebat in ea, quae derisum effugere non possent. Memini illum (cum libertinum reum defendere, cui objiciebatur, quod patroni concubinus fuisset) dixisse: Impudicitia in ingenuo crimen est, in seruo necessitas, in liberto officium. Res in iocos abiit: non facis mihi officium, & multum ille & hic in officijs veratur: ex eo impudici & obseceni, aliquandiu officiosi vocitati sunt. Memini & illam contradictionem sic ab illo posita: magnam materiam Pollionis Afinij, & tunc Cassij Seueri iocis praebuisse. At, inquit, inter pueriles condiculorum finis lasciva manu obscena lusisti, & pleraque huius generis illi objiciebantur. Multa erant quae reprehenderes, multa quae suspiceres, cum torrentis more magnus quidem, sed turbidus fueret. Redimebat tamen virtus virtutibus: & plus habebat quod laudares, quām quod ignoscere: sicuti in ea, in qua fleuit declamatione.

Pater à sepulcro à luxurioso raptus. Contouersia I.

THEDA. Quidam amissis tribus liberis, cum assideret sepulcro, à luxurioso adolescentem in vicinos hortos deductus est, & detonsus. Coactus conuiuio interesse, mutata veste, dimisus iniuriarum agit.

PRO patre. Nunquam lacrimae opprimuntur imperio, sed etiam irritantur. Nulla flendi maior est causa, quām flere non posse. Rapuit me, qualem in conuiuio puderet venire, dimisit, qualem ad sepulcrum redire puderet. Credo mirari aliquem, quod in forum amissis modo liberis, veniam. At ego iam in conuiuio fui. Quousque, inquit, flebis? Est quaedam in iphis malis miserorum voluptas, & omnis aduersa fortuna habet in querelis leuamentum. Ibi me flere prohibes, ubi crudeliter ipse non fleres. Cum miserrimum sit flere, quām infelix sum, cui ne hoc quidem licet. Vidi ebriorum sium, & vomentum famem. Quis est iste, qui supra lugentem patrem censuram lugendi postulat? proiectus in omnia gulae libidinisque flagitia, omnibus denotandus censoribus, saeculo praecepta componit. Scit quantum super amissis tribus filiis patri flendum sit: cui si viueret pater, fleret. Senex, orbus, infelix, hoc tantum inter miserias solatium capio, quod miserior esse non possum. Cineres meorum in sepulcro video. Magnum solatium est, appellare saepius nomina filiorum, non responsura. Hic mihi viuendum est: nec de nuptijs nec de liberis cogitandum. Dirum omen occurrit: cogit flere, qui non finit. In illo conuiuio morari, etiā felicis patris effe iniuria.

PARS altera. Questus fui pridem de inhumanitate eorum, qui illum propinquitate contingenter. Nemo amicus, nemo, inquit, propinquus est. Sed melius, vt video, illius rabiem noverant. Festo die sodales, amicique ineunt: quorundam vnuas. Quid hunc miserum sic perire patimur? Nemo sibi ipsi finem flendi fecit. Pudet illos definere: cogi volunt. Consolarer te diutius, nisi iam & accusare possem.

Metellus caecatus. Contouersia VII.

LEX. Sacerdos integer sit. **T**HEMA. Metellus pontifex cum arderet Vestae templum, dum Palladium rapit, oculos perdit, Sacerdotium illi negatur.

Pro Metello. Vesta mater, fortasse nullum sacerdotem haberes, nisi Metellam habuisses. Sacrorum causam ago, non Metelli. Plus eorum interest, ne Metellum sacerdotem: quām Metelli, ne sacerdotium perdat.

perdat. Non erat tantus Metellus, cum illi sacerdotium deditus. Ciuitas sollicita pendebat. Duo periclitabantur, quibus nihil populus habebat pretiosius, sacra & Metellus. O faciendum sacerdotem, nisi esset. Lex integrum ad animū referit, non ad corpus. Lex astimari hoc voluit, tunc cū quis peteret, nō cum haberet sacerdotium. Habes Vestę duplex pontificis tui meritum: seruauit sacra, nec vidit.

EXTRA contouersiam Pollio: Ante hoc, si cæcus factus esset, non abstulisset. Si postea cæcus factus est, vidit.

PARS altera'. Sacerdos non integri corporis, quasi malis ominis res vitanda est. Hoc in victimis nōtatur, quanto magis in sacerdotibus? Post sacerdotium magis obseruanda est debilitas. Non enim sine ira deorum debilitatur sacerdos. Apparet non esse propitos deos sacerdoti, quem ne seruati quidem seruerat.

COLOR. Hunc colorem Gallio non probabat, summo cum honore Metelli, afferens contra Metellū agendum ita, vt rogeretur cum iudicibus officio pontificum & ipse consulere.

Patre exule filia raptā. Contouersia III.

LEX. Imprudentis caedis damnatus quinquennio exulet. **T**HEMA. Cum quidam haberet filium & filium, imprudentis caedis damnatus, in exiliū abiit. Filia eius raptā est. Raptor ad patrem pueras se contulit. Imperavit ab illo, vt iuberet filiā nuptias optare: & epistolam dare ad filium. Fratre auctore, mortem optauit pueras. Pater rediit: abdicat filium.

CONTRA filium. Quomodo me excusabo Reip. cui duos abstuli? Neutrum mea culpa. In altero me fortuna decepit, in altero filius. Filia etiam fratri paruit: Filius nec patri. Per humanos, inquit, errores. Agnoui preces meas. Potes, inquit, omnibus offendere, quām non possis hominem occidere. Scis me ciuem debere Reipublicae. Hoc intererit tamen, quod imprudentes occidimus: prudentes seruauimus. Ali quem in exilio infra fortunam meam vidi.

PARS altera. Irrupit contumeliose, tanquam in exilis domum. Peruenit ad patrem, nō percipit eius dolori. At ego querebar, quod absenti fecit iniuriam. Non possum ob hoc abdicari, quod lege factum est. Non potuisti pater de iniuria iudicare, quam non noueras. Multa nobis extorquentur, quae nolumus scribere: & tu in ea fortuna eras, in qua posles iniuriam accipere: & ille is erat, qui etiam in patria posset iniuriam facere. Quia sciebat malam causam suam, egit apud illum, qui eam non nouerat. Rediit superbus, iubebat, & nos optare nuptias cogetabat. Videbatur sic & illic coegisse. Aliquid tamen epistolis consecutus est. Nemo inquam tardius pergit. Collegit ingentem numerum perditorum. Expugnat domum. Vexauit pueram. Hoc tibi raptor non nartaerat.

COLOR. Latro aiebat, semper inuisum esse, qui reum alium pro se subiiceret. Non oportet hoc deri uari factum, in sororis voluntatem. Qui defendit, inquit crimen, auditur tanquam reus: qui transfert, tanquam accusator. Malo autem loco est, qui habet rei fortunam, accusatoris inuidiam. Afinius Pollio dicebat, colorem in narratione ostendendum, in argumentis exequendum. Imprudenter eos facere, qui in narratione omnia instrumenta coloris consumerent. Nam & plus eos ponere, quām narratio desiderat, & minus quām probatio.

Armis sepulcri victor. Contouersia III.

LEX. Sepulcri violati sit agio. **T**HEMA. Bellum cum esset in quadam ciuitate, vir fortis in acie amissis armis, de sepulcro viri fortis arma sustulit. Fortiter pugnauit, & reposuit. Praemio accepto, accusatur sepulcri violati.

PRO viro fortis. Arma vix contigeram. secuta sunt. Haec si sumo, arma sunt: si relinquo, spolia. Vidisse iam vere violari sepulcrum, si illo venisset hostis. Vterque quod alteri deerat, commodauiimus. Ille viro arma, ego armis virum. Resp. multum consecuta est. Vir fortis nihil perdidit. Necesitas est, quae nauigia iactu exonerat. Necesitas est, quae ruinis incédia opprimit. Necesitas est lex temporis. Quicquid fit non legitime pro legibus melius est. Pro ipso sepulcro actum est, in quo notiora sunt arma iterum via tricia. Pro Republica plerunque tempora nudantur, & in vnum stipendijs dona confiamus.

PARS altera. Reum habemus, in proelio inerter, in fuga audacem, in vtroque turpem, non minus patrocinio, quām criminis. Arma sua perdidit. Hoc ex usu non poterat, nisi rapuisset aliena. Rapuit aliena. Hoc excusari non poterat, nisi & sua perdisset. Arma via tricia, arma conflectata dijs manibus, arma quae te quoque fecerunt virum fortē. Reposui, inquit, arma. Gloriatur, quod non & illa perdidit. Nō teneor lege, quia reposui. Tā teneris hercle, quām qui vulnerauit aliquem, licet vulnus sanauerit: quām qui surripuit aliquid, licet deprehēsus reddiderit. Non est hoc illi crimen propter virtutem donandū. Iam gratiam virtuti retulimus, praemium consecuta est. Aequos nos esse contuenit. Vnum virum forte honorauimus, alterum vindicemus.

Rr. Primi.

Priuignus medicus. Controuersia V.

THEMA. Abdicauit quidam filium. Abdicatus medicinae studuit. Cum pater aegrotaret, & medici negarent posse sanari, sanauit. Rediit usque ad patrium aegrotare nouerca coepit. Desperauerunt medici. Rogat pater filium, ut curer nouercam. Nolentem abdicat.

PRO filio medico. Quo pacto istud evenit, ut abdicatione mea pater aegrotaret, reditu nouerca? Pie-tati cessere morbi, medicinam relinquo. Multum laboris, multum vigilarum. Adiice huc, quod qui sanantur, ingrat sunt: & medicus possum decipi, & non possum priuignus excusari. Eundem inquit, medi-ci morbum esse dicunt: nempe illi, qui negauerunt te posse sanari. Ego vero cedo domo, si fateris illam sic posse sanari. Timeo fortunam. Imputabitur mihi, si quid acciderit. Ecce tu me non posse non credis. Omnes medici negant: & nunc diligenter fuerunt, quia in te decepti sunt. Non sum tantae scientiae, quatae video. Magnis praceptoribus opus est. Ego abdicatus studui. Quaeris, quomodo te sanauerim? Non tibi medicus, sed filius profuit. Desiderio laborabas. Gratum tibi erat, qui quid meis manibus acceperas. Ut primum intrauit, recreatus es. Quid in te curandum esset, aduerti. Haec non eodem morbo la-borat. Multa sunt dissimilia, sexus, aetas, animus. Nihil magis aegris prodest, quam ab eo curari, à quo volunt. Temerarijs remedijs grates morbi curantur, quibus vi non audeo in nouerca.

NON oportet adolescentem quicquam nouercam succensere. Alioquin odit & gaudet. Ferendus est adolescentis, si se excusat: non est, si vicitur.

PARS altera. Lugendum est, flendum est. in hoc me conseruasti. Hostis aliquando vulnus sanauit quod fecerat, ob hoc maxime, quia alius sanare non poterat. Negant posse sanari. Nemo suscipit: nemo enim vult filio curationem praeripere.

POLLIO dicebat, inter patres & filios id solum iudex putat licere, quod oportet.

In discreti filius & priuignus. Controuersia VI.

THEMA. Quidam mortua vxore quae in partu perierat, duxit aliam: puerum rus misit. Ex illa su-binde sustulit filium. Vtrumque puerum ruri educavit. Post longum tempus redierant similes. Quaerenti matri vter eius esset, non indicat. Accusatur ab ea malae tractationis.

PRO marito. Quid fieri pueri? Securi estote. Non minimae iam lites sunt, & nondum indicaui. Qua-lis eris nouerca, quae sic fieri cupis? Alter tuus est. Alter tui frater est: & si per te licuit, neuter priuignus erit. Dum alterius vis esse mater, utriusque es nouerca. Si coegeris, mentiar. Non mater, sed nouerca de-cipieris. Hos ipsa noluit natura distinguere. Indicarem, nisi tam pertinaciter quaerereres. Hic tuus est. Quid alterum nouercalibus oculis intueris? Ille tuus est. Vni tibi contigit, ut habeas priuignum & non sis nouerca.

PARS altera. Filius huius rus ablegatus à patre, & educatus est, sic, ut ignotus esse posset & matri. Ti-bi rediit vterque filius, huic vterque priuignus. Eo crudelius filio caret, quo proprius accessit. Times hu-sus iniquitatem: cum iniquitus ipse magis ames eum, cui alterius vis donare matrem, quam cui non vis reddere suam.

COLOR. Quod ad colorem pertinet viri. Hispo Romanus, & Silo Pompeius hoc vni sunt: Nescio, & ideo non indico tibi. Quidam miscerunt etiam, & utroque vni, dixerunt: Nescio, & si scirem, non indicarem tibi. Quod Latro & Caesius: sed Asinus Pollio neutrum colorem probabat. Si dicit, inquit, Ne-scio: nulli fidem facit. Vxor ipsa non quaereret ab eo, nisi ille scire posset. Dici contra virum potest: Quaere à nurrice & paedagogo. Verisimile non est, neminem domi esse qui sciat. Ille autem mixtus color virumque corrupit, & ignorantis fidem, & non indicantis fiduciam. Nam cum dicit, Etiam si scirem, non indicarem: efficit ut illum iudex scire putet, cum dicit, Nescio: efficit ut videatur indicare debere, si sciat. Hoc autem ipse colore visus est, quem aiebat simplicissimum: Scio, sed non indico: quia pueris hoc vtile est, & tuo filio. Magis amaturus sum eum, qui matrem videbitur non habere.

Tyrannicida, & adulter tyranni. Controuersia VII.

LEX. Tyrannicidae praemium detur. *Thema.* In adulterio deprehensus à tyranno, gladium extorsit à tyranno, & occidit eum. Petit praemium. Contradicitur.

CONTRA tyrannicidam. Non fecisset tyrannicidum, nisi illum tyrannus armasset. Cuius adulter non fuit, qui etiam tyranni fuit? Imputat nobis, quod deprehensus in adulterio mori noluit. Tyrannicida nostra iure occidi potuit à tyranno. Certamen in pari condicione contractum publica fortuna distraxit. Non innocentior vicit, sed fortior. Tulit secum tyrannus gladium. Sic enim occisi veniunt. Cur solus ad praemium venis? tyrannum certe occidisti cum adultera. Non loricam, clypeum ve sumpit, sed tenuem ac perlicidam vestem: perfusus vnguento intravit cubiculum, in quo non esse tyranum diligenter agnouerat. Tyrannicida nostra ne tyranum inueniret, optauit. Ducat tyrannicidam in ar-cem tyranus, non vxi:odium, non amor: ascensus ferat animum, ferat ferrum: eat illo, vbi inuenias tyranum. Omnia honesta opera voluntas incohata, occasio perficit. Saepe honorata virtus est, etiam vbi

eam

eam fecellit exitus. Sceleris quoque quamvis citra exitum subsederunt, puniuntur. Nec infelix virtus amittit gloriae titulum: nec gloriam virtutis intercipit fortuita felicitas. Nunquam maiorum nostrorum prudencia tantis ministris tyrannicidum emeret, si etiam id libido promitteret. Nono inauditoque more pugnabant. Tyrannicida pro adulterio, tyranus pro pudicitia. Occidisti tu maritum, fortuna ty-rannum, tyranum cadere Reipublicae volo. Occidat illum ciuis iratus, miscat maledicta vulneribus, qualia in adulterum maritus contulerat. Ab adulterae osculis ad praemium curris. Nolo tyranicida imi-tetur, antequam occidat tyranum. Pop. Romanus veneno vinci hostem noluit, proditione noluit. Ho-norabo subitum tyranicidum: non honorabo fortuitum, non coactum.

PARS altera. Non habebas, inquit, ferrum. Quid enim tyranus profuit quid habuit? In eo qui iner-mis ad tyranum venit, non minor virtus est, sed periculum maius. Non quaeras quid in arcem tulerim: tyranicidum retuli. Non est gladius meus: sed manus mea est, sed animus meus est, sed consilium, sed periculum, sed tyranicidum meum. Adulterium vocas, quo effectum est, ne quis timeat adulterium? Diligenter arce munita occasionem requirens, tentauit seruos, tentauit amicos. Per vxorem solam fulsis occasio. Non putauit adulterium, vxorem tyranum polluere: sicut nec homicidium, tyranum occidere. Ferrum in arcem ferre, periculosem erat: inuenire, facile. Si tyranum, inquam, inueniero obrium, quae-libet res telum erit. Certe semper solet secum tyranus habere ferrum. Gladius inter duos, fortioris est. Quam solitus fui adulter, ne non deprehenderer.

Patronus operas remissas repetens. Controuersia VIII.

LEX. Per vim metum ve gesta, irrita sunt. *Thema.* Bello ciuili patronus vixus & proscriptus, ad li-berum confudit. Recepitus est ab eo, & rogatus, ut operas remitteret. Remisit. Consigratio facta est. Restitutus exigit operas. Contradicitur.

PRO patrono. Patronus à liberto restrictionem peto. Si pacisci tunc à me voluisse operas, spopon-dissem. Bona bello perdidit, ad restitutionem nudus veni. Nunc libertorum operas desidero. Profer tabu-las crudeliores tabula Syllanae proscriptoris. Persequebatur illa, quos vicerat: haec persecutae sunt, quos receperant. In illa vixit, in his perfidia. Denique illa iam defit, hac persecutantur. Non mea, in-quiet, sed aliena vis fuit. Aequedignus est poena, qui ipse vim adhibet, ut qui ab alio admota, ad lucrum suū vixit. In hunc primum incidi. Et dum timeo ne offendorem, secutus sum hoc exigentem, Non recepit me, sed inclusit. Nihil est venali misericordia turpis.

PARS altera. Nihil tibi opus est potestas. Scisti illum parere, etiam cum cogi non potest. Quaslibet indicas operas, nunquam tamen indices ita periculosas, quam indixisti. Habeo iudicia tua. Bene de ser-vo iudicasti, manumisisti. Bene de liberto. Proscriptus mihi potissimum te commisisti. Si voluissim, pa-tronum non habere potui. Vnus ex proscriptis fuisti, qui tunc posses etiam rogari. Restitutio tibi pro-scriptio remisit, non quicquid in proscriptione gestisti, recidit.

COLOR. Omnes inquieti sunt in libertum. Varius Geminus, & Otho Iunius egerunt lenius, ut patronus remisurus videretur operas, si obtinuisset. Nam Otho dixit: Sine me iudicio ineo. Videris emisse. Faciam, remittam. Quid me sic times, tanquam inuitus promiserim? Contra Caesius ait: Tunc hu-iusmodi vtendum esse colorib. vbi verendum est, ne videamus rem duram postulare. Vbi contra hone-stam personam, promisso iudice molliore fallendum est. Quid in hac persona vereatur & causa? nisi hoc vnum, quod ex hoc colore metuendum est: ne si nolimus haec remittere, etiam noluisse videamus.

L A N N A E I . S E N E C A E
C O N T R O V E R S I A R V M
L I B E R Q V I N T V S.



Laqueus incisus. Controversia I.



CTIO. Inscripti maleficij sit actio. *Thema.* Quidam naufragio facta, amissis tribus liberis, & vxore, incendio domus, suspendit se. Praecidit illi quidam ex praeterreuntibus laqueo. A liberato reus fit maleficij.

PRO incidente laqueum. Tres, inquit, liberos perdidit. Vt inam & illos seruare potuit sem. Viue. Mutantur vices felicitatis humanae. Proscriptus aliquando proscriptis. Vt cōfugint, proscripti latent, natant naufragi. Amisi, inquit, vxorem, liberos, patrimonium. Tu putabas ea te condicione accepisse, ne perderes? Ludit de suis fortuna muneribus. Et quae dedit, afferit; & quae abstulit, reddit. Nec vñquam tutius est eam experiri, quam cum locum iniuriae non habet. Cn. Pompeius in Pharsalia vietus acie, vixit. Mortem tuorum, tuum putas esse naufragium? Crassus vixit: & non priuatis perdidit, sed publicas opes. Omnia tibi fortuna abstulit, sed spem reliquit. Tolle spem hominibus, nemo vietus retentabit arma. Nemo infelicit expertus negotiationem, alios appetet quaestus. Nemo naufragus viuet. Spes est ultimum aduersarum rerum solatium. Vt viueres, natasti: missertus sum. Nec in te amplius quam periculum cogitauit. Non attendi incendium, non orbitatem. Aut si attendi, memineram te post illa vixisse. Non viuis es mihi animum moriendi habere. Legeras locum, in quo interpellari posse.

PARS altera. Tot ille fundorum dominus, aliena arbore suspendo laqueum. De fortuna nihil queror. Mori permitte. Nunc, inquit, morere. Iniuria est, vt qui meo arbitrio debui, tuo moriar. Amisi vxorem, liberos, patrimonium. Fortuna mihi nihil praeter laqueum reliquit. Iste nec laqueum. Sumpsi instrumenta mortis, solitudinem & laqueum. Alterum aptum morituro, alterum misero. Quisquis interuenieris, si amicus es, desce: si inimicus, specta. Cum à me iste accusetur, gratiorem de me quam de reo ferre sententiam. Ego, vt moriar: iste, vt ne prohibeat. Ne haec narrarem, mori volui. Praecidit remedium meum. Si qua fides est, non enataui, sed electus sum. Nihil iam timebam, nisi viuere. Domus meae fata claudo, nullo miserior, quam quod ultimus morior. Cui me vita reseruas? Vt aedificem? Aspice incendium. Vt nauigem? Aspice naufragium. Vt educem? Aspice sepulcrum. In tam calamitoso domo feliciter fuisti, vxori & liberi. Vobis mori contigit.

Gener diutis inimici. Controversia II.

THEMA. Pauper cum haberet filium, & diuitem inimicum filiam habentem, peregre profectus est. Rumor fuit de morte eius. Filius cum diuite in gratiam redijt, & eius filiam duxit. Reuersus pater cogit illum vxorem repudiat. Nolentem abdicat.

PRO patre paupere. Nemo quicquam facile credit, quo credito dolendum sit. Ego diu non credidi de nuptijs tuis, defortor patris, inimici cliens, vxoris mancipium. Non fleuisti patrem, non quaeſiuisti, sic inimico placuisti. Rumor, inquit, fuerat, decessisti te. Mirabar, si tales vxorem viuente patre habere potuisse. Non quaeris, ubi perierim. Mors mea tibi debet esse suspecta. Inimicum habeo. Quis aliis hanc famam potuit immitere, nisi qui me viuo, filiam collocare non poterat? non times, ne inter ipsas nuptias tuas patris ossa referantur? Tot serui sequuntur, tot liberi, tot clientes, vt quicquid dixerit, rumor sit. Fabricius aurum à Pyrrho accipere noluit. beator iste fuit animo, quam ille regno. Plures infidias in itine re fugi: & factum diues, quod faciendum mandauerat, credidit.

PARS altera. Vanum gloriae genus, odium diutiarum. Mortales esse inimicitiae debent. Scipio Gracchi inimicus, & postea sacer. Cuius vitio inimicitiae contractae sint, apparer. Ille amat filium tuum, tu nec tuum.

SEVIANVS rem stultissimam dixit: Dives me semper contempnit, nunquam nisi pro mortuo habuit. Vt aliquid & ipse simile de Seuiano dicam, post hanc sententiam Seuiandum semper pro mortuo habui.

Frates

Frates pancratias. Controversia III.

ACTIO. Malae tractationis sit actio. *Thema.* Duos filios quidam pancratistas instituit, & ad Olympia duxit. Cum compotii essent, vt simul pugnarent, accessit ad pugnantes pater, & ait abdica turum se, si quis perdidit. Commortui sunt iuuenes, & decreti sunt his honores diuini. Reus fit pater malae tractationis ab vxore.

CONTRA patrem. Tertius sine forte pugnasti, & vtrumque viciſti. Stetit cruentus pater. Iam periret, & adhuc minabatur. Morientur: non alter ab altero, sed vterque a patre. Misera mater, odife non potest, qui filium suum occidit. Iuuenes inuidi, nisi habuissent patrem. Pij iuuenes, nec parricidium patri negare potueris. Vincere propter parricidium nolunt, vinci propter abdicationem. Abdico, inquit, eum qui victus erit. Demens meliorem abdicaturus es. Inuoco iouem, cuius Olympia parricidijs absoluta sunt.

PARS altera. Non facturus dixi; et si facturus, pro gloria eorum dixi. Non debo in inuidia solus esse, cum luctus communis sit. Omnes arebant collusuros fratres. Minatus sum, non ut necessitatem filii imponerem, sed vt populo satisficerem.

Dannatus parricidij alligat fratrem. Controversia III.

LEX. Qui falsum testimonium dixerit, vinciat apud eum, in quem dixit. *Thema.* Eduobus filijs profectus cum uno pater. Adolescens solus redijt. Accusatus est à fratre parricidij, & dānatus. Dies bus festis intercedentibus poena ex lege dilata est. Redijt pater. Accusauit dannatus fratrem falsi testimonijs, & obtinuit, & vinxit. Cogit pater vt vincitum soluat. Nolentem abdicat.

PRO patre. Falsum, inquit, telatum testimonium frater dixit. Si vis graue illius crimen facere, te exorabilem praesta. Crudelis in fratrem, miraris, si in te creditum parricidium est? Ergo ego duos filios habere non possum? Adolescens, iam potes & parricidium facere. Alligatus est alter filius, qui non reuertebar; alter, qui iam redijt. Nunquam solues fratrem? Si talis es, nihil testis mentitus est. Parricida es. Non impio in te, sed in patrem pio animo dixit. Suspectum habui, quod reliqueras patrem. Inter catenas filij iaceo, eodem clausus ergastulo. Ingrate, testem tuum simus alligati.

PARS altera. Meo periculo solitus sum, meo alligatus. Vix solui poterat, si testimonium falsum pro fratre dixisset. Parricidium de patre finxit, de fratre commisit. Venisse patrem mihi carnifex nuntiauit. Parricida sum, sicut obij citur. Hoc leuius irascor. Miraris, si eum fratrem alligare possum, qui me potuit occidere? Ingrata paene erat ipsa poena meae dilatio. Expectare gratius videbatur quam pati. Imaginabam mihi culeum, serpentem, profundum.

Exusa domus cum arbore. Controversia V.

LEX. Qui sciens damnum dederit, reddat quadruplum: qui insciens, simplum. *Thema.* Dives paupe rem vicinum rogauit, vt sibi venderet arborem, quam sibi dicebat obstat. Pauper negauit. Dives incendit platanum, cum qua & domus arsit. Pro arbore pollicetur quadruplum, pro domo simplum.

CONTRA diutem. Excitatus flaminarum sono, vicinorum primo fidem imploraui. Arbor ramis discurrentibus totam domum texerat. Non potest exorari. Incendatur. Est hoc impotentia, sine fine concupiscere, sine modo irasci. Non potest expugnare precibus: expugnatur ignibus. Nihil inter me & pauperem interest, si iure agamus. Liceat & pauperem gaudere pro plectu. Vos possidetis agros, urbium fines, urbesque dominibus impletis. Intra aedificia vestra vndas & nemora comprehenditis. Nihil laetus oculis tuis occurrit, quam ruinae meae. Domum perdidisti, qui carere nec arbustula quidem poteram. Delicijs tuis diutes ardebius. Oculis voluptas incendio queritur, & prospectus ignibus relaxatur. Prospetui obstat. Quid? inambulantibus nobis non obstant seruorum cateruae? & in immensam erecti altitudinem parietes lucem non impediunt? Infinitis porrectae spatii ambulationes, & urbium solo aedificatae domus, non nos prope à publico excludunt. Sub hac arbustula imaginabam diutum silvas. Quantum perdidisti, quem fateur iratus inimicus plus perdidisse quam voluit? Non iniquū postulo. Eiusdamo definit incendium, cuius consilio coepit. Scilicet vt domus ad caelum omne conuerfae, brumales aestus habeant, aestiu frigora, & non suis vicibus intra istorum penates agatur annus: alunt in summis culminibus mentita nemora, & nauigabilium piscinarum frera. Arata quondam populis rura, singularum nunc ergastulorum sunt. Latiusque nunc villici quam reges imperant. Maria submouetur projectis molibus. Neciebas quanta sit potentia ignium, quam irreuocabilis, quemadmodum totas absquat mat vrbes, quam leuibus initis orientur incendia: etiam si partem damni dare voluisti, partem nolueristi, in totum quasi prudens dederis, tenendus es. Ex toto enim noluisse debet, qui imprudentia defenditur. Si fateris scienter ianuam incendisse, si vnum tignum, puto tota domus intelligeretur ex parte. Nec enim quisquam omnia incendit, sed vnam aliquam rem, ex qua surget in omnia se sparsurus ignis. At qui pars domus est arbor, quae in domo est.

PARS altera. Pestilentem mihi domum faciebat arbor. Caelum omne per quod salubris spiritus ve-

Rr 3 nire

nire posset, obduxerat. Rogauit pauperem, & dixi: Nihil tibi nocet arbor recisa, mihi plurium non recisa. Quid ad te illi rami pertinent, qui extra domum sunt? Quasdam partes domus meae rami premebant. Iam etiam quosdam parietes mouerant. Scitis quanta vis sit arborum? muros discutient.

Raptus in veste muliebri. Controversia VI.

LEX. Impudicus contione prohibeatur. *Thema.* Adolescens speciosus sponsonem fecit, muliebri vestre se exiturum in publicum. Processit. Raptus est ab adolescentibus decem: accusauit illos de vi, & damno. Contione prohibitus a magistratu, reum facit magistratum iniuriaem.

CONTRA adolescentem. Muliebrem vestem sumpliuit, capillos in feminae habitum compositum, oculos pueri lenocinio circumdedit, colorauit genas. Non creditur: & qui non crediderant, vici sunt sponsione. Et hoc de sponsione forsitan venerat, ut auderet impudicus contionari. Date illi vestem, puella est: date noctem, rapietur. Sic illum vestis sumpta decuit, ut videtur non tunc primum vestem sumpluisse. Facta totius adolescentiae remitto. Una nocte contentus sum: sic imitatus est puellam, ut raptorem inuenerit. Nunquid cecini? Nunquid Carmen famosum compostrui, aut (ut proprium genus iniuriae tuae dicam) nunquid te rapui? Apud patres nostros, qui forensia stipendia auspicabantur, nefas putabatur brachium extra togam exercere. Quam longe ab his moribus aberant, qui tam verecunde etiam virtute viebantur? Constat hunc stupratum: cum damnati sint, qui rapuerint.

PARS altera. Constat semper grauem, semper severum fuisse, semper rigidum. Sed hoc iocis adolescentium factum est. Ceterum tam nota erat verecundia eius, ut nemo sine sponsione crediderit.

Trecenti ab imperatore non recepti. Controversia VII.

LEX. Nocte portas aperire in bello non liceat. *Altera.* Imperator in bello summam potestatem habeat. *Thema.* Trecenti ab hoste captiui ad portas nocte venerunt. Imperator non aperuit. Ante portas occisi sunt. Imperator post victoriam reus est laesae reipublicae.

PRO Imperatore. Non putauit meos. Nouerant legem. Cur, inquit, trecenti perierunt? immo cur ne perirent, capti sunt? Hos ego de die non receperisse, nisi vinctores: noctu, ne vinctores quidem. Procedens postridie in proelium, pugnaturis ostendi trecentos, in quibus laudari nihil potest, nisi fuga: nihil desiderari, nisi numerus. Fugiunt, ut leges relinquent: redeunt, ut tollant. Populus Romanus in Cannen. proelio in summas redactus angustias, cum seruorum desideraret auxilia, captiuorum contemptus: & creditit eos libertatem magis tueri posse, qui nunquam habuerint, quam qui perdidissent. Nocte quomodo hostem ciuemque distinguam? Quam mihi dabis notam, ut arma cognoscam? Credo in infidijs hostes fuisse, ut exclusos occiderent, sequerentur admissos.

PARS altera. Infestus illis trecentis fuit, iniquo eos collocauit loco. hoc ne argui posset, non recepit. Capti sunt fortissimi duces, Regulus, Crassus. Haec postremo roganum vox erat. Mitte arma. Certe lex non vetat.

Tyrannus post abolitionem candidatus. Controversia VIII.

LEX. Competitor liceat in competitorum dicere. *Thema.* Tyrannus sub abolitione dominationem depositus, ut si quis obiecisset tyrannidem, capite puniretur. Petit magistratum: competitor contradicit.

CONTRA tyrannum. Candidatus: Anno meo spondeo, nulla rapietur, nullus occidetur, nullum spoliabitur templum. Cur honores tamdiu non gererit, narrer, per communem deprecor libertatem. Moriar. Objicetur tibi quod occideris ciuem. Vult aliquo imperio, aliqua potestate distinguiri, homo magna nobilitatis, magnae gratiae, ingentis pecuniae. Siciliae dicitur fuisse dominus, qui inclusos aeneis tauris homines subiectis vrebatur ignibus, ut magnum ederent, verba non possent. O hominem in sua crudelitate fastidiosum: qui cum veller torquere, tamen nolebat audire.

PARS altera. Quicquid egit, quicquid gessit, causa Reipublicae feci. Peto ne mihi lex pro me iata non seat, ne ve quid noceat: quia non objicitur, quod non noceret obiectum.

L. XXX.

LANNÆI SENECAE
CONTROVERSIARVM
LIBER SEXTVS.

Chirographum abdicato fratri datum. Controversia I.

HEMA. Abdicato fratri, frater chirographum dedit, dimidiam se partem hereditatis datum, si non respondisset irato patri. Ille tacuit. Abdicatur altera a patre.

PRO patre. Tantum aeris alieni habet, quantum viuo patre non posset soluere. Vis scire cuius fidei sis: nec frater quidem tibi sine chirographo credit. Alterius spe morior, alterius fide. Viuo, & iam patrimonium meum diuisum est. Nisi succurritis, vincit me, & ille qui tacuit, non dissimulo me hodie diuino abdicare. Chirographum prode parricidum foedus, & nefariae spei pactum: chirographum danti impium, accipienti turpe, patri periculoseum.

PARS altera. In omnem me fortunam, frater, tibi iungam comitem. Si militadum, vna militabimus: si peregrinandum, vna vrbes peragrabimus: si quotidiam rogaueris stipem, & illam tecum diuidam. Nolui recentem iram exagitari patris. Malui, ut tacendo patrem vinceres. Meae partis heres ero, tuae cito. Et quia de re maxima melius sibi quisque credit, do chirographum: tu da operam, ut istud magis a patre accipere, quam a fratre videaris. Hoc quod honeste, & quod pie gerebamus, tam palam egimus, ut pater sciret. Quid enim timebam, nisi, si reficieret pater, moleste ferrer filium suum, hominem avarum non esse, fratrem prius. Ita mihi contingat patrem vtrique nostrum placari.

Exul pater fundo prohibitus. Controversia II.

LEX. Exulem recto & cibo iuuare non liceat. *Altera.* Imprudentis caedis damnatus quinquennium exulet. *Thema.* Quidam cum filium & filiam haberet, imprudentis caedis damnatus, in exiliu profectus est. Solebat venire in possessionem vicinam finibus. Reficiit hoc filius. Caecidit villicum. Villicus exclusit patrem, coepit ire ad filium. Accusata illa, quod exulem receperisset, aduocato fratre absoluta est. Post quinquennium pater abdicat filium.

PRO patre. Acculacor, ciuium me fecit exulem: filius etiam meorum. Filiam honestiorem inueni, quod accusata est: seruum frugaliorem, quod caefus est. Male meruisti de patre, quem exclusisti: de sorore, cui praeiudicio nocuisti: de iudicibus, quos in tam bona timuisti causa. Aut tu peccasti, aut soror. Filius me docuit, quod illum non recipio. Absoluta est, inquit, me aduocato, soror. Ita tu patrem non recipiebas, cum tam bene istam causam agere posset: cum absoluta sit quae receptorat, damnatus est qui non expulerat. Filia me patrem indicauit: seruum dominum. Vni filio exul fui. Ignosce fidelissime seruorum, & tibi imprudens nocui. Quam bonam eius causam putas fuisse, quae ne te quidem aduocato damnata est. Si te herede possum mori, dignus sum, qui etiam tibi hunc seruum relinquam. Alij exul est, tibi pater est. Nulla lex scelus imperat. Certe quae fecit, absoluta est. Lex eum tenet, qui iuuat exulem, non qui patiatur iuuari. Ignora, disimula: lex te innocentem, non curiosum esse iubet. Si mea caula faciebas, me admonuisses: seruum prohibuisses, non caecidises.

PARS altera. Facere lege prohibente non potui. Accusata & absoluta est: quia muliercula non videbatur nosse leges. Non pro me timui, sed pro te. Res in notitiam hominum venerat. Captabaris: timui, ne occidereris. Vis scire notum fuisse: Soror accusata est. Malui seruum caedere frugalissimum, quam patrem optimum amittere.

Mater nothi, lecta pro parte. Controversia III.

LEX. Maior frater diuidat patrimonium, minor eligat. *Altera.* Liceat filium ex ancilla tollere. *Thema.* Quidam cum haberet legitimum filium, alium ex ancilla sustulit, & decessit. Maior frater sic diuidit, ut totum patrimonium ex una parte poneret, ex altera nothi matrem. Minor elegit matrem, & accusat fratrem circumscriptiois.

PRO notho. Vnus omnium exheredatus sum diuidendo. Elegisset, inquit, alteram partem. Tu solus talis potuisti esse filius, qualis frater eras. Lex te diuidere, me eligere iussit. Aperte, ne minor circumscribitur, timet. Sic diuisit, ut si vellem, non essem mendicus, relinquere fratrem in egestate, matrem in servitute.

Qq 4 uitute.

uitute. Non est diuidere, ex altera parte patrimonii ponere, ex altera onus. Talis fuit, ut illi coheredēpater ex ancilla tolleret. Elige, ut aut patrimonio careas, aut scelere. Circūscriptor es dici solent, qui aliquid sustulerūt. Iste nihil reliquit. Tu, inquit, voluisti pauper esse. Cur igitur queror, si egelate delecto? Obijci, inquit, non potest, quod lege factum est: immo non nisi quod lege factum est. Nam si quid aliter factum est, per se irritum est. Circūscriptio semper crimen sub specie legis inuoluit. Quod apparet in ilia, legitimū est: quod latet, infidolum. Semper circūscriptio per ius ad iniuriam venit. Lex iubet maiorem diuidere, minorem eligere. Nec tu diuisi, nec ille elegit. Sic à te alligatus est, ut neceſſe haberet, quod non expediebat. Male nota fuit mea in matrem pietas. Non timuit, ne eligere possem alteram partem.

PARS altera. Ego nihil aliud quām diuisi. Circūscriptio non in diuisione est, sed in electione. Has matrem, quam quidam redemerunt bonis: habes gloriam, quam multi per ignes petierunt. Multa de patrimonio rapuit, cum haberet ius dominae ancilla. Impudentia timebas, ne in illam saeuerem. Non expediebat mihi, cum in illa totum patrimonium habiturus essem. Nunc tantundem habes. Habes enim partem quām voluisti. ut tantundem haberēs, nec pater voluerat. Ideo matrem tuam ancillam reliquit.

Potio ex parte mortifera. Controuerſia III.

ACTIO. Veneficij sit actio. *Thema.* Proscriptum vxor secuta est. Quodam tempore secreto poculū tenement interrogavit, quid esset. Ille dixit, venenum: & mori se velle. Rogauit illa ut partem sibi daret: & dixit, se nolle sine illo viuere. Partem bibit ipse, & partem vxori dedit. Periit illa sola. Testamen to inuentus est maritus heres, restitutus arguitur beneficij.

CONTRA māritum. Sic egit, ut deprehenderetur: sic deprehensus est, ut exoraretur: sic bibit, ut viueret. Quod est hoc venenum, quod tantum heredi non nocet? Neit, o vñquam tam palam vxori dedit venenum. Fugit ne occideretur, qui dixit se mori cupere. Vnus proscriptio locupletior factus est. ut viuere vellet, vxor illi persuadere non potuit. Persuasit res blandior, vxoris hereditas: sciuit quam partem potionis hauriret; contrarias partes gladio perfecutus est, suas veneno: occidenti finem prius victores fecerunt, quām vieti. Quidnam putabatis futurum, cum in exilium vxor testamentum tulisset, maritus ve nenum? Vbi est vxor? Ecquid te pudet? Jam etiam proscripti redeunt. Statim consumpta potionē collappa est. Nolite mirari, si tam efficax venenum est. Heres est, qui dedit. Summis fere partibus leuis & innocuus humor suspenditur. Grauis illa & perifera pars suo pondere subfudit. Apparet te diu praeparatum venenum habuisse. Scisti diuidere. Etiam si potest defendi qui volenti dedit, tu non potes, qui fecisti, ut veller. Id genus veneni fuit, quod pondere subfideret in imum. Potionem bibit iste, vxor venenum.

PARS altera. Virum in pace dilexit, in bello secuta est, in consilio ultimo non relinquit. O, inquit, dignum, quem innocens sequatur. Bello ciuili lege proscriptus sum. Exulauit. Quid his mali adjici potest, nisi ut venenum bibam, & viuam? Venenum, inquam, est. Hoc qui daturi sunt, dissimulant. Venenum Catō vendidit. Quaerite, an proscripto licuerit emere, quod licuit Catoni vendere.

Iphicrates reus. Controuerſia V.

LEX. Qui vim in iudicio fecerit, capite puniatur. *Thema.* Miles Iphicrates aduersus Thracum regē. Bis acie uictus, foedus cum eo percussit, & filiam eius duxit uxorem. Cum Athenas redisset, & causam diceret, vñsi sunt circa iudicium quidam Thracum cultris armati, & ipse reus gladium strinxit. Cum iudices citarentur ad iudicandum, palam absolvitorias tulerunt sententias. Accusat, quād vim in iudicio fecerit.

CONTRA Iphicratem. Nemo iudicium tuorum non timuit sic, tanquam tu de illis iudicaturus es. Cum toto tibi regno sacer venit aduocatus. Non maioribus copijs bellum instruxit, quād iudicium. Iphicrate, conde gladium. Iudicium est. Quid tibi cum gladio? Certe bis vieti arma ponenda sunt. Quae est ista contra rerum naturam permixatio? In bello nuptiae, in iudicio bellum.

PARS altera. Ego uim non feci. Omnia enim legitime peracta sunt. Accusator suo loco dixit: reus suo respondit. Perfectum per omnes numeros suos iudicium est. Cum iudices sententias suas ferrent, strinxerūt gladium, ut occiderem me, si damnatus essem. Iudices tulerunt palam absolvitorias, ut gratiam duci suo referent. Nuptiarum causa, utilitas Reipublicae fuit. Miles saepius pulsus erat infelici proelio. Barbaros circa iudicium fuisse, non propter iudicium armatos, sed propter morem suum. Quid potestis, inquit, queri? Quid, inquam, obſides uobis abduxī.

Adultera venefica. Controuerſia VI.

ACTIO. Veneficij sit actio. *Thema.* Quidam cum haberet uxorem, & ex ea filiam nubilem, indicauit uxori, cui eam collocaturus esset. Illa dixit: Celerius morietur, quām illi nubat. Decessit puella ante diem nuptiarum, dubijs signis cruditatis & ueneni. Torsit ancillam pater. dixit illa, se nihil scire de veneno,

veneno, sed de adulterio dominae, & eius cui collocaturus erat filia. Accusat vxorē beneficij & adulterii.

CONTRA vxorem. Morietur, teneo beneficium. celerius quām nubat. teneo adulterum. Morietur. factum est. celerius quām nubat. factum est. Adulterium serius deprehendi quām factum est, beneficium antequam fieret. Duo crimina ad vos detuli, & duas iudicantes. Alter dicit, quod factum est adulteria, quod futurum est. Generi adulteria, filiae pellex. Quām infelix est dominus, in qua adulterij argumentum est. Dixi, Honefus est: dixi, Pulcher est: dum laudo generum, commendauit adulterum. O me tardissimum in malis meis. Beneficium nec denuntiatum quidem credidi: in beneficio demum adulterium deprehendi. Versae sunt in exequias nuptiae: genialisque lectus mutatus est in funebrem. Subiectae sunt rogo infelices faces, profertur putre corpus, & venenis tumens. Quid ultra quaeritis? Verbis signa, signis tormenta conueniunt. Ad vocem tuam facta conueniunt. Morietur antequam nubat: factum est. Vidimus fluens corpus, & in cadavere illius materna verba credidimus. Generum adulterio perdidit, vxorem patricidio, filiam veneno.

PARS altera. Duo grauissima crimina obijcit, adulterium & beneficium. Adulterium, ancilla teste: beneficium, nec ancilla quidem. Cum iadignaretur se non rogata, exciderunt illi verba, quae non minus quām pater filiam luget. At quare dixisti: Celerius morietur, quām illi nubat? Verba dolor parum considerat. Exciderunt. Et est saepe fortuita diuinatio.

Demens qui filio ceſſit vxorem. Controuerſia VII.

ACTIO. Dementiae sit actio. *Thema.* Quidam habebat duos filios: duxit vxorem. Alter ex adolescentiis tib, cum aegrotaret, & in ultimis esset, medici dixerunt animi vitium esse. Intravit ad filium stricto gladio pater, rogauit ut indicaret caulam tibi. Ait, amare se nouercam. Cessit illi vxorem pater. Ab altero accusatur demen tiae.

Pro patre. Audite rem nouam: fratrem crudelē, nouercam misericordem. Insanus sum, quia aliquis meo beneficio sanus est. Tradidi vxorem illi: sed eripueram. Testor, inquit, praeſides pietatis deos, prius amare coepi, quām duceres. Ita tu iniuriam vocas, quād fratrem habes, non habes nouercam? Transi præter iſius oculos cum ferro. Gladium mihi nemo, nisi aeger extortis. Patri, qui periculum filii morientis sustinere non potuit, ignorandum in qualicunque facto est.

PARS altera. Alter lenocinio curauit, alter patricidio conualuit. Quid hoc adulterium non putas, quod marito conciliante committitur? Nefcio furiosius vxorem duxerit, an habuerit, an dimiserit, an collocauerit. Quād demens est, cui adulterium pro beneficio imputandum est? Strinxit gladium maritus, non ut adulterum vindicaret, sed ut faceret. Mori potius debuit frater quām sanari turpiter. Quid enim si matrem, si sororem concupisceret? Quaedam remedia grauiora ipsi periculis sunt. Omnia inter nouercam & priuignum composita sunt. Simulatum morbum, derisum animo turpissimo patrem.

Versus virginis Vestalis. Controuerſia VIII.

THĒMĀ. Virgo Vestalis scripsit hunc versum:
Felices nuptae. moriar, nisi nubere dulce es!

Rea est incesti.

CONTRA Vestalem. Felices nuptae, cupientis est. Moriar nisi affirmantis est. Nubere dulce est. Aut experta iuras, aut inexperta peieras. Neutrum sacerdotis est. Tibi magistratus suos fasces submittunt. Tibi consules praetoresque via cedunt. Nunquid excede virgo es? Sacerdos raro iuret, nec vñquam nisi per suam Vestam. Moriar. Nunquid perpetuus ignis extinxetus est? Moriar. Nunquid de nuptijs appellata es? Ad ultimum Vestam inuoco, ut tam infesta sit sacerdoti, quād inuisa est. Recita carmen, dum quaero quale carmen sit, tu carmen scribas, tu verba pedib. suis emollias, & seueritatem templo debitā modulatione frangas? Quid si vīque laudare vis nuptias, narrā Lucretiam. De illius morte scribe, antequam iures tuae. O te supplicio omni dignam, cui quicquam sacerdotio felicis est. Dulce est, quād expressi vox, quād ex imis viscerib. emissa, non expertae tantum, sed delectatae. Incesta est etiam sine stupro, quae cupit stuprum.

PARS altera. Vnus illi versus obijcit, & hic quidem non totus. Non oportet, inquit, scribere carmen. Multum interest, obiurges, an punias. Incesti damnari nulla potest, nisi cuius corpus violatum est. Quid tu putas poetas, quae tentiunt, scribere? Vixit modeſte, castigate. Non illi cultus luxuriosior: non conuersatio cum viris licentior. Vnum crimen vobis confiteor: Ingenium habet. Quid ni inuideat Corneliae matris Gracchorū? Quid ni illi, que Catonē peperit? Quid ni inuiderint sacerdotes parentibus?

EXTRA controuerſiam. Varius Geminus apud Caſarem dixit: Caſar, qui apud te audent dicere, magnitudinem tuam ignorant: qui non audent, humanitatem.

L. ANNÆ I. SENECAE
CONTROVERSIARVM
LIBER. SEPTIMVS.

NSTATI Smihi quotidie de Albucio: non ultra vos differam, quamvis non audierim frequenter, cum per totum annum quinques sexies ve populo diceret, ad secretas exercitaciones non multi irrumperent, quos tamen gratiae tuae paenitebat. Alius erat cum turbæ se committebat: alius, cum paucitate contentus erat. Incipiebat enim sedens, & si quando illum producerat calor, exurgere audebat. Illa intempestiva in declamationibus eius philosophia sine modo tunc, & sine fine euagabatur: raro totam controuersiam implebat. Non posset dicere diuisionem esse, non posset declamationem: tanquam declamationi multum deerat, tanquam diuisioni multum supererat. Cum populo diceret, omnes vires suas aduocabat, & ideo non desinebat. Saepe declamante illo ter buccinavit, dum cupit in omni controuersia dicere, nec quicquid debet dici, sed quicquid potest. Argumentabatur moleste magis quam subtiliter. Argumenta enim argumentis colligebat: & quasi nihil esset satis firmum, omnes probationes probationibus alijs confirmabat. Erat & illud in argumentatione vitium, quod quaestionem non tanquam partem controuersiae, sed tanquam controuersiam implebat. Omnis quaestio suam probationem habebat, suam excusationem suos excessus, suas indignationes, epilogum quoque suum. Ita vnam controuersiam proponebat, plures dicebat. Quid igitur? omnis quaestio per numeros suos implenda non est? Et quidem: sed tanquam accessio, non tanquam summa. Nullum habile membrum est, si corpori par est. Splendor orationis, quantus nescio an in illo alio fuerit. Non thesis magna, sed phrasis. Dicebat enim citato & effuso cursu, sed praeparato. Extemporalis illi facultas, vt affirmabant qui proprius norant, non deerat, sed putabatur ipse fibi deesse. Sententiae, quas optime Pollio Afinius albas vocabat, sive plices, apertae, nihil occultum, nihil insperatum afferentes, sed vocales & plenidae. Affectus efficaciter inquit, figurabat egregie, præparabat suscipiose. Nihil est autem tam inimicum, quam manifesta præparatio. Apparet enim subesse nescio quid mali. Ideoque moderatio est adhibenda, vt illa sit præparatio, non confessio. Locum beate implebat. Non posset de inopia sermonis Latini queri, cum illum audiret: tantum orationis cuitae fluebat. Nunquam se orsit quemodo diceret. Sufficiebat enim illum quantum voluerat, explicandi vis. Itaque ipse dicere solebat, cum veller ostendere, non haesitare se in electione verborum: Cum res animum occupauere, verba an biunt. Inaequalitatem in illo mirari libebat. Splendidissimus erat. Idem res dicebat omnium sordidissimas, acetum, & puleum, & laternas, phlerotem, spongas: nihil putabat esse, quod dici in declamatione non posset. Erat autem illa causa: timebat, ne scholasticus videretur. Dum alterum vitium deutabat, incidebat in alterum: nec videbat, nimium orationis splendorem, his admixtis sordibus, non defendi, sed inquinari: & hoc aequum omnium est, vt virtus sua excusare malint, quam effugere. *Albucius* enim non quomodo non esset scholasticus quarebat, sed quomodo videretur. Nihil detrahebat ex superuacuo strepitu. Haec sordida verba ad patrocinium aliorum afferebat. Hoc illi accidit, inconstans iudicij. Quem proxime dicentem commode audierat, imitari volebat. Memini omnibus illum rebus omisis apud Fabianum philosophum tanto iuviorem quam ipse erat, cum condiscipulis sedere. Memini admiratione Hermagorae stuporem, ad imitationem eius ardescere, nulla fiducia ingenij sui, & ideo assidua mutatio. Itaque dum genera dicendi transfert, & modo exilis esse vult, nudisque rebus haerere, modo horridus & valens potius quam cultus, modo breuis & concinnus, modo nimis se attollit, modo nimis deprimit, ingenio suo illusit, & longe dereter senex dixit. Aetas ei proderat ad profectum, cum semper studium eius esset nouum. Idiotismus est inter oratoria virtutes, res quae raro procedit. Magno enim temperamento opus est, & occasione quadam. Hac virtute varie vobis est. Saepe illi bene cessit, faciepe decidit, nec tamen mirum est, si difficulter apprehenditur virtus tam vicina virtus. Hoc nemo praestit in vngu Gallione nostro decentius. Iam adolescentulus cum declamaret, apte & conuenienter & decenter hoc genere vrebatur. Quod eo magis mirabat, quia tenera aetas refugit omne, non tantum quod sordidum, sed & quod sordido simile est. Raro Albucio respondebat fortuna, semper opinio: quamvis poenituissest, adire libebat. Tristis, sollicitus declamator, & qui de dictione sua timeret, etiam cum dixisset. Vnde eo nullum tempus securum erat. haec illum sollicitudo fugauit e foro, & tantum vnius figurae crudelis euetus. Nam in quodam iudicio centumuirali, cum diceretur iuris iurandi condicio aliquando facta ad aduersario, induxit eiusmodi figuram, qua illi omnia crimina irrogaret. Placet, inquit, tibi re iure iurando transfigi iura, sed ego iurandum dabo. Iura per patris cineres, qui inconditi sunt. Iura per patris

patri memoriam, & executus est locum, quo perfecto surrexit. *L. Aruntius* ex diuerso ait: Accipimus condicionem: iurauit. Clamabat Albucius: Non detuli condicionem, schema dixi. Aruntius instabat, Centumuiri rebus iam ultimis se parabant. Albucius clamabat: Ista ratione schemata de rerum natura tolluntur. Aruntius aiebat: Tollantur, poterimus sine illis vivere. Summa rei haec fuit. Centumuiri dixerunt, dare ipsos secundum aduersarium. Albucius, si iuraret ille, iurauit. Albucius non tulit hanc contumeliam, sed iratus calumniam sibi imposuit: nunquam enim amplias in foro dixit, homo summae probitatis, qui nec facere iniuriam, nec pati sciret. Et solebat diceret: Quid habeo quare in foro dicam, quā plures me domi audiant, quām quenquam in foro? Cum volo, dico: quādī volo, & quāmvis non fate tur, hoc delectabat illum in declamationibus, quod schemata sine periculo dicebantur. nec tamen in scholis effugere contumelias poterat. Caestius, mordacissimi hominis. Cum in quadam controuersia dixisset Albucius: Quare calix si cecidit, frangitur: spongia si cecidit, non frangitur: aiebat Caestius: Ite ad illum cras, declamabit vobis, quare turdi volent, cucurbitae non volent. Cum dixisset Albucius in illo, qui fratrem parricidij dānatum exarmata naue dimisit, Imposuit fratrem in culeum ligneum: Caestius eandem diciturus, sic expofuit controuersiam: Quidam fratrem domi à patre damnatum, nouerca accusante, cum accepisset ad supplicium, imposuit in culeum ligneum, vt perueniret nescio quo terrarum. ingens risus omnium secutus est. Sed nec ipsi bene cessit declamatio: paucas enim res bonas dixit, sed cum à scholasticis non laudarentur: Nemo, inquit, imponit hos in culeum ligneum, vt perueniant nescio quo terrarum, vbi calices franguntur si ceciderint, spongiae non franguntur. Video quid velitis, sententias potius audire, quām iocos, fiat. Audite sententias in hac ipsa controuersia dictas.

Ab archipirata filio dimissus. Controuersia I.

THESA. Mortua quidam vxore, ex qua duos filios habebat, duxit aliam. Alterum ex adolescentib: domi parricidij damnatum tradidit frati puniendum: ille exarmato nauigio imposuit. Delatus adolescentibus a piratis, archipirata factus est. Postea pater peregre profectus, captus est ab eo: & remisus in patriam, abdicat illum.

CONTRA patrem. Albucij Silij. De fratre nec iudicare audeo, nec loqui. Vno nomine gratias ago, & gratulor, quod patrem seruare potuit. Tanta tempestate confusus, neque aestimare quicquam, neque discipere potui. Plura indicabo crimina pater, fortuna torquente, quām quae videris ipse nosse. Nec satis memini. solutum mihi fratrem tradideris, an alligatum: nescio. quantum ad meum stuporem atinet, etiam fugere potuit, nec satis memineram, tale ministerium mihi pater an nouerca mandasset. ministerium an poenam esse voluisse, quidam parricidium, an parricidium. In sui fratrem culeo iubes, non possum pater. Non ignoscis, an non credis? ego contendeo nec te quidem posse. Si quis tibi dixisset tyrannus: Veni, tuus manibus filium insole: in hoc opere potes oculis tuis, potes manib: ut? potes audire inclusi filij gemitum? Si potes: timeo ne innocentem damnaueris. Si non potes: quid frater in fratrem non possit, patrem testem dedi. Quid accusas, quod impunitatem fratri dederim? in quo facto consilium meum uitum est: à me frater ut uiueret, non impetravit: ut fugeret, nō impetravit, quām vt aliter, quām in culeo moreretur. Caulam malam habeo, vt inter fratres. Vbi spes? in gubernaculo nullæ est, in remigione hoc quidem, in comite? nemo repertus est naufragij comes, in velo? in arte? omnia paene instrumenta circuncisa sunt. Adminiculum in spe nullum est, patri sum exconfundus, an fratri? de filio tuo hoc respondeo, quamdiu in patre solo morari licet, cuius est, projectus in mare, quicquid post exilium & naufragium vel facit vel patitur, ab omni foedere uitae communis abstractus, poenarum eius pars non est, nequitiae opus est, sed alijs quaerentibus, te ipsum testem dabo, non esse piratam. Ego illi terrae, ego lucis conspectum, ego etiam mortis humanæ facultatem abstuli. Fortuna ipsa, quae miserta eius est: nihil tamen illi praeter mare reliquit. Moriendum est mihi pater iussit: neque ego te deprecor, ne moriar, nec tibi licet non facere quod iussis es. Inter patrem iratum & fratrem moritum, arbitriū pietati tuae necessarium suscipe. Sanguinem meum patri refer, culeum mihi remitte: uolo mori, sed pura manu tua: hoc tue pietatis munus ad inferos perferam, liuissi mihi per fratrem aliter quām parricidae mori. [Afniij Pollio]. Aequas mihi praebete aures, dabo uobis etiam damnatum absoluendum. Viuit, inquit, frater, non credo. seruauit, inquit, me. fecisti vt crederem. Haec est summa rerum gestarum. In ea domo, in qua facile parricidium creditum est, ego fratrem occidere non potui, frater patrem. Quid mihi cum ista tabula? semel mori volo. [Q. Haterij]. Emicabant densis vndique nibibus fulmina, & terribili fratre horridae tempestates absconderunt diem, imbræ vndique & omnia procellis saeuientia. Expectat, inquit, parricidam mare, intumuerat subitis tempestatis mare, justis quoque nauigij horrendum. Fatoe, fateor, dixi: fratrem tibi, si innocens es, fortuna commendo, fragmentum infelix, etiam nauigaturis omen: quod si quis gubernator vidisset, iter suum distulisset. Naufragus et littere emititur. [Marcelli Esenii]. Habes, inquam, frater, si innocens es, nauigium: si nocens, culeum. non feci parricidium &, quā‡ facile erramus homines, factum putavi, deliberabam, an parerem patri. Fratrem, inquit Turanius, in domo parricidium facies inuenire, etiam locum à naufragijs nauigium. [Argentarij]. Quod iusseras, factū est: perij frater. Viuit, inquit, & me dimisit, bono arguento probatur viuere. Vt ratiōne ad caelum manus fustulit. Si nihil vñquam impie cogitau, si patrem meum etiam damnatus diligo. Dij immortales rerum

terum iudicces adeste: si aliter sentiret, infelicia sibi imprecatus est maria. sic nauem suam rexit. [Blandi] Latebat in littore nauigium: quod etiam integrum infelicer vixerat. Credam parricidam, si tibi proficisciент nauigium suum reddidit. Subito mihi ferrum non sentienti cum animo pariter excidit, torpent manus, & nefcio qua perturbatione tenebræ stupentibus offenduntur oculis. Intellexi quād difficile esset, parricidium facere, etiam quod imperaret pater. Ita mihi, quae sola miseros in domo nostra respicis, fortuna succurras, ita mihi contingat aut honestè vivere, aut mori: ita ex domo nostra ego sim ultimus reus, ut ille iurabat, meliorem se nouercam habuisse, quād fratrem. [Cornelij Hispani] Fateor, voi lui occidere: sed tunc intellexi, quād difficile esset parricidium. Ego, inquit, occidere patrem nolui: ne nunc quidem possum. Pater noliter nauigauit sereno die, tranquillo mari, auspicato itinere, integra nau. Quid hoc est? nauigauit damnatus felicis, quād qui damnauerat. Vade, inquit, patrem te habere mihi non licuit: habebo patronum, reuertere. Magnum pietatis argumentum, filio carus pater, etiā post supplicium. Verum vobis videtur innocentiam apud piratas dicuisse, an ne apud piratas quidem perdidisse? [Arellij Fisci] pater. Potuit patrem occidere: & quem testem timebat abdicatus a patre? Quōd me conferam? in mare? non possum: iratos habeo piratas. Cum traditus est mihi frater, imperiumque vt sumerem supplicium, si qua est fides, tentari me putauit; an possem parricidium facere. [Porci Latronis] Perieras pater, nisi in parricidiam incidisses. [Triarij] In naufragio nauigabat: parum est quōd non occidit patrem, immo etiam integra nau dimisit patrem, reolutis compagibus, infelix omen nauigationis. Infue me culeo: certe sentiam maria: non ea video. Scilla quoque vela fecerant finis, & armatae classes naufragia precesserat ratis: scires nauigare qui seruaturus esset patrem. Et iam pirata dicitur: iterum falso crimen male audit. [Cacij Tij] Erat nauigium, immo fuerat: sed adhuc crudelis & pertinax nouerca, post omnia denuda nihilominus sicut: maria iam quiescunt, prædones iam miserentur, irati iam parcunt. Ibamus præter sepulcrum matris, ille mortem timens, ego scelus: expecta, vide an fortuna nobis obiciat scelus. Facebat nauigium peruetus, & attritum fallo, vix vnius capax animæ. Veni ad vos, victoriā pulchram peruturus, vt probem me parricidam. Non occidisti, inquit, fratrem nouerca, audiui iucundissimam vocem: fateor me parricidam, occidi fratrem: tutus sum pater, si hoc proberet: imposui in exarmatam nauem: non est occidere? Nouercae quidem nunquam satis priuignus occiditur. Multas rerum natura mortis vias aperuit, & multis itineribus fati decurrunt: & haec est condicio miserrima humani generis, quōd nascimur vno modo, multis morimur: laqueus, gladius, praeceps locus, venenum, nauigium, mille aliae mortes insidiantur huic miserrimae animæ: & hoc occidere vocatur, sed diutius. Si quis nunc stat in turba, & hoc dicit: huic quisquam parcat, qui fratrem suum occidit, & occidisse se probat? Componis in domo par, vt alter scelerē sit parricida, alter ministerio. Impositus est in nauem frater: qualē nauem? scitis, nihil esse periculosis, quād etiam instrūcta nauigia: parua materia ſeuungit fato. Quid si vero non rudentibus committitur illa anima, non velis, nō gubernaculo defendi? exarmata nauis, & vitroque patens latere. Imponitur miser in naufragium: nauigio per se pessum ituro, pódus insutur. Ecce nauis diuinitas armat. subito vīla sunt vela, subito nauis coepit & regere se, & attollere. Magnū est praesidiū in periculis innocentia. Saevū mare inuoluitur, procellae ſpumante impetu latera nauigij vrgent, pulsatur vndique nauis periculis: innocētia tamē tutā est. O maria iustiora iudicis. O mitiores procellae patre, quam eieciſtis animam. Nec hoc tamē diuinitus gestum est, quōd peruenit tutus in portum: excipit classe praedonum. Habeat pater mentem nauigandi, capiatur index, vt illum paeniteat ſententiae ſuae. Damnare me nouerca parricidij potuit: parricidam facere nec damnando quidem potuit. Cognosce innocentiam meam in mari, quam domi noluiti. Cōplexu, oſculis p roſecutus est: ſic patrem parricida dimiſit.

I V N I I Gallionis. Multa non agnosco: frater domi damnatus est, ego in publico: illi obiectum est quōd parricidium fecerit, mihi quōd non fecerim: ille negabat: mihi nouo patrocinio vtendum est, fratrem occidi: in ea domo in qua parricida damnatur, haec innocentia est. Video vos invitos audire hoc genus defensionis: malo itaque me vobis innocentem probari quād patri. Fratrem non occidi, non potui fratrem occidere. Idē timuimus, idē doluimus, idem fleuimus: eundē patrē habuimus, eandē mātrem, eandē nouercam: mitioris natura peccoris sum, mollioris animi. Non idem omnibus mortali bus natura tribuit ingenium: animus meus durior est, illius clementior: apud piratas quoque inuenitur, qui non potuit occidere: putas me dicturum, ne alius occideret? Si mater nostra viueret, puto illi tradidisset. Quod proximum fuit, mihi tradidit. Vtrum vobis videtur per manus patris punire filium voluisse, an ablegare priuignum? pudet me patrocinij mei. Timeo, ne, cum coepero narrare quid fecerim, dicas: Certe negabas te posse hominem occidere. [Musae] Traditus est frater puniendus mihi portissimum. quo istud proposito pater feceris, apud plaeſque diſputationem habet. Ego, si quid mitius illo tempore voluit fieri, non intellexi. Impoſui multum recufantem, & infui culeo poſulantem. Obiçis mihi molliorem animum. alius mitior est plusquam debet, alius ſeuenior est quād necesse est: medijs alius affectibus inter vtrunque poſitus, torus in ſea potestate eft. Quidam & accusare & damnare poſſunt, & occidere: quidam tam mites ſunt, vt non poſſint in caput ne teſtimoniū quidem dicere. Non poſſum hominem occidere: hoc vitium & apud piratas inuenitur. Alij viuere ſine reipublicae administratione noa poſſunt: alijs in priuato latere, & extra omnem inuidiam ſecefſiſſe præcipua tranqullitas eft: alijs nō poſſet perſuaderi, vt matrimonio obligentur: alijs, vt careant. Sunt qui caſtra timeant,

ſunc

qui cicatricibus suis gaudent. In tanta morum varietate, videte quantum sit quod excusem: non ambitioni, non inertiae veniam peto: misericors sum, non poſſum occidere hominem. Gratulare pater natarae meae. Nunquam eiusmodi filius parricidium faciet. Hoc vitium à te traxisse video. An non putas misericordem, qui quem damnavit, fratri puniendum dedit? Centurio Luculli Mithridatem non potuit occidere: dextera ſimul ac mente languit: pro bone Iupiter, Mithridatem quād non dubium parricidam. [Pompeij Silonis] Gaude pater. neuter filius tuus parricidium fecit: dimiſi in portum naufragum. Vis pater ſcire, acculacor nocentior fit, an reus? Coniice in alteram natam nouercam: illa faciat voluntatum, preceretur, ſi neminem innocentem acculauit, ſi priuignum immerentem non opprefſit: in eos pirates incedat, qui neſciant captos dimittere.

P A R Salter. [Musae] Parricida meus in mari regnat. [Sepullij Baffi] Nega tu parricidiam fuſſe, quem ſcis eſſe piratam. [Caij Sabini] Facinus indignum, parricida damnatus poſt poenam potuit dicere patri ſuo: Morere.

DIVISIO. Latro in has quaefiones diuifit: An licuerit illi quod iubebat pater, facere. Non licet, inquit, fratrem necare, ille damnatus erat: non enim iudicio publico ceciderat. ignosce, ſi diligentior ſum, cum videam hominem tam facile damnari. Timeo ne quis me parricidij poſtulet. facile eft li dicenda fit domi cauſa. etiam nocens abſolutionem sperare potero: in foro quid repondebo? Occidi fratrem. Parricidam me quoque vocant, quōd non affui reo. Si licuit, an debuerit. Nocens eft iſte, ſed mihi frater eft. naturae iura ſacra ſunt. Quid de me iudicaturus eſt, ſi fecero? puto difficulter poſtea in me parricidium cedes. Etiā ſi debuit parere patri, an ignoscendum ſit illi, ſi non potuit. Fatebor, inquit, quod forte offenſurum eft aures: patri parere volui, fratrem occidere non potui. Obortae ſunt ſubito tenebrae: dirigit animus, ſublapſum eft in tercepto ſpiritu corpus. non poſſum fratrem occidere. Pone hoc loco piratam, non poterit. Quidam occidere hominem tantum non poſſunt. Quorundam aduersus hostes deficit manus. Fratris quoque beneficium non eft tam magnum pater, quād putas. Non ille te noluit occidere, ſed non potuit. Nouiſſimas illas partes fecit: Quānius non occiderit: ſi tamen potuit damnatum, an abdicari debeat. Dicit enim pater: Si non poteras, negales: & miſiles ad me, non poſſe te. Hoc loco Latro dixit rem valde laudatam: Dixiſſes, inquit, te non poſſe. Ita tu neſciebas, non poſſe me occidere? Quid ergo ſic loquebatis, tanquam vnum parricidij condemnatiſſes? Deinde aut priuuerit fratrem. Haec deſcriptio ſupplicii, quod dixit grauius etiam culeo fuſſe: & adiecit, hoc die illum poenas dare inter barbaros in culſum, per quos necelle eft populari, patrē capere. Sed ne per illos quidem necelle eft. parricidium facere. Haec diuifione vſi ſunt, quibus placuit & illius cauſam defendere: inter quos & Geminus Varius fuit, qui aiebat adolescentem optimam cauſam habere, ſi non occidit fratrem etiam non centem: meliorem tamen, ſi non occidit innocentem. Partitam autem materiam fecit erga has quaefiones Geminus & quibus idem placuit: An abdicari non debeat, etiam ſi nocentem fratrem non occidit: hic dicit, Non licuit, non debui, non potui. An innocentem non occiderit. Bellam rem Geminus hoc loco dixit, cum coepiſſet per omneſ numeros fratrem tanquam reum defendere. Dicit, inquit, aliquis: Tam ſero defendis? Non potui ciuitus. Hodie priuum res in forum delata eft. Nouiſſime, an etiam nocentem ſatis puniri eft.

C O L O R. De colore inter maximos & oratores & declamatores diſputatum eft, vtrum ne aliquid deberet dici in nouercam, an nihil. P. Aſprenas & Albucius, & praeter oratores magna bonorum rhetorum manus in hanc partem tranſierant, & qui in nouercam inueherentur fuerunt, & illi qui non quidem palam dicerent, ſed per ſuſpicioſes & figurās: quam rem non probabat Paffienus, & aiebat, minus verecundum eſſe, aut tolerabile, in famare nouercam quād accuſare. Quidam principia tantum habuerūt in ſua poſteſt, deinde ablati ſunt impetu. Excusatus eft autem, in malum colorem incidere, quād transire. [Latro] illum introdiuit colorem rectum in narratione, quo per totam actionem vſus eft: Non potuit occidere. Et cum deſcripsiſſet ingenti ſpiritu titubante, & interrogatione fratris occidendi conſidentem, dixit: Nouerca aliud quaere in priuignum tuum crimen. hic parricidium non poſſet facere. [Caſſius] colore alio vſus eft. Transiſbamus, inquit, ſecondum matris ſepulcrum, inuocare coepit manes eius, motus ſum. Et puerili ſenu colore tranſcurrit: Quid facerem? inquit: occidere pater iubebat, ma ter vertabat. & eum colorē dixit: Haec mecum cogitaui, Non eft imperatum vt manu occiderem, non vt laqueo, non vt mari: eligere ſuſpicioſus genus liberum eft. [Fufcij Arellius] hoc colore vſus eft: Tentari a patre putauit: Vno, inquit, ſuſpicio alterum ſilium puniri, alterum experiri vult. [Albucius] in argumentis plura poſuit, & omnes fere colores cōtrectauit. In narratione hoc colore vſus eft, & dixit: Hoc vnum mihi praefata beneficium: ſine me tanquam parricidiam mori. [Argentarius] Non tanquam frater eſſem: ſed huius consiliij inueniō, dixi: Cogitaui quid facerem. Tandem inueni, quomodo parricidium vindicare fine parricidio. [Paffienus] hoc colore vſus eft: Non putauit patrem vnde velle occidi filiū. Videbatur mihi omnia miſericordiae adiumenta praeparasse, quōd domi cognouerat, quōd inter ſuos. Fratris, inquam, tradidit: agi ſi parcer voluiffet, cui tradidiflet: [Pollio Aſtinus] dixit in nouercam. itaque illo colore vſus eft: Cogitaui mecum quid liceret, qui oportereſſet, ſi tantum, inquam nefas commiſſum eft, nullae meae partes ſunt ad expiandum ſcelus. Triumuiris opus eft, comitio, carnifice. Tanti ſceleris, non magis priuatum poereſſe ſuſpicio, quam iudicium. [Marcellus] dixit ita: Si iſte parricidium fecit, ideo & ego faciam? & illam quam ſupra ſententiam retuli: Habes, inquam, frater. Varius

Ss Geminus

Geminus & ipse dixit: Nolui occidere. Egredie, inquam, nouerca inter priuignos diuisi odium, aliter alium aggredia est: alteri parricidium obicit, alteri mandat. & hac illum figura defendit in narratione. Interrogauit fratrem. Apud quem praetorem causam dixisti? apud nullum, inquit. Quis accusator fuit? nemo. Quis testis? immo qui testes? Vni enim etiam de minore scelere non creditur. Nemo, inquit. Quis de te pronuntiauit? nemo. Quid porro inquit? Ego si reus fuissim, ad te non misisssem? [Sepullius Bassus] hoc colore vñs est: Non habui parricidae instrumenta, non culeum, non serpentes: parricidam tamen in maria proieci. [Vipsanius] duro colore vñs est: Hoc, inquit, supplicium tanquam grauius elegi. Quid iste, inquam, insuetur, & statim omnem sensum supplicij effugiet? immo sollicitus pedeat, & quod ne insuti quidem parricidae patiuntur, ipse poenam suam spectet: nihil speret, timeat omnia, peius debet quam ceteri parricidae mori, a patre damnatus est. Et hoc colore per totam declamationem vñs est, vt diceret, hoc se tanquam grauius elegisse. Displacebat color hic prudentibus. Quam enim spem habuit, absolutionis, si nec paruit, nec pepercit? [Haterius] hoc colore vñs est: Diu mecum disputauit, parricida est, quem non testis probauit, non iudex coarguit: quid ergo? innocens, quem condemnat pater? Inueni aequo poenam simillimam reo, mersam, non tamen ex toto perditam ratem: quae vel punire fratrem posset, vel absoluere. [Triarius & ipse] quasi sententiam de fratre ferre voluisse, egit, & dixit: Tandem ad caelum manibus leuatis: Quicquid est, inquam, quod terris imperat, quod regnat profundo, quicquid est quod ex sublimi res spectat humanas, in uoco, damnatus alto committitur. Dij iudicete post patrem. Haec sententia dicebatur ex Graeco translata, sed Graeca corruptior est. A parte patris, quod ab archipirata dimisus est sic. [Caesius]: Poenam, inquit, putauit mihi hanc esse morte grauiorem. & sic posuit in narratione: Rogabam ut occideret, non impetravi. *Varius Geminus* ait: In hoc me dimisit, non quia volebat saluum esse, sed ad patrocinium suum: ut quia non nunc occiderat, videretur nec ante voluisse. [Latro] dixit: Quis porro vno me miserior est, qui vitam parricidae debeo? [Diocles Carysius] elegantem sensum in proemio posuit pro adolescenti, cum diceret causas se abdicationis non inuenire, luxuria se occasionem non habuisse, parricidium sibi non obici, & contra reos se minime laborare: Fortasse, inquit, queritur, quod captum non redemerit. adiecit. †

Et cum tractaret in ultima parte, debere patrem nosse vitia liberorum, & ferre utique in unico, adiecit. †

Artemon in descriptione tempestatis laudatus est, & belle accessit ad eam.

Et cum de ipso nauigio diceret, pulchre coepit. †

Et ultimum descriptionis suae sententiam proposuit. †

Et ad partem narrationis eleganter transit. †

Glycon dixit. †

S O L E O dicere vobis, Caestius Latinorum verborum inopia hominem Graecum laborasse, sensibus abundasse. Itaque quoties laetus aliquid describere ausus est, toties substitit: utique cum se ad imitationem magni aliquius ingenij direxerat, sicut in hac contiouersia fecit. Nam in narratione, cum fratrem traditum sibi describeret, placuit sibi in hac explicatione una & infelici: Nox erat concubia, & omnia Iudices canentia sideribus muta erant. *Montanus Julius*, qui comis fuit, quique egregius poeta, aiebat illum imitari voluisse Virgilij descriptionem:

Nox erat, & terras animalia fessa per omnes,

Altum, pecundumque genus sopor altus habebat.

At Virgilij imitationem bene cessisse, qui illos optimos versus Varronis expressissimè in melius:

Desierant latrare canes, sorbesque filebant:

Omnia noctis erant placida composta quiete.

Solebat Ovidius in his versib, dicere, potuisse fieri longe meliores, si secundi versus ultima pars absconderetur, & sic definieret:

Omnia noctis erant. ---

Varro quem voluit sensum, optime explicuit. Ovidius in illius versu suum sensum inuenit: aliud enim interclusus versus significaturus est, aliud torus significat.

Popilius Ciceronis interfector. Controuersia II.

L EX. De moribus sit actio. Thema. Popilius parricidij reum Cicero defendit; absolvitus est. proscriptum Ciceronem ab Antonio missus occidit Popilius, & caput eius ad Antonium retulit. accusatur de moribus.

C O N T R A Popilium. [Bassi Sepullij]. Si accusasset Cicero Popiliū, viueret. Occidit Ciceronem Popilius. Puto iam creditis occidit ab isto patrem. ut vno iectu pereat: tantum dabo, pro Cicero sic licet pacisci. [Gabinj Sabini]. Quod vnum potuimus, effecimus, ut venire tempus, quo Popilius Ciceronem defideret. Popili potes, inquit, Ciceronem occidere? Pro te vel patrem. [Porci Latronis]. Prorsus occisus Ciceronem, debebat incipere à patre. Antonius, inquit, iussit. Non pudet te Popili? Imperator te tuus creditit posse parricidium facere. Abscidit caput, amputavit manum: effectit ut minimum in illo esset crimen, quod Ciceronem occidit. Facinus indignum. felicissime licet cedat actio, id solum efficiemus, ut qui occidit Ciceronem, tantum erubescat. Pro dij boni, occisum Ciceronem, &

caput

caput eius humerotenus recisum. [Albucij Sili]. Caede cernece tanti viri, & humerotenus recisum amputa caput. Inunc, & nega te parricidam. Hoc vnum tamē feliciter fecisti, quod ante occidis patrem quam Ciceronem. Facilius Cicero pro parricidio iudices mouit, quam pro se clientem. Ad vos hoc patroni exemplum pertinet. Nullos magis odit Popilius, quam quibus plurimum deber. Vbiunque eius iudices, qui in istum reum federatis, ecquid puerit absoluistis? [Argentarius]. Impius est, ingratus est: audeo dicere, parricida. Senlit qui defenderat. Respice forum, hic sub Cicerone sedis: respice rostra, hic supra Ciceronem stetisti. Quantum eloquentia tua Cicero potuit? Popilius de morib, reus est, abscedit ceruices loquentis: haec est absoluisti clientis post longum tempus salutatio. Parce iam quaeso Popili. Nil hil tibi nisi occidendum Ciceronem mandauit. Duo fecit parricidia: quorum alterum audistis, alterum vidistis. [Caestij Pij]. Si dixeris, Adolescentia turpis est, infamis pueritia est: respondebit, iam ita Cicero defendit. Nō pudet Popilius acculacor tuus viuit, quid tam communie, quam spiritus viuis, terra mortuis, mare fluctuantibus, litus eiectis: Parricida sic etiam tu periles. [Fulvij Spari]. Non credidisset Popilius fecisse Antonius, nisi in mentem illi venisset, illum & parricidium fecisse. Facinus indignum: à me, defendit Cicero, cum Popilius Cicero, defenderit. [Mentonis]. Non magis quisquam alius occidere Ciceronem potuit praeter Popilius, quam nemo Popilius praeter Ciceronem defendere. parricidam quem viuis negarat Cicero, occisus ostendit. Fortunatus Ciceronis. Antonius illum proscriptus, qui accusatus est: Popilius occidit, qui defensus est. Si damnatus es, carnifex te culeo torum infusset. Video quid respondeat. Non crederat Antonius occisum Ciceronem à Popilio, nisi ei signum attulerit. [Triarij]. Praesta Ciceroni quod propinqu Catilinae, quod amici Verri praefesterunt. Proscriptum transi. Ne à mortuo quidem manus abstinet, lacerat occisum. Popili, hoc parricidium tertium tuum est. [Pompeij Silonis]. Nunquid magis exonerare te possum? praesta Ciceroni quod Antonius. [Cornelij Hispani]. Dic Antonio: Ego itud fidelis facere possum. & patrem occidi. Securi erant amici Ciceronis, postquam ad illum Popilius missus est. [Arellij Fusi patris]. Potuisti Ciceronem occidere. At quam bene persuaserat nobis Cicero, parricidium te facere non posse. Occidisti tu Ciceronem loquentem. Nunquid, inquit, & aliquis ex tuis venerat index, an nemo Ciceroni timendus est, qui cum Popilio venit? [Q. Harterij]. Qui modo Italiae humeris relatus est, nunc sic à Popilio refertur. proposto in rostris capite Ciceronis, cum vnius meu omnia tenerentur, gemitus tamen populi liber fuit. [Iulij Bassi]. Proscriptus, inquit, erat Cicero, pater certe tuus proscriptus non fuit. [Blandi]. Di manes Popili senis patris, & inulta Cicero te persequunt umbrae: vt quem negasti, parricidam sentias. [Capitonis]. Deduxi ad vos reum omnium, quos terra sustinet, nocentissimum, ingratum, impium, perculsum, bis parricidam, nec tamen timeo. Patroni viderint. Nemo à Popilio quidem nisi post beneficium occiditur. Nec damnationem tamen istius despero. Non enim à Cicerone nunc defenditur: timeo ne causae non satisfaciem. Maior causa est, occisum à Popilio Ciceronē queri, quam fuit aliquando probare non occisum patrem. Ciceronem quisquam potuit occidere, qui audiuit? Minturnensis palus exulem Marium non haustit. Cimber etiam in carcere vidit imperantem: praetor iter à conspectu exulit flexit. Qui in crepidine viderat Marium, in sella figurauit. Non possumus de Popilio queri: eodem loco patronum habuit, quo patrem. Pompeius terrarum marisque domitor, Hortensij se clientem libenter confessus est. Hortensius bona Pompeij, non Pompeium defenderat. Romulus, horum moenium conditor, & sacratus caelo parens, non tantam urbem fecit, quantam Cicero seruauit. Metellus in Vestae aede extinxit incendium: Cicero Romae. Glorietur Hannibale Scipio, Pyrrho Fabricius, Antiocho alter. Scipio, Perse Paulus, Spartaco Crassus, Sertorio & Mithridate Pompeius. nemo hostis Catilina proprius accessit. Fert appensum conto caput, & desflente sanguine hunc ipsum inquinat locum, in quo pro Popilio dixerat. [Buteonis]. Quantae fuit eloquentiae? probauit ab eo non occisum patrem, à qui occidi poterat etiam Cicero. [Marilli]. Si inimicus esset patronis, optarem ut reus absoluerebatur. Turpe iudicium, in ea ciuitate Ciceronem non defendi, in qua defendi potuit etiam Popilius. [Popiliū pauci ex historicis trididerunt interfecitorem Ciceronis: fed hi quoque non parricidiū reum à Cicerone defensum, sed in priuato iudicio. Declamatoribus placuit, parricidam reum fuisse. Sic autem cum accusant, tanquam defendi non posset: cum adeo possit absoluiri, vt ne accusari quidem potuerit. [Latroni] non placebat illum sic accusari, quomodo quidam accusauerunt: Obijcio tibi quod occidisti hominem, quod ciuem, quod senatorem, quod consularem, quod Ciceronem, quod patronum tuū. Hac enim ratione non aggrauati indignatione, sed fatigari. statim illo venientium est, ad quod properat auditor. Nam in reliquis adeo bonam causam habet Popilius, vt detracto eo quod patronum occidit, nihil negotii habitus sit. Patrocinium eius est civilis belli necessitas. Itaque nolo per illos rem gradus ducre; quos potest tutius euadere. Licuit enim in bello & ciuem & senatorem & consularem occidere: nec in hoc crimen est, quod Ciceronem, sed quod patronum. Naturale est autem, vt quod in nullo patrono fieri oportuit, indignus sit factum in Ciceronem patronum. [Latro] accusauit illum de moribus: primum quod sic vixisset, vt causam parricidi diceret: deinde, quod patronum suum occidisset. Et fecit has quaestiones, An posset eo nomine accusari, quo absolitus est. Si quis, inquit, hodie voleat me parricidiū postulare, non poterit. Quomodo crimen quod obici non potest, puniri potest? An in bello ciuili acta obici non possint. Honeste dixit, cum hunc locum tractaret *Varius Geminus*. Si illa, inquit, tempora in crimen vocas, dicas nō de hominis, sed de Reip. moribus. Si potest, quod ciuili bello

actum est, obijci, an haec obijci debeant. Hanc quaestione in illa divisi: An etiam si necesse ei fuit facere, non sit tamen ignoscendum. Ad quaedam enim nulla debet necessitas compellere.

DIVISIO. Hoc loco Latro dixit summis clamoribus: Ita tu Popili, si Antonius iussisset, patrem tuum occideres? Deinde, san non fuerit ei necesse: Potuisti excusare te, potuisti praemittere aliquem ad Ciceronem, ut sciret & fugeret. Necesse certe non fuit, manum caputque praecidere mortuo.

COLOR. Colorem pro Popilio Latro simplicem habuit, necessitate coactum fecisse. & hoc loco illam sententiam dixit: Miraris, si eo tempore necesse fuit Popilio occidere, quo Ciceroni mori. [Albucius dixit, in poenam Ciceronis electum amicissimum Ciceronem, quasi exprobratus per hoc illi suam fortunam occidit. Molestus, inquit, feret, se à Popilio occidi, quām occidi. [Marcellus Esferinus eundem colorum aliter induxit: Cogitabat, inquit, Antonius secum: Quod Ciceroni excoxitabo supplicium? Occidi iussero? olim iam aduersus hunc metum emunuit animum. Scit mortem nec immaturam esse consulari, nec miseram sapienti: fiat aliquid noui quod non expectat, quod non timeret: non indignabitur cervicem hosti porrigitur, indignabitur clienti. Popilium aliquis vocet, vt sciat quantum illi defensio rei profuerit. [Silo Pompeius hoc colore vñs est: Offendebatur, inquit, proscriptione, & quaedam liberius loquebatur, non miror. Ciceronis cliens est: tanto magis occide Ciceronem tuum. Et dixit, non sua inimicitatis sententiam: Vterque, inquit, sed diuero genere punitus est. Ciceronis proscriptio fuit, occidi: mea, occidere. [Marcellus praecceptor noster sic narravit: Iussit, inquit, imperator, iussit viator, iussit qui proscriptebat: ego illi negare quicquam possem, cui nihil negare poterat Respublica? [Blandus. Hoc inquit loco, volui me excusare. dixi. Cicero me defendit, respondit. Scio. me accusauit. I ergo, vt sciat plus sibi Antonij accusationem nocuisse, quām Popilij defensionem profuisse. [Buteo hoc colore: Vocetur, inquit, ille Ciceronianus, ille cliens, amicus. Excoxitai quomodo Cicero sua periret manu. [Caesius] hoc colore: Duriſima, inquit, mihi militia in Antonij castris fuit, ob hoc ipsū, quod Ciceronis eram cliens, difficillimae mihi expeditiones dabantur. Tunc quoque vocatus sum quasi ad poenam. I, inquit, occide Ciceronem: Nec credam, inquit, nisi attuleris caput, magis quæ admittatur est potentiam suam, quod Ciceronem Popilio non licebat non occidere. [Fuscius Arellius] hoc colore vñs est: Antonij le partes fecutum, vt si quid posset, Ciceroni prodesse: facta proscriptio ad genua se Antonij procidisse, deprecatum pro Cicerone offensum Antonium, eo magis dixisse: Occide, quem mori non vis. Hic color displacebat Pafeno, quia ad testem ducit, nam si hoc fecit Popilius, non tantum quod defensat non habet, sed habet quod glorietur. [Hispo Romanus] vehementi colore vñs est, & duro. Patronum enim Popilio dedit, & dixit aliter se causam aucturum Popilij, aliter Antonij: pro Popilio dicturum, Occidere nolui, coactus sum: pro Antonio dicturum, Occidi Ciceronem oportuit, & dixit locum, aliter nō potuisse pacari. Remp. quām si ille turbator otii e Rep. sublatus esset. Solus ex declinatoribus in Ciceronem inuestitus est: Quid ille, inquit, cum Antonium hostem iudicaret, & omnes Antonij milites, non intelligebat se & Popilium proscriptisse? Hic color prima facie asperior est, sed ab illo egregie tractatus est. [Varus] quidem minus dixit: Cum imperasse mihi Antonius, paſlus sum, ne aliquis P. Clodij mitteretur, qui contumelij afficeret antequam occideret, & viuum lanifaret. [Argentarius] dixit: Vocatus ve ni, post proscriptiōnē Antonius terribilior erat factus etiā suis. Iussus sum Ciceronem occidere: quid facerem? Non parere vno modo poteram, si me occidisse: hoc nec Cicero poterat. A parte accusatoris illo loco, quo Popilius venit, nemo non aliquid non voluit dicere, Latro ait: Praecluferat fores, nemo ad proscriptum recipiebat. Popilius vt venit, admisus est. [Caesius] dixit: Ut renuntiatum est Ciceroni, ait: Popilio semper vaco. [Vipanius Cornelius] fecit etiam querentem Ciceronem: Popili, tam fero? [Albucius] dixit: Quid est Popili? ecquid tuto lateo? nunquid mutandus est locus? Inepte Avidienus Paulus, qui induxit Ciceronem, tum maxime orationem pro Popilio legem. Et Murrhedius non est paſsus hanc controverſiam tranſire, fine a liqua stuporis sui nota. Descripsit enim ferentem manum & caput Ciceronis Popilium, dixit Popilio: Quanto aliter reus Ciceronis tenebas manum eius?

Ter abdicatus venenum terens. Controversia III.

THEMA. Ter abdicatus, ter absolutus deprehensus est à patre in secreta domus parte medicamentum terens interrogatus, quid esset: dixit, venenum: & velle se mori, & effudit. accusatur parricidij. PRO filio. [Caesarius Pij. Dic quid commiserim. certe nec secreta te fallunt. dimittam te: intelligitis cui parauerim, dic quid ante commiserim: nisi forte contentus es reo obijcere parricidium, parricidae nihil. [Argentarius]. Volo mori, quia reus fui, quid ergo, reus viuet, quia lordidatus affidebit pater? Reuertar ad venenum, quando iniqua fortuna nullo me periculo defungi temel passa est. [Albucius Sili]. Quare ergo non moreris? Non iuuat me mori, si quem alium iuuat. Ut interueniunt, in alias cogitationes abi. Ergo quisquam tam infelix fuit? ergo quisquam me magis odit, quām ego miser memet coepi? [Varus Geminus]. Ter, inquit, abdicatus es. Videris mihi pater obijcere, quod tamdui viuam, quod venio, quod pro me loquor. Nolite mirari: tam incundum est innocentibus mori, quām miseris defendi. [Cornelius Hispanus]. Scio quosdam periclitanteis illa iactare, Nunca primum causam dico, hoc ego dicere non possem. Iterum reus fui: nec dubito, quin vobis in odium venerim, cum ipse me oderim. [Porcius Latronis]. Ter causam dixi: accessi ad haec supplicia mea, venenum teneo: hoc si tibi satis non est, viuam.

ALTE-

ALTERA pars. Albucius Sili. Testor deos immortales, hoc me tribus iam canisse abdicationibus, ne in domo mea venenum deprehenderem. Parricidij reus viuit, qui abdicatus mori voluit. In quā angusto domus meae fortuna posita est: aut patri percutendum est, aut filio. Quid habes, quare me mori velis? Viuunt orbi, viuunt naufragi, viuunt etiam quibus congerunt liberi. Ter abdicatus cum se mori velle dicat, vitam rogar. Teneo parricidam, quod appetit, etiam in suam mortem paratissimum. [Cornelius Hispanus]. Nolite mirari, si debitas vires dolori meo non exhibuero: tribus iudicijs experti estis, patres accusare non posse. [Vibius Rufus]. Cum tantum est quod fateris, quantum est quod negas? Tu venenum quæasti, tu venenum emisti, tu venenum inultisti in eam domum, in qua habebas inimicum patrem. recte vitam odiles, si iam tibi parricidium obiecissem. Vis scire quid peccaueris? indica quis tibi vendiderit, dicetur illi: Tu illi venenum vendebas, tu ter abdicato vendebas: sine dubio sciebas cui daturus esset: ita hoc ego iudicio filij mortem moror. Si me cum isto includitis, moriar: vt vobis hanc faciam inuidiam, quam iste mihi facere voluit. [Varus Gemini]. Quæseritis, filius meus venenum cui parauerit? viuit. [Pompeius Silonis]. Mihi, inquit, parauit. & hoc est patri patare. Absolutus mori vult, reus viuit. [Musce]. Habuit malum medicamentum Mithridates. Quis enim alius debebat habere, quām parricida: habuit, inquit, Demosthenes venenum, & vixit. Id est, ego tibi pater, quod Demostheni Philippus. [Porcius Latronis]. Cum abdicarem, si quid obiecera, aiebat. Nunquid deprehendisti? non tamen habebitis quod multum de eo dubitetis, quod negat, parricidium: quod confiteor, venenum est. Mori, inquit, volo viuo patre: & hoc parricidium est. Misericordia aequi tui ne biberet venenum, quām ne daret. [Arellius Fusci patris]. Mihi, inquit, parauit venenum, ne quis dubitet an alium posset occidere. [Iunius Orbinius patris]. Reus est parricidij, qui mauult mori, quām patrem videre. quomodo vultis, magis probem vobis illum noluisse? non vult mori. Mori, inquit, volui, quare? quia ter viciisti. Si mihi creditis, parricidium facere voluit: Si isti, a me parricidium fieri voluit: Qualis est reus, cuius hoc viuum patrocinium est, indignum se vita fuisse? Dico tam iniquum illi patrem fuisse, vt occidere volerit. Ipse fateatur, tam iniquum sibi fuisse, vt mori voluerit.

DIVISIO. Non puto vos exigere diuisionem, cum coniecturalis sit controversia. habet tamen dissimilem ceteris coniecturae, & duplē: nō quomodo solerat inter duos reos, cum alterum coarguitus: aut inter duo crimina, cum alterum probanus, vt id alterius fiat probatio: tanquam cum dicimus adulteram fuisse, vt credatur etiam propter hoc venefica. In uno homine coniectura duplex est. Quacrum enim, vtrum venenum in suam mortem, an in patris parauerit.

COLOR. Si hic color displacet pro adolescente, quo dixit Latro, vt nihil mutaret, sed diceret: Mori volui taedio abdicationis, & infelicitatis affiduae, cum in hoc tantum fides ponere, vt cum maiore tormento positas resumerem, & absolvito mihi vni, non finis esset periculi, sed initium: incipit praeter coniecturam, & illa prima vulgaris in eiusmodi controversijs & pertrita quaestio incurrit, an venenū habere in mortem suam licet. [Albucius] illo colore pro adolescentem dixit, non fuisse venenum. Cum putarem, inquit, odio esse patri meo, volui experiri affectum eius, quomodo mentionem mortis meae ferret. Itaque palam, & ita vt interueniret pater, tenui. [Fuscius Arellius] eodem colore vñs est, sed aliter: Non dixit, Experihi patrem volui, sed vt misericordem me patri facerem. [Murrhedius] pro cetero stupore suo dixit, medicamentum se parasse ad sonnum: quia affiduae sollicitudines, vigiliarum sibi facerent consuetudinem. Vñs colore est, & Publianam sententiam dixit: Abdicationes, inquit, suas veneno diluit. Et iterum: Mortem, inquit, meam effudi. Memini nos, cum loqueretur de hoc genere sententiarum, quo iam infecta erant adolescentulorū omnium ingenia, queri de Publio, quasi iam ille hanc insaniam introduxisset. Caesarius Seuerus, summus Publij amator, aiebat, non illius hoc vitiū esse, sed illorum, qui il lum ex parte, qua transire deberent, imitarentur: transirent, quae apud eum melius essent dicta, quām apud quenquam comicum, tragicumque, aut Romanum, aut Graecum: vt illum versum, quo aiebat vñi versum inueniri non posse meliorem.

Tam deest auaro quod habet, quād quod non habet.

& illud de eadem re dictum:

Desunt luxuria multa, avaritia omnia.

& illos versus, qui huic quoque ter abdicato possent conuenire:

O vita misera longa, felici brevis.

Et plurimos deinceps versus referebat Publius disertissimos. Deinde auctorē huius vitiij, quod ex captione vñi verbi plura significantis nascitur, aiebat Pomponium Attelanarum scriptorem fuisse: a quo primum ad Laberium transisse hoc studium imitandi, deinde ad Ciceronem, qui illud ad vittatum studia transtulisset. Nam vt transse innumerabilis, quae Cicero in orationibus, aut in sermone dixit, & nota vt non referant a Laberio dicta, cum Mimi eius, quicquid modo tolerabile habent, tale habeant: id quod Cicero in Laberium. Diuus Julius ludis suis Minimum produxit, deinde equestri illum ordinis redditum iussit ire sessum in equestria: omnes ita se coarctauerunt, vt venientem non reciperent. Cicero male audierat, tanquam nec Pompeio certus amicus, nec Caesar, sed virtusque adulator, multisque rūc in senatum legerat Caesar, & vt replecer exhaustum bello ciuili ordinem, & ut his qui bene de patribus meruerant, gratiam referret. Cicero in vtramque rem iocatus, misit ad Laberium transiunt: Recepissem te, nisi anguste federem. Laberius ad Ciceronem remisit: Atqui solebas duabus sellis federe. Vterque elegantissime: sed neuter in hoc genere seruat modum. Ab his huius studij diffusa est in plures

Ss 3 imita-

imitatio. Sed ut ad controvrsiam redeam. *Cafsius Seuerus* aiebat, placere sibi illum colorem: Mori volui. Et quafdam dixit inter disputandum sententias: Tertio, inquit, cum abdicarer, aiebam: Nihil tanti est, infeliciem hanc animam, quam toties exagitat pater & infestat, semel recipiat. Sed illud rursus dicebat: Mihi ferua istum animum, facies quod voles absolutus. Quare ergo nunc non moreris? dicet aliquis: Primum, non semper idem miseris liber: nonnunquam iuuat cum fortuna sua concurrere, illam fatigare. Deinde verum vis, quare non moriar interim: quia puto te velle. *Otho Iunius* ineptam sententiam videatur dixisse: Non multum interest mea, aut enim me, aut filium meum voluit occidere.

Mater caeca filium retinens. Controvrsia III.

LE X. Liberi parentes alant, aut vinciantur. *Thema.* Quidam cum haberet vxorem, & ex ea filium, per regre profectus, & à piratis captus, scripsit de redemptione epistolas vxori & filio. Vxor flendo oculos perdidit, filium euentum ad redempcionem patris alimenta poscit, non remanente, alligari vult.

PR O matre. *Caefij Pij.* Non est quòd mulieris affectum lege aestimetis, qua minatur: omnia fecit, ne filius alligetur: nauigaturus reliquit vxori filium: nec adhuc caeca erat. [*Albucij Sili.* Deducit filium itaque tene, complectere. audeo dicere, hoc par ne piratas qui dem diuiderent. si vellet filium alligare, patetetur ire quo properat. Ergo tu adolescentis, matti tuas nec decem mensium quidem alimenta reddes? si pascere non vis matrem, expecta saltem ut efferas. [*Triarij.* Legem attulit, qua catenas minetur, causam qua timet. [*Marcelli Aeternini.* Si perseueras, me quoque ad piratas trahe: impetrabo ab illis alimenta, & virum meum. [*Fuluij Sparji.* Mater si non pascitur, moritura est. Pater etiam si non redimitur, pascitur tamen. [*Iulij Baſi.* Patri tuo supersunt & oculi & alimenta.

ALTER. A pars. *Caefij Pij.* Marrem meam imitari volo. amare me docuit. Vnius vinculis duos aligat. Si matris exemplo pius esse voluero, etiam oculos patri debeo. [*Arellij Fuci patris.* Desertorum apud patrem inuenies. [*Varij Gemini.* Qualis fortuna est, cui vieto mater catenas denūt, vieto. ri eundum est ad piratas: Omnia licet patri praestem, meliorem tamen habuit vxorem. Quām multi me putant, quia nolim ad patrem redimendum ire, cum matre colludere. [*Fuluij Sparji.* Matri nihil timeo, si eam apud vos relinquo. Patri quid timeo, si eum apud piratas relinquo? [*Buteonis.* Oculos certe eruam mihi, ne plus marito pascitur vxor.

DI V I S I O. Latro hanc controvrsiam, quasi esset tota officij, declamauit. Nullas quaestiones iuris inseruit, sed comparauit inter se incommoda patris & matris: & tanquam quaereret, dixit: Vtrum ad redimendum potius captum patrem filius ire deberet, an ad alendam caecam matrem subsistere? Et sic eam diuifit, ut diceret: Hoc quod pater desiderat, utile est patri. Nouissime tractauit, ne patri quidem vtile, utique si sciat matrem in hac esse fortuna, non passurum. In epilogis vehemens fuit. [*Appollonius Grecus & Buteo* fatuam quaestionem mouerunt primam. An lex quae de alendis parentibus lata est, ad parentis tantum nomen pertineat. Illi sunt omnia priuilegia data: & ipsam poenam non alentium, lignum esse non muliebris potestatis. Res est inceptor quām ut coarguenda sit: itaque trāſeo. Illud vnum quod dicebat *Pollio Afinius*, referam: Nunquam tentari debere in causa vereunda improbam quaestionem. [*Hisco Romanus* illam mouit quaestionem, An lex de alendis parentibus non pertineret ad matres: Vt viuis parentibus, filius, inquit, familiae nulli poterit seruire nisi patri: omni alia seruitute liber est. Puta enim te alimenta petere ab eo, quem pater mirat peregre, quem nauigare iubeat. Primae partes sunt patris, secundae matris. [*Albucius* non iuris fecit illam quaestionem, sed aequitatis: ita tamen, ut iuri adiungeret, & matris prius esse, quām patris officium. [*Silo Pompeius* illam fecit quaestionem. An quoties duobus communis esset potestas, eius tota fieret, qui praefens esset. Puta, inquit, te seruum esse communem: huic domino seruies, qui praefens est. puta fundum esse communem: is fructus percipiet, qui praefens est. Illam quaestionem huic duram subiecit: An nunc pater nullum ius in filium habeat. Quonodo, inquit, ciuiis iura habeat, qui liberi hominis non habet: pater nullam in se potestatem: mater in totius legis possestionem est. Est iam non commune illi ius in te, sed proprium. [*Varius Geminus* sic diuifit: An non semper filius cogi possit, ut matrem alat. Deinde, An nunc co-gendus non sit. Non semper, inquit, filius cogit. Transeo illos qui non possunt, aegrotos & inutiles. Aliquis ad propellendum hostem proficisciatur, in cuius vnius militia posita est talus publica. Hunc reinebit mater, puta legatum, de summa Rep. puta foederis. Huic mater vincula injicitur: Per partes comparando vtrumque officium: Ille, inquit, peregre est, tu domi: ille capit, tu liber: ille inter piratas tu inter cives: ille alligatus, tu soluta es, at tu caeca es. ille hoc infelicitus quod videt. Quid enim vider? catenas suas, & caedes, & vulnera, & cruces eorum qui non redimuntur. At periculoso est nihil, domi manere & here. [*Latro* dixit: pro matre submissa & leniter agedū. Non enim vindictā, inquit, sed misericordiā querit: & cū eo adolescentē cōsistit, in quo ita exigit pietatē, ut impedit. Aiebat itaq; verbis horridioribus abstinentiam, quoties talis materia incidisset: ipsam orationem ad habitum eius, quē mouere volumus ad effectus, molliendam. In epilogis nos quoque vocem de industria infringere, & vultū deiçere, & dare operam, ne dissimilis sit orationi orator: compositionem quoque illis minorem conuenire. [*Calvus*, qui diu cum Cicerone iniquissimam litem de principatu eloquentiae habuit, vñque eo violentus accusator, & concitatus fuit, ut in media actione eius surgeret Vatinus reus, & exclamaret: Ro-

go vos

go vos Iudices, num si iste disertus est, ideo me damnari oportet? Idem postea cum videret, à clientibus Catonis rei sui Pollionem Afiniū circumuentum in foreca, imponi te supra cippū iussit. Erat enim parvulus statura, propter quod etiam Catullus in hendecasyllabis vocat illum Salaputtiū disertum: & iurauit si quam iniuriam Cato Pollio Afiniū accusatori suo fecisset, se in eum iuraturum calumniam: nec vñquam postea Pollio à Catone aduocatusque eius aut re, aut verbo violatus est. Solebat præterea excedere subfelia sua, & impeu elatus vñque in aduentariorum partes transcurrere. Et carmina quoq; eius, quamvis ioca sint, plena sunt ingentis animi. Dicit de Pompeio:

digito caput vno

Scalpit, quo credas hunc sibi velle virum.

COMPOSITIO quoque eius in actionibus ad exemplum Demosthenis riget: nihil in illa placidum, nihil lenere est, omnia excitata & fluctuantia. Hic tamen in epilogo quem pro Melisio, tunc tertio causam dicente habuit, non tantum leniter componit, sed cum dicit: Credite mihi, non est turpe miserari: & omnia in illo epilogo fere non tantum emolliatæ compositionis sunt, sed infractæ. In hac controvrsia Publaniā sententiam dedit. *Vetus* quidam rhetor, statura pufillæ, in quem Euclomon homo venustissimi ingenij Graece dixit: Antequam te viderem, nescio rhetor an foratos esses. Fuit autem *Caefij* sententia: Captus est, inquit, pater si te capti mouent, & haec capta est. & quasi non intellexissimus, ait: Nescitis dici captos luminibus? & illud dixit: Mittes tamen epistolam infructuosam. odisse illam debes. haec est quae matrem tuam excaecauit, & illam falsissimam, in quam multi incident: Propter hoc ipsum, inquit, magis flebilis est, quod non potest flece. Et iterum inquit: Lacrimae matri deflunt, caue superfluit: tanquam caeci flere non soleant. Memini *Crispum* quandam antiquum rhetorem, in illa controvrsia viri foris, qui tertium filium retinet, cum alter filius in tyrannicidio perdidisset oculos, alter in acie manus: Exurge nunc vita cadavera, rogate pro fratre. Sed quid ego meos derideo? alter quos roget, non videt: alter quo roget, non habet. Multis compositio belle sonantis sententiae impoluit. Itaque memini *Latronem Porcum*, vt exprobrates hanc audiendi scholasticis negligientiam, maxime quia Triarius compositione verborum belle cadentium multos scholasticos delectabat, omnes decipiebat, in quadam controvrsia, cum magna quasi fluenter & concitata, sic locum conclusisse: Inter sepulcta monumenta sunt. Et cum scholasticī magno clamore laudarent, inuestitus est in eos ut debuit: & hoc efficit, ut in reliquum etiam quae bene dicta erant, tardius laudarent, dum insidias vererentur. *Glycon* dixit: †

Hybreas in hac controvrsia dixit: †

Nec quibusdam corruptum videbatur: *Romanus* tamen

Quinquennis testis in procuratorem. Controvrsia V.

THEMA. Mortua quidam vxore, ex qua filium habebat, duxit aliam: sustulit ex ea filium. Habebat procuratorem in domo speciosum. Cum frequenter essent iurgia nouercae & priuigni, iusfit eum emigrare. Ille trans pariterem habitationem conduxit. Rumor erat de adulterio procuratoris & matris familie. Quodam tempore paterfamiliae in cubiculo occisus inuentus est, vxor vulnerata, communis parties perfossi: puer iubetur percussorem cognoscere. Ille procuratorem digito denotauit: accusat filius procuratorem caedis, ille filium parricidij. [*Arellij Fuci* patris. Ut audiui clamorem, si qua est fides, deprehensor à patre adulteros putauit. Quis ferret te voluntariam testem in forum venientem, etiam si venires dictura pro filio? misererrime puer, quamvis periclitor, plus tamen pro te timeo. nimium fraternalis insistis vestigijs: itaque iam tibi cum matre nō conuenit. Quamdiu mater vixit, pater me fuit procuratore contentus. Non facile fit parricidium. Vis scire quantum natura possit: etiam infans pro patre loquitur. [*Triarij.* Viuo patre adultera, moriente conscientia, mortuo testis. Aliquis vno te contentus est: dabo populum. obiicit priuigno parricidium, filio mendacium. intrat procurator quæ solebat. Dic puer, quis patrem tuum occiderit. dic audaciter. euendit nominas, quem populus. nox placet sceleri, prorsus adulteri tempus. habui patrem tam bonum, vt cum vxore veller, tamen me nouercam habere noluerit. Quo mihi lumen? tantum admissuro nefas optanda nox est. Quid, inquit, an peccauit? dissimile est: memento enim de homicida queri, potest tirocinium esse homicidium, parricidium non potest. Lumen attulisti vt discerneris. erat illuc quam leuiter vulnerare deberes. Videmus adactum in praecordia gladium. sic ego nouercam vulnerasse? frater, quero an videris procuratorem proxima nocte, nihil de prioribus quaero. [*Vibij Galli.* Ego taceam de adulterio, quod persequitur etiam populus: ego taceam de parricidio, quod persequitur etiam puer. Testor vos Iudices. saluum patrem reliqui. O magnam in contrarium faeculi nostri perueritatem: inuentus est qui patrem posset occidere, & nouercam non posset. Etiam si quis occidere patrem non potest, nouercam potest. [*Sepullij Baſi.* Dū perodiò pariterem, aliquis sentiet. Cuius vis leuissimum somnum: pueri, an senis, an mediae aetatis? Pueri? frater sentiet. senis? pater. mediae aetatis? nouerca. Quærerem quām sordida domo natus esset, si ullam habuisset: nunc inquisitionem nostram humilitate effugit. Non miror si nescis, quām difficile sit patrem occidere, cum incertum habeas patrem. [*Albucij Sili.* Quaero à te mulier, an filio tuo credendum putes. Liceat mihi nutrire puerum. nec cum matre illi, nec cum tutore conuenit. Tres in cubiculo

Ss 4 fuit

sunt. patrem occidit, puerum contemnit, adulteram non times. singuli se servi libertique offerebant. pater stabat ante omnes: percussor latebat post adulteram. Quid autem peccavi? cuius vxorem corrupi? quod si fecissem, hominem occidere possem: patrem non possem, bonos habeo testes. timeret hunc in alie na potestate. Aspice corpus patris, quam gravis plaga, quam altè adactus est gladius. sic ego nouercam percussisse? [Caesarij Pij. Adulteru te esse, non unum testem dabo, non corrupti: dabo multos: dabo etiam pueros. Patrem tam grauius percussi, quam debui nouercam. Nouercam ne sic quidem, quemadmodum patrem. [Iulij Bassi. Tibi fuit necessarium lumen, ne eam occideres, propter quam occidebas. mihi super vacuum erat, ne instrumento patricidij detegere parricidium. Si terum natura pateretur, obliuiscendum mihi erat patris, dum occiderem. Maiores licentia, qua non videmus, agimus: & quamvis non minor sit atrocitas facinoris, formido minor est. Si patrem occidi, totus mihi lectus purgandus est, cui parcam? non habeo, non possum gloriari vltione patris. frater illam meus occupauit. [Blandi. Quam difficile est filio, patrem vulnerare, quam facile priuigno, nouercam occidere. [Varij Gemini. Patrem, inquit, occidisti. Tector vos Iudices, nihil leuiter haec manus faciunt: vtrum non habui potestatem? at qui vulnerata es, quid? nolui te occidere? at qui vulnerata es, leuiter vulnerata es, quam diligenter seruata es. Tu testimonium dic, & ostende vulnus, percussor ille quam timuit, ne occideret. [Porci Latronis. Quare lumen affero fortius patricidium faciam, si non video patrem. Occidere aliquis patrem, antequam nouercam, potest: nouercam ne post patrem quidem potest? [Triarij. Aliquis patricidio puras manus seruat, & inde incipit quod peruenire difficile est?

DIVISIO. Has controuersias, quae & accusationem habent non eodem ordine omnes declamerunt, quidam fuerunt, qui ante defenserunt quād accusarent: ex quibus Latro fuit. [Fuscus Arellius: Debet, inquit, reus in epilogum defensore. optimè autem epilogum contextit defensioni: & homines magis defendenti quād accusanti fauent. Ultima sit pars, quae iudicem fauente possit admittere. Quidam permisuerunt accusationem ac defensionem, vt per comparationem duorum reorum irent, & crimen simul repulissent, statim transferrent: ex quibus fuit Cæstius. Hoc non semper expedire, vtique qui imbecilliorum patrem habent: non est vtile, minus congredi: facilis latent, quae non comparantur. In hac controuersia duo vel tres rei: nouerca enim procuratori coniungitur. Itaque à filij parte vigeat aiebat prius accusandum: quia vnum debebat crimen defendere, duo obiicere, & adulterii & caedis: si qua sunt ex vtraque parte difficultia, non colorem, sed argumentationem desiderant, itaque ne modum excedam, praeteribo. Circa vulnus nouercae quidam bellas res dixerunt, quidam ineptas: immo multi ineptas. Prius illa quae belle dicta sunt, referam. [Fuscus. Ut districta leui vulnera est cutis. non credas factum manu priuigni, credas amatoris. [Patiens ait: Sed leuiter te vulnerauit dextera illa, cui nec paries obstitit, nec pater. [Varius Geminius dixit: Da ferrum testi meo. fortius feriet. [Cæstius dixit, cum descripsisset quād leue vulnus esset: Nocueras, inquit, mihi, si amicae tuae nocere potuisses. [Niger Brutidius quotidiano verbo satis significanter vñs est: Rinaldem, inquit, occidit, amicam fauacuit. [Hispo Romanus eiusdem generis rem dixit: Ostende nouerca, ostende id quod amator tuus vellicavit. [Bassus Sepullius dixit: Maritum occidit, adulteram strinxit. Ex illis qui res ineptas dixerant, primus ibi ante omnes Musa vester: qui cum vulnus nouercae descripsisset, adiecit: At hercules pater meus tanquam paries perfrons est. Murrbedius patrocinium putat esse, quod causae suaे sanguinem misit. [Ngpos Licinius ait: Non est istud vulnus, sed ludentis adulteri morbus. [Senianus ex illa stultorum nota sententiam protulit. Non vulnerauit, inquit, nouercam, sed viri sui sanguine apergit. cum illuc vulnera potatur. [Vinicius, exactissimi vir ingenij, qui nec dicere res in eptas, nec ferre poterat, solebat hanc sententiam Seniani deridere, & similem illi referre in oratione dictam Montani Votieni. Senianus in hac eadem controuersia dixerat: Nihil puer est teste certius, vtique quinquenni. Nam & ad eos peruenit annos, vt intelligat: & nondum ad eos, quibus fingat. Et haec definitio, inquit, ridicula est, nihil esse pueru teste certius, vtique quinquenni: puta nec, si quadrimus, puer testis est, nec si sex annorum. Illud venustissime adiiciebat: Putes, inquit, aliquid agi. omnia in hac sententia circumspecti hominis sunt, finitio, exceptio. Nihil est autem inamabilius, quam diligens stultitia. Montani Votieni sententiam huic aiebat esse similem, & deridebat. Acce omnino & experrectum est animal, canis vtique catenarius. [Paratus autem non erat aequus ipsi Montano. accusauerat illum apud Caesarem à colonia Narbonensi rogatus. at Montanus adeo toto animo scho lasticus erat, vt eodem die quo accusatus est à Vinicio decertauerit, in Vinici actionem sententias suas referebat. [Eleganter illud dixit Sardinus: Rogo nunquid putas illum alteram partem declamassem? Grauis scholasticos morbus inuasit. exempla cum dixerunt, volunt & illa ad aliquod controuersiae thema redigere. Hoc ut aliquando faciendum est, cum res patitur, ita ineptissimum est luctari cum materia, & longe arcessere, sic quomodo fecit in hac controuersia Musa, qui cum dicere pro filio locum de indulgenia liberorum in parentes, venit ad filium Cæsti, & ait: Mutus in periculo patris naturalia vocis impedita rupit, qui plus quam quinquennio tacuerat. quia quinquennis puer ponitur, putauit vbiunque nominatum esset quinqquennium, sententiam fieri: quia Latroni bene cesserat: qui cum diluisset vulnus exiguum, dixit: Aspice istam vix apdarentem cicatricem: rogo vos, non putatis puerulum fecisse, & ne puerulum quidem quinquennem? [Gallus Vibius improbam dixit sententiam, cum caudem decriberet. Occidit, inquit, maritum, nouercam laesit, pueru pepercit. etiam hunc putabat suum. Valde enim pueru Cæstius aiebat parcedum. Itaque dixit, cum laudaret eius testi-

testimonium: Procuratore natus es. [Hermagoras hunc sensum decentius posuit. † Blandi sententia laudabatur, cum descripsisset à pueru demonstratum procuratorem. O digitum multa significantem. [Euclomon dixit: †

MVR R H E D I V S Mimico genere satuam sententiam dixit, cum dixisset nouercam disputare contra filij sui testimonium: Facit, inquit, quod solet. pro amatore sanguini suo non parcit. Nicocrates Lacon aridus, & exfuccus declimator dixit: †

HERMAGORAS cum miserabilem dixisset pueri condicionem esse, qui infestis nouercae & procuratori redderebatur, dixit iam procuratorem clamare. †

Dementiae accusatur, qui seruo filiam iunxit. Controuersia VI.

THEMA. Tyrannus permisit seruis, dominas suas rapere: Profugerunt principes ciuitatis. Inter eos, qui filium & filia habebat, profectus est peregre cum omnes serui dominas suas virtus habent, seruus eius virginem seruauit. occiso tyranne reuersi sunt principes, in crucem seruos sustulerunt. Ille manumisit, & filiam collocauit, accusatur dementia.

CONTRA patrem. [Argentarij. Haberemus solatium, si has nuptias fecisset tyranus, non pater. habe hunc illi honorem: fac dotalem: sine dominam custodiat. Sanum putatis esse, qui manu tyranū imitari quam seruum? pater noster honestis parentibus natus, qui enim aliter condicionem matris nostrae habere potuisse, si tantum ingenuus fuisset. [Cæstij Pij. Soror, opto tibi perpetuam sterilitatem. cum dicerem, Manumittamus seruum: aiebat. Expectemus sororias nuptias. Ergo tibi soror, vt honestos habeas liberos, adulterandum est? Fecit se similem tyranum, filiam raptis, libertum cruciariis. Plus seruo dominus permisit, quam tyranus. Qui facit has nuptias, insanus est, aut tyranus. Quis hoc potest credere, optandum filia fuisse, ne finiretur tyranus, ne rediret pater? Si interrogauerat patrem, quod grauissimum in tyranide fuerit scelus: si sanus est, respondebit, Quod dominae seruis collocatae sunt. [Fulvij Sparfi. Eligitur maritus, quem sanus pater dotalem dedisset gener tuus ipsis nuptias crucem meruit. Egregium generum cui nihil est gloriosius, quam quod inter cruciarios non est. Grauissima quoq; ipsi seruo facta est iniuria, dominam suam non licuit illi seruare virginem. [Blandi. Fecit etiam seruo ipsi seruo facta est iniuria, dominam suam non licuit illi seruare virginem. In cellam. [Cornelij Hispani. Melioris condicionis sunt viiatae quam virgo: illis mutare nuptias contigit. Quare tyrannicida praemium accepisti? etiamnum aliqua ex edito tyraanni nupta est, qui editum tyraanni fugarat, reddit cum edito. Dementia hoc patris factum est, ne tyranum accusare posset. Quod ille, inquit, filiam meam virginem alteri seruauit, nunc magistrus est: qui sub tyraano quoque nihil aliud potuit quam raptor esse: is qui dotalis destinatus erat, custos relictus est. propositum est editum, quod ne ferremus, fugimus, nihil per totum publicae seruitutis spaciū indignus visum est, nihil diis hominibusque minus ferendum. itaque tyraanus post hoc occisus est, despontia est puella: omnia ex edito tyraanni facta sunt. [Abucij Silii. Egregius gener, cuius haec una gloria est, quod comparatus cruciariis frugalius est: melius seruos custodiuit dominam, quam pater filiam. Suam collocauit, quemadmodum iratus tyraillus alienas. Inimici tibi nepotes precantur, cum sanus pater fuit, ne has videret nuptias fugit. Parum putatis magnum argumentum dementiae, quod egit tyranum in mortem, patres in exilium, seruos in crucem: quomodo qui sic fugis, sic collocas? Honestius exul es, quam socer. Si voles inuenire generi tui propinquos, ad crucem eundum est. Arellij Fusti patris. Ex seruo gener, & ex domina vxor, ex domino socer est factus. quis has nuptias non tyraanni putet? patrem tyraanni criminibus accuso, tyranum patris, quid de tyraano loquor? patris similis est. Quid de patre non querar? tyraanno similis est. Miserrima soror, sub tyraano patrem desiderabas: id in filia tua coegisti, quod tyraanus tantum permisit. Nunc nobis pater, si sanus es, exulandum est, quid enim miserius accidere potest, quam si status in libertate, quem ceteri vix ferunt in seruitute: fugimus, ne seruiremus: felicitatem nostram in calamitatem conuertit. Ali quanto enim fuit satius, cum ceteris contumeliam ferre, quam liberatis omnibus, folios in tyranidem reiici. Seruo libertatem dedit, filiae seruitutem: seruo filiam dedit, innocentiam abstulit. Nescio quid sibi velit, quod serui meritum laudat. Tyranum enim laudare debebat. Seruos non stultus, tergum, & caput suum deliciis presentibus praevulit. Si dicit se timuisse tantum laudabo, & haec illi etiam nunc optabo mentem. Ceterae honestos inuenierunt seruos: haec talen haber, quales illae in tyranidem habuerunt. Soror mea ancillulae pelle ex est, sed vt domina nuberet, conservula de cellula exeta est. Nullum in tyraano maius scelus fuit, quam quod tibi libuit imitari. O te soror miseram, quod ista non sub tyraanno passa es: iam enim pati desiles. Hoc tu putas praemium esse, quia dominam non violauit: violet, quantum volet. Iste vero, vt dicis, inuriam tibi fecit: qui affinitatem tuam moratus est. Si non cessasset, iam fortasse ex illo nepotes haberemus. habeamus generum, si possumus, patrem: si minus, non erubescendum: cui cognatus sit aliquis, cui sacra aliqua & penetralia, in quae ducatur vxor: quem

quem adiungamus ad domum, non quem ex censu deleamus. [*Portij Latronis*. Qui omnia tuleramus, hos fugimus. Vocat seruum: & quia crucem non meruerat, mereri iubet. Itane furcifer tu potuisse dominam complecti? putasti autem te per tyrannum vieturum, aut semper futurum patrem? felicissimi videbuntur, quibus contigerit raptus tyranus. Ita sine dubio beneficium dedit, qui custodit ut dominam a stupro, se a cruce. Cum in felici face ad dotaalem suum noua nupta deducere tur, si qua fides est, exhorri, quasi depositum esset edictum. Cogitabam, quem forori virum eligerem. Simpliciter fatebor, fastidiebam eas condiciones, que ante protectionem fuerant, aiebam, illo tempore & aliae virginis erant. Non vitiauit, inquit, sub tyranne. O nos felices, si ne nunc quidem. [*Triarius*. Age, hoc non est premium, vnum spectare omnium cruces. Certum habeo, si habuisset tyranus filiam, non scripsisset edictum. Indicit festum diem, aperiri iubet maiorum imagines, cum maxime tegendae sunt. [*Varij Gemini*. Eadē hora & libertum fecit, & generum. hoc fecit quod tyranus non cogit, nisi cum irascitur: seruus ne tunc quidem facit cum cogitur. Generum habes, qualem? vt illi laudationem suam reddam, nempe frugi seruum, seruus tuis paritura fratres. Quantum ad expositionem rerum pertinet, sunt quidem acerba tyranidis mala, tamen tristiora exponant, quae post tyranidem gesta sunt, non dubitabam quin esset tyrannide nuptura, si sub tyranno vitata esset, haberemus. Hoc non tibi vni accidit, nondum tyranum occisum puto, etiamnum tyrranicas nuptias video. [*Marylli*. Nunc sciam, an meritò libertatem accepis, si liber non merueris crucem, hoc quod obiicis, qui in pluribus fecis, occisus est. [*L. Viminij*. Nunc in domo nostra matrimonium est: cuius me puderet, etiam si raptus esset. Quām miseris putatis Iudices esse eos, quibus quidem duo quae miserrima fuerunt, optanda sunt, tyranus & raptor. Vna generi tui commendatio est, quod se aliquando ista puella putauit indignum. [*Vallij Syriaci*. In eadem conditione Iudices sumus, vt consolari debeamus sororem, quod aut rapta non sit, aut nupsferit. & tamē quid ille meruit, quādū per dominum licuit, innocentissimus seruus? [*Sepulchri Bassi*. Nuptias clausa domo fecimus, in contubernium deducta serui domina est: ita iste dexteram sororis meæ, nisi dum manumittitur, non contigit. [*Pollonius Asinij*. Inter nuptiales fescenninos in cruce generi nostri iocabantur. Miserrimum egisse me diem memini, quo seruire coepit resp. Miserrimum diem egisse memini, quo in exilium fugimus. Inter hos dies sororis nuptias numero. Miserrima soror, fortasse vernularum tuorum nouera es. Pater, volo ducere vxorem: dic quam mihi ex ancillis despondeas. [*Contrà. Albucij Sili*. Seruauit dominam, si quis tyranus indicasset, solus in cruce peperidisset.

DIVISIO. Latro in has quaestiones diuinit: An etiam si non debuit filiam sic collocare, damnari tamen ob hoc non possit dementia. Licet, inquit, mihi filiam meam cui velim collocare, isto modo & repudium remiserō genero. Accusor. Male collo casti filiam: & multi alii. Quid tibi videntur hi, qui abdicant filias suas? aurari, sed mala causa est: nec ob hoc damnabor. Tu patrem debes dementia accusare, non sanum regere. Ego istud an sine ratione fecerim, videbimus: satis est, si sana mente feci. Deinde, An sic filiam collocare debuerit. Hoc in haec diuinit, An etiam si meruit seruus, non tamen sic illi referenda fuerit gratia. Deinde, An bene meruerit. De facto seruus primū disputauit, dein de animo. factū quale. Non dominam constupravit. Auge beneficia: nec dominum occidit, nec adultero dominam venundedit. Non est beneficium, scelere abstinere. Et tyranus permisit dominam rapere, non coegit. De hoc beneficio non est quod laudes seruum: alioquin iniuriam fecit, si non subducta est iniuria, sed referata: tunc tamen solatium fuisse, cum multis pati. Denique quod aliae in tyrranide passae sunt, haec in libertate: ceteræ absentibus suis, haec praesentibus. In aliis stuprum vocabatur, in hac matrimonium: in aliis finis expectabatur iniuria, in hac nullus. Denique illarum stupratores suffixi sunt, huius manumis- fusi. Deinde de animo serui.

COLOR. Latro colorem à parte filij, quare non vitiasset seruus, hunc fecit: timuit illi illum suppli- cium, scisse futurum, vt liberata Rep. omnes, poenas, qui contaminarent dominas suas, darent: & aduenire iam tempus ultimum tyrranidis videbatur, cum ad summam esset perducta rabies: quæ nunquam nisi ex desperatione fit. Itaque cum videret, inquit, suffigi cruci seruos, clamabat: Hoc ego futurum sciebam. [In ultima oratione *Latro* dixit: Serui quoque nomine tecum queri possum: quem qui frugi fuerat, nequam fecisti. [*Albucij* hoc colore vñs est: Immatura etiamnum puella, nec adhuc iuriaria idonea, & ideo illam non abduximus, quia aetatis beneficio tyrranidem sentire non poterat. [*Caesius* dixit: Ego planè non sum detraicturus seruo suū laudem, habuit bonam mentem: speravit posse fieri, vt si virginem seruasset, nuptiis dominae manumitteretur. [*Varius Geminus* ait: Fortassis amicam habebat, hac delectatus abstinuit: nam quidam virginum concubitum refugiant, fortasse sciuit illam non esse pastram, & illud quod nequam quoque seruos interdum frugi facit, malam fortunam timuit. & hanc sententiam quae valde circumdata est, adiecit: An etiam furcifer auderet cum domina concubere, nisi illi pater permisisset? & illud dixit: Ad hoc pater ab exilio redibas? In exilium ergo quid fugimus? [*Buteo* voluit videri reuera mente lapsum patrem, & in narratione hoc dixit: Quām maestus venit dominum ab edicto tyranii, quantum in sinu filiae flevit, puto illo tempore mentem esse concussam. [*Varius Geminus* dixit de abstinentia: Sic contaminare dominam suam, & trahere in cellam non est aulus, nisi forte hoc modo manus narrem, iam tunc sperare sororis nuptias cooperat. [A parte patris magis defensione opus esse dicebat *Latro*, quām colore. *Varius Geminus* factum ipsum defendit, magnos viros scisse, vt libertinas vxores ducerent. M. Caro, inquit, coloni sui filiam duxit vxorem. Sed ingenuam. Respon- deam:

deam: Sed Cato plus interest inter te & Catonem, quām inter libertum & colonum. Quām multa bona haberet subiectus, & obsequens maritus. Non petulantiam timebit, non verborum contumeliam, non pellicem, non repudium. Filiam meam semper domi habeo: quam eo magis desidero, quod habeo. Deinde fide factum liberti laudauit. *Albucius* & *Phaneus* dixit, neminem natum liberum esse, neminem ferum: hæc postea nomina singulis imposuisse fortunam. Denique, inquit, scis & nos nuper seruos fuile. Retulit Seruum regem. *Silo Pompeius* hoc colore vñs dixit: Exhaustum tyrranidis iniurias patrimonium: non habuisse se detem quam daret. [*Argentarius* voluit videri puella volente se fecisse. Vifa est, inquit, indulgere illi: certè debuit. [*Caius Sabinius* hoc colore vñs est, vt inquantum posset dignitatem suam destrueret, & humi litarem confiteretur: Et ideo, inquit, facilius potuit. Non vitiauit, quia nemo in domo nostra oculos dirigebat: & fueram, inquit, facere cui collocare: quātendus mihi erat gener aliquis libertinus. quid ergo alieno potius liberto? hunc iam noui. scio cuius affectus in nos sit, si moriar, scio me meam filiam apud hunc tutorem relicturum. Et hanc sententiam adiecit, quae valde excepta est: Eum non contempi generum, qui tyrrannum contemperat. *Aetius Postumus* hoc colore vñs est: Nihil est, inquit, inuidia periculosius. hanc sapientes viri veluti pestiferam vitandam esse præcipiat. *h*anc ita vincens inuidiam eram. Hic nunc nobis obiicit fortunam liberorum nostrorum. oderant filiam meam feminæ, me patres quasi publici mali legarem exprobatores: quo uno modo honestè potui, feci filiam meam ceteris similem. fortuna mea publicae partis detraherat omnis inuidia est: filiam nō habeo honestiorem quām vos, seruum frugaliorem habui quām vos. [*Hippo Romanus* dixerat: Maritum autem ego istum vocem, raptorem serotinum, verbum hoc quasi amputanti, quod non erat usurpatum, quibusdam displicebat, eiusdem verbi explicazione, vt extra reprehensionem esset, vñs est, cūm diceret, nondum esse consummatam aduersus seruos publicam vindictam. Etiam num in domo nostra residuus raptor est. [*Saturninus Furius*, qui volens vel condemnauit, maius nomen in foro quām in declamationibus habuit: solebat tamen tam honestè declamare, vt scires illum huic materiae non minus idoneum esse, sed minus familiarem. Is in hac contouersia cum L. Lamiae filio declamaret, dixit sententiam. †

Ex tabellis emptionis multi sententiam trahere tentauerunt. *Albucius* dixit: Profer mihi tabellas, quid hoc est? generum sacer manci pio accepit. [*Triarius* dixit: Fugitiuum, erronem non esse; Ita, si malum auctorem habemus, gener non ster non fugitiuum est. [*Blandus* dixit: Relegamus auctoritatis tabellas, furtis noxaq; solutus: haec generi nostri laudis est. [*Gallio* dixit: Furtis noxaque solutus est. [*Sparsus* dixit: Ostende tabellas: quid nobis cū isto genero? prior dominus promisit, fugitiū non esse. Gratulor vobis posteri. patrem fugitiuum non habebitis. [*Varius Geminus* dixit: Erronem non esse: adiicio, fugitiuum non esse: adiicio, furtis noxaque solutum, nunquid de generi tui nobilitate detraxi? [*Pollio* aiebat ridere se, quod declamatrices decreuerint hunc yisque emptitum esse: Mirari vos puto, quod in hac contouersia omnes declamatrices mentis suaue fuerint. [*Nepos Mamilius* cūm hortaretur libertum ad repudium sororis, dixit: Refer nobis gratiam, & tu sororem meam manumittere. [*Nepos Licinius* illi nō cessit. dixit enim: Sub illa subsellia transtie serui, transtie liberti, empta cognatio, & cum illum sensum elegantem, & ab omnibus iactatum, subripuisse: Soror, opto tibi sterilitatem, adiecit: Nec est quod mireris me timere partum tuum: audio sic nasci tyranos.

Cauete proditionem. Contouersia VII.

LE X. Prodictionis sit actio. **Thema.** Pater & filius imperium petierunt. Praelatus est patri filius. Bellum commisit cum hoste: captus est, missi sunt decem legati ad redimendum imperatorem, eunibus illis occurrit pater cum auro: dixit filium suum crucifixum esse, & se aurum ad redemptionem tulisse. illi peruerenter ad crucifixum imperatorem. quibus ille dixit: Cauete proditionem. Accusatur pater proditionis.

CONTRA patrem. [*Albucij Sili*. Quid desideratis vñtrā? imperator supplicium tulit, proditor pretium, tristriorem istum vidimus, cum filius imperator renuntiatus est, quām cum carus. Redde rationem, quemadmodum redieris tutus, senex, solus, cum auro: cum etiam imperatores capiantur. Imperator adolescens renuntiatus est omnibus laetiis, praeter patrem. [*Caeſtij Pij*. Plus accepit aurum, quām quod posset abscondi, nolite mirari, & imperatorem, & filium vendiderat. Cauete proditionem, iam comitiis cauimus. Abstulissent tibi aurum hostes, nisi dedissent. Cum de redemptione ageretur, omnes in curia fuerunt, praeter competitorum. Indicium fuit, morientis breue, filij verecundum. [*Blandi*. Quomodo te dimiserunt? si nihil aliud, & ducem genuisti, & tu esse voluisti. Si non decreueramus, consiliū nostrum expectari debuit: si decreueramus, officium. [*Arellij Fusti* patris. Vnde tam graues paterni sinus: nunquid ossa filij reportant? expectat videlicet iudicia vestra reus: tanquam neficiat, quid de illo sentiat. Non tu semel apud hostem fuiisti, sed nos semel legatos misimus. Imperator non audet nominare te, tanquam patrem. [*Iunij Gallionis*. Fuit adolescentis optimus, verecundissimus: qui patri suo cessisset, si salua pietate potuisset. Iterum vobis inter patrem & filium iudicandum est. Candidatus processit contra patrem, si silentium eius intelligere scisset, & tunc vobis verecundè indicauerat. Habebas apud hostes auctoritatem: apparebat te Reip. irasci. Legati nostri aurum ferebant: pater auferebat. Dixerat illos ser-

Ios sero venturos: nonne peruenierunt: sero imperatorem nostrum conuenierunt. Imperator istum accusat, nos subscribimus. hoc fuit imperatoris nostri testamentum. Obice, inquit, aliqua anteactae vitae crimina, non possum. Verecundum competitorem habuit, multum tacebat. quod possum tibi maius crimen obiciere? filius tibi tuus credi Rempublicam noluit. Non est quod dicas. Quem misi ad hostes: tanquam ipse ire non posses: cur tam citò reuenteris? Dicitur nos cōtra filium rogasti, quam pro filio hoste. Num immobilis steti? num illi quasi & ipse affixus haesisti? quid tam citò recedis? etiam nū viuit, etiam loquitur. recessurus interrogat, si quid velit mandare. voce proditionē coarguit, silentio proditorē. Intelligo quanto periculo istum offendam, quemadmodum enim iste accusationem vindicavit? in cruce. Omnis argumentis premitur, dabo qui viderint, dabo qui audierint: dabo aurum, dabo testem: & ne quid de dignitate dubitari possit, imperatorem. De hoc utrum voler, dicat: inimicus est, hunc indicavit. Aurum tantum habuerat, vt appareret etiam non querentibus: tantum suspectus erat, vt quemuis potius quam vos admoneret. Prodictionem caue, Optimus adolescentis, optimus imperator, qui Reip. curram agere ne in cruce quidem desit. Dignum te nō putauit filius, cui diceret: Cauet prodictionem. [Varus Gemini]. Nolite omnia expectare ab accusatore, & occupato & verecundo. rem intelligite. crimina auditis: queritis anteactae vitae crimina, non habet: nihil vñquam tibi filius obiciere voluit. Tam citò lassatae preces tuae sunt, quid faciet miser? Nec imperator potest racere prodictionem, nec filius loqui proditorem. [Porci Latronis]. Quid abris? itaque iam peruenit, vtque ad crucem. Vereor ne tam sero caueamus, quam imperator noster: qui non ante intellexit prodictionem, quam proditus est: ne cōnquam praesentius periculum fuit. Respublica sine imperatore est, proditor sine custode. Quid est quare tibi hostes pepercident? Et imperatoris nostri pater es, & autū habes, & legatus non es. Si tibi dicā, expectandum legati mituntur: filius tibi publicē remittetur. dices: Paternus affectus non sustinet mortem: rapit me desiderium filij: etiam si redimere vivum non potero, mortuum redimam. Nunquam tam durus hostis fuit, vt paternis lacrimis non flecteretur. Ut cognoscam tibi, quid tam cito isti obiciam, quid tam citò redisti, dic quid dixerit tibi: an nihil cum patre loqui voluit? Cauete prodictionem. hoc dixit: Vide ne quis nocte insciis custodibus exeat, ne quis Rep. ignorante ad hostem perueniat: ne quis ex hostium castris grauis auro reuertatur. Nihil deest indicio. Si quid de proditione queritis, imperator vobis dicit: si quid de proditore, legati.

P A R Salteria. [Arelii Fusci] patris. Quantū est pretium, quo vendo, vt filii pater spectem in cruce, si filius patrem de cruce: tanti & imperatorem & parricidium vendidi. Gratulabuntur omnes repulso magis quam designato nimis ambitione. Nunc paenitet, & filium & patriam vendidit: tam exiguum autem accepit, vt vñmis senex portare posset.

D I V I S I O. In hac controuersia, etiam si conjecturalis est, habetq. quasi certum tritumque iter: fuit tamen aliqua inter declamantes dissensio. Latro semper contrahebat, & quicquid poterat cuīd relinquere, praeteribat. Itaque & quaestionum numerum minuebat, & locos nunquam attrahebat: illos quoque quos occupauerat, non diu dicebat, sed valenter. Hoc erat itaque praecceptum eius, quaedam declamatorem tanquam praetorem facere debere, minuendae litis causa. quod in hac controuersia fecit: non enim curauit dicere, nullam esse factam prodictionem, sed se proditorem non esse. Et suspectus, inquit, iudici est, qui plus quam se defendit: & nolo cum filij voce pugnare, vt imperatorem & filium, mentitum dicam: praeseritum cum odium aduersus filium obiciatur patri. [Albucius in duas partes declamationem diuisi]. primū negavit illum esse proditionem: deinde vt esset, ad se non pertinere.

C O L O R. Colorem contra patrem Silo Pompeius hunc introduxit, odio illum Reipub. a qua repulsius erat, fecisse, & odio ipsius filij quem oderat: & quia competitorit, & quia vicerit. [Varus Gemini] dixit statim petuisse patrem hoc proposito imperium, vt proderet hominem avarum & lucro inhiantem: & quia noti mōres eius erant, vičum ab eo competitorē à quo vinci fas non erat, nisi hominem turpissimum. Ante comitiam, inquit, paratus erat & pecuniam accipere, & filium prodere: post comitia paratus erat pecuniam dare, vt filium perderet. Ut captus est dux: aiebamus, inquit: Non potest hoc sine proditione fieri, excusauimus nos imperatori. diximus perseuerasse ad redemptionem, quamvis deterruerit pater. Hoc loco ille respondit: Cauete prodictionem. [Blandus dixit], aegre ferentem pudorem repulsa, voluisse occidi filium, vt in eius locum substitueretur ipse. [Hispo Romanus]. Vtione, inquit, suam hosti vendidit, tam facile, inquit, exiit, nocte peruenit ad hostes, reddit: vt scires illum non tunc primū fecisse. [Argentarius dixit]: Perfer ad senatum mandata filii tui, necesse est tibi multa dixerit, legatis quoque aliqua mandauit, fortasse proditoris nōmen patri dixit. Indica nobis. Nihil, inquit, dixit mihi. Sublata omnis quaestio est. Queritis, quē dixerit? videte, cui nihil dixerit. Pro patre de commitiis hic color Latronis fuit. Ne quis filium meum vinceret, timui: itaque professus sum, vt auctoritate mea deterrerem futuros competitores: deinde ipse filio meo cessi. [Albucius] hoc colore vñsus est: Aiebas, inquit, talem imperatorem fieri debere, qualis Scipio fuisset: talem senem, qualis Maximus fuit: senem nihil temere facturum. viri que populo copiam feci. [Caesius] hoc colore vñsus est: Noueram vitia filii mei: sciebam esse acrem adolescentem, fortem, sed inconsideratum, temerarium. Itaque petiū imperium Reip. causa filii mei, quem idoneum ad tantum sustinendum onus nō putabam. [Fusci Arelii] dixit, in hoc se competitoris, vt hostium animi frangerentur, cum audissent posse Reipublicā vel in vna domo duos eligere. [Hispo Romanus] simpliciter putauit agendum. Inepti, inquit, hi colores sunt, compo-

componantur competitores, hoc itaque egit colore, vt quereretur, de exitu comitorum adolescentulorum omnes conspirasse, quasi de aetatis comparatione ageretur: facile itaque vičum senem non ambientē. De me, inquit, queri non potestis: clamaui, Non est vobis vñlis aetatis imperator. Mansit itaque illi & post comitia eadem contumacia: nihil referebat ad patrem, nihil communicabat: itaque captus est. & cum descripsisset quām imperiè dispositisset aciem, quemadmodum inexploratis locorum insidiis oppressus eius temeritas esset, adiecit: Hoc erat quod vobis clamabam, Ducem senem elige. [Otho Junius pater]: Praefagiis quibusdam, & insomnis haec fortunam praeannuntiantibus agnita re, competrile dixit, erat autem ex somniatoribus totus. vñcunque illum defecerat color, somniū narrabat. [De eo quod inscio senatu egressus est. Latro sic colorauit, amentem & attonitum protinus percurrit]. [Albus] in hoc colore vñsus est: Semper de duce citò constitui. longum erat expectare: ad summam festinaui, nec occurri. [Varus Gemini] dixit: Maluisse solum ire, hostes enim auctoritate legatorum non moueri, ad lacrimas patrum saepe flecti. [Silo Pompeius] ait: Putauit vñlius esse, priuata illum pecunia redimi. minoris enim posse aestimari, quam si tanquam imperator redimeretur. [Argentarius] ait: Nihil tam iniquum erat, quam legatos ad redemtionem mitti, nūquā enim reddidissent, quem sic desiderari publicē iudicasset. Itaque praecurri rogatur, & hoc dicturus: Exercitus contemnit illum, Resp. relinquit. [Blandus] ait: Cogitanti mihi quid facerem, contentus esse paternis lacrimis, an comitatu publico preces meas adiuuarem: tandem venit in mentem, Troianum regem ad redemtionem filij sine legatis issē, & cum auro. [Sepulius Basius] ait, non expectasse se curiam, quia putauerit futuros qui redimendum negarent, quod factum apud Romanos saepius erat: itaque antē se voluisse redimere, quā posset aliquid de non redimendo constitui. [Caesius] dixit: Non quæsiū secretos tramites, & occultum iter: proditor scilicet eadem via veni, qua legati. [De voce filij, colorem Albucius] hunc fecit: Pudebat illum, inquit, quid captus erat, quaerebat aliquod fortunæ sua patrocinium: uoluit videri non culpa sua, sed proditione hoc sibi accidisse: itaque nomen adiicere non potuit. [Fusci Arelii] dixit, alienatum iam suppliciis animum & errantem has voces effudiisse sine argumentis, sine reo. [Varus Gemini] omnia complexus est: Potest, inquit, propter hoc, potest propter illud: ego vobis idem suadeo, Cauete prodictionem. hoc si cauere vultis, imperatores senes facite. Illud & in hac controuersia & in omni vietandū aiebat Caesius, quoties aliqua vox ponetur, ne ad illam quasi ad sententiā decurramus. sicut in hac apud Caesium quidā auditor hoc modo coepit: Ut verbis ducis vestri scilicet, indices, incipia, Cauete prodictionem. sic finiuit declamationem, vt diceret, In quibus vitam finit imperator, Cauete prodictionem. Hoc sententia genus Caesius nō vocabat, & dicenti discipulo statim exclamabat †

vt in illa sua oratione, in qua deliberat Alexander, an oceanum nauiget: cum exaudita vox esset, Quousque inuictus ab ipsa uoce quidam coepit declamare, & in hanc desit. Ait illi Caesius desinendi: †

Et alter, cūm descriptis

Alexandri uictoris, gentibus perdomitis, nouissimē poneret: Quousque inuictus exclamatione Caesius: Et tu quousque? [Otho] pater hoc colore vñsus est pro patre, dixit enim molestū fuisse imperatori, quid ilium suffixum legati intuebantur. itaque vt ab hoc illos spectaculo arceret, & exoneraret verecundiam suam, id dixisse, quo auditio festinarent. Itaque dixisse illum, non, Cauete prodictionem: sed, Cauete: quia in ipsis legatis esset periculum, ne proderentur.

Mutanda optio raptore coniuncto. Controuersia VIII.

L E X. Raptora aut mortem, aut indotatas nuptias optet. Thēma. Raptta producta nuptias operauit. Iuuenis raptorem se negauit. Coniunctus est. Illa optionem petit. Contradicit.

C O N T R A raptam. [Albucius] Sili. Praeterquam quid in omni discrimine periculosa libertas est, meruit puella vt taceremus: misericors in nos etiam antequam rogaremus, fuit, inhumana libertas est, si vincimus aduersus iudices. Non oportet tibi amplius quam semel licere optare. omnis nimia potentia saluberrimē breuitate constringitur, qui potest condemnare, possit semel: qui potest occidere, possit semel: aut si qua iteratio recipi potest, in paenitentiam mortis recipienda est. Proponit vobis iam supplicij faciem, carnificem, securim, tamen hoc semel licere, nimium est, exortata sum, conde gladium: irata sum, repeto optionē, & non semel mori satius est: occide iam non vitiatorē, sed virū. [Porci Latronis]. Periculosis est negare raptū, quam commisisse. in hanc perturbationē adolescentis perductus erat, vt ignoraret, quid fecisset: non refugiebat tamē puellæ nuptias, fauebat tantū sibi, vt innoēns duceret. itaq. nihil aliud petit quam libertatē, vt honestius duceret. Ita apud vñs iudices, tutius est peccare quam erubescere. Dignior poena erat, si id peccasset, quod meminisse posset. Exurge adolescentē, & sine vñlo respectu pudoris ad pedes te puellæ demitte: accedit & vos amici propinquiq. & tu mater & pater: quid tu puella? ecquid te horū lacrimæ mouēt? Nō eo, inquit, ad illū magistrū, non dissimulo, metuo te puelā, si nūquā rogari vis, nīsi vñ occidere potes. Granius punior nūc, cū me peccasse pudet, quā cū peccavi. Quā post iniuriā ignoscit, perdit misericordiā. [Caesius] Py. Venit ad vos, vestro beneficio retentus puellæ beneficium, optruit nuptias: neque adhuc sciebat, quam verecundum maritū esset habitura. Raptorē dimisi: virum occides? aiebat iudex: Quid habes, quod tā pertinaciter neges? nuptias optat. minus est ergo quod vitiauit, quam quod negauit. [Q. Haterij]. Nō sum, inquit, optatura mortem, sed volo mihi

482.

CONTROVERSIARVM.

mihil licere & mortem optare: quam potestas ista delecat, crudelis est. [Blandi. Ergo nos iniuriam periculosis negauimus, quām fecimus. [Iunij Gellionis. Quādām nocte, quid dicam? Nox, vinum, error, quid irascis puella? iam negare non audeo: non diligēter causa mea acta est. dum nihil timet: facilius me puellæ credidi tis. Confitendum est vitium nostrum: nos nuptiis fecimus moram. Siue adhuc effet vitiata, siue non effet, visa est indigna matrimonio, quae hominem posset occidere. Tibi consul ebā, ne dicereris vitiatori nupta: si per te licuisset, honestiore maritum habuisses: tu negasti. O hominem impudentem: ita tu non ante magistratus tribunal, in conspectu populi, in medio foro clamasti: Ego virginē rapui? neminem habere tam obsequenter maritum potes: hic iam nihil negauit. [Varij Gemini. Exponāt vobis rerum ordinem, si cōtanquam ab eo didicerim, qui quid fecerit, nec sit. [Vibij Galli. Vbi estis qui dicebatis: Nihil interest tua, Confitere, confitere: qui honestius putasti raptori nubere. Sit, inquit, mihi res, si quis intra decem menses natus fuerit. nunquid negat? Surge adolescentis: dic, Rapui, vitiaui: incipe scire quod nescis: miraris si tibi non credit: multum est de quo timer.

P A R S altera. [P. Asprenatis. Nefcio vrō iudicio aduersarius fuerit improbior: priore id egit, ne quām omnino poenam stupri penderet: hoc id agit, vt ipse optet, ex duabus lege constitutis supplicis, vtrum velit pendere. Fatetur enim impunē se habere maluisse, quām ducere vxorem: vxorem ducere malle, quām mori. antea legem vitiatiā euertere conatus est, nunc transferre vult: aducatos rogat; iudices rogat, omnes potius quām vitiataam. Vtinam nō hoc illum liberare meū, quād iudicis suae mouit clementiam. nobis clamiabat se innocentem: si quid peccasset, mori non recusare. Aderat raptori populū: nec quicquam magis suspeçtam faciebat vitiatae causam, quām lenitas optionis. Si tibi iam de stupro tuo liquet, est quaedam proxima innocentiae verecundia, praebere se legibus: tu verò ne meruisti quidem mortem, illa in inflictionem, ignorasti an peccasses, innocens esse voluisti, causam haberet: reuertere ad partes puella, quandoquidem toties iam rogas, que rogarī ipsa debueras.

D I V I S I O. [Latro tres fecit questiones, an illa optio iusta fuerit. Non fuit, inquit, iusta: nō enim constabat te raptorem esse. Nihil refert, inquit, an negauerit: erat enim raptor, etiam ita si negabat, & iusta fuit optio. An si iniusta optio fuit, reuocari possit. Optio, inquit, semel puellæ datur: immutabilis est, semel emissā est. Index quam tulit de reo tabellam, reuocare non potest, quæsitor non mutavit pronuntiationem suam. Nihil tam ciuite, tam vtile est, quām breuem potestarem esse, quae magna est: si voleat & alteram suam optionem reuocare, & deinde tertiam, nunquam constabit quid futurum sit: cum il la quod optanterit, possit sequenti sem per optione rescindere. Tertiam fecit questione, An si possit aliquando reuocari optio, nunc debeat. Haec defensio adolescentis, qui negauit se vitiasse. [Fuscus & ordinem mutauit, & quæstionum numerum auxit. fecit enim primam quæstionem, An rapta non possit amplius optare quām semel. Poteſt, inquit. Iex enim non adiecit, quoties optet, sed ex quibus. Aut hoc, inquit, aut illud. Non adiecit. Neque amplius, quām semel. Contrā ait: Lex iubet te alterutrū optare. Tu hodie si mortem optaris, facies quod nunquam factum est: vtrunque optaueris. Etiam si non licet, inquit, amplius quām semel, & mortem optabis & nuptias. Ego nōdum optauit: optio est enim, quæ legitimè fit: illa non est facta legitimè. si prætor defuīt, nunquid optionem vocares? Si rapta defuīt, raptor non fuit. Non est illa optio: sermo est. An proximo iudicio confirmata sit optio. Rapta ait: Agebatur apud iudices, vtrum deberet raptae esse optio: non iudicatum est raptam esse debere: rapta sit. Non, inquit puella, quæstum est enim, an ego in raptorem ius haberem: iudicatum est habere me: vti debo. Non possum ante legem habere, quām raptorem. Non si quæstionem fecit aequitatis, An raptae debeat esse optio. [Tassius hanc ultimam partem sic diuidebat: An si adolescentis malo aduersus puellam animo inſtitutus est rapturn, vt nuptias effugeret, dignus sit qui iterum fortunam subeat optionis recusatae. deinde, an malo animo fecerit. [Varius Geminius. Ultimae quæstioni vel parti, inquit, quid debeat fieri, quaeritur. Duo haec adiiciebat, quæ per se quæri putabant: An si puella pro certo adolescentis mortem optatura est, non debeat illi permitti optio, tam crudeliter vñfara sua potestate. deinde, An mortem optatura sit. Quid est, inquit, quare velis optare, nisi quād nuptias non vis? Hoc non tantum patimur, sed rogamus.

C O L O R. Color pro adolescenti introductus est à Latrone talis, vt diceret, se ebriū fuisse, & ignorare quid fecerit: hoc die magis credere de facto suo, quām scire: recusasse autem, non ne duceret vxorē, sed, vt sua voluntate duceret: & iudices non audisse sollicitos, faciles fuisse quāsi de nuptiis ageretur. [Varius Geminius raptam confessus est, & dixit, nihil tam congruum esse adolescenti, quām etiamnum negare: ne non tantum raptam, sed etiam iudicem offendat. [Caesius nec Latronem fecutus est dicentem, nescisse se, hodieq. nescire: nec Varium Geminum confitentem, se non rapuisse, apertus negauit. Virū, inquit, inuenire non poterat iudices. Tertiam sententiam fecutus est. Si rapuit, indignum est puellam in uitam raptam esse: si non rapuit, nonne indignum est fieri illum maritum? [Silo Pompeius dixit, adolescentem verecundum natura, & rusticī pudoris, non sustinuisse confessionem. Non placebat Latroni color. Minus, inquit, ignoscetur illi, si scit se rapuisse, & sciens mentitus est. Contradictebat Silo, posse vñlli fidem fieri, aliquem nescire an rapuerit. [Hispanus Cornelius. Non subducere illi, inquit, maritum volui, sed honestorem dare. Digna est, inquit, tam misericors puella, quae non videatur nuptiis raptori. [Hispo Romanus ait, illos sodales qui ipsum impulerant, circumstetisse & dixisse: Non est haec quām rapuisti. timuit, ne illi, quām rapuerat, faceret iniuriam. [Argentarius dixit: Vel-

lem mortē optas. non effet hic raptor iudicatus. Non causa tua illum premit, sed optio. Dū vñfusquisque iudex dicit, quid habet quod tantopere recusat, putat de capite agi: & ipse ait, se velle ducere vxorē, sed titulum recusare. Nempe vietus ducet vxorem. Non est solicite de eo iudicandum, cui damnato gratulandum. [Silo hoc colore visus est: Confusum adolescentem subito, & tanto tumultu parum sibi contitisse: & negasse, quia perturbatus erat: perleueraſſe, quia negauerat.

L. ANNÆ I. SENECAE CONTROVERSIARVM

LIBER OCTAVVS.

Orba postlaqueum sacrilega. Controuerſia I.

 E X. Magistratus de confessō sumat supplicium. *Thema.* Amisso quaedam viro cū duobus liberis, laqueo se suspendit. Incidit ei laqueum tertius filius. Cū sacrilegio factō, quaereretur sacrilegus, illa dixit magistrati se fecisse sacrilegium. Vult magistratus tanquam de confessō sumere supplicium. Filius contradicit.

C O N T R A magistratū. Faciam iudices in foro quod domi feci, matrem mori prohibens. Quomodo, inquam, fecisti: quo loco quae sustuleras, condidisti? Haerebat, nec quicquam sacrilegij nisi paenam nouerat. Amisso duobus filiis, sacrilega sibi videbatur, quād vñebat. Non affuturus veni, sed seruaturus. Alij pro reis rogant: ego rogarō ream. Nullum accusator nisi in subselliis meis haberet testem. Non est confessio, nisi quam accusator erit, negat rea, tortor exprefit. Fertur quaedam viro contra spem filio exprimere. Si ad mortem agit matres magnum gaudium, quid magnus dolor? Mater, habes non mediocre solatium. Vides aliquid & deos perdere. Magis deos miseris, quām beati colunt. Nō fecit sacrilegium mulier, non fecit orba, non fecit quæ custodit, non fecit quæ confitetur. Iratis, inquis, dii sacrilegium potuit committere. Frangitur calamitosis animus, & ipsa se infelicitas damnat: & hoc condicio humana vel pessimum habet, quād fortuna quos miseris fecit, & superflitos facit. Diligentius dij coluntur irati. Quis ergo fecit? Vnde scire possum, qui matrem custodio? Ago causam legum, ne carnicem, quem sacrilegis minantur, calamitosis adhibeant. Deos ita coluit, vt quæ tam pro multis timeret. Confessio conscientiae vox est. Confessio coacti, & quæ fecit agnoscentis, est verbum.

P A R S altera. Omnium vox erat, sacrilegium latere non poterit. Quilibet est, non ipse bonum existim faciet, non quicquam suorum. Et si nemo fuerit accusator, ipse narrabit. Concitat processit, velut dii ipsi persequentes. Feci, inquit, Supplicium de ea vel nunc exigamus homines, de qua olim dij exigere cooperunt. Violatorum numinum maiestate compulsa est, vt mori & vellet & deberet, & nō posset. Incisus est ei laqueus. Tu putabas sacrilegam secretō mori posse? Omnia fecit, vt taceret: quæ ne confiteretur, etiam mori voluit. Si crimen quaeritis, sacrilegiū factū est. Si facti causam quaeritis: si prius quam amitteret liberos, auara: si postquam amiserit, irata.

Phidias amissis manibus. Controuerſia II.

L E X. Sacrilego præcidantur manus. *Thema.* Elij ab Atheniensibus Phidiam acceperunt, vt is Iouem Olympium faceret: pæsto interposito, vt aut Phidiam, aut centum talenta redderet. Ioue perfecto Elij Phidiam aurum rapuisse dixerunt, & manus tanquam sacrilego præciderunt: truncatum Atheniensibus redditum. Petunt Athenienses centum talenta. Contradicit.

C O N T R A Elios. Iam Phidiam commodare non possumus. Tunc demum illa maiestas exprimi potest, cum animus opera profexit. Manus duxitante sibi, quām operi. Iouem fecit. Sacrilegi vos estis, qui præcidistis consecratis manus. Primum sanguinem sui artificis vidit Deus. Testor Iouem, iam proprium Phidiae deum. Ars alios in miseria sustinet, te fecit miserum. Paciscendum Phidiam manus fecebat. Sine eo Phidiam nos recepturos speratis, sine quo vos accepturi non fuistis. Commodauimus qui posset facere deos, recepimus qui ne adorare quidem possit. Non pudet vos Iouem debere sacrilego? Superfect homo, sed artifex periiit. Poenam nobis Phidiae, non Phidiam redditum. Manus quae deos solebat facere, nunc nec homines quidem rogare possumus. Talem fecit Iouem, vt hoc eius opus Elij ultimum esse vellent. Manus commodauimus: manus reposcimus. Elius testis est, Elius accusator, Elius iudex: Atheniensis tantum reus. Inuoco deos, & illos quos fecit Phidias, & illos quos facere potuit. Recepimus Phidiam. Confiteor, si possumus commodare.

T t 2 PARS

PARS altera. Habuimus aurum olim sacrum. Habuimus ebur. Sacrae materiae artificem quae sumus. Disposueramus quidem, ut alii quoque templis simulacra Phidas ficeret. Sed non tam neceps erat ornare deos, quam vindicare.

Infamis in nurum. Controversia III.

THEMA. Duorum iuuenum pater vni vxorem dedit: quo peregre profecto, infamari coepit sacer in nurum. Maritus reuersus abduxit ancillam vxoris, & torsit. Illa in tormentis perit. Maritus incertus quid quae sacerit, laqueo se suspendit. Imperat alteri filio pater, ut eandem ducat. Nolentem abdicat.

CONTRA patrem. Duc, inquit, fratris vxorem. Sic hoc fieri potest. Adulterium frater inuenit. Haec est mihi causa abdicationis, quae fratris mortis fuit. Duc, inquit, fratris vxorem. Tentari me, si qua est fides, credidi. Mulier si nubere lugenti potes, facit ut omnia de te credantur. Cogor eam ducere, quae mihi causa abdicationis est, populo rumor, viro mortis. Legi iam vxorem: quae, si peregrinatio incidet, mecum peregrinari velit; quae, si viro aliquid acciderit, alteri nubere nolit. Qui audiunt me abdicari, putant fratrem aliquid suspicatum de me.

PARS altera. Obiecisti mihi ultimum nefas, & quod qui tantum est suspicatus, noluit vivere. Impulsu tuo frater torsit ancillam: & quia nihil reperit, falsas suspiciones morte piauit.

Homicida sui. Controversia IV.

LEX. Homicida insepultus abiiciatur. Thema. Quidam se occidit. Petitur ut insepultus abiiciatur. Contradicitur.

PRO homicida sepeliendo. Afferre sibi coactus est manus assiduis malis. Summam infelicitatum suarum in hoc remouit, quod existimabat licere misero mori. Infelicissime adolefcens, cum te & sepulatura prohibeti video, desino mirari quod perii. Tales inimicos habes, ut etiam mortuum persequantur. Facilius miserum, quam sceleratum fortuna vincit. Sumpsi hoc ferrum Cato, & quam inuidiosum, quod Catonem occideris. Non perdideras sepulturam, nisi in morte reperisses. Quid est miserius in vita, quam velle mori? Quid in morte, quam sepeliri non posse? Quis miretur eum mori voluisse, quem fugientem quoque fortuna persequitur? Omnibus natura sepulturam dedit. Naufragos idem fluctus qui expulit, sepelit. Suffixorum corpora crucibus in sepulturam suam defluunt. Eos qui viui vruntur, poena funeral. Irafcere interfectori, sed miserere interfecti. Homicida, inquit, est qui se occidit. Huic irascitur? Pro quo irascitur? Non aliud Scaeulae Mucio cognomē dedit, quam quod à Porsena libertatē, manus suae vltione defendit, nec aliud quam vltitas sui. Non aliud Codri ceteris imperatoribus dedit exemplū, quod quod positis imperatoriis insignibus, ad mortē cucurrit. Nec vlo maior fuit dux, quam quod se ducem non esse mentitus est. Non postulo, ut gloriosum, sed ut tutum sit mori. Non magis crudeles sunt, qui volentes vivere occidunt, quam qui mori volentes non sinunt. Curius deicendo se in praecipitem lacum, satum sepulturea miscuit. Celebretur Cato, huic miserrimo, quod aliquid non ignauē de spiritu suo statuit, tantum impunē fit. Etiam vulnera infelis scrutantur in crimen. Aestimate an viuere licuerit, cui ne mori quidem licuit.

PARS altera. Facinus indignum, si inueniantur manus quae sepeliant eum, quod occiderunt suae. Sumpit gladium. Video ardentes oculos. In quem, nescio: scelus cogitat. Nescio cuius criminis sibi conscius configit ad mortem. Cuius inter scelera etiam hoc est, quod damnari non potest. Contra hos inuentum est, ut aliquid post mortem timerent, qui nec mortem timent. Nihil non ausurus fuit, qui se potuit occidere.

Nolens ad patrem redire. Controversia V.

THEMA. Abdicauit quidam filium. Ille tacuit. Fortiter fecit. Petit pro praemio ad patrem reditum. Pater contradicit. Pater postea fortiter fecit. Petit ad se filij reditum. Filius contradicit.

CONTRA filium. Ego fortior sum, post tuam pugnam pugnauimus: post meam vicimus. Reuerte, dignam domum te feci. Ipsi oculi mei sunt. Ista manus meae sunt. Ista contumacia mea est. Si me reor praemium, patri date: si non mereor, ipsi suum reddite. Ego, inquit, eadem lege praemium non accepi. Hoc est unde abdicatus es. Putas nihil inter te & patrem interesset: post similia opera, si tantum commilito essem, me patrem adoptare debueras. Admoneo te iuuensis. Hoc praemium qui recusauerat, petit. Timeo, inquit, ne me iterum abdices. Cōmisurum me putas, ut iterum rogem? Bello grauiore pugnauis, quo necesse fuit etiam senibus militare, quo fortes esse non potuerunt, etiam qui priore bello fuerant. Ille annos suos exercuit. Ego vici meos. Tu fregisti bellum. Ego sustuli. Quanta exhortatio iuuenum fui senex fortis. Vtique nostrū praemium reddite. Militauit senex: militauit exanguis: militauit qui iam vicariū dedera. Vtique nostrū cum rogatur, fastidit: cum relinquitur, rogar. Quid nos suspicari cogis, quod non vis in paternam domum venire? Turpe orat virum fortē, nisi a patre coacto, non recipi.

PARS

PARS altera. Quid me captiuum ex libero cupis? Quid ignominiae subiicis virum fortē? Quid efficis, ut possim abdicari? Meus, inquit, es filius. Quid opus est praemio, si tuus sum?

Pater naufragus diuitis sacer. Controversia VI.

LEX. Raptā raptoris aut mortem, aut indotatas nuptias optet. Diues pauperes de nuptiis filiae interpellauit tertio. Ter pauper negauit. Profectus cum filia, naufragio expulsus est in diuitis fundum. Appellauit illum diues de nuptiis filiae. Pauper tacuit, & fleuit. Diues nuptias fecit. Redierunt in urbem. Vult pauper educere puellam ad magistratus. Diues contradicit.

CONTRA diuitem. Adducatur ad magistratus puella, quid times? Certè vxor tua est. Queri nec de morte poteris, si hanc puellā malueris. Nemo vñquam raptor ferius perij. Ut litus agnoui, naufragus in altum nataui. Quid times, si exorasti? Accessit ad me primum: Filiam tuam ducere volo, inquit. Non fleui. Tunc enim licuit negare. Nuptias filiae, tanquam naufragium meum fleui. Naufragus plus de littore queror. Inter naufragium quidem & nuptias, ne vna quidem nox interfuit. Differat nuptias, dum flere sacer desinat. Putat me iam filiam consumisſe fibi, cum hic necdum se committat vxori. Lacrimis inter verba manantibus venio: talis & in nuptiis filiae fui. Si raptā es, cur optionē reculas? Si vxor es, cur times? Loquor vbi primum licet: procul à conspectu reliqueram patriam, non nondum tamen possessionem diuitis praeterieram. Subito fluetibus inhorruit mare, ac discordes in pernicem nostram flauere venti. Demissa est nox caelo, & tantum fulminibus dies redditur: inter terram & cælum dubij pependimus. Adhuc tamen bene iudices nauigauimus. Naufragium maius restat in littore. Erat in summis montium iugis ardua diuitis specula. Illiciste naufragiorum reliquias computabat, illic vestigia infelix, & quantum sibi iratum redderet mare. Interrogor de nuptiis filiae, cum adhuc pulsat aures meas fluctus. Feci quod debui, & captus & naufragus. Inimico stuprum lacrimis negauit. Delicatus diues, qui etiam inter naufragia amare potest. matrimonij celeritatem remoti angulo ruris abscondit. Ibi fecit nuptias, quod nemo nisi naufragus venit. Lacrima est indicium inoptatae rei. Lacrimae pignora sunt nolentium, & repugnantis animi vultus index. Nemo vñquam quod cupit, deflet. Lacrimas coacti doloris inter praecordia, & intolerabilis silentij eruptio. Sicut ille qui super cinerem deflet patrimonium, odit incendium: sic qui naufragium deflet, maria detestatur. Fletus humanarum necessitatum verecunda execratio est. Tuæ nunc sunt partes puella. Discedo. Et quod prius feci, taceo. Si nupta es, habes quod optes: si viuila, quod imperes.

PARS altera. Naufragum duo facratisima inter homines exceperunt, hospitium & affinitas. Alterum praefiti: alterum & rogauit. Oblatas conciliante fortuna nuptias, quod erat amantis, laepius rogauit: quod festinavit, non distuli. Quid hic raptoris est, nisi quod indotatam duxit? Errat sacer, qui putat mihi cariorem futuram puellam, si me potuerit occidere. Quid enim mihi superest: preces meae quas toties adhibui, an istius lacrimae quas mouit? Nihil mihi inimicus obiicere potest praeter matrimonium. Magnus est amor, qui ex misericordia venit. Fundebamus lacrimas ex paenitentia dissidij prioris. Nec plura aut me proloqui, aut istum respondere passae sunt mentes gaudiis occupatae. Nulla integritas tantum sibi, etiam explorata, confidit, ut causam velit dicere. Si interrogaueris filiam, partem legis amputaturus es: si non interrogaueris, legem. Si genero vitam daturus es, etiam innocentiam reliquisti. Quæratis, quid dum fletur, faceret? Non negauit, & solebat negare. Si nollet mortem, optaturus es? Non enim potest eas partes legis desiderare, quas non habet.

L. ANNÆ I. SENECÆ
CONTROVERSIARVM
LIBER NON VS.

AM videbar promissum meum impletasse. Circumspiciebam tamen, nunquid me praeteriret. Vlto Votieni Montani mœtionem intulisti: & velim vos subinde aliqua nomina mihi offere, quibus aduocetur memoria: quea quando senilis per se marcer, admonita, & aliquando lacesita, facilè se colliget. *Montanus Votienus* adeo nunquam ostentationis declamauit causa, vt ne exercitatus quidem declamauerit. Rationem querenti mihi ait: Vtram vis honestam, an veram? Si honestam, ne male assuecam. Qui declamatione parat, scribit nō vt vincat, sed vt placeat. Omnia itaq. lenocinia ita conquirit: argumentationes quia molestæ sunt, & minimum habent floris, relinquit: sententiis explicationibusq. audienteis delinire contentus est. Cupit enim se approbare, non cauam. Sequitur autem hoc vsque in forum declamatores vitium, vt necessaria deferrant, dum speciosa sectantur. Accedit etiam illud, quod aduersarios quamvis fatuos fingunt: respondent illis & quæ volunt, & cū volunt. Praeterea nihil est quod errorem aliquo damno castiget: flultitia eorum gratuita est. Vix itaq. in foro fatus periculosus stupor discuti potest: qui creuit, dum tutus est. Quid, quod laudationibus crebris sustinentur, & memoria illorum assuevit certis interuallis quiescere? Cum ventum est in forum, & desit illos ad omnem gestum plausus excipere, aut deficiunt, aut labant. Adice nunc, quod ab aliis nullius interueni excutitur. Nemo rideat, nemo ex industria obloquitur: familiares sunt omnium vultus. In foro, vt nihil aliud, ipsum illos forum turbat: hoc quod vulgo narratur an verū sit, tu melius potes scire. Declamatoriae virtutis *Latronem Porciū* vnicum exemplum, cum pro reo in Hispania Rustico Porcio propinquuo suo diceret, vsque è esse confusum, vt à solo cito inciperet: nec ante poruisse cōfirmari, tectum ac parietes desiderantem, quām impetravit ut iudicium ex foro in basilicam transferretur. Vsque èd ingenia in scholasticis exercitationibus delicate nutritur, vt clamorem, silentium, rīsum, caelum deniq. pati nesciant. Non est autem virilis exercitatio, nisi quae operi simillima est illi ad quod exercer: itaque durior solet esse vero certamine. Gladiatores grauioribus armis discunt quām pugnant: diutius illos magister armatos quām aduersarius sustinet. Luctantes binos simul ac ter nos fatigant, vt facilius resistant. Cursores quod intra exiguum spatiū de velocitate eorum iudicetur, id saepe in exercitatione decurrunt, quod semel decursuri sunt in certamine. Multiplicatur ex industria labor quo condiscimus, vt leuetur quo decernimus. In scholasticis declamationibus, contra evenit: omnia molliora & solitaria sunt, in foro partem accipiunt, in schola eligūt: illic iudici blandiūtur, hic inseruiunt: illic inter tremendum circumsonans turbæ intendendus animus est, vox ad aures iudicis preferenda est: hic ex vultu dicentis pendens omnium vultus. Itaque velut ex vībro & obscurō prodeentes loco, clarae lucis fulgor obcaecat: sic istos à scholis in forum transeuntes, omnia tanquam noua & inusitata perturbant: nec antē in oratorem corroborantur, quām multis perdomiti contumeliis, puerilem animum scholasticis deliciis languidum vero labore dūrarent. *Lepidus*, vir egregius, & qui declamatorio non studio †.

Cimon ingratus Calliae. Controuersia I.

LEX. Adulterum cum adultera qui deprehenderit, dum virumque corpus interficiat, sine fraude fit. Ingrati sit actio. *Thema*. Miltiades peculatus damnatus, in carcere alligatus decepit. Cimon filius eius vt eum sepeliret, vicarium se pro corpore patris dedit. Callias sordidè diues natus, redemit eū à Rep. & pecuniā solvit, eiq. filiam suam collocavit, quam ille deprehensam in adulterio, deprecante patre occidit. Ingrati reus est.

PRO Cimone. [Albucij Sili]. Non me mouet periculum meum. Semper nos in malis nostris non fortunam, sed causam spectauimus. Nō dubito, quin Callias redempturus Miltiadem si iam habuisset filiam nubilem. [Musae]. Aliud alius pati non potest, mihi adulterium carcer est. [Arellij Fuscij patris]. Nihil, inquit, filiae plus possum dare quām Cimonem virum. quando mihi contingent ex eo nepotes? Ferrum à legi mihi traditum, ad vindictam pudicitiae, proiiciam? Perdidisti pecuniām Callias, si tales soluisti manus. damnatus peculatus nihil aliud heredi suo reliquist, quām se patrem. [Cæsij Pij]. Non potest generosus animus contumeliam pati. Merito tu ex Cimone nepotes habere concu-

concu-

concupisti. Quid magis in me probasti, quām carcerem? non sum innocentior quām pater: ne felicior quidem. Hoc vnum interest inter parentis & filij fortunam, quōd illius calamitatum exitus fuit carcer, mearum initium. Exponi vobis, quām in neminem meorum ingratius sim. Vnus Miltiades census inuenitus est Cimon filius: nec hic quidem quicquam habuit, quod dare pro patre praeferre seipsum posset. In Cynegyri domo sperare nuptias poteram, nedum in Calliae. nec verebar, ne Cynegyrus pluris suas aestimaret manus. Redemptus Cimon redemptoris felicitas est. [Votieni Montani]. Beneficium reddam, cum tam honestum desideraris quām dedisti. Ego adulteros dimittam? quid aliud facerem, si alligatas haberem manus? regit me attonitum dolor. Non mehercule sic exorasset Miltiades pater. Nihil Calliae debeo, nisi liber sim. Est vir egregius Callias, est misericors. Sed viynam tantum aduerlus bonos. Maior iniuria est, si nunc manus Cimoni alligantur, quām fuit beneficium quo tunc solutae sunt. Non iste iniquiore animo filiam amisit, quām ego vxorem: sed aequiore animo impudicam pati voluit. Vis diutinas tuas abscondere, cum in eos incidenter qui mendicitate censemur? Nihil habet dominus nostra melius quod ostendat, quām paupertatem. Da pecuniam Miltiadi, qua damnationem luat, nocens erit: da Cimoni qua patrem redimatis, pius non erit. [Vibij Galli]. Nullo mihi felicior videor, quām quōd Miltiades pretium fui. Alligatus tacebat Persicae potentiae vindicta, libertatis publicae assertor. Alligatus iacebat crīmen ingratiae ciuitatis. Adulterum dimittam patri, adulteram? qui non tam gloriatur, quōd filius sim Miltiades, quām quōd vicarius. Quid tu poenam putas pro Miltiade alligari? si adulterum solum occidero, exulandum est. Quid faciam? Non occidam? plus quam praestitisti exigis: pro carcere exilium. Vnum beneficium dedisti: duo petis. Magnum vterque beneficium, dum damus, recepimus. Cimon, quod Miltiadem redemisti: tu, quōd Cimonem. Videbatus mihi omnis maiores meorum circa me turbā fremere dicentiam: Vbi sunt illae manus quae soluere Miltiadem? Non mihi occurrit indulgentia vxoris, non Callias sacer, non vlliū aut rei, aut beneficij memoria: feci quod soleo, nihil aliud aspexi quam patrem. [Mentonis]. Cogita adulteros esse pro quibus rogas, cogita qualium miseri tōreas. Turpe est, ab eodem dimitti & adulteros & Cimonem. Ego sum, qui referre gratiam ne mortuis quidem defino. Ita mihi veros habere liberos contingat, quod quantum sit, Miltiades expertus est. [Porcij Latronis]. Ego adulteros dimittam? ardor cupiditate vindictæ animus. Has manus continere non posset Miltiades quas alligare potuit. Si in hoc solutus sum, redde me carcere. Ille Graeciae seruator, & Persarum vindicta. Orientisque dominator, cui modo tam in signum triumphum fortuna de hoste detulerat, damnatus est peculatus, ob hoc videlicet ipsum, vt innocentia eius, quae alioquin latere ponnerat, ipsa damnatione ostenderetur. damnatus est innocens. Quis in ciuitate misericors est? nunc occasio misericordiae venit. Miltiades redimendus est. Redemi corpus tuum Miltiade, ne funeri quidem interfuturus, in quod meipsum impenderem. Misereor accusatori mei, non quia perdidit filiam, sed quia habuit. Dignus erat Callias habere tales, quales redemisti, quod si me in hanc stuprorum patientiam redemisti, matrimonio carcerem pafro. Honestius patri alligatus, quām adultero soluor. Ut audiuisti esse qui pecuniam non eraret, miratus sum fuisse in ciuitate nostra quenquam, qui Cimonem redimere quām Miltiadem malueret. Ego ne patrem quidem meum, nisi innocens fuisset, redemisse. [Blandi]. Obijciat licet vincula: nunquā tamen efficiet, vt non magis carcere glorier quām matrimonio. Diuersi sunt hominum affectus. Tu forfasse Callia vincula ferre non potes: ego adulteram vxorem. Effugient ergo adulteram, tanquam alligatas Cimoni manus. [Argentarij]. Redemptum me protinus appellare coepit de filiae nuptijs. Statim, inquā Callias experitur an gratus sim. habe filiam sine Cimone, pro vna rogat, duos eripit. [Filii, Spani]. Dic nunc, Ego te carcere eximi: dum ego respondeam, ego me carcere traxi: nunquā effici poterit, vt melius actum putem quod à Callia redemptus sum, quam quōd pro Miltiade alligatus. Filia tua abstulisti bi generum Cimonem. Duxus est pater meus in carcere, etiam nūm captiūs ius plenum. [Tunij Gallo]. Beneficium, inquit, tibi dedi, quod filiam tibi collocaui. nunc vero Miltiade grauiorem fortunam carcere sustinet. Callias tecum communicare dignatus est. Ego me redemptum putabam, filiae istius emptus sum. Sterterunt ante oculos meos maiorum imagines, emissusque fede sua. Miltiades, maiestate imperatoria refulsi: & iterum meas inuocauit manus. [Tunij Baffi]. Calliae filiam vxorem duxi. Hanc tibi pater iniuriam feci, dum ingratus esse nolo. Placeas tibi licet, & istas iactes diutias: tantidem tamen redemi patrem, quanti à te redemptus sum.

DI V I S I O. Latro in has quaestiones diuinit: An quisquis gratiam non retulit, cum possit, ingrati tenetur. Multa, inquit, interueniunt, propter quae non debeam facere, etiam si possum. Si non tenetur, quisquis non retulit gratiam, cum posset, an hic teneatur. Hoc in haec diuinit: An possit ob id damnari, quōd lege fecit: deinde, an facere debuerit. Nouissime, an si affectu & indignatione ablatus, non fuit in sua potestate, ignorandum illi sit. Hoc non tanquam quaestione, sed, vt illi mos erat, pro tractatione aut loco. [Montanus Votienus] quaestione hanc adiecit: an gratiam retulerit Cimon Calliae. Tuli inquit, filiam tuam vxorem: filia tua Miltiades nūrus facta est, non putas beneficium, habere communes cum Miltiade nepotes? [Gallio] illam quaestione duram mouit, sed diligenter executus est, quae solet esse in ingrati controuersijs prima, an beneficium acceperit. Non erat, inquit, mihi poena in carcere esse, mea voluntate illo peruerem. ita me putas libentius in cubiculo iacuisse? Nullus tum erat locus Athenis honestior, quām qui Miltiadem habuerat. Deinde & illam subiunxit quaestione, An teneatur si qui beneficium acceperit, quod non petuit. Non rogauit, inquit, te, dedisti istud iactationi tuae. puta-

Tt 4 sti ad

Si ad gloriam tuam pertinete . ita tu non acceperis beneficium , si tibi soluere Miltiadem contigisset? [Silo Pompeius à parte Calliae duo beneficia dixit se dedisse, quod redemissit , & quod egēti filiam collocasset. hoc quod secundum posuit , nemo alius pro beneficio imputauit , in quo adeo non est dubium an beneficium non dederit, vt dubium sit, an accepterit. [Niger Frutidius illas praeterea quaestiones fecit, An si sua causa fecit hoc Callias, vt redimeret Cimonem, an sit beneficium. Beneficium enim est, inquit, quod totum eius causa praestatur, in quem confertur. Vbi aliquis ex eo aut sperat quid, aut praeparari, non est beneficium, sed consilium, & diu executus est, & argumentis & exemplis. Deinde , an sua causa fecerit Callias. Voluisti, inquit, opinionem cordium illastris factō effugere. patisti ex hoc aeternam memoriam. Non magis poterat ignotum esse, à quo Cimon solitus esset, quām pro quo alligatus. Voluisti habere generum nobilem, piūn. Hispo Romanus duram quaestione fecit: An retulerit gratiam hoc ipso quod occidit. Liberaui, inquit, te dedecore summo. inuiti tibi beneficium dedi. non est quod mireris . Nam & me tu non rogantem redemisti. Hoc loco commemorauit illos partes, qui filias vitiatas occiderunt , qui incluserunt.

COLOR. Color & Gallioni & Latroni & Montano placuit , vt nihil in Calliam diceretur contumeliosus, & redemptorem, & sacerdotem, & infelicem. [Caesius multa in avarum & in foeneratorum, & mensularium & lenonem dixit, dum vult illud probare, reddidisse se beneficium, quod talem sacerdotum habere sustinuerit. [Latro dixit: Filiam tuam dimittam, quid adultero faciam ? pro una rogas , duos eripia. Hanc Hybreas alter dixit sententiam. †

Haec tota diuersa sententia est à priore, etiam si ex eadem est perita materia. Illa non est similis, sed eadem, quam dixit prior Addeus rhetor, ex Asianis non proieclis nominis: deinde Arellius Fuscus †

Hanc sic tractauit Arellius Fuscus : Non dices me Callia ingratum: unde redemeris, cogita. Memini deinde Fulcum cum haec à discipulis sententia ei obicietur, non iniftari, transtulisse se eam in Latinum, & aiebat non commendationis se id, aut furti, sed exercitationis causa facere. Do, inquit, operam, vt cum optimis sententijs certem: nec illas corrumpere conor, sed vincere. Tum deinde retulit quandam Thucydidis sententiam. † deinde Sallustianam, Res secundae mire sunt vitijs obtentui. cum sit praecipua in Thucydide virtus breuitatis: hac eum Sallustius vicit, & in suis illum castris caecidit. Nam in sententia Graeca tam breui habes, quae saluo sensu detrahas, deme vel † vel † deme † constabit sensus, etiam si non aequi compitus, aequi tamen integer. At ex Sallustij sententia nihil dem sine detimento sensus potest. Tautem Liuius tam iniquus Sallustio fuit, vt hanc ipsam sententiam & tanquam translatam, & tanquam corruptam dum transfertur, obijceret Sallustio. Nec hoc amore Thucydidis facit, vt illum praeferat: laudat, quem non timeret: & facilis putat posse à se Sallustium vinci, si ante a Thucydide vincatur. [Caesius] colorum hunc pro Callia habuit: obiecit vltro Cimoni, quod pulsus esset vxorem suam adulteram fieri, quod non custodisset, quod expectasset dum superueniret pater, vt spectator calamitatis suae fieret. Iam, inquit, etiam si dimiseris, ingratus es. ego non expectaueram dum rogarer. [Hispo Romanus] hunc colorum fecutus est, & dixit adolescentem tumidum, & nobilitatis suae cogitatione insolentem, inuisa habuisse beneficia sua, moleste ferentem sacerdotum suum dici Calliam. Itē omnem operam dedisse, vt mores puellae in vita non tantum labi pateretur, sed ipse impelleret, vt habe ret iustum dimittendi causam. Nactum eam occasionem non intermisisse, sed expectasse etiam dum superueniret pater: hoc se cogitasse. Exspectat me, vult mecum pares rationes facere. fecisset, si non ostendisset patri adulteram filiam. Gorgonius in hac controuersia foedo genere cacozeliae vñs, dixit: Istud publicum adulterium est, sub Miltiadis trophaeis concubere. Dorion cum descripsisset gloriae sibi fuisse carcerem, nunquam non se illam fortunam ostentasse dixit. †

Flamininus inter coenam reum puniens. Controuersia II.

TH E M A. Flamininus praetor inter coenam a meretrice rogatus, quae aiebat se nūquam decollari hominem vidisse, vnum ex damnatis occidit. Accusatui malestatis.

CONTR A Flamininum. [Mentonis. Iam etiam perituri dormiebat, peragitur totus ordo supplicij ne quid se meretrice negaret vidiſſe. O miserum, si quis meretricem offendit. O miseram matrem familiæ, si cuius formæ meretrice inuidet: nihil petenti praetor negaturus est. [Musae. Hic est Flamininus qui exiturus in prouinciam, vxorem à porta dimisit. [Argentarij. Non obijcio luxuriam, non obijcio histriorum iocos, apud vos refixerunt, in conuiuio nihil aliud quām occidit. Qui in carcere vixerunt, in conuiuio perierunt. [Blandi. Feriarur in foro, omnes videant, meretrice audiat. Reliquiae praetoris vñco trahebantur. Maiestatem laesam dixisse, si exensti tibi lictor à conspectu meretricem non summo-uisset. [Vibij Ryfi. Paratus erat accusator cum commentarijs. aiebat, Quid si meretrice desiderarit? In hoc te cum vxore non mi simus? Vt salua prouincia sit, optemus meretrici bonam mentem. Dedimus tibi legatum, dedimus quaestorem, vt tu cum meretrice coenares: meretrice vxoris loc accubur, immo praetoris. [P. Aspernatis. Vni fortasse osculo donavit homicidium, etiam carnis fices coenaturi manus abluunt. [Porci Latronis. Ne à sobrio quidem lictore percussus est. Non inquirio in totum annum. vna nocte

conten-

contentus sum. Bibe lictor, vt fortius ferias. Ecquid intelligitis, quomodo damnatus sit, qui sic occisus est? quid scio, an in cuius gratiam occisus est, in eiusdem etiam damnatus sit: quantum tibi perdideras, tantum tu meretrici dedit. Si negaret, quos testes haberem? quis enim in illo conuiuio fuit, cui tecum sit credendum? facilius est, vt qui meretrici alia dederit, homicidium neget, quām vt qui hoc quoque dedit quicquam inde minuerit. Nunquam istud mulierum oculis ostendi solet, aut ista iam saepe vidisset. [Iulij Bassi. Inter temulentas reliquias sumptuolissimae coenae, & fastidiosos sub ebrietate cibos, modo excisum caput humanum fertur. Inter purgamenta & iactus coenantium, & sparsam in conuiuio scobem, humanus sanguis euerritur. Gratulor soeti tuae prouincia, quod desiderante tale spectaculum meretricie, plenum carcerem damnatis habuisti. Seruum si verberare voluisses, extra conuiuio abduxisses. [Romani Hispanis. Quis ferret te, si in triclinio tuo iudicium coegisset? Scelus est, in conuiuio damnari hominem: quid occidere ad arbitrium meretricis? de reo pronunciasti: nisi forte facilius in honorem eius decollas, quām iudicas. [Fuluij Sparsi. Contaetiam sanguine humano mensam loquer, strictas in triclinio secures. Quis credit ista aut concupisse meretricem, aut fecisse praetorem? Cadauer, secures, sanguinem loquer. Quis inter haec de conuiuio cogitat? Hominem, inquit, occidi nunquam vidi. alio quām Flaminino praetore, omnia alia vidisti. [Silonis Pompeij. Virum nobilissimum, & tantis honoribus functum turpiter meretrice clementem fecisset, crudellem fecit. Nunquam vidi. adiace si vis, nec alio praetore vide re potes. [Albucij Sili. Si quis autem est Iudices, qui desideret, vt praetoris referam crudelitatem, quot prae ter hunc iugulauerit, quot innoxios damnauerit, quot carcere incluserit: huic ego me satisfactum pollicor. vno conuiuio, cum sua praetura reum euoluam. Instituuntur ab isto in prouincia epulae, & magnifico apparatu extruitur conuiuio, distinguuntur argenteis poculis aurea. quid multa? e carcerre in conuiuio praetoris, cui stupenti misero meretrice arridet. Interim virgæ promuntur, & victimæ crudelitatis ante mensam ac deos trucidatur. Me miserum, imperij Romani terrore lusisti. O qui crudelitate superasti omnes tyranos, soli tibi inter epulas voluptati fuit mortuentum gemitus: hic vltimus apparatus coenae fuit. In eodem triclinio video praetorem, amatorem, scorta, caedes, meretrice praetori, praetor prouinciae imperat. In conuiuio constituitur catenatus: qui cum languenteis praetoris ictius aspergit oculos, existimans ipsum praetoris beneficium dimitti, gratias isti agere, & utrisque manibus mensam tenens: Dij, inquit, immortales tibi patem gratiam referant. Quicunque in eodem triclinio accubabat, alius vbertim demissio capite flebat: alius auertebat ab illa crudelitate oculos: alius ridebat, quo gratior eset meretrici. Hic iste inter varios conuiuarum vultus submouerit: miserum stare ad praebendas cervices immotum. Interim distinguuntur mora poculis. nec sobrij quidem carnificis manu, cuius Romanus occisus est. Non peto, quo minus securi percutiatur. Illud rogo, legi potius quām scorto cada. Memento terrorem imperio quaeri, non oblectamenta mulierculis. Quid ego nunc referam Iudices, ludorum genera, faltrationes, & illud dedecoris certamen, praetor ne se mollius moueret, an meretrice? [Capitonis. Exurgite nunc Bruti, Horatij, Decij & cetera decora imperij. Vestri fasces, vestrae secures, in quantum, pro bone Iupiter, dedecus reciderunt. Iltis obscoenae puellae iocantur. Quid si per deos immortales nullo sollemnidi, populo inspectante, in foro conuiuio habuisses? non minuilles maiestatem imperij nostri? atqui quid interfessit, conuiuio in forum, an forum in conuiuio attrahas? Deinde descripti, qualiter in foro decolletur. Ascendit praetor tribunal, inspectante prouincia noxae post terga ligantur manus, statim intento ac tristi omnium vultu, fit à praecone silentium: adhibentur deinde legitima verba: canitur ex altera parte classicum. Nunquid vobis video describere conuiuiales iocos? Heu quām dissimilis exitus initij adest. Accusat te: quis? Iudicarunt te: qui? Te praetor damnatum pronuntiauit, occidit meretrice. [Buteonis. Vt iste cum amica coenaret iucundius, homo occisus est. Nunquid Iudices inquam pro rostris vidistis praetorem cum meretrice coenantem? [Votieni Montani. Qui sic conuiuitur, quomodo irascitur? Damnaturi iurant nihil se gratiae, nihil precibus dare. Postulo, vt in hac legem iures. Maiestas Populi Romani per omnes nationes, per omnes diffusa prouincias, in finu meretricio iacer. Ea imperat praetori nostro, que proscripti: cuius osculo nemo se abstinet, nisi qui pepercit suo. Coniuias tuos ipsa narras: fuere credo tribuni, fuere praefecti, fuere equites Romani: cum ijs ergo praetor. [Cafij Seueri. Ne de seruo quidem aut captiuo omni loco aut omni genere, aut per quos libebit, aut cum quibus libebit, supplicium sumi fas est, adhibeturque ad ea magistratus ob custodiam, non laetitiam. [Triarij. Quo criminis damnatus est? caedis. non tamen in conuiuio occiderat. Animaduerte diligenter, meretrice, ne iterum homicidium roges.

DIVISIO. Montanus Votienus has putabat quaestiones esse: An quod quis in magistratu peccauit, procos, vindicari possit maestatis laesa. Reus enim quod queri se factio non potest, ad ius configit, & dicit se hac lege non teneri. Num quicquid peccauit in magistratu aliquis, maestatem laedit? Puta aliquem, dum magistratus est, patrem suum occidere, veneno vxorem suam necare. Puto, non hac lege cauſam dicet, sed illis parricidij & veneficij. Vis scire, nō à quo fiat, ad rem pertinere, sed quid fiat? priuatus potest accusari maestatis laelae, si quid fecit quo populi Romani maestatem laederet. Puta amicam habet proconsul, ideo maestatis damnabitur: quod am plus dico, puta matronam corruptum, dum proconsul est: adulterij causam dicer, non maestatis. Singula, inquit, aetima quae objcis. Si tantum amicam habuerit, nunquid accusares? quod animaduertis in aliquem nullo rogante, nunquid accusari possit. Si non omne non recte factum hac lege vindicari potest, an id sub auctoritate publica geritur. Nam cum

cum adulterium committit, tanquam ciuius peccat, item cum veneficium: cum animaduertit, auctoritate publica vtitur. In eo autem quod sub praetextu publicae maiestatis, actione vindicandum est. Dic enim mihi, si cum animaduertere debeat, nec legitimo cultu ac more sollemni vsus interdiu, tribunal conscederit conuiuiali ueste: si cum classicum canere debeat, symphoniam canere iussit, non laedet maiestatem? at qui quod fecit, foedius est. & comparauit. Deinde si potest vindicari maiestatis lege id quod proconsul, maiestatis publicae & iuri & apparatus est, peccauit, an hoc possit. non potest, inquit: nihil enim detractum est populi Romani magnitudini. Is laedit populi Romani maiestatem, qui aliquid publico nomine facit: tanquam si legatus falsa mandata affert, aliter quam populus Romanus dederit. Imperator foedus percussit, videtur populum Romanum percussisse, & continetur initio foedere: nunc nec viribus quicquam populi Romani detractum est, nec opinio ei imputatur, si quid fecit, non populo Romano. At ex ceteros aestimant. Nonne & ante hunc ilij fuerunt, ex quibus aestimari possit? & post hunc erunt. At singulorum vita nemo vrbibus ascribit. Attamen factum ipsum turpe est. Et multa alia: nec ideo illis populi Romani maiestas laeditur. Nemo paene sine virtute est: ille iracundus est, ille libidinosus est: non tamen si quid in aliquo est mali, eo statim maiestas laeditur. deinde ad facti ipsius aestimationem venit, & dicit haec obijci, quod meretricem habuit, quod aliquem occidit, quod noctu, quod in coniuio, quod rogante meretrice. [Silo Pompeius] has adiecit quaestiones: An si quod ei facere licuit, fecit, non posset maiestatis lege accusari. Potest, inquit, haec enim lex, quid oporteat, queritur: aliae quid licet. Licet ire in lupanar. Si praecedentibus factibus praetor deducatur in lupanar, maiestatem laedit, at qui quod licet fecerit. Licet qua quis velit ueste vti. Si praetor ius in ueste seruili vel muliebri dixerit, violauerit maiestatem. Deinde illam fecit quaestione, An ei hoc facere licuerit. Non licuit, inquit, illo loco, aut illo tempore, aut ex illa causa occidere. Quaedam quae licent, tempore & loco mutato non licent.

C O L O R. De colore, inquit, queritur, quo vi debet is, qui pro Flaminino dicit. Quaedam controvrsiae sunt, in quibus factum defendi non potest, excusari potest: ex quibus est & haec. Non possumus efficere vt propter hoc non sit reprehendens: non speramus vt Flamininum iudex probet, sed vt dimittat. sic agere debemus, tanquam pro facto non, emendato non, scelerato tamen. Itaque negabat se pro Flaminino narraturum Montanus, sed his quae obiectiuntur responsurum. Aiebat autem illam sententiam Rufi Vibij, colorem actionis esse bonum. [Senecio dixit,] bonum se habere animum pro reo, in quo libido omnis intra meretricem est, crudelitas intra carcerem. Ipse Montanus illum locum pulcherrime tractauit, quoniam multa populus Romanus in suis imperatoribus tulerit: In Gurgite luxuriam, in Manlio impotentiam, cui non nocuit & filium & victorem occidere: in Sylla crudelitatem, in Lucullo auaritiam. In praetore, inquit, cum illi consisterit abstinentia, ne excutias, quomodo vna nocte coenauerit, Vt rū tamen, inquit, inquit est quod obiectiunt, quod dñatus perierit meretrice postulat, proconsul perire damnato. [Colorem Fuscus Arellius] hunc introduxit, ebrium fuisse, nescisse quid fecerit. [Silo Pompeius] hoc colore vltus est: Non putauit ad rem pertinere, vbi aut quando periret qui perire debet. [Triarius] ineptum introduxit colorem: Sermo erat, inquit, in coniuio, contemni nimiam prætoris lenitatem: alios fuisse prætores, qui quotidie animaduertent: huius anno nullum esse occisum. Dixit aliquis ex coniuio: Tu ergo nunquam iratus? dixit & mulier. Ergo iratus, quod clementia sua contemplui est. Curabo, inquit, sciant non deesse mihi sceleratum, quem videre lucem ultra non oportet. Occisus est: qui dñatus. vbi in prætorio. quo tépore? Est enim vltum tépus, quo nocens perire non debet? [Gallus Vibius] dixit: Meretrix orauit, timebā mehercules, ne exorasset vt aut occideretur, indēnatus, aut damnatus viueret. [Ex altera parte] multa bene dicta sunt, multa corrupte: in descriptione supplicij vltique illi qui voluerunt omnia legitima supplicij verba in sententias trahere, in vita incidentur: tanquam dixit Triarius, summoue, audiu lictor: summoue à prætore meretricem. hoc loco non male adiicit, uerbera: sed uide ne uirga tuae pocula nostra disturbent. Despolia, meretrix agnoscis hoc uerbum? certe prouincia agnoscit. [Silo Pompeius] homo qui iudicio censebatur, & ipse ad hand descripsitionem accessit, minimum tamen mali fecit: ait, Animaduerte meretrix, age lege. quicquam enim lege hic agitur? Hispanus dixit: Age lege, tibi dicitur Flaminine, uine sine meretrice, coena sine carnifice. [Argentarius] in quae solebat schemata, attrectationem violentissimam fregit. Age lege: scis, inquit, quid dicat: interdiu age, in foro age. stupet lictor: idem dicit, quod meretrix tua: hoc nunquam se uidisse. [Montanus] Votius dixit: Percussurus lictor ad prætorem resipexit, prætor ad meretricem. [Vibius Gallus] dixit: Lictori quia bene percussiferat, propinatum est. Illud quod tanquam Latronis circumfertur, non esse Latronis, pro testimonio dico, & Latronem à sententiā in epte tumultuosa uindico. ipse enim audiui. Florum quendam auditorem Latronis dicentem, non apud Latronem: neque enim illi mos erat quemcumque audire declamantem. declamabat ipse tantum: & aiebat se non esse magistrum, sed exemplum. nec ulli alii contigisse suo, quoniam apud Graecos Nicetae, apud Romanos Latroni, ut discipuli non audiri desiderarent: sed contenti essent audire. Initio contumeliae causa à deridentibus, discipuli Latronis auditores uocabantur: deinde in usu uerbum esse coepit: & promiscue ponit pro discipulo auditor. hoc erat non patientiam suam, sed eloquētiā uendere. Ut ad Florum reuertar, ille dixit in Flaminino: Refulsi inter priuata procula publicae securis acies: inter temulentas ebriorum reliquias humanum euerritur caput. Nūquam Latro sic compoſuisset, vt quia publicam securim dicturus erat, diceret, priuata pocula: neque

neque in tam mollem compositionem eius sententia euauisset, neque tam incredibilis vnam figuram compingebat, vt in ipso trichilio inter lectos & iocos & mensas percutsum describeret. Ille cum in hac controvrsia descripsisset atrocitatem supplicij, adiecit: Quid exhorruitis Iudices? meretricios lusus loquor. Et ille dixit minus notam sententiam, sed non nimis bonam: In socium nostrum prætor populi Romani animaduertit, cum priuata voce, tumultuario tribunali, ebrius fortasse, nec calciatus quidem, nisi si vt omnia spectaret meretrix diligenter exegit. [Rufus Vibius] erat, qui antiquo genere diceret. belle cessit illi sententia sordidioris nota: Praetor ad occidendum hominem soleas popofcit. Alteram eiusdem generis, sed non eiusdem succellus sententiam, cum deploraslet condicione violatam maiestatis, consuetudinem maiorum descripsisset, qua semper voluissent ad supplicium aduocari, sententiam dixit: At nunc à prætore lege actum est ad lucernam. Pollio tamen Asinus aiebat hanc se sententiam recipere. Linus de oratoribus, qui verba antiqua & sordida consecrantur, & orationis obscuritatem feueritatem putant, aiebat Miltiadem rhetorem eleganter dixisse † tamen in iis etiam si minus est infaniae, minus spei est. illi qui tument, & abundantia laborant: plus habent furoris, sed plus etiā corporis. Semper autem ad sanitatem proclivius est, quod potest detractione curari. illi succurri non potest, qui simul & insanit & deficit. Sed ne hoc genus protegere videat, in Flaminino tumidissime dixit Murrhedius: Praetorem nostrum in illa ferali coena saginarum meretricis sinu excitabitis occisuri. Et illud terracoloni: Seruebat forum cubiculo, prætor meretrix, carcer conuiuio, dies nocti. Nouissima pars sine sensu dicta est, vt impleretur circuitus: quem enim sensum habet, Seruebat dies nocti? Hanc ideo sententiam retuli, quia & in tricolis, & in omnibus huius generis sententij curamus vt numerus constet, non curamus vt sensus. Omnia autem genera corruptarum quoque sententiarum de industria ponno: quia facilius quid imitandum, & quid uitandum sit, docemur exemplo: & certe illud genus cacozeliae est, quod amaritudine uerborum quasi agrauatur. Jam res petit, ut in hac controvrsia referamus id quod Licinius Nepos dixit: Reus damnum est legi, perit fornici. & illud quod Serianus dixit, haber sui generis insaniam cum diceret, nocte non debere lumi supplicium, post longam descriptionem, cum nunc demum ne victimae quidem occiduntur. Et ad hanc controvrsiam: Graeci apposuerunt manum, dixit in hac Nicetes.

Euctemon dixit, † Glaukipus Cappadox cum coenam luxuriosam descripsisset, indignam maiestate prætoris, adiecit † Hoc idem elegantius dixit Addeus, cum descripsisset coenam nocturnam †

Nicetes dixit: † Artemon eodem loco aliam dixit sententiam: † Glycon dixit

Expositum repetens e duobus. Controvrsia III.

L E X. Per vim metumque gesta, ne sint rata. Alia. Pasta, conuentaque legibus, rata sint. Alia. Expositum qui agnouerit, solitus alimentis recipiat. Thema. Quidā duos expositos sustulit, educauit, quarenti patri naturali, pollicitus est se indicaturum vbi essent, si sibi alterum ex illis dedisset. pactum interpositum est, reddit illi duos, repetit vnum.

PRO patre. [Arelij Fisci patris] A equū est, vt cum alienis diuidamus liberos, quos non diuidimus cū matribus? si alterum non abstuleris, vtrumque habebis, quid faciam? vtrumque genui, vtrumque desideravi, pro vtroque pactus sum. [Abuīj Sili] Vna nati sunt, vna expostī, vna educati, reddit potissimum distrahitur: distractis illos fortuna aliquando à parentibus, nunquam ab ipsis. Miseremini Iudices, gravis inuidia est. [Iunij Gallionis] Duos exposui: qui alterum eligere non poteram. periclitore ne qui cum duobus liberis in iudicium veni, sine vlo reuertar. Nam quem perdam, eligere non possum. causa pati mei fuit, vt haberem filios, consummatio, vt perderem. pro filiis tibi debo, non filios. Pete quantū vis pro disciplinis, imputa quantum vis pro alimentis, licet plus petas, dum ne minus reddas. Maiores nostri viderunt, quoniam effusa esset indulgentia pro suis timientium, quoniam parata quicquid posceretur dare. Itaque pro patre lex, non cum educatore pacta est. Non potui obligari de eis, qui in mea potestate non erant. si vis, ex aequo diuidamus: at habeatur vtriusque ratio: habeant ego tamduo duos, quamdiu tu habuisti. Nolite timere pueri, non diducam vos, aut vtrumque habeo, aut neutrum. in auctione fratres quamvis hostilis hasta non diuidit. Plus quiddam est geminos esse quoniam fratres, perdit vterque gratiam suam, nisi cum altero est. [Fulvij Sparsi] Ignoscere mihi aduersarius debet, meos retinenti, cum ipse alienos concupiscat, repetit quod adhuc habuit, retineo quod modo agnoui. Agnitio diuidet, quos iunxit etiam expositio: [Cornelij Hispani] Dic vter obsequenter sit, vter indulgentior. vterque, inquis. Miraris, si iam meos diuidere non possum: omnia pro filio pacifcor, praeter filium. [Votieni Montani] Egō vero ne patiocimum quidem habeo. Si tam facile filios remitto, libenter exposui. Reddere istud est liberos, an eripere? Vtroque modo perdendi erant: vel pacifcenti, vel neganti. pactus sum flens tremelq. tanquam cum exponerem. [Caesij Pij] Ne diuidarem filios, vna expotui: iste quoque duos sustulit, qui tantum uno contentus est, iterum cogor exponere.

A L T E R A pars. [Iunij Gallionis contra] Expeditae partes vestrae sunt, vtrunque ex hoc iudicio potestis patrem dimittere. [Mentonis] Iste assuevit carere liberis: ego etiam si vnum accipiam, necesse est torquear.

CONTROVERSIARVM.

torquar duobus assueui. Quid vñquam commisi? & habes domi quos de me interroges. nihil vñquam sine illis feci, nisi indicium. vim vocas, quae te patrem facit? sine herede manere me, qui paulo ante habui filios duos tales, vt ex illis vñus quilibet satis sit. [Pompej Silonis. Vide quām modesta agam. ego sustuli, ego educavi, ego reddidi: iste eligat. [Vibij Rufi. Salvi sunt, inquam, liberi tui. post hanc vim meā iste me osculatus est. [Passieni. Cedo mihi tabulas testamenti, plures in testamento habeo quām in pāto: hoc testamentū delere non cogito. si meos filios heredes facere nō possum, tuos faciam: preces meas ad filios transferam, hoc enim nōn licebit, puto, mihi usurpare, dum litigo. [Arellij Fufci patris. Feritis hoc optimi iuuenes? ego vos expostos sustuli, ego educavi, ego aegrotantibus assedi: senem me fecisti, & relinquistis? [Argentarius. In ista vi duos filios perdidisti.

DIVISIO. [Latro sic diuinit: In re vis aut necessitas sit. Nulla, inquit, vis est: arma lex & vincula, & ultimum periculum complectitur: quorum nihil fuit in tua persona. Illic, ait, vis est & necessitas, vbi velim nolim succumbendum est. mihi erat necesse. non enim poteram habere alterum filium, nisi alterum promisisem. Respondeatur. Primum non est vis, vbi aliquid expedienda rei causa patientium est, sed ratio. tanquam, Quia non possum domum habere, nisi hanc emero. nulla alia venalis est. hanc occasionem videt venditor, & premitt. non tamen hanc emptionem rescindes: altoquin in infinitum calumnia excedet. Dicit alius: Necesse mihi erat. tibi necesse? quare? primum etiamnum carere poteras. deinde & alia via poteras inuenire, sperare alium indicem. An aliter inuenire non poteras? ergo hoc tibi plus praestiti. An si est in re vis & necessitas, ita tamē rescindantur quae per vim & necessitatem gesta sunt, si vis & necessitas à paciente adhibita est. Nihil, inquit, mea, an tu cogaris, si non à me cogeris. Meam culam oportet esse, vt mea poena sit. Non, inquit, neque enim lex adhibenti vim irascitur, sed passo succurrit: & iniquum illi videatur, id ratum esse, quod aliquis non quia voluit, paetus est, sed quia coactus est. nihil autem resert, per quem illi necesse fuit. iniquum enim quod rescinditur facit fortuna eius, qui paetus est, non persona facientis. Deinde an ab hoc vis admota sit. Tu, inquit, mihi vim admonisti, qui non alter indicabas, quām si paetus essem. Non est, inquit, admonere vim, aliquid cum certa condicione promittere. si qua vis est, à te tibi adhibita est, quod & sponte & ad exonerandum se venisset, vt tantum patrī redderet, quantum educatorī superfluisse.

COLOR. Pro educatore Gallo hunc colorem secutus est, se misericordia motum. Cum viderem, inquit, morbidum sine herede esse, dixit modo ipse qui auditus est: Possumus duo patres esse. & dixit illam amabilem sententiam: Da itaque nunc poenas misericors. [Montanus Votienus sic coepit: Si quis me vidit, iudices, modo duorū liberorū patrē, nunc solidum & periclitante, certū habeo, dicit crudelēm indicem. Et summisse cum aduersario egit: rogauit, vt altero contentus esset. Et illam sumpsit contradictionem: Nescio, inquit, vtrum. & dixit: Mihī crede, qui illos optime noui: vtrum vis elige. ideo sic patet sum, quia nihil intererat. [Hispo Romanus erat natura, qui asperiorem dicendi uiam sequeretur. Itaque hoc colore egit, ut inueheretur tanquam in malum patrem, & dicaret, crudeliter exponentem, perfide recuperantem. In hoc, inquit, reperit, non quia habere vult, sed quia eripere. irascitur mihi quād duos educavi, quād indicaui. Et cum descripsisset faecitiam exponentis, adiecit: Etiamnum mihi uidetur eiusdem animi, eiusdem duritiae: quia nihil putat se debere ei, qui liberos suos educavit. Durus est pater, crudelis est. nolite credere ex illa feritate tam subitam mutationem. Sinite me in uno filio experiiri. Dixerat in hac controvergia illam quæstionem, qua dicebat se nequaquam uim adhibuisse: Quid ergo? quis adhibuit uim? tu tibi. Non est quod dicas, Quis sibi ipsi uim adhibet? solet fieri, ecce ego ipse mihi nocui. & illud dixit: Placet mihi in irritum reuocari quae gesta sunt, dono quād indicauerim. [Argentarius dixit ex altera parte, miseriorem se nunc esse, quām cum ignoraret suos. & cum tormenta patrij animi descripsisset: Etiam nunc pacisci uolo, quid do, ut liberos meos recipiam? quid do, ne agnoverim? Indignabatur Caestius, detorqueri ab illo toties, & mutari sententias suas: Quid putatis, aiebat, Argentarium esse? Caestius est. Solebat & Graece dicere. †

Fuerat enim Argentarius Caestius auditor, & erat imitator. Aiebat inuicem: Quid putatis esse Caestium, nisi Caestius cinerem? & sic solebat iurare: Per manus praceptoris mei Caestius: cum Caestius uiueret. Omnibus autem insistebat uestigijs Caestius: aequo extempore dicebat, aequo contum eloise, multa interponebat: illud tamen optimā fide praefuit, cum uterque Graecus esset, ut nunquam Graece declamaret: illos semper admiratur, qui non fuerint contenti unius linguae eloquentia. cum Latine declamauerant, toga posita, sumptuoso pallio, quasi persona murata, redibant. & Graece declamabant: ex quibus fuit Sabinus. Codius, in quem uno die & Graece & Latine declamantem multa urbane dicta sunt. Dixit Haterius quibusdam querentibus, puillas mercedes eum accepisse, cum duas res doceret, nunquam magnas mercedes accepisse eos, qui Hermeneumata docerent. [Maccenas dixit: † [Caetius Seuerus venustrissimā rem ex omnibus, qui ab auditione eius cum rediret, interrogatus quomodo dixisset, respondit: Male. vicit. Glycon dixit: † Gallio autem elegantissime dixit à parte patris, cum in ultima parte testamenti figuram tractaret: Quando ego mortuus ero, tunc mihi heres sit: vis interrogem, vter? Triarius dixit à parte eductoris: Ergo ego tollere potui, educare potui, tacere non potui?

A filio in arce pulsatus. Controversia III.

LEX. Qui patrem pulsauerit, manus ei praecidantur. **Thema.** Tyrannus patrem in arcem cum duobus filijs accersit, imperauit adolescentibus, vt patrem caederent. Alter ex his praecipitauit se, alter caecidit. Postea in amicitiam tyraanni acceptus, occiso tyraanno, praemium accepit. Reus fit caeli patris. Petuntur manus eius, defendit pater.

P.R.O filio. [Caestij Pij. Felicior essem, si plures reos defenderem. [Triarij. Haec vulnera, quae in ore videtis meo, postea feci quām dimissus sum. [Iunij Gallonis. Gratias ago filio, quod me non reliquit solum tyraanno, quād manu illius vñus sum, ego iussi. itaque criminis meo assūm. Amicus, inquit, tyraanni fuit, age, hoc tantum filius meus in arce simulauit? Procumbo ad genua vestra Iudices, ille contumax, qui cum vapularem, non rogauit. [Musae. Occisus est tyraanus, à quo putatis, nisi ab eo qui patrem pulsare non poterat? praecidetis tyraanicidae manus. quid hoc est? integer tyraanus iacet. praeciduntur tyraanicidae manus, patri praecidit, ne vindicem filium, propter quem ne à tyraanno quidem impune vapulauit. postquam occupauit arcem, secuti sunt illum homicidae, secuti benefici, secuti quisquis pulsare patrem poterat. necesse fuit patrem caedere, tam hercules quām necesse fuit spolbare templi, virginis rapere. Aiebam: Fili fortius feri. tyraanus spectat. Si talis erat filius meus, qualem describitis, nescio cui magis expedierit tyranum uiuere? O quantum istis debemus manibus, per quas iam nihil necesse est. Occidit tyranum, sic huius iratae manus ferunt. Cum occideret tyranum, sic aiebat: Pater interficit, pater te ferit, sic feriunt qui volunt. Tecum filii inconfideratae pietatis queror. Validius patrem caecidiisti quām in iussi tyraanus iratus, iacenti ipsas cadaveris manus in me ingessisti. [Julij Sparfi. Tales fuerunt, ex quibus posset alter contemnere tyranum, alter occidere. [Julij Bassi. Compressas filii manus in os meum impigi, caedentem consolatus sum. [Porcij Latronis. Caede, inquit, patrem, dum ego negligens sum: occupauit se ex arce filius, hoc non est patri parcere, sed sibi. Dura filii, ad tyranum tibi per patrem eundum est. Tenent ecce cruentum tyraanni caput. nunc illas praecidite. [Blandi. Vt vidi tyraanicidam ex arce descendenter, nihil prius quām manus osculatus sum. [Pompej Silonis. Vtrum ex filiis meis probatis? alter se occidit, alter tyranum. nemo ius habet in istas manus, meae sunt istae. Etiam cum tyraano seruirent, mihi paruerunt. ita mihi superstite filio mori licet, vt ego illum qui mori maluit, parricidam vocauit. [Arellij Fufci patris. Rogo vos per secutitatem publicam, per modo restitutae libertatis laetitiam, per coniages liberosque vestros, nemo tam suppliciter audinet me rogantem, cum vapularem. Quām languidae caedentis erant manus, non putares illas tyraanicidum posse facere: istae mihi salutares porrexerunt cibos, istae potionis: nunq iam tam indolentiores seculi manus, quām cum me caederent. [Votieni Montani. Pereant, inquit, potius, qui sunt, qui tam fortiter loquantur? Vix inuentus est, qui tyranum occideret. Fili fortius, inquam, feri, ne nos colludere tyraanus intelligat, suspensas leuiter admouebat manus, filius simulabat iclusus, pater gemitus. Si qua est fides, iuratus filium extuli, quād me non caeciderat. Necessestā magnum humāne imbecillitatis patrocinium est. Haec excusat Saguntinos, quamvis non caeciderint patres, sed occiderint: haec excusat Romanos, quos ad seruilem delectum Cannenſis ruina compulit, quae quicquid coegerit, defendit. Ille quoque mihi pepercisset, si vnicus fuisset. ille me fratri relinquebat, hic tyraano. Etiamnum, inquit, in facie tua vulnera apparent. Fili, nocet tibi, quād tam cito occidisti tyranum. [Mentonis. Quæreris, quis haec fecit vulnera? ille cuius caecidit me in funere manus. Ita mihi libero & uiuere contingat & mori, ita oculos meos filii manus operiant, vt ego in ter liberos meos fortior steti.

EX altera parte. [Arellij Fufci patris. Tamdiu caecidit patrem, donec placeret tyraano satelles. quid? Tu tyraanicidum facere non potes, nisi in parricidio exercueris manus? Pater, inquit, adeſt. malo, non enim tantum patrem, etiam patronum caecidisti. [Julij Bassi. Quoniam eo scelerum peruenit est, vt parricidae pater adſit, non istius aduocationi adſum. defendit quamvis nocentem. Ego quid agnoscitis indulgentiam illius? Frater qui maluit perire quām patrem caedere, infelix causam suam cum fratre iungebat, exclamat iste: Nihil illi mandaui. ego tibi & pro illo satisfaciam: vt validius, inquit, caederet. Pro Repub, inquit, feci. Vis tu pudorem habere, nec imputare Reip. idem quod tyraano? Pater, inquit, mihi adeſt. At mehercules frater non adſeret. Habuisti, quod tyraano iactares. Frater maluit mori. quisquis caendus erat, isti tradebatur. Tyranum, inquit, occidi. at patrem quantulominus quām occidisti? [Pompej Silonis. Gaudeo in subſellijs istius esse patrem, quomodo enim aliter efficere potuisse, vt vulnera eius videretis? Non multum refert mea, vbi sit, ab hac parte crimen obijcitur, ab illa ostenditur. Grauior testis esse sollet, qui à reo surgit. Talis prorsus pater, quem nemo aliud posset caedere, nisi amicus esse posset tyraanni. Frater perit, ne parricidium aut faceret, aut videret. In illa præcipitia non minus, inquam, fratrem fugit quām tyranum. [Cornelij Hispani. Descendebat cruentus pater, vexato laceratoque corpore vix agnoscedens, putares duos fuisse qui caecidissent. fecit quod debebat. qui patrem caeciderat, amicum occidit. [Caestij Pij. Ego, inquit, caecus sum. poenam remitto. Mirarer, nisi pro tam bono patre fuisset qui mori vellet. Dignus est quem inuitū vindicetis. ita ne apud vos tantum crudeles patres vindicantur? Pater, inquit, inſtit, ergo frater tuus impius fuit, qui patri non

Vu patuit.

paruit. Si quando lente parebant satellites, aiebat tyrannus: Non spectatis quemadmodum patrem caeciderit. Qui patrem caeciderit, manus eius praecidantur, hanc legem moriens laudavit tyrannus. Nouis sime inter filium & patrem tyrannus intercessit. An nō quisquis patrem caeciderit, puniatur. In lege, inquit, nihil excipitur: sed multa quamvis non excipiuntur, intelliguntur. Et scriptum legis angustum est, interpretatio diffusa est; quaedam vero tam manifesta sunt, vi nullam cautionem desiderent. Quid legis interest, excipere, ne fraudi sit ei qui per insaniam patrem pulsavit: cum illi non supplicio, sed remedium opus sit? Quid opus est caueri lege, ne puniatur infans si pulsauerit patrem? quid opus est caueri, ne puniatur, si quis aut patrem sōpitum, aut subita corporis granitate collapsum excitavit: cum illa non iniuria, sed medicina fuerit? Nondum de propria, sed de communī causa loquor. Si officiose quis caecidit patrem, non pulsavit, puniri debet?

D I V I S I O. Hanc quaestionem in partes plureis diuisit. An tutus sit qui tyranno iubente fecit. Coigitate quām multa tyrannus exegerit. Pro publica innocentia est, non licere hoc quoque tyrannis, vt nos faciant nocentes. Tyranno iubente fecit, miserius fuit ipso vapulante. Ille non dicitur sacrificatus, qui deorum immortalium dona manibus suis tulit ad tyramnum, aut qui funestas tyramni imagines inter effigies deorum immortalium consecravit. An tutus sit, qui patre iubente fecit. Non caecidit, sed paruit, & illud dixit in narrationibus: Stabat contumaci frater vultus, intellexit non posse cogi à tyramno. An tutus sit, qui pro patria facit: An hic pro patria fecerit. Item, An illo iam tempore cogitationem tyramnidij habuerit, & hoc animo caeciderit, vt aditum facheret sibi ad amicitiam tyramni. [Montanus] & illam quaestionem ultimam fecit: An etiam si quid peccatum est, tanto metito redemptum sit. [Gallio] illam quaestionem primam fecit: An vltio caei patris, nullius sit nisi patris. Inquit, inquit, me nemo vindicaret, si à quolibet alieno caesus essem, & nolle agere iniuriarum: nemo nomine meo ageret, atqui nihil intet: poena maior est eius qui caecidit, ius idem eius qui caesus est. Contra ait omnibus actionem dari, non enim priuatam esse iniuriam, sed publicam: itaque nec taxatione defungi damnatum, aut iniuriarum poena, sed manus pendere: ad omnes patres pertinere hoc exemplum, ad omnes filios, & ad ipsam Rem: tales esse qui fiant tyramni, certe qui tyramnorū amici. Et ultimas has fecit quaestiones: An si pio animo fecit, non teneatur: An bono animo fecerit. Et in illa quaestione Latronis, An tutus est qui patre volente fecerit: Nunc, inquit, fingis in filii patrocinium, sed tunc noluisti. Et adiecit: Ne dixeris idem voluisse patrem quod tyramnum. Quæreris, vtrī paruerit? Tyramnus illum amauit, tanquam sibi paruisset. Pater inquit, volui, ita tu non tyramno tantum, sed patri dignus parricidio visus es? Cum de scriptissimū in fratrem, impium in patrem, adiecit: Tyramnum quoque tunc cum amare deberes, occidisti.

C O L O R. [Montanus] partem accusatoris declamauit, & hoc colore vsus est: Indulgentissimū fuisse in filios patrem; nimiam pieratem eius fuisse notam tyramno. Itaque illum qui quaereret pudicis dolorem ex impudicitia, contumacibus ex seruitute, pīssimo patri tormentum quæsisse ex filiorum impietate: & induxit illum animose loquentem, qui iussus est prior patrem caedere. Quid si non caecidero, inquit, quid facturus es? torquebis? occides? plus est quod imperas, quām qd minaris. Certamen erat in uno homine, vtrum plus posset natura, a tyramnus. Caede, inquit, non caedo, verbera: non ferio. Haec fratrem audiente. Et illud dixit, cum promitteret amicitiam tyramni: Magis præmium extimuit tyramni, quām imperium. Et cum descripsisset cicatrices patris: Et forma est adhuc faciei, dixit, ab vtroque caelum putes. [Montanus] tamen aiebat, nihil posse melius dici. Ex hac parte tyramnus iubet, ex altera lex vetat. morieris, si caecideris: morere, non caedas. [Caesius] dixit: Tyramnus imperat vt patrem caedas. non est nouum: noluisti facere. Laudaturum me putas? ego vero non laudo. alterius ista gloria est, tu fratre imitatus es. [Argentarius] dixit: Tu patrem caecidiſti, cum & legem nosses, & fratrem. [Montanus] dixit: Parricida es! voluisti: violasti patris corpus, fratris beneficium. Ab altera, hoc colore omnes declamerunt tanquam patre iubente fecisset. Triarius dixit: In filij mei manus incurri. [Bassus Iulius]: Ego me filij mei manibus caecidi. [Haterius] dixit: Ago gratias tyramno, quod alterum filium meum custodiri iussit, ne mori posset. [Caesius] ait in narratione: Tyrannus iubet caedere, exposita tormenta sunt, quid faciat? moriatur, inquis, hoc dicis. ne caedat patrem: occidat. [Fulvius Arellius] dixit: Complecti volo istas manus, optime de me etiam ante tyramnidium meritas. [Gallio] dixit: Viderit quantum tibi se putet debere. Refub. ego plus me quām illam debere tibi indicō. difficilius est, quod me iubente fecisti. [Montanus] Votienus dixit in narratione: Si perseueras fili, fratrem sequar. Videris vtrum patrem caedere malis, an occidere. Hanc controuersiam & ab Iulio Sabino bene declamari memini, cum describeret tyramnum occisum, & eum ingenti gloria ex arce deductum. O te parricidam: nisi post tyramnidium quoque intelligis, quanto melius frater tuus perierit, quām tu occideris. Illud non probauit, quod multa in re severa tentauit false dicere. Era autem urbaniſsimus homo, vt vobis saepe narrauit, vt quicquid illi in eloquentia debeat, vrbinate penaret. Meminimus cum illum Syriacus Valliūs, homo difterus, accusaret, & videret Latinum Calumniam testem circa coronam * iudicij obuerfari, & toties occurtere eunti Syriaco, & quaerere, quid haberet spei: deinde post iudicium, cum Syriacus gratias illi ageat, quod tantam curam sui egisset: At mehercules, inquit, timebam, ne vno rhetore plus haberemus. & testis productus cum interrogatus esset, an accepisset à patre festitia: dixit quod accepisset; an haberet, negauit. Deinde interrogatus, an Calumniam haberet? Ipse, inquit,

inquit, negligentiam meam nosti: an habeam, nescio: accepisse me scio, & in Domitium nobilissimum virum in consulatu, cum thermas prospicientes viam factam aedificasset, coepisset deinde thetores circumire, & declamare: Ego, inquit, sciebam hoc te facturum, & matri tuae querenti de tua desidia dixeram.

Duas eius urbanas res praeterire non possum. Secutus erat in prouinciam Cretam Occium Flamam proconsulē. Graeci cooperunt in theatro postulare, vt Sabinus maximum magistratum gereret. Mos autem est, barbam capillumque magistratum Cretenium summittere. Surrexit Sabinus, & silentium fecit, deinde ait: Hunc magistratum ego Romae bis gessi, bis causam dixerat. Graeci non bene intellexerunt, sed bene precati, à Caefare perebant, vt honorem Sabinus & tertio gereret. Postea deinde offendit illos tota comitum cohors: oppressi sunt in templo ab omni multitudo, quae postulabat, vt Romanum Sabiniū cum Turdo proficeretur. Erat inter infames maxime & inuidos homines Turdus. Cum Turdus promitteret iturum se, vt inde posset exire, Sabinus silentio facto, ait: Ego ad Caesarem non sum iturus cum matrea. Postea hoc Sabino cum causam diceret, obiectū est. Multa illum diserte dixisse memini. Cum introductus esset ex carcere in senatum, postulaturus vt diarium acciperet, tunc dixit de fame questus: Nihil onerosum à vobis peto, led vt me aut mori velitis, aut vivere. atque illud dixit: Nolite, inquit, superbe audire hominem calamitosum.

Sæpe qui misericordi potuit, misericordiam rogat.

Et cum dixisset Scianianos locupletes in carcere esse: Homo, inquit, adhuc indemnatus, vt possim vivere, parricidas panem rogo. Cum mouisset homines & flebili oratione & diserta, redit tamen ad sales: roganit vt in Lautumias transferretur: Ne, inquit, quenquam vestrum decipiat nomen ipsum Lautumiae, minime lauta res est. Hoc retuli, vt & ipsum hominem ex aliqua parte nossetis: & illud sciaretis, quām difficile sit, naturam suam effugere. Quomodo posset ab illo obtineri, ne in declamationibus iocaretur qui iocabatur in miserijs ac periculis suis: in quibus iocari eum non debuile, quis nescit? potuisse, quis credit? [Murrhedius] non degenerauit in hac controuersia, nam colorem stultissimum induxit. Voluit, inquit, & hic fratris sequi exemplum, dum retineo, dum luctor, vīsus est patrem caecidiſte. Vnum ex his quos audiui declamantes, scio Mentonem vīsum non patrono patre, sed aduocato. ipsum tyramnidam induxit dicentem, & colore vīsus est: Non iussum se à patre, quia aiebat incredibile omnibus videri, patrem coram tyramno caedi se iusſisse: sed initum esse tyramnidæ consilium, vt per hoc ad amicitiam perueniret, per amicitiam ad tyramnidium. Haec eius sententia laudata est, cum describeret se patri manus afferentem: Nihil in toto tyramnidio difficultius feci. Illud dixit: Iam tum factum esset tyramnidium, si me frater non reliquistet. Et illud dixit: Vos ego tunc respexi tempora, leges, Resp. nam si me tantum spectasse, facile tyramnum effugissem, illa, qua frater effugerat.

Priuignus ab aeo raptus nouercæ. Controuersia V.

L E X. De vi sit actio. Thēma. Quidam duos filios sub nouerca amisit: dubia cruditatis & veneni signa infœcta sunt. Tertium filium maternus avus rapuit, qui ad viſendos nepotes aegros non fuerat admissus. querenti patri per praeconem, dixit apud se esse accusatum de vi.

C O N T R A A uum. [Iunij Gallionis]. Violentus & impotens senex hominem liberum sinu meo rapi. quod seruare tibi difficile est, aeo dona. Quoties miserum me puer audies? nouerca, quis est? fugitive reductus es. Habui filiam, quamvis iste vnu filius superfit, foecundam. Quām indulgenter puerperia diuisit, natus est filius: dixit, Filius hic meus est, natus est alter: dixit, Hic matris est, natus est tertius: dixit, Hic aui est. Cum quaereret filium, erant qui suaderent & dicerent: Tace, meruit excludi. [Caesius] Pij. Quā causam rapiendi habebat impotens senex? nūquid fratres eius occiderā? Ignoscite mihi, si rati filiae meae mādata narro, hāc solā ex meis morientē vidi, habui filiā: de omnibus meis, Habui, dicendū.

A L T E R A pars. Habitū vagabatur lugubri, sordidaque prætexta: omnes illius miserebantur, quod dam etiam dicenteis audiui: Quid iste puer matrem non habet? patrem non habet? auum non habet? [Arellij Fuci] patris: Tres filios filiae meae debes, vnu mihi: sine apud me nutritur. Quid times? ne non admittare cum veneris? exposuisse haec tenus iuuet. Iam nunc fortuna, aut nouerca narranda est. vt vidit me, haesit complexibus meis, puerū osculabar miser, interrogabam de fratribus: dum interrogo, dum leo, peruenieram domum. Rogo ne hoc caufam meam peiorum fecerit, quod ille quem rapui, vincus erat. [Votieni Montani]. Mitis praeconem, adiice illi omnia insignia, hic puer matrem perdidit, fratres amisit, nouercam habet. Affirmo tibi, non indicabit quisquis fuerit, erras, & vehementer erras. filios quos perdidisti, non quaeris: quem quaeris, non perdidisti. Vtra tandem iustior querela est? pater ab aeo vnu repetit: avus duos a parte. [Vibij Rufi]. Raptor ille & impotens, dum moriuntur nepotes mei, ad ianuam steti: plus habeo, quod aeo, quām quod reo timendum sit. [Fulvij Spari]. Vnu perit, alter perit: toties fortunam accusas, nunquam nouercam. Facinus indignus: puer ad supplicium in domo aui a patre quaeritur. Ad aegrotantē nepotē veni, nō sum admīsus: haec vis vera fuit. [Argentarij]. Pater quos consciens habuit, nescio: domi non fui: amissa filia volui aliquid adoptare ex nepotibus: sed aiebam, Quid necesse est? quoties videre volam, in domum veniam: quoties volam, in domum abducam: agamus tanquam affines. Tres habes filios. diuidamus: & vide quām non improbam diuisionem desiderem, ex tribus vnu posco. Vtinam omnes, quos perdidit, quaereret. [Blandi]. Cum tradere vellem puerum, nescio quis

quis exclamauit. Puer, nunc peristi, nihil vobis subtraham, quid nisi praeconi quoque omnia indicaui. [Mentonis. Rapui nepotem, habeo redderem, si pater quaereret.

D I V I S I O. Montanus Votienus in has quaestiones diuinit. An in re vis sit. Nulla, inquit, vis est, quae arma, quae pugnam, quae vulnera non habet. Volo mihi describi comitatum illius tumultus: Quae turba est? vnuus puer, & vnuus senex. Rapuisti, inquit, filium meum, inmo nepotem suum sustulit, imino venientem non potuit excludere. An si pro illo fuit, fieri vim, quae facta dicitur, non teneatur qui fecit. Vis iniuriosa damnatur: solet enim esse & salutaris. Cum latrones aliquid obsiderent, si perfodissem villam armata manu, coniugem, liberos eius rapuisse, accusari possem? Quod vivit puer, beneficium meum est. Et in edici alligant, & corporibus nostris, vt medeantur, vim affuerint. An pro illo fuerit rapi. Hoc loco accusatio nouercae, & infestatio patris tam patienter suos perdentis. [Gallio & illam quaestione fecit, & prius sumendam quaestione putauit ex persona, quam ex re: An cum auo nepotis nomine agi possit. Non magis, inquit, quam cum patre filij nomine, non magis quam cum matre. Habet sua iura natura: & hoc inter auum patremque interest, quod auo suos seruare licet, patri etiam occidere. Non potes, inquit, sic mecum agere tanquam cum alieno, vt dicas: Quid tibi cum illo, qui est intestati filius? tuus heres futurus sit, quem dementem alligaturus est? quaedam iura non lege, sed natura nobis attributa. Si nepotem suum auius peccantem aliquid, & inter lasciuos iocos petulantius lasciuient ferire, num iniuriarum quisquam cum illo agere? Et ultimam illam Gallio fecit, cum tractasset illa: Licet mili vi profim facere, deinde huic profuit. An auo ignoscendum sit cum pro nepote, affectu latus, fecerit. Hoc loco tractauit, quam indignum esset damnari illum ab hoc. [Latro duas ultimas quaestiones alter posuit, & plus complexus est. Etiam si vim fecit, an tamen damnari non possit, si bono animo fecerit, ait enim, & de animo fieri controversiam auo, & dicere patrem: Non ut nepotem seruaret, fecit, sed ut infamaret vxorem meam, tanquam veneficam, me tanquam veneficam emancipatū, cui male liberi lui committerentur.

C O L O R. Colore ergo hoc Latro eodem usus est pro patre, vt diceret, ne via quidem vxore bene sibi cum socero conuenisse, suas vero professas inimicitias illum gessisse secum, languente vero puer, illum venisse, cum conuicio, cum vociferatione nefaria, & dicentem & auspicantem: autores habere amicos se, ne admittiter hominem, non ad officium nepotum, sed ad inuidiam & contumeliam generi venientem, qui ad sanos nepotes nunquam dignatus esset accedere: medicis vero suauissime ne uenirent, ut puerum confunderet, & impleret suspicionibus. [Silonis Pompeij color fuit, ut Latroni uidebatur, qui controversiae repugnaret, dixit enim, uenisse auum ad imbecillum puerum, ad aegros non semper proximos admittit: utique ad eos qui grauiter aegrotant, saepe & patrem non admissum. Sic auo quoque intempestue uenienti dictum, Nunc non potes: statim cum cōuicio abiisse, in altero idem fecisse. Latro aiebat hunc colorem optimum esse, si recitasset, se recipi non posse: quia ponatur. Non est admissus: sub hoc themate intelligere nos, non hoc illi dictum. Nunc non potes: sed ex toto, Non potes. [Gallio utrum que miscuit, & hoc colore qui videri non potest alioquin thema euertere, parcus vnius est. Dicatum est, inquit, illi: Quiescit puer, paulum commorare, medici vetererunt queuquam admitti, scitis solere dicere illos. Nec si pater uenerit, Protinus iste clamare coepit, Testor me non admitti: & tantum non tabellis signatis denuntiare. Auum distuleram, accusatorem exclusi. Iterum, inquit, uenit cum conuicio. Iam vnu occidisti, alterum occidisti. Nihil est miserius, quam ubi aliqui ex miseria sua intuicia quaeritur. Non est admissus, cum diceret, se nepotem suum, non uidere velle, sed inspicere. Sic egit: Veni non ut istum accusarem, sed ut me defendarem. [Gallio hoc colore usus est: Non admissi auum, quia dictum erat mihi, hoc illum animo uenire, ut raperet. [Ex altera parte colore hunc Cæstius introduxit: Timuisse se de puer. Frustra, inquit, duos occiderat nouerca, & ait: Velle ad nos nocentior uenirem reus, uellem tres raperem. [Argentarius hoc colore usus est: rogatum à puer auum. Negabat, inquit, posse se uiuere, si in illa relinquetur domo. Hispanus hoc colore usus est, affectu esse ablatum. Sustuli, inquit nepotem meum. Non potui, inquit, satiari oculis, non potui ab illo tam cito distrahi: nolite mirari, post longum tempus illum uideram. [Albucius hoc colore usus est, ut diceret: Noluisse illum in tam infasta domo educari, ex qua duo iam fratres elati essent: ei qui postea decepsit, inter causas morienti casum fratris fuisset. Et sernauit hunc colorē, ne quid in nouercā, ne quid in patre diceret: aiebat, iussissimū futurū auum, si tantum se defendere uoluisset. Quid ergo? quare rapuisti amabam, huic maxime ab initio animum meum addixeram. In domo uestra nihil praeter ipsam domum timui. Si apud me duo decepsissent, ex domo mea illum transtulissent. [Marcellum Marcium aiebat sic narrasse. Puer me secutus est, non criminor uobis illum, quicquid est, potius quam illius periculo fiat, ego rapui. Vbi est? inquit. Viuit, saluus est ueni, cum uoles alpicere. Redde, inquit, patri suo, ego asper. Age, monstrabo si uis, quis ante me tibi filios abstulerit. [Varius Geminus eundem sensum dixit: Quae est? Iska tam sera pietas? quaere re tuos tertio incipis. [Montanus Votienus, homo rarissimi, etiam si non emendatissimi, ingenij, uitium suum quod in orationibus non evitabat, in scholasticis quoque evitare non potuit: fed in orationibus, quia laxior est materia, minus earundem rerum annotatur iteratio. In scholasticis si eadem sunt quae dicuntur: quia panca sunt, notantur. Memini illum pro Galla Numisia apud centumuiros tirocium ponere. Ex uncia heres erat pattis sui Galla. obiiciebatur illi ueneficium. dixit rem difterissimam, & omnibus faeculis duraturam, qua nescio an quicquam melius in eo genere causarum dictum.

Vnciam

Vnciam nec filiae deberi, nec veneficæ. Non sicut contentus, adiecit: In paternis tabulis filiae locus, aut suus debetur, aut nullus. etiamnum adiecit: Relinquis nocenti nimium, innocentem parum. Ne sic quidem fatiare se potuit, adiecit. Non potest filia tam anguste paternis tabulis adhaerere, quas aut totas possidere debet, aut totas perdere: & plura multa, quae memoria non repeto. Ex eis quaedam in orationem contulit, & alia plura quam dixerat, adiecit. nihil non ex eis bellum est, si solum sit: nihil non rursus ex eis alteri obstat. Idem in hac declamatione fecisse eum memini. Erras pater, inquit, & vehementer erras, quos perdidisti, non quaeris: quem quaeris, non perdisti. Deinde: Puer iste inuenitus perit. Deinde: Quisquis puer fauerit, ne inueniatur optet. Deinde: Puer nisi auum sequitur, fratres secuturus est. Desine quaerere: quem si inuenieris, sic perdes, vt inuenire non possis. et deinde: Rapuit istum auum, ne raperet nouerca. Et deinde: Vnum tantum pater ex liberis suis quaerit, qui saluus est. [Glycon hunc sensum felix dixit, sed genere corrupto.†

Habet hoc Montanus vitium, sententias suas repetendo corrumpit. dum non est contentus, viam rem semel bene dicere, efficit, ne bene dixerit. & propter hoc & alia, quibus orator potest poetæ similis videri, solebat Scaurus Montanum inter oratores Ouidium vocare. Nam & Ouidius nescit, quod bene cessit, relinquere. Non multa referam, quae Montaniana Scaurus vocabat. Vno hoc contentus ero. Cum Polynexa esset abducta, vt ad tumulum Achillis immolaretur, Hecuba dixit:

---cini ipse sepulti

In genus hoc pugnat. ---

poterat hoc contentus esse. adiecit:

---tumulo quoque sensimus hostem.

Nec hoc contentus, adiecit:

Aeacidae foecunda fui.

siebat autem Scaurus. Non minus magnam virtutem esse, scire desinere, quam scire dicere.

Filia conscia in veneno priuigni. Controversia VI.

L E X. Venefica torquatur, donec conscius indicet. Thema. Quidam mortua vxore, ex qua filium habebat, duxit vxorem: & ex ea filiam sustulit, decessit adolescens, accusauit maritus nouercam veneficem, damnata cum torqueretur, dixit sibi conscientiam filia esse, petitur ad supplicium puella. pater defendit.

Pro filia. [Caestius Pij. Non est quod pateris has lacrimas aut filiae esse, aut me patrem. Non prodefset tibi puella ne hoc quidem, quod te frater amauit, nisi mater odisset. hoc me odisti nouerca, quod sciasti conscientiam me, eligere poenae. Dixit, Ante actam eius vitam excutiamus. [Fulvij Spars. Nefaria mulier, filiae quoque nouerca, ne mori quidem potuit, nisi & occideret. Inter gladiatores victoris quoque condicio pessima est, cum moriente pugnantis. Nullum magis aduersarium timeas, quam qui vivere non potest, occidere potest. [Vibij Galli. Concitaissima in mortem rabies est. desperatione ultimæ in furore animus impellitur. Quaedam ferae tela omnia commordent, & ad mortis auctorem per vulnera sua ruunt. Abfcissa missione gladiator, quem armatus fugerat, nudus inseguitur. Praecipitati non quod impulit tantum trahunt, sed quod occurrit: & naturali quodam deploratae mentis affectu morientibus gratissimum est commori. [Votieni Montani. Dum filium vindico, vbi grauissime mihi nocere possit, ostendit. Veneficum simile est mendacio. Sic credibile esse in forore parricidium creditis? non timeo ne quis hoc in forore credat, quod ego vix probauit in nouerca. Natam mihi filiam quasi futuræ pacis obfides sustuli: aiebam, Dum matris meminit, obliuiscetur nouercam, at illa dum nouercam meminit, matris oblita est. Filia, inquit, mihi conscientia est, post hanc vocem remissa putas tormenta. Similis facta torquenti est, foror fratri venenum dedit: quamdui luctati sumus, vt crederetur nouerca priuigno defuisse. Nouerca quod volueras, consecuta es, damnasse iam paenit. [Argentarij. Facio rem ludices, non nouam: liberos meos a nouerca vindico. Peto, ne, quia filium vindicauit, filiam perdam, nisi succurratis, nouerca vicit, ego victus sum. Duxi, nescio peiorum vxorem an nouercam, hoc mihi carior est, quod tam iniusta matru fuit. [Cornelij Hispani. Si conscientia esset, neminem expectarem: scitis quemadmodum veneficam oderim. instabam tormentis: aiebam, Morere peius quam odisti. Non satis mihi ardere ignes videbantur, non satis infidere verbera. dixi: Si quid adiicere tormentis tuis possum, puto iubebi filiam affiri. Vocet huc aliquis matrem, quid expauisti puella? quid ad finis meos refugisti? quid extimisti tanquam nouercam? [Marylli. Ne inter supplicia quidem desit occidere. & hanc quisquam putet non potuisse venenum sine conscientia dare: puella, quae occidisse fratrem dicitur, quid ante peccauit? Nouerca quoque non ante occidit priuignum? Et filia, & bonae spei est, quaeritis argumentum? matri suac non placet. [Arellij Fusi. Etiam cineribus tuis infesta est nouerca, quod vnum potest, perseguitur fororem tuam. Quid adhuc potest nosse, nisi fratrem? Prost illi apud vos, quod illam pater laudat, prost quod talis mater accusat. [Mentonis. Non misereris huius: miseror est quam frater. ille habuit fine dubio nouercam torqueri. Cölecuta es mulier quod voluisti. solus omnium magis sensi nouercam cum perdi. [Porcij Latronis. Habui filiu tam bonu, vt illu amare posset etiā nouerca: nisi in earn incidisset quae posset etiā filia odisse. Huc mea sclera reciderunt, vt parricidiu puellæ sit. aetas, si magnitudinem rei non intelligit, nō est idonea parricidio. Sed veneficæ, inquit, filia est. Si parentes inspiciuntur, cur non potius patri uideatur similis, cui placet, quam matri cui displaceat? Deniq; non recuso, quo minus in illa uel matris exigatur imitatio, illa cū huius aetatis erat, nec nouerca erat, nec venefica. [Albucij Sili. Duxi vxorem,

Vu 3 rem,

rem, nullis adhuc inquinatam fabulis. nec miror, innocentem tunc fuisse; adhuc puella erat. [Blandi.] Vt scelerata sit, nempe matri sua simili est: ante beneficium oportet faciat, quam parricidium. Filia, inquit, conscientia est. Dij te perdant: etiam cum torqueris, occidisti. Seruus tortus Catonem conscientiam furti dixit. Quid agitis? utrum plus creditis tormentis, an Catoni? [Butonis.] Si conscientia a te puella quaeretur, nominato patrem. Quod nouerca tam sero, puella tam cito? Filia, inquit, conscientia est. Male pereas: at ego te putabam vnius nouercam. [Triarij.] Filia, inquit, tua conscientia est. Videbatur sibi post hanc vocem visif. Amisum fratrem fluit in funere, totius populi habitum lacrimis suis expressit: itaque illam nouercam peius perire voluit quam priuignum. Filia, inquit, conscientia est. Hoc ultimum fuit nouercae beneficium. [Q. Haterij.] Succurrite quaequo, ne cum torta sit quae filium meum occiderat, filia etiam, dum torqueretur, occiderit. Liberos semper effero, vnius mulieris aut mendacio, aut veneno. No flet quantum rea satis est. quemadmodum illi extorquebo lacrimas? afferte mihi imaginem fratris. video subito desiderio fletus concitatos. nunquid talen vultum, cum mater torqueretur, habuit?

P A R S altera. [Triarij.] Si odissimus te, pateremur cum eiusmodi filia viuere. Quarundam ferarum catuli cum rabiis nascuntur: venena statim a radibus pestifera sunt. Quantum illi ad scelera aetas adiecit, quod illam nouercam peperit? Quid illa, quae fratrem in moram patri sequenti sparsit? Habemus exemplum, quod & sorori conueniat, & virginis.

D I V I S I O. [Caesius] in duas partes conjecturam diuinit. Et primum quaequivit, An conscientia illis opus fuerit: deinde, Si opus fuit, an hanc haberit. Non seruauit autem modum. Nam & illum locum diu tractauit, non posse sororem in mortem fratris impelli. Et iterum tam puellam voluit videri, vt nulli esset idonea ministerio. Itaque elegantissime deridebat Montanus Votienus in hac controuersia ineptias rhetorum, quod sic declamarent, tanquam haec quae nominata est, infans esset: nec intelligenti si tales essent, ne futuram quidem ream. Itaque hoc debemus, inquit, proponere nobis puellam eius aetatis, in qua torta, credibile scelus illud quidem, sed intolerabile esse aiebat. Induxerat Caesius matrem dicentem filiae: Da fratri venenum. Triarius multo rem magis ineptam, quia non inuenit illam, sed concupiuit: nam excessus sententiam traxit. Induxerat nouercam dicentem: Da fratri venenum. Fecit illam respondentem: Mater & mihi da, quid enim est tam absurdum, quam matrem sic locutam cum puella? Da fratri venenum. Non cerebant nec illam Triarij sententiam, qua aliter Haterius vobis est, cum ad epilogum peruenisset, hoc loco debebat reus ftere. non flet puella. inueniat quemadmodum flet aliquis, hoc est imaginem fratris. Illa enim si tam puella est, vt dicat, Mater, quid est venenum? non potest tantae pietatis esse, vt eam imago fratris in lacrimas conciteret. Tantus autem error est in omnibus studijs, maxime in eloquentia, cuius regula incerta est, vt virtus quidam sua & intelligent, & ament. [Caesius] pueriliter se dixisse intelligebat. Mater, quid est venenum? Deridebat enim Murrhedium, qui hanc sententiam imitatus est in epilogi, cum alloqui coepisset puellam, & diceret: Componete in pericitantum habitum, profunde lacrimas, manus ad genua demitte, rea es. fecerat respondentem puellam. Pater, quid est rea? Et aiebat Caesius: Quod si ad deridendum me dixit, homo venustus fuit. Et ego nunc scio, me ineptam sententiam dicere. Multa autem dico, non quia mihi placent, sed quia audientibus placitura sunt. Et illud Rysibij tolerabilius aiebat esse, sed & ipsum aliqua obiurgatione dignum. dixerat in epilogi: Nutrix ream tolle. Illud in Haterio, qui & promisit oratorem, & praeslit, negabat se posse ferre quod dixerat: Haec rea non mittenda in exilium, sed ferenda est. Cum sciret, inquit, in exilium exportandos locari sole, quid enim intelligi vult hac sententia, nisi ex toto puellam ambulare non posse usque in exilium? Verum est, sed nec mater eius poruisset. [Silo] à parte patris comparationem fecit inter f. matris & filiae. totam hac figura declamauit: Non sum, inquit, vobis dicturus, qualis debeat esse benefica: operam perdam, si coepero describere, debere esse aerate proiectam, vobis exercitatum, inuicem viro, quae possit etiam filiam occidere. Superuacuum est vti pluribus verbis. in hac ipsa causa habemus beneficiae exemplar: comparemus inter se duas reas. nec est quodquaeratis aliquem, qui cognitionem vestram per omnes comparationis partem ducat. Ego vobis dicam, quomodo illam accusauerim. Ego illi obieci ante actam vitam: vos illi potestis obiecere. Et sic omnia circumjicit, & comparando defendit. Illam quae stiunculam, quae in prima parte tractata erat a quibusdam. Non illi utique fuisse opus & conscientia, sic transcurrit: Aiebat, inquit, tota actione rea haec, Quam conscientiam haberam. ego negabam illi opus fuisse. aiebam, In eadem domo eras, venenum notum erat, nouercae occasio facilis conuenient, non eras suspecta, nemo te timebat propter sororem. Ex altera parte hoc vobis est colore: Nouercam video venenum dedisse, vt filia sua sola heres esset: eadem illi & conscientiam fuisse beneficium, & causam. Omnes declamatores aiebat voluisse aliquid noui dicere, eo loco quo nominabat nouercam filiam conscientiam. dixit, inquit, Hybreas. †

Hanc sententiam Fulvius Arellius cum esset ex Asia, non casu dixit, sed transtulit ad verbum quidem: Quid ergo, inquit, mentita est de filia sua immo de mea. Modestius hanc sententiam vertit Haterius: Quid ergo? mentita est, quae nihil lamentabatur de accusatoris sui filia? Caesius dixit: Nominabat priuigni sui sororem. Albucus dixit: Quid habuit quod dubitaret, an parceret filiae eiusa quo occidebatur, sorori eius quem occiderat? Triarius dixit: Quid ergo mater mētita est? tolle matris nomē, post dānationē nouercam est. Blandus dixit: Nominabo istā quae patrī assuit, istā quae mortuo fratre ac matre nō fleuit. Silo Pōpeius dixit: Filia, inquit,

quit mihi conscientia est. post hoc eundem vultū eius notani, quem videram mortiente priuigno. Montanus Votienus Marcellum Marcium amicum suum cuius frequenter mentionem in scriptis suis facit, tanquam hominis diserti, aiebat hanc dixisse sententiam: Inuenit quomodo damnata accusaret, mortiens occidet, torta torqueret. non est hoc indicium, sed alterum nouercae beneficium. Latro dixerat, cum defcripsisset tormenta: Instabam super caput non accusator, sed tortor: ipse ignes subiiciebam, ipse ad intendendum eculeum manus admouebam. Ego non bibam sanguinem istius, non eruam oculos: filium mihi eripuit: nisi citius illam oppressem, & filiam abstulisset. Triarius dixit: Cūm accusarem, obieci beneficium. In ultima parte inter preces meas excitauit puellam ad ultionem fratris sui. Haec res maxime judices mouit, haec in maxime nouercam offendit. Albucus dixit: Postquam nominauit filiam, ad me respxit: videlicet vt sciret, an satis torquisset. Nicetes egregie dixit in hoc eodem loco. †

Montanus cum diceret illum locum, quamvis sceleratos parentes, velle tamen innocentes liberos suos esse, dixit: Potest ista filia beneficium fingere, si potest facere: difficilius est filios inquinare, quam perdere. & illud: Fauete saeculo Iudices, cum ingentia sclera ferat, ne etiam immatura tulerit: fauete. nullum scelus commissum sit, nisi quod solet: fauete, vt potius non defterit nouercam parricidium facere, quam sutor cooperit, damnare illam potius, effugere non potui. Serō fecisti nouercam. Si hoc antē dixisses, potuisti praevirationem pacisci recte cum damnareris, animosā eras. recte nihil potes facere. si qua fides accusator insidias rea timui, nusquam à fini meo dimisi puellam, ipse omnes praegustauit cibos. O incauta futuri mortalitas. Postquam ad tortorem perduxi nouercam, timere de filia delisi.

C O L O R. Omnes illo colore vti sunt, nominatam à nouercā filiam in dolorem patris. Gallio plura dixit: Fortasse, inquit, hanc nominauit, vt veros consciens celaret: fortasse, vt quia acerrime instabat accusator, hoc metu territus finem tormentis imponeret: fortasse in dolore tormentorum stupefacta nesciuit quid loqueretur. Nouissime dixit, fortasse in hoc, vt quae poenas beneficij dabant, accusationis exigeret. Illum sensum adiecit: Ex meis hoc affectibus aetimo. cum tum ira, tum odio furere, circumspicebam omnes ultionis vias, oblitus innocentiae, si proprios habuisset liberos nouercam, occidisse. In hanc ipsam quoties impetum facere volui? sed propter hoc à me tuta erat, quod à matre non erat.

L ANN AE I. SENECAE CONTROVERSIARVM

LIBER. DECIMVS.



SENECA. NOVATO. SENECAE. MELAE. FILIIS. S.

V O D vltra mihi molesti sitis, non est. Interrogate, si qua vultis. Sinite me ab ipsis iuvenilibus studiis ad senectutem meam reuerti. Fateor vobis, iam res taedio est. Primo libenter assilui, velut optimam vitae meae partem mihi reducturus: deinde iam pudet, tanquam diu non seriam rem agam. Scholastica studia leuiter tractata delectant. contrectata & proprius admota, fastidio sunt. Sinite ergo me semel exhaustire memoriam meam, & dimittite vel adactum iureiturando, quod ferme dixisse memini me quae scui, quaeque audiui, quaeque ad hanc rem pertinere credidi. Pertinere autem ad rem non puto, quomodo L. Magius gener T. Luuij declamauerit, quamvis aliquo tempore suum populum habuit, cum illum homines non in ipsius honorem laudarent, sed in socii ferrent: quomodo L. Asprenas, aut Quintilianus senex declamauerit: transeo istos, quorum fama cum ipsis extincta est. De Scauro si me interrogatis, cum illum mecum audieritis, inquit estis. Non noui quenquam, cuius ingenio P.R. pertinacius igouerit. Dicebat negligenter saepe causam in ipsis subselliis, saepe dum amicitur, discebat: deinde litiganti similius quam agenti, cupiebat euocare aliquam vocem adueriorum, & in altercatione vires suas nouerat. Nihil erat illo venustius, nihil patruus: genus dicendi antiquum, verborum quoque non vulgarium grauitas, ipse cultus habitusque corporis, mire ad auctoritatem oratorum aptatus. Sed ex iis omnibus scire posses, non quantum oratorem praefaret Scaurus, sed quantum deserteret. Pleraque actiones malae, in omnibus tam aliud magni neglectique ingenij veltigum extabat, raro aliqua actio bona, sed quam fortunae imputares. Sed illum longa, immo perpetua desidia eō perduxerat, vt nihil curare vellet, nihil posse.

Vu + set. Ora.

ser. Orationes septem edidit, quae deinde senatus consulto combustae sunt. Bene cum illis ignis egerat. Sed extant libelli, qui cum fama eius pugnant, multoque dissolutiores ipsis actionibus. Illas enim cum destituerit cura, calor adiuabat: iij calor minus habent, negligenter non minus. Declamantem audiui-
mus, nouissime quidē illepe: ita, vt quod difficillimū erat, tibi displiceret. De Labieno interrogatis. De-
clamauit non quidem populo, sed egregie. Non admitebat populum: & quia nondum haec consuetu-
do erat inducta, & quia putabat turpe ac fruolae iactationis. affectabat censorium supercilium: cum
alius animo esset. magnus orator, qui per multa impedita eluctatus, ad famam ingenii, consitenti-
bus magis hominibus peruererat, quam uolentibus. Summa egitas erat, summa infamia, summum
odium. Magna autem debet esse eloquentia, quae inuitis placeat. cum ingenia fauor hominum ostendat, fauor alat, quantam vim esse oportet, quae inter obstantia erumpat: Nemo erat, qui cum homini
omnia obiecera, ingenio multum tribueret. Color orationis antiquæ, vigor nouae. Cultus inter nostrū
ac prius saeculum medius, ut illum posset utraque pars sibi vindicare. Libertas tanta, ut libertatis no-
men excederet. ut quia passim ordines hominēq. laniabat. Rabienus uocaretur. animus per uitia in-
gens, & ad similitudinem ingenij sui uiolentus, & qui Pompeianos spiritus nondum in tanta pace po-
suerat. In hunc primum excogitata est noua poena. Effectum est enim per inimicos, ut omnes eius libri
incenderentur. Res noua & insueta, supplicia de studiis sumi. Bono hercule publico, ista in poenas in-
geniosa crudelitas post Ciceronem inuenita est. Quid enim futurum fuit, si ingenium Ciceronis trium-
uiris libuisset proscribere? Sūt dij immortales lenti quidem, sed certi vindices generis humani, &
magna exempla in caput inuidentium regerunt: vt iustissima patiendi vice, quod quisque alieno excogi-
tavit supplicio, saepe excipiat suo. Quae vos dementissimi homines tanta vacordia agitat? parum vi-
delicet in poenas notaे crudelitatis est? Conquiritur in vosmetipso noua, quibus pereatis. & si quid ab
omni patientia rerum natura subduxit, sicut ingenium memoriam nominis, inuentis quemadmo-
dum perducatis ad eandem rem corporis mala. Facem studiū subdere, & in monumenta discipularum
animaduertere, quanta & quam non contenta certa materia saeuitia est? Dij melius, quid eo saeculo
ista ingeniorum supplicia coeperrunt, quo & ingenia desierunt. Eius qui hanc in scripta Labieni senten-
tiā dixerat, posse viventis adhuc scripta combusta sunt: iam non malo exemplo, quia suo. Non tulit
hanc Labienus contumeliam, nec superest esse ingenio suo voluit, sed in monumenta se maiorum suo-
rum ferri iussit, arque ita includi: veritus scilicet, ne ignis qui nominis suo subiectus erat, corpori nega-
retur: non finiuit tantum seipse, sed etiam sepelit. Memini aliquando cum recitaret historiam, ma-
gnam partem conuoluisse, & dixisse: Haec quae transeo, post mortem meam legentur. Quanta in ilhs li-
bertas fuit, quam etiam Labienus extimuit? Cassij Seueri, hominis Labieno iunctissimi, belle dicta res-
ferebatur. Illo tempore quo libri Labieni ex S. C. vrebantur: Nunc me, inquit, viuum vri oportet, qui
illos edidici. Monstrabo vobis bellum libellum, quem à Gallione vestro petatis. Recitauit rescriptum
Labieni pro Bathyllo Maecenate, in quo suspicietis adolescentis animum. illos dentes ad mordendum
pronocantis. Puto iam nihil, quod interrogetis, restat. Musa rhetor, quem interdum soletis audire, licet
Mela mens cōtrahat frontē, multū habuit ingenij, nihil cordis. Omnia vīque ad ultimum tumorem per-
ducta, vt non extra sanitatem, sed extra naturam essent. Quis enim ferret hominem de siphonibus dicē-
tem, Caelo repluunt: de sparsionibus, Odoratos imbræ: & in cultum viridium, Caelatas filias: & in pi-
ctura, Nemora surgentia? Aut illud quod de subitis mortibus memini eum dicentem, cum vos me illo
perduxissetis? Quicquid autem volitat, quicquid piscium natat, quicquid ferarum discurrat, nostris se-
pelitur ventribus. Quare nunc, cur subito moriamur. Moribus viuimus. Non ergo & si iam manumis-
sus erat, debut de corio eius nobis satisfieri. Non sum ex iudicibus seuerissimis, qui omnia ad exactam
regulam redigant. Multa donanda ingenii puto: fed donanda vitia, non portenta sunt. Si qua tamē to-
lerabiliter dicta sunt, non subtraham, ne plura videantur. vel subiiciens vos. Ofcas non incommodē
dit, sed sibi nocuit: dum nihil sine schemate dicere cupit, oratio eius non figurata erat, sed pratta. Itaque
non inurbane Pacatus rhetor, cum illi Massiliae mane occurrisset, scheme illum salutauit. Poteram,
inquit, dicere: Ave Osce. Ipsi ab eloquentia multum aberat, natus ad contumelias omnium ingenii in-
uendendas. Nulli non impressit aliquid, quod effugere non posset. Ille Passieno, prima eius syllaba in Grae-
cum mutata, obscoenum nomen imposuit, declamatori subtilli, sedario. ille Sparso dixit, scholam cō-
munem cum rhetore quadam habenti: Tu potes controversiā intelligere, qui nō intelligit te laterem
lauare? Sparsum autē dicebat valēter, sed dure. Ad imitationē Latronis se dixerat: nō tamē unquā simi-
lis illi erat, nisi cum eadem diceret. Vtebatur suis verbis, Latronis sententiis. Cum Bassio certamen illi
fuit, quem vos quoque audistis, homine diserto: cui demptam velim quam consecutabatur amaritudinē
& simulationē actionis oratoriae. Nihil indecentius, quam ubi scholasticus quod non nouit, imita-
tur. Amabam itaque Capitonem, cuius declamatio est de Popilio haec quae meo Latroni subiicitur. Bo-
na fide Scholasticus erat, in his declamationibus quae illi bene cesserunt, nulli non post primum Tetra-
colon praeferedus. Primum Tetracolon quorum faciam, quereris? Latronis, Fisci, Albucij, Gallionis.
Hi quoties conflixissent, penes Latronem gloria fuisse, penes Gallionem palma: reliquos, ut uobis ui-
deretur, componite. Ego uobis omnium feci potestate, hos minus nobiles finite in partem abire, Pater-
num, Moderatum, Fabium, & si quis est nec clari nominis, nec ignoti. Dum in his ad satietatem uestrā
me praefliterim, permitte me rathi & aliquos, quos non nostis, ex sinu proferre: quibus quo minus ad
famam

famā peruererint, nō ingeniū defuit, sed locus. Bene declamauit Caius Silo: cui Caesar Augustus, cū fre-
quenter causas agentem in Tarracensis colonia vidisset, plenum testimonium reddidit. dixit enim:
Nunquam audiui patrem familias disertoriem. Erat qui patrem familias praeferret, oratorem subduce-
ret. Partem enim eloquentiae putabat, eloquentiam abscondere. Solebat declamare studiose Turrinus
Clodius, cuius filius fraterno amore coniunctus est, adolescentem summae eloquentiae futurus, nisi
maller exercere quantum habet, quā sequi quantum confequi posset. Sed Turrinus Clodius multū
de viribus remiferat, dum A polidorum sequitur, & summam legem dicendi eum putat. Tantum tamē
illi superstit virium, quantum valereret, etiam si ars abesset. Sententias dicebat excitatas, insidiosas, ali-
quid petentes. Nunquam non de colore Latroni controversiā fecit. Latro nunquam solebat disputa-
re in conuinio, at aliquando declamare ex tempore solebat. Dicebat quosdam esse colores, prima facie
duros, asperos: eos non posse, nisi actione probari. Negabat nisi agitata quaedam illis placere posse, nisi
torum noscent: se & suas vires nosse, & illarum fiducia aliis metuenda & praerupta audere. Multa se nō
persuadere iudici, sed auferre. Turrinus contra nihil probare, nisi tutum: non quia imbecillus erat, sed
quia circumpectus. causas nemo exposuit diligentius, nemo respondit paratus: & pecuniam itaque &
dignitatem, quam primum in prouincia Hispania habuit, eloquentiae debuit. Natus quidem erat patre
splendidissimo, auro D. Iulij hospite: led ciliī bello attenuatae domus nobilis vires excitauit, & ita ad
summā perduxit dignitatem, vt si quid illi defuit, scias locū defuisse. Inde filius quoque eius, id est, meus
(nunquam enim illum à vobis distinxī) habet in dicendo paternam diligentiam, quae vires ex industrīa
retundit. Hoc & in ipso genere vitae sequitur ad summā euafurū inuenis, nisi modicis contentus es. Ideo
digonus es, cuius tam modestis cupiditatibus fortuna praefest fidem. Horum nomina non me à ni-
mio fauore, sed à certo posuisse iudicio scietis, cum sententias eorum retulero, aut pares notissimorum
auctorum sententias, aut praeferendas.

Lugens pauperis filius diuitem sequens. Controuersia I.

LEX. Iniuriarū sit actio. **Thema.** Quidā cum haberet filiū, & diuitem inimicum, occisus, in spolia-
tus inuenit. **Adoleſcēs** sordidatus diuitem sequebatur. Dives eduxit eum in ius, & postulauit, si
quid suspicaretur, accūlaret se. Pauper ait: Accusabo, cum potero: & nihilominus sordidatus diuitem
sequebatur. Cum peteret honores diuies, repulps est. Accusat iniuriarum pauperem.

P R O paupere. [Vibij Galli. Gratias ago diuiti, quod quos odit, reos iam facere contentus est. in-
terdiu publico nobis interdicuntur, quaerite quid nocte fiat. Non ambulabis, inquit, eadem via qua ego:
non calcabis vestigia mea, non offeres delicatis oculis sordidatam vestem, non flebis inuitu me, non ta-
cebis, perieramus, si hic magistratus es. [Albucij Sili. Quid sordidatus fui, lucitus es: quid fleui, pie-
tas es: quid non accufau, timoris es: quid repulps es, vel trum es. Non raceam, qui adhuc viuo, quid
tacui? Nos tis populi loquacis suspiciones. Quare iste honores illo viuo nunquam petiūt? ego verò om-
nes queaso, omnes vt me in inquisitionem paternae mortis adiuvent: & ad tua genua diuies venissem, ni
si timerem, ne inuidiam tibi fieri diceres: & iam pridem hoc animo sequor, occasionem loquēdi capto:
nec mehercules possum dicere, inhumanitate tua fieri quod non audeo. sed vitium me meum sequitur.
Taceo. vtinam hoc vitium habuisset & pater, dum libere loquitur, multos offendit: neque te puto solum
in ciuitate habuit inimicum. Vt iste ait, causam meam populo probauit. Iulij Bassi. Quando autem istis
diuibus non sordidati sumus? Accusa, inquit, pauper diuitem, egens candidatum. Ego accusem? ambu-
lare mihi meo arbitrio non licet. In ius vocauit. Reum, inquit, me perage, perora. Quis accusare sic lo-
quentem potest? Cur, inquit, me sequeris? quasi aliud iter pauperes, aliud diuites habeant. [Caeſtij Pij.
Non essem reus, si accusasset. barba demissa, sordidatus cum criminibus meis ad vos veni. Omnia licet
fiant, non desinam inquirere percussorem: & fortasse iam inueni. Quām subito pater meus in media ci-
uitate: Quid me intueris? quid observas? quid dicam? subductus est? [Arellij Fisci patris. Incedere ma-
gno comitatu, splendido cultu, non est fortunae meæ: ista diuites possunt: fatis est, si viuimus. Cum spo-
liatum cadaver non sit, quis fuerit percussor, nescio. quisquis fuit, quasi diuies spolia contemptit. Quare,
inquit, me sequeris per publicum? facinus indignum commissum est: diuies & pauper per eadem ve-
stigia incessimus. [Osci. Accusa, inquit, vbi est qui primò cooperat? Vellem pater meus quoque à te non
dicessisset, viueret. Quare, inquit, me reum non facis? quia accusatore me non times. Mortuo patre,
timeo ne quis iniuriarum sibi fieri putet, si dixerim. Occisus est pater meus: à quo? si permittis, nescio. [Iu-
lij Gallionis. Quid iste accusanti fecisset, qui persequitur racientem? cur non agis? quia vis tecum agi. Nu-
quid nunc tibi iniuriarum facio sordidatus? quod reo licet, lugenti non licet? Quid potui patri meo mi-
nus praestare? in honorem eius uestem mutauit. [Fuluj Spari. Sordidatus es, inquit, fles. hoc dicas: Pau-
peris occisi filius pauper es. Pater meus in media ciuitate saluis legibus occisus est, quis hoc sine lacri-
mis narrare possit? non deponam has fordes, nisi inuenero cui induam. Quis occidit patrem meum? ne-
scio. Nihil amplius testari possum, quam hanc uocem meam: Adhuc nescio. Delibero interim, ut induā
uestem quam patri meo reliquit percussor. Cur me sequeris? Magistratus post terga sua non summo-
uent. [Argentarij. Non uis patrem meum fleam? laceferre nos ultro non solebat. [Clodij Turri patris.
Quare, inquit, fordes sumplisti? quid igitur? Ne lugebo quidem quem vindicare non possum? Nulli
iniuriarum

CONTROVERSIARVM.

iniuriam facio nisi patri, quem adhuc tacitus fleo. [Porci Latronis. Cuius necessarius, ita crudeliter interempti patris dolor est. Nihil fortius est, quam quod gemit. Accusa, inquit, me. Vnde tam securus es? inuenisse videris, quis alius occiderit. Non erat praeda quam graecator sequeretur, sed erat firmissimum ignoti monumentum, contumax aduersus fastidium diuinarum innocentia. Haec ab inimico perita fuit spolia. Nescio quomodo miserum esse interdum in miseria iuuat, & plerunque omnis dolor per lacrimas effluit. Nimirum funere nostro exulta. Non solebat viuo illo prouocare nos ut reus fieret. Si quis omnium mortali miseriarum inter necessarias super occulm patrem lacrimas, increditam adhuc inertiam miratus est, in hac indignitate praesentis periculi omnem suam ponat admirationem. Si pauper accusandi diuinitatis animos non lumpit, miramini? quia taceret, reus est. Per has lacrimas, per hunc fqualorem, per haec necessaria omnibus pericitantibus instrumenta, non inuidio sum vestrae misericordiae praemium petimus, ut absoluo sic esse tanquam reo liceat. Potens iste & gratus, & quod ne ipse quidem negat, diues fuit, & qui nihil inquam sibi putaret timendum, etiam reo. Crescere deinde in dies odium alterius impotentia, alterius libertate. Diues nihil aliud quam nos pauperes existimare, nos nihil aliud quam innocentes, inter quotidianas acies semper iniuncti, quis de nostra interim morte cogitauerit, nescio: quod dissimulari non potest, scio quis optauerit. Venit iste cum turba clientium & parasitorum, & aduersus paupertatem totam regiam suam effuadit. Cur me non accusas? non postulas? vix temperabat quin diceret: Quid ego in te accusatorem non audeam, qui occidendum eum curauit, qui tantum mecum litigauerat? Ciuitates plerunque fioitum & inter repentinam discordiam bellum. Inter ciuili bella tantum in vltionem sat is, quantum quisque ad maledicendum occupauit. M. Cicero qua violentia in absentiam Metelli strepit? M. Cato Pulchro obidente furorum criminis, audiuit. Quae maior indignitas esse potuit illius faeculi, quam aut Pulcher accusator, aut reus Cato? In Cn. Pompeium terra, marique victorem fuit qui carmen componeret, uno, ut ait, dixit caput scalpen-tem. Fuit aliquis qui licentia carminis tres auratos currus contemneret. M. Bruti sacrificiis magis eloquètiam lacerat, cum quidam eius ciuili sanguine non inquinatas solum manus, sed infestas ait: atque ille tamen cum tres consulatus, ac tres triumphos scinderet, adeò non timuit, ne esset reus, ut etiam disertus esse curauerit. Solus hic est in uesta ciuitate innocentior Catone, nobilior Metello, fortior Pompeio.

DIVISO. Latro sic diuisi, An in re iniuria sit. Nulla, inquit, iniuria est. Sordidatus sum, inquam: multi faciunt: omnia iniuriae genera comprehensa sunt. Pulsare non licet, conuicium facere contra bonos mores non licet. Hoc loco *Scaurus* dixit: Noua formula iniuriarum componitur, quod nihil contra bonos mores fecit. Etiam si in re iniuria est, An si non malo animo fecit, tutus sit. An malo animo faciat. Hoc *Latro* in duas quaestiones diuisi, An si creditur, ob hoc ipsum patrem suum occisum, & propter hoc fecutus est, ignoscendum illi sit. Deinde, An creditur. *Gallio* illam primam fecit quaestionem: An quod licet in cuiquam facere, si faciat, iniuria non teneatur. Licer, inquit, flere, licet ambulare qua ve- lis, sumere nihil, inquit, ut & alienum iniuriarum facere. Sordidatus es, non queror: sed si fordes tuae inuidiam mihi concitant, queror.

COLOR. De colore quaesitum est. Quidam aperte inuesti sunt in diuitem: quidam ex toto nihil dixerunt: quidam fecuti sunt medianam viam. Cum praeter haec nihil sit, *Latro* solebat videri inuenisse quartum genus, ut hoc modo in diuitem diceret: Tu quidem non fecisti, sed tamen ego habui causas propter quas possem decipi, & de te aliquid frustra suspicari, quia in spoliatus pauper inuentus est. Hoc est autem in diuitem illud genus, nec dimittendi diuitem, nec accusandi. Nam & dimittere non deber, quem distulit: & accusare propter hoc ipsum non debet, quia distulit. *Albucius* nihil dixit in diuitem. Hoc colore declamauit: Committit iniuriarum, inquit, si quem non postulauit, accusat. Quare, inquit, sequeris me? ut aliquando mei miserearis, ut desinas afdictam domum perseque, ut scias me in hoc habitu accusare non posse, ut concupiscas gloriam vindicatae mortis. Tu solus potes, si voles, inuenire quis occiderit, tu accusare. At me quidam propter hoc suspectum habent. Potes discutere istam suspicionem: quare quis fecerit. Ut scias, inquit, te inuidiam mihi facere: cum dixi slem, Accusa me: non negasti te accusatum, fed respondisti, Accusabo cum potero. Ignosce mihi, non magis adhuc quemquam accusare possum quam absoluerem. Quare quis fecerit. Haec leuia argumenta sunt, haec vana sunt quae alios tangunt: quod inimicus est, quod ille in spoliatus inuentus est, non est quare accusem, est quare suscipere. [Rufus Vibus hoc colore posuit: Sordidatus sum, lugeo: sequor te, ut tutior sim: timeo nescio quod illum qui patrem meum occidit. Scio me, quamdiu tecum sum, perire non posse. Dum hunc colorem sequitur *Murrhedius*, ineptissime dixit: Quare te sequor? pater meus quia solus inambulabat, occisus est. Ofici color non placuit Gallioni. Sequor, inquit, ut inueniam quis fecerit. hoc mecum cogito: Quis est ille qui fecit, voler hoc inimico imputare, ad diuitem veniet. Multo, inquit, hoc iniuriosius est, si inquietendi causa facit, si non tantum in conuicium, sed periculum diuinitis sequitur. [Gallio subtiliter agendum putauit, & ad positionem controvergia colorem actionis dirigendum, ut diceret: Suspicio à te patrem meum occisum, quis enim illum alius oderat magis? quis impotens alius est? vestem enim illius sine dubio nescio quis percussor non concupisebat. Dicit aliquis: Quid ergo? si inimicus est, protinus interfector est? non, ideo non accuso. [Hisp Romanus palam accusauit, & dixit: Non causam sibi deesse, sed vires. etiam hanc sententiā in prooemio, magno cū affensu hominū dixit: Eum accusator habeo, qui se reum non esse miratur. [Bassus Iulius in hac controvergia dixit: Quare me queritis per publicum?

cum? facinus indignum Judices factum est, pauper & diues eandem terram calcamus. Consectari autē solebat res sordidas, & inueniebat qui illas vnicē suspiceret. Memini illum declamante declarasse controversiā de lenone, qui decem iuuenibus denuntiavit, ne in lupanar accederent, & foueam igne repletam terra superiecta obruit, in quam adolescentibus lapis & consumbris accusatur Reip. latræ. Apud illum declamantem Albucius fastidiosus auditor, eos quibus inuidere poterat, admirabatur. Hanc Bassi sententiā non mehercules referret, si canem ad ostium alligasset. Idem Latronis illas sententias aiebat tumidas magis esse quam fortes. Summa hominum admiratione circunferebatur: Lugent argumen-ta patres, & offa liberorum coniecturam diuidunt, & illam: Producta facerdos tuam, & illam: Super cineres liberorum nostrorum lupanar de quantum est. Ipse vtq; laudabat: itaque docuerat. Nam in hac ipsa controvergia ne Bassus quidem videbatur aliiquid dixisse sordidius, dixit ipse: Itane peribunt decem iuuenes propter dipondios tuos? Euclemon à filij parte, cum patrem suum narrasset solum sine comite oppressum & occisum, dixit: Hermagoras dixit. †

Artemon dixit. † Illud in narratione. †

Vir fortis non cedens fortipatri. Controvergia II.

LE X. Vir fortis, quod præmium volet, optet. Plures iudicio contendunt. *Themis*. Pater & filius fortiter fecerunt. Petet pater à filio, ut sibi cederet. Ille non vult. iudicio contendit. vicit patrem, petet pro præmio statuam patri. pater ipsius abdicat. *Iunij Gallionis*. Dubito quid de enuntiū huiusc iudicij optem, cum crimen meum sit, vicisse. Videlis, quemadmodum in hoc quoque iudicio opera sua iactat: & miratur quisquam, si hoc patre natus, gloria cupidior est? Faciles habetis partes: viros fortes iūgite. Disfidemus, quia nimis similes sumus. cum exiremus in aciem, aiebat: Si adolescēs essem, nemo pugnaret fortius. Majorum quoque suorum virtutes referebat, sed omnibus se præferebat. Cū ad aetatem tuam peruenero, non contendam cum vlo, quamvis si exemplum tuum legui voluero, etiam cū filio contendam. Quia patriæ iudicium habeo, patris peridi. Dicam abdicanti, Non luxuriabor, non amabo: hanc emendationem criminum meorum non possum promittere. Ego verò pugnabo & fortiter, & fortissimè. Vidi patrem iam senem loriam induentem: multum est pugnare cum exemplo. ludicum vocatur, quo pater & filius spongia contulimus. Ecce amitio: ego tibi cedere possum, seni non possum. Quod contendit, legis: quod vici, iudicium: quod pugnauit, patris est. volui cedere: concurrent iuuenes, aetatis causa agebatur. Vici non filius patrem, sed iuuenis senem. Ego vici, sed omnes patri gratulati sunt. parni adolescens, magnis exemplis deceptus sum, dum cogito mecum Horatium Etruscas acies corpore suo summouentem, & Mucium in hortilia arma ruente: & dum te Deci cogito, qui & ipse noluius patri cedere: transibo in subsellia tua, cōlectar inuitum, licet repugnes, fortior sum, [Fulvij Spari]. Necesse fuit mihi fortiter militare: pugnandum habebam non Imperatori tantum, sed patri. Si tu viciſſes, diceretur: Pati cessit, abdicacionem enim timuit. Solebas enim semper optare, ut continget tibi habere filium meliorem. Iudicium vocas duplēcē domus nostrae triumphum. *Clodij Turri*. Tu Mucio dices. Non est quod ostendas istam manum: tu Scipioni post deletam Carthaginem, Tace. Loquax est virtus, nec ostendit se tantum, sed ingerit. Aiunt etiam nunc quidam, Pater cessit filio, & in hoc abdicat, ut verum videatur suis certamen. Opta pater, ut & a nepote vincaris. Postea inquit, fortiter pugnare poteris, vnde scio? vulneribus me senem feci. Quis te felicior? tu omnes viciſſi, te filius: quanto honestius modo pater & filius inter se contendenter, honestiore facturus vicit ut viciſſet. Dubito quid faciam, taceam: sed silentium videretur confessio. Narrē virtutes meas: sed illud quo que nouum accidit mihi, quod vni mihi abdicato meas narrare non concessit. Processi in aciem coram patre: Fortiter, inquit, pugna. Turpe est adolescenti, vinci à sene. Avidus sum gloriae: hoc si vitium est, paternum est. fortis sum: nunquid improbas pater? At iam abdicabis, si viro fortissimo sum fortior. diccam tamen audacter. Fortissimus sum: nec timeo in ea ciuitate hoc crimen, in qua fortes etiam senes non uiimus. *Iulij Bassi*. Ad te quoque ignominiae meae pars redundat. Pudeat te pater, si à filio abdicando vietus es. *Arellij Fusi*. Ignosce, iuuenis errauit: ambitiosus non ero, cum senex fuero. *Gauj Silonis*. Vtrū putas viciſſe? ego praemium tantum habeo, tu & praemium, & virum fortē. Permittente lege fecit, immo in eadem re, & habet legem, & timet. Contra ait: Si quid fecit quod non licet, lex vindicabit, sed quicquid licet, non oportet. Pater non queritur de scelere filij, sed de officio. Deinde vtatur quicquid sua lege: ubi illud licuit, & mihi hoc licet. abdicare liberos licet, est aliqua lex, quae filio patrem præferat? Si potest abdicari, etiam propter id quod lege permittente fecit: an abdicari etiam propter hoc non possit, quod praemium accepit. Non potest, inquit, in ea re priuatim puniri, in qua publice honoratur. Eldem rei non potest praemium dari, & nota denuntiari. Cetera iura puto paterno imperio subiecta esse: hoc ius maius est ceteris, quod vicitia summa virtute quaeritur. Non potes propter hanc legem si lium abdicare, propter quam à filio vicitus es. Si potest abdicare, an debeat: hoc dicit: An etiam si non debeat cum patre contendere, ignoscendum tamen sit, si adolescens gloriae cupiditate lapsus est. Deinde, an contendere debuerit. Tum, inquit, & honestum certamen erat, & tutum. Quid enim est gloriosus ri, vt

ri, ut si hic tibi cessisset; alius quis ad certamen procederet, qui nunc non processit: quia scilicet nihil sibi profuturum si te viciisset, cum deberet à filio tuo vinciri: nulla laus tua fuisset. apparet enim illam vi etiam non uiri fortis fuisse, sed patris. Silentio virtutes nostrae transiit: nunc illustratus es, dum cōseruntur. [Turinus] hoc loco belle dixit: Plures tibi inuidere cooperunt, postquam uictus es. Itaque non uiri generis res accidit, filius uicerat. Omnes aiebant: O felicem patrem. Nouissimam fecit quaestione, An etiam si quid iudicio peccauit, praemio emendauerit. Hoc loco dixit Gallio illam sententiam, quae ualde excepta est: Cum diu deprecatus es, ait, si nihil profecero, quid me facturum putas? ad templum itarum, aut ad deos supplicem? ad tuas statuas configui.

DIVISIO. Silo Pompeius tentauit & in hac controuersia illam quaestione, quam in omnibus uirorum fortium abdicationibus putabat esse tenendam, An vir fortis abdicari possit, aiebat in nulla magis controuersia illam posse tractari. Non potes, inquit, eum abdicare, qui te potest uincere. Miraris, si patria lege subducitur, qua & comparatur & prafertur?

COLOR. Colorem pro adolescenti Gallio illum dixit: Meae, inquit, iuuenis, aetatis causa agi uidebatur. cum dubitaret exaudire quendam dicentem: Nihil agis, ego tibi cedo, illi non cedo. [Caesius] hoc colore natus est, putasse se ipsi patri honestius hoc esse, certe domui, laudes utriusque in foro inspicere. [Montanus] Votienus ait: Cognoui non quid imperares, sed quid praecipisses: dixeras semper, cum me hortareris ad gloriam, ut nulli cederem. Inuidiosa omnibus in illo iudicio fortuna tua uidebatur, cum quereretur, utrum pugnasses felicius, an genuiles? Non est quod putes me uisum illis fortiori: deceperit sunt pater, iudicauerunt non quod erat, sed quod te malle crediderunt. [Argentarius] ait: Occasionē beneficii quaestu non concupisi accipere: praemium haber alter, alter accipit. [Fuscius Arellius] pater ait: Si nauigate imperas, per hibernos fluctus egismus ratem: si peregrinari, nihil fuisset iubente te dum, hanc rem imperas difficilem forti uiro, uinci. [Blandus] hoc colore narrauit: Pater mihi obiecit, quod illi una re non cesserim? Ego multiplicabo crima mea. Nunquam illi quories recte facendum fuit, cessi: semper uolui uideri frugalior, uideri uolui laboriosior, nam cum ad uires uentum erat, etiam ipse cedebat: non ego illū uincebam, sed aetas. [Turinus] hoc colore usus est: Volui, inquit, cedere: sed erant qui dicenter, non licere. Hoc enim modo legem saluberrimam tolli. Disputatur contra praemium patris videbantur, & dicuntur: Non licet inter se cedere fortib: non ipsorum tantum causa agitur, sed publica. Omnia interest scire, quis sit fortissimus. His vocibus hominum missus sum ad id certamen, in quo ad istum vitraque pertineret victoria. Quid putatis medieturum? fortior me visum? fallum est, cum hoc quoque, quod ego fortis eram, istius esset. Quid ergo? quare vicecum, queritis? Visum est ad rūborem totius iuuentutis pertinere, neminem pugnasse fortius, quam senem. Et cum dixisset, se praemia in patrem contulisse: dixit, Vici te pater: sed nempe vici tibi. [Albus] hoc colore narrauit: Noluit, inquit, videri per collationem patri titulum fortissimi viri continguisse. Non cessi ante iudicium: vt in iudicio cederet, & feci. Nihil aliud quam laudauit patre, virtutes eius retuli: visus sum propter hoc ipsum praemio dignus. [Silo Gaius] ait: Solebas mihi pater inter dignorum virorum exempla narrare quaedam etiā domestica, aiebas autem: Patrem fortē virum habuisti, vide ut tu sis fortior, processi tecum in aciem, nec illinc inulti redimus, omnis gloria in una domo erat. Iubebat Resp. fortē viros recognoscere. O quātam ego cupiditatē gloriae in patre meo vidi, quam iuuenilem. Contendere me verabat imperio, iubebat exemplo. Venit in iudicium, omnium quas ego noui, res inuidiosissima, quaerebatur de patre meo: virum fortior esset, an felicior. [Oscus] hoc colore narrauit. Erant qui accederent, & dicerent: Roga patrem tuum, cedat tibi, non est vtile Reip. hostium excitare animos. Excitabuntur, si scierint, neminem in hac ciuitate esse fortiorum quam senem: illi me coegerunt, quia tunc quoque aliquid praefuitur, res esset reip. venire in iudicium, in quo quid habet? ego sum iudicatus iunior. [Dento] dixit: Timeo ne ob hoc ipsum patri uictoriam, ego sciam an vsquam gloriösus sit. [Triarius] hoc colore vsus est: In iudicio volui tibi cedere, vt non imperasse videreris, sed viciisse, & cessi. defunctione causam meam egī: sed notum sit illum cedere quia parum esset illi, non putabat. Nicetes in hac controuersia dixit: †

SCAVRVS hunc sensum alter dixit: O si auus meus interesset iudicio, quam libenter spectaret & discordiam nostram. Clamasset mihi: Non est quod cedas, ipse mihi nunquam cessit. [Labienus] partem patris declamauit, & dixit quod etiam desertorib: licet: Nolo habitare cum aduersario meo, non capi idem contubernium fortē virum & uictum. Statuam, inquit, tibi posui, immo ne possem inquam me uictum obliuisci, ignominiam meam in aes incidiisti.

Demens qui mori cogit filiam. Controuersia III.

EX. Dementiae sit actio. Thema. Bello ciuilis quaedam uirum secuta est, cum in diuersa parte habet patrem, & fratrem, viētis partib: suis, & occiso marito, venit ad patrem: non recepta in domū, dixit: Quemadmodum tibi vis facias? Ille respondit: Morere, suspendit se ante ianuam eius. Accusat pater à filio dementiae.

CONTRA patrem. [Porci] Latronis. Sic sibi satisfieri ne victor quidem voluit: excusauit uictos, qui i restituit. Quoniam reposcis vitam, quam dedisti, accipe: nullum fuit in proscriptione mulieris caput. [Osci]. Inquinasti filiae sanguine penates, quoniam quid dico penates? tanquam in domo perierit.

Allatum

Allatum ad se Caesar Pompeij caput fleuit, hoc illi propter filiam praestiti.

ARELLII Fusci. Quemadmodum tibi vis faciam latet? hoc ipso satisfecisse debuerat. filiam habuit piā, & in maritum & in patrem. Alterum vsque in mortem secuta est, alteri etiam per mortem satisfecit, quām periculose eum ostendo, qui simul irasci coepit, nescit ignorare? [Clodij] Turrini patris. More. Quid aliud meruerat, si facias? nisi occupasses soror, fortasse pater tibi satisfecisset. Hoc certum habeo, vnuquisque vestrum suadebat puellae: Ad iratum patrem venis, in quas potes te compone blanditias: roga, deprecare: si nihil proficies, habes quemadmodum cogas: morituram te denuntia, hoc quod ignoristi victor, ad viros pertinet: illi gratias agunt, nam feminas, ne si irasceris quidem proscriptisses. Quare secuta es virum? Adeo tibi vetera exempla excederunt bonarum coniugū, quibus filiam solebas sanus hortari? Aliqua spiritum uiri redemit suo: aliqua se supra ardenti rogum misit, impendisset se puella viro, nisi seruasset patri. [Fulvij Spari]. Filia ante limen paternum in cruce suo volutatur: quid exhorruit? paterna satisfactio est. Nostis domus nostra legem: aut dicendum mihi, aut moriendum est. Qualis est ista satisfactio, qua filia exoratum patrem sibi non sentit? [Albus] Sili. Vtrae meliores partes essent, soli videbantur iudicare dij posse. Si vis satisfacere mihi, morere. Quod ad me attinet, ita care malo. Si parviciuum est, fuisse in diuersis partibus, nunquam defendisset apud Caesarem Ligarium Cicero. Marce Tulli, quām leue iudicasti crimen, de quo confessus es. Dona filiam, si misericores, deprecantes: si hoīs, edicto: si pater, naturae: si iudex, caufae: si iratus es, fratri. [Butonis]. Ante ipsum limen dominus decessit, ne dubitari posset, vtrum marito perisset, an patri. vbi studiisti & ubi audisti? nego te istuc in bello didicisse. [Marylli]. Meruerat, inquit, mori, etiam num accusas? certe iam tibi satisfactum est. O nouum monstrum: itato viatore viuendum est: exorato patre moriendum est. [Puffieni]. Utinam interuenissem, non satisfecisses sola patri, furiosum te dicerem, si pro genero non rogas. Secutus est gener diuersas partes, vxor suas. [Labieni]. Hoc obsequio consequatur denique, vt intra domum moriatur. M. Cato, quo viro nihil speciosius ciuilis tempestas abstulit, potuit beneficio Cae sati vivere, sicut Tullius, si voluisset. Optima ciuilis bellī defensio, obliuio est. [Musae]. Allatum ad se capite Cn. Pompeij, Caesar avertisse oculos dicitur: quod tu ne in morte filiae quidem fecisti. [Cornelij Hispani]. Peruagata est illa crudelis bellī fortuna omnem ordinem, & vsque ad ultimae plebis supplicia descendit, nihil in ciuitate nostra immune victoris irae praeter feminas fuit. Hanc laudem miseræ vrbi seruare licuit. At tu pater, vt victor insanis. [Mentonis]. Semel repulsa, iterum redit: iterum repulsa tertio rogat: non fatigatur, scit exorari etiam hosteis. O te crudelem, nisi iam tibi & pro genero satisfactum est. Non ignoror, in quanto periculo sum. Nescit placari iratus, & hoc etiam si filiae excanduit. [Triarij]. An non exorares victorem pro alio pater? Morere. Illi quoque quibus animaduertere in damnatos necesse est, non dicunt, Morere: sed, Age lege: crudelitatem imperij verbo mitiore subducunt.

PAR. S altera. [Turinus] Clodius belle dixit: Nolite mirari si duriorib: vt: non sum processurus ultra verba: minabor, deinde ignoroscam, fecit & victor.

DIVISIO. Latro vsus est in hac controuersia, illa vulgata quaestione: An possit agi cum patre ob villam aliam rem, quam ob dementiam. Impotens sum, immitis, non tamen demens. Mores tuos patri debes approbare, non patris exigere. Dic despis, nihil intelligis. Ego sanitatis meae, si potuero, argumen ta colligam: dicam in senatu non stulte sententiam: Quid tibi videot facies dementer? Partes male egit? damnare non potes patrem propter verba, immo propter verbum. Si damnari dementiae aliquis pater, etiam non demens ob aliquod improbadum factum potest, an hic possit. Hoc in duo diuisit. An etiam si hoc animo dixit, vt filiam moti vellet, damnandus tamen non sit. Hic accusatio filiae, contrarias partes à patre sequentis, cum illam ipsa natura publicis exceperit malis. Animaduertit Manlius in filium, & victorem: animaduertit Brutus in liberos non factos hosteis, sed futuros. Vide an sub ijs exemplis fortius loqui liceat. Deinde, An non eo animo dixerit, vt eam mori vellet. Dixit, inquit, iratus, cum vellet castigare, non occidere. Gallio & illam quaestionem fecit, An non ob id puella perierit, quod pater illi tam dure responderit. Perij, inquit, propter desiderium viri, alioquin vnius verbi amaritudinem more pessimas? Immo mulier praecipit, temeraria, insano flagrans amore & artonito, quae virum patre reliquo fecuta fuerat, res viri consecuta est. Silo Pompeius huic quaestioni praeponet illam, ex qua in hanc transitus sit. An etiam si propter hoc verbum patris perij, damnari tamen pater non debeat, nec enim eventus imputari debet cuiusque rei, sed consilium. Si post hoc verbum puella vixisset, nunquid patrem dementiae damnare posses? atqui hoc verbo si quid factum est, non à patre, sed à puella factū est. Non oportet autem illius temeritatem, dementiam videri patris. Post hanc quaestionem faciebat illam, An ob hoc perierit.

COLOR. Color à parte accusatoris simplex est: ait, patrem durum fuisse, crudelē, bono publico, eum fuisse periturum. Dixit, dure, inquit, eo vultu, ea affirmatione, vt videretur non iubet tantum, sed occidere. Hoc loco dixit Turrus Clodius: Hoc post bellum, immo post editum: & adiecit, Nunc intellegit Resp. imperator, quantum tibi debeat, cui sine sanguine satisfactum est. Omnes enim dixerunt, patrem dementiae damnare posses. [Gallio] dixit: Nondum mihi videbatur scire quid meruisset. Volui illam intelligere crimen suum. [Caesius] hoc loco: Contumaciter, inquit, rogauit, sic quomodo perij: nō vultu demissō, non summisioribus verbis, nondū tanquam victa. Primū quare ad me non fratrem suū misit, etiam fratris iurisdictum. [Argentarius]. Nos duces exorauimus, quorum liberi in diuersis partib: fierant:

Xx diximus,

diximus. Ignoscere nobis severis esse, si licuerit esse securis. Quid peccavi, quod filiam ex hostiis castris venientem non primo verbo recepi? [*Turinus Clodius* ait: Volui fratrem forori dare beneficium, eo duabus loguar, ut ille me pro forore sua deprecetur. Primum quare me solum rogar, cum debeat duobus satisfacere? [*Silo Gaius* dixit: Volui, inquam, mora torque: fine, inquam, iterum ac tertio roget. Nec mihi tissimum quidem visor statim ignoruit. [*Labienus* ait: Non sum statim exoratus: & si vixisset, non essem fractus primis vocibus eius: ne tertio quidem rogatus, aut quarto. At viator cito exoratus est. Noli mirari: facilius est ignorare bello quam parricidio. [*Hispanus* de morte eius hoc dixit: Iterum illam nobis vice abduxit. [*Albus*, Tuto me ait, putau loqui fortius, non dubitau enim quin frater illi dicturus esset. Non est quod timeas, exorabitur: si difficilior erit, illu ego rogabo, et si rogasse, adolescentem, non magis tibi ego, quam forori tuae maritus. [*Montanus* *Votienus* dixit: Non est quod putas illa cecidisse ira patris, cui vixerat, perit, illa se cui addixit, impendit. Et eundem sensum in argumentis, cum dixit non propter patrem illam perisse. Quid ergo, inquis, propter quem? Scis illam vitum habuisse, pro quo mori posset.

Debilitans expositos. Controversia IIII.

I EX. Reip, laesae sit actio. **Thema.** Quidam expositos debilitabat, & debilitatos mendicare cogebat, ac mercedem exigebat ab eis. Reipub, laesae accusatur.

C O N T R A debilitantem expositos. **Poculij Latronis.** A estimate, quale sit scelus istius, in quo laesae patres liberos suos aut ut agnoscant, aut recipiant, etiam confessas iniurias tacent. Vectigalis istius crudelitas fuit, eo magis quod omnes praeter istum misericordes sumus. Mendicantes, nisi tot mendicos fecisses. Effecit. Celestus iste, ut nouo more nihil esset, miserius expositis, quam tolli: parentibus, quam agnosceret. [*Caelij Seueri*: Huic caeci innitentes baculis vagantur, huic trunca brachia circumteruntur, huic conculci pedum articuli sunt, & torti tali: huic elata crura; illius, inuolatis pedib. cruribusque, femina contudit; aliter in quemque faciens offalagrus iste, alterius brachia amputat, alterius eneruas; alium distorquet, alium delumbat; alterius diminutas scapulas in deformis tuber extundit, & risum in crudelitate captat. Produc agedum familiam semiuiam, tremulam, debilem, caecam, mancam, famelicam; ostende nobis captiuos tuos. Volo mehercules nosse illum specum tuum, illam humanarum calamitatum officinam, illud infantium spoliarium: sua cuique calamitas tanquam ars assignatur. Huic recta membra sunt: &, si nemo obstat naturae, proceritas micabit. Ita frangatur, ut humo se alleuare non possit, sed pedum curvum resolutis vertebris reperit; huic extirpant radicibus, huic speciosa facies est, potest formosus mendicus esse, reliqua membra inqualida sint, ut fortuna iniquitas in beneficia sua sequentis magis hominum animos peruelat. Sine satellitibus tyrannus calamitates humanas dispensat. [*Vibij Galli*. Intuemini debilia infelicitum membra, nescio qua tabe consumpta: illi praecisas manus, illi erutos oculos, illi contractos pedes. Quid exhorrescitis? sic iste misereretur, tot membra franguntur, ut vnu ventrem impleant: &, o nouu monstrosu, integer alitur, debiles alunt. [*Albus* *Sili*. Periscent, inquit, ita non sic infelicius supersunt, quam perituri fuerant? Periscent, inquit, interrogat patres, vnum maluerint. Eruantur, inquit, oculi illius, huius praecidantur manus. Quid si aliquis ex istis futuris sit tyranicus? quid si faceret? Nec puto incredibile in hac fortuna loquor. Certe ex hac turba origo Romanae gentis apparuit. Egregius educator plus acceptu crudelitati, quam expensum misericordiae referit. [*Titrij* *Periscent*, inquit. Puto, experieris nos non esse crudeles, tamen nemo non nostrum, cum istis stipem porrigeret, mortem precatus est. Surge tu debilis: conatur, & corrut. Surge tu mute: sed quid excifaris; rogare non potes. Surge tu caeces: sed ad quorum eas genua, nescis. O te inter omnes debiles ante hoc iudicium felicissimum, quod istum dominum non videbas: in hoc iudicio infelicissimum, quod istum reum non vides. Expositos aluerunt etiam feras, satis futurae mites si praeferent. [*Cornelij Hispani*. Ergo si illis temporibus iste carnifex apparueret, conditorem suum Roma non haberet. Time ne hoc proficiat, quod nemo ex his quenquam videri vult suum. [*Julij Baffi*. Intuemini vtranque partem, & ei succurrite, quae miserabilior est, si ceat videre mercenarios tuos. hic caecus est, hic debilis, hic mutus. his tu mori non permittis? Vis in te iudices more tuo misericordes sint? tuo exemplo? [*Argentarij*. Quorum cum vbiique audiantur preces, in sua taedium causa cessant. Adiiciamus aliquid ad quaestum, dicere huic oculo, illi manus. [*Arelly Fusi* patris. Praecidatur, inquit, lingua, genus est roganus, rogare non posse. Misericordia horum omnium iudices, & misererit etiam singulorum soletis. [*Cefij Pij*. Ut hanc causam suscipiatur, ne ab eis quidem rogatus sum, pro quibus ago, quid enim miseri rogare sciunt, nisi stipes? quid infelix iste peccavit aliud, quam quod natu est? [*Clodij Turrim* patris. Age si quis agnoscit suum, petet alimenta, tanquam alueris? non est quod timeas, nemo agnoscat. O miserum, si quis alimenta suo dat, & miserum, si negat. Ita nos istis vindictam negatuos putas, quibus ne id quidem negamus, quod tibi daturi sint? Et quod est indignissimum, crudelis cum sit, misericordia publica vivit. Venire miseri, & hoc primum vobis rogare. [*Mentoris*. Errant miseri circa parentum suorum domos, & fortasse aliquis a patre alimenta non impetrat. Nulli plus redditum in tanta mancipia. Cur tu tam exiguum refers? poterat, ut non rogares, ut non acciperes, spiritum tibi non relinquem, nisi crudelior futurus essem te relinquendo. Tibi capture quotidiana non responderet, appetet te nondum homiibus satis miserum videri. [*Gauj Silonis*. Tu, inquit, in illa vicinia mendicabis, tu ad limen accedes: & cru-

& crudelis, miseris parentum domos demonstrat, hic non facile stipem impetrat, etiamnum aliquid illi detrahatur. [*Iunij Gallionis*. Serua oculos, ut videat quem roget; serua manus, ut habeat quibus stipem accipiat. Occurrunt nuptis omnia dira, sacris publicis tristia auspicia: feriatis maxime ac sollemnibus & hilaritatibus dicatis diebus semianimes isti greges oberrant: & forte aliquis acceptam stipem porrat ad deos. [*Fuluj Sparfi*. Scio, Iudices, varijs quemque causis ad accusandum solere compelli, quosdam ambitio gloriae, quam ex damnato petierunt, prouocauit: alios odia & similitates protraxerunt. Non dubito fuissim quosdam qui praemium peterent: ego omnibus ceteros impellentibus causis vaco. Quae enim gloria est in tam sordido reo? quae similitates, vi non eas quaque contraxisse pudeat? aut quod praemium, cum stimulant i, qui se alere non possunt? Non is est qui rogare nesciat, etiam docere solet. Quos affectus vestros optare debeam, nescio: si misericordiae proprie fueritis, crimina rei vobis ostendam, si tueris. Fuerit at reu hunc nos publice pacifimus. Exigitur a te talio, non habes totidem mebra, quot debes. Lupa oblitia feritatis, placidior, velut foetibus suis, praebuisse vbera fertur. Sic lupa venit ad infantes, expectemus hominem. Gratulor tibi Roma, quod in conditores tuos homo non incidit. Ergo cum de publica misericordia cogitares, tam crudelis esse potuisti? Proxima, inquit, die hic plurimum retulit, faciendus est huic similis alter, hic satis retulit, fiat & alius miser ad hoc exemplum. Ite nunc, inquit, & alimenta mihi quaerite. Tu, inquit, qui oculos non habes, per oculos rogato. Tu, inquit, qui manus perdidisti, per manus rogato: tu per illa mebra que trahis debilia: per ea quaque que non habet, ambiat. O miseros qui sic rogant: miseriiores, qui sic rogantur. Ecce, nefcio quis. Meus, inquit, filius si vi ueret, huic fortassis similis esset. Num, inquit, ego meum transeo? Alius inquit: Potuit meus in eundem incidere dominum, quid si in cedit? omnes omnibus conferunt, dum vnu quisque timet ne suo neget.

P A R S altera. *Arellij Fusi*. Debilitati, inquit, plus illis patres nocuerant.

D I V I S I O. Latro sic diuinit, An laesae sit Resp. Primum quod Reip, crimen confitare oportet, deinde tunc reum queri. An laesae sit Resp. non solet argumentis probari. Manifesta statim Reip, damna sunt, si muri diruti sunt, si classis incensa est, si exercitus amissus, si vectigalia deminuta, hoc damnum quod tu objicis, non videbat. Dic mihi, quando Rem. laesae? cum vnum expositum debilitauit, atqui etiam qui occidit vnum, non tamen Reip. laesae tenetur reus, sed caedis: etiam qui duos, etiam qui plures. Dic mihi, quis numerus efficiat, ut laesae videatur Resp. duo debilitantur, nondum Resp. Infantes perdidit, & infelices. Potuerunt, inquit, duces fieri: potuerunt etiam sacrifici esse & homicidae: potuerunt & perire. Attrahem crudelitatem rem facit & lanista, nec damnatur Reip. laesae: & leno qui cogit inuitas pati stuprum, nec laedit Rem. Ego nunc non laudari reum desidero, sed absolvi. ne ceat hoc illi, cum honores petit. Potest aliquis & non esse homo honestus, & esse innocens. Deinde an laesae sit Resp. an ab hoc laesae sit. Non a me, inquit, sed a parentib, qui proiecerunt. Hic crudelis, ut multum illis absteratur, vitam reddidit. Contra, ait, illi singulos exponunt, tu omnes debilitas: illi spem, tu instrumenta viuendi detrahis. Deinde, An teneatur Reip. laesae, si fecit quod ei facere licet. Non potuit, inquit, villa res lege damnari, quae legi innititur. Si domum meam diruam, nunquid dices me Rem. laedere? Et poteras describere, quam inhumanum sit, illos parientes maiorum in nostram vsque perductos memoriam, in hostilem modum deiici. In agri meis arbusta succidere velim. Deinde, An hoc licet illi facere, licuit, inquit. Expositi, inquit, in nullo numero sunt: serui sunt: hoc legum latrorum vsum est. denique si non licet, habent legem talionis. agere singuli iniuriarum possunt. Reip. quidem laesae non potest agi eorum nomine, qui extra Rem. sunt. Non potest pro omnibus agi, pro quibus singulis non potest. Scio quosdam putare quaestionem esse, An possit a priuato homine laedi Resp. [*Sparfum* certe ita declamare memini. Quod si quisquam recipit, & illam recipiet: An a muliere possit, an a senecte, an a paupere possit: quorum nihil vnuquam quaeritur. Sed dici tamen solet, quomodo cum illa quaestio tractatur, An Resp. laesae sit, toties reus in argumenta non laesae Reip. non dicit: ne potuit quidem laedi a priuato, a paupere, ab aegro, ab infante. Gallio fecit illam quaestionem, An in expositis laedi possit Resp. Non potest, inquit. An laedi possit in aliqua sui parte: haec nulla Reip. pars est, non in censu illos inuenies, non in testamentis. Sed haec quoque in illam incurrit, An Resp. laesae sit, dicitur enim: Ne laedi quidem potuit in eis, quos non habebat.

C O L O R. Pro illo qui debilitat expositos, pauci admodum dixerunt. Dixit *Galio*, & hoc colore vnu est: Egente hominem, & qui ne fe quidem alere, nedum altos posset, sustulisse eos, qui iam reliqui sine spe vix spiritum traherent: quibus non iniuria fieret si aliquid detrahatur: sed beneficii daretur, si vita seruaretur. Faciant inuidia, alicui oculos deesse, alicui manus, dicant, dum quoq. dicant, illu per hunc viuere. Gallio illud quoq. in argumentis tentauit: Adeo, inquit, haec res non nocuit Reip. vt possit videri etiam profuisse. Paniores erunt, qui exponant filios. [*Turinus Clodius* hoc colore vnu est: Multos patres exponere solitos inutiles partus. Nascentur, inquit, quidam statim aliqua parte corporis multati, infirmi, & in nullam spem idonei: quos parentes sui projiciunt magis, quam exponunt aliqui etiā vernulas, aut omne infarto editos, aut corpore inuidios abiciunt. Ex his aliquos hic sustulit, & eas partes quae cuiq. possent miserabiliores esse, miseratus abstulit: stipem rogat, & vnius misericordia viuunt, omniū aluntur. At res foeda est, mendicos habere, à mendicis ali, inter debiles versari. Age non pudet vos ex hoc producere contubernio reū, à quo dicatis laesam Rem. & sic descédit ad argumenta, ut diceres: Quomodo hic potuit laedere? [*Silo Pompeius* illo colore vnu est: Misericordē hunc fuisse,

voluisse vitam dare, sed non potuisse alere: itaque eo compulsum, ut vnuſquisque aliquam partem corporis pro toto dependeret. *Labienus* tam diserte declamauit parte eius, qui debilitabat expositos, quam nemo alteram partem: cum illam omnes disertissimi viri, vel ad experimenta suarum virium dixerint. Illum autem locum vehementissime dixit, vacare homines huic cogitationi, ut carent quid homo mendicus inter mendicos faciat. Principes, inquit, viri contra naturam diuitias suas exercent: caſtratorū greges habent, exoletos suos ut ad longiorem patientiam impudicitiae idonei sint, amputant. Et quia iplos pudet viros esse, id agunt, ut quam paucissimi sint. His nemo succurrit delicatis & formosis debilibus. Curatis quis ex solididine infantes auferat, perituros nisi auferantur: non curatis, quod isti beati solididines suas ingenuorum ergastulis excolunt: non curatis, quod iuuenum miserorum simplicitatem circumueniunt, & speciosissimum quemque maxime idoneum castris in ludum coniiciunt. In mentem vobis venit misereri horum, quod membra non habeant: quid illorum, quod frusta habent? Hoc generis infectatus saeculi via, egregia figura, inquinatum & infamem reum, maiorum criminum impunitate defendit. Celebris haec apud Graecos controuersia est. Multa ab illis pulchre dicta sunt, à quibus non abstinuerunt nostri manus: multa corrupte, quibus non cesserunt. *Nicetes* dixit: †

Hunc dixit sensum *P. Afrrenas*, eodem modo, vno verbo proprio r̄fus: Hos alit, qui alimenta poscit, quibus crudelis est qui negat. Circa hunc sensum est & ille à *Quintiliano* dictus: Nefcio vtrumne vos miserabiliores dicant, quod alimenta accipitis, an quod huic datis. Accipitis enim, quia debiles estis. Ei datis per quem debiles estis. *Addens* rhetor. †

Hanc sensum quidam Latini dixerunt: sed sic, ut putem illos non mutuatos hanc sententiam, sed imitatos. *Blundus* dixit: Porrigit aliqua mendico roga- ta stipem: vtique si peperit, si exposuit. O quam misera cogitatio porrigentis est: hic fortasse meus est. *[Orcus* dixit: Qui iam porrexit pluribus stipem, suo negat. *[Arellius Fuscus* dixit: Alit rogata filium ma- ter: misera, si scit suum esse: misera, si nescit. *[Artemon* dixit: †

Hanc sententiam *Latro Porcius* virilius dixit, qui non potest furto suspectus esse. Graecos enim & contemnebat & ignorabat, cum descripsisset debiles artus omnium, & alios incursantes, alios repentes, adiecit: Pro dij boni, ab his aliquis alitur integer? *A MACCOMBPOE* dixit: †

Hunc sensum *Cæstius* tranſlit. Effecti, inquit, ut maius periculum effeſt educari, quam exponi. *[Fuscus Arellius* aliter dixit: Illa adhuc in miserae fortis infantia timebantur, ferae, serpentesque, & inimicus teneris artibus rigor, & inopia: inter expositorum pericula non numerabamus educatorem. *Glycon* corruptum dixit sententiam: † Sed nostri quoque bene insanierunt. *Murrhedius* dixit: Producitur miserorum longus ordo, maior pars se fine se trahit. Et *Licius Nepos*: Ut soluendo sis in poenas, quoties tibi renascendum est? Il lud *Sparsus* dixit, quod non corruptum tantum, sed contrarium dicebat esse *Montanus*: Solus plura habes membra, quam tot hominibus reliquisti. Ita enim hic potest videri laesisse rem publicam, si multi sunt debilitati. Apparet autem non multos esse, si plura habet membra, quam debilitatis reliquit. Et illud aequa ab illo aiebat corrupte dicatum: Pro dij, erunt plures mendici, quam membra. Graecas sententias in hoc refeſo, ut possitis aestimare, primum quam facilis Graecae eloquentiae in Latinum transitus sit, & quam omne, quod bene potest dici, commune omnibus gentibus sit: deinde ut ingenia ingenij conferatis, & cogitatis Latinam linguam facultatis non minus habere, licentiae minus. *Labieni* sententiam separavi, quia locuti de illa homines erant. Sed vbi quotidianum diurnum & mendicantium quaestus recognoscit, tu hodie minus attulisti, cedo lora, gaudeo me non omnes emancale. Quid fles? quid rogas? plus retulisses, si sic rogas. Dixerat & illam sententiam: Date miseris, quod vnum percipere gaudium posſunt. Aliquis ex illis damnatum istum videat, aliquis audiat. *Glycon* dixit: †

Viniclus summus amator *Ouidij*, hunc aiebat sensum disertissime apud Nasonem *Ouidium* esse positum, quem ad fingendas similes sententias aiebat esse memoria tenendum, occiso Achille hoc epiphonema apponit:

Quod *Priamus* gaudere fenex post *Hectora* posset.

Hoc fuit,

Cassius Seuerus dixerat: Ostende nobis captiuos. *Iulus Bassus* dixerat: Ostende nobis mercenarios tuos. *Labienus* commodius videbatur dixisse: Ostende nobis alumnos tuos. *P. Afrrenates* dixit: Cum induxisset stipem porrigentem mendico, O infelicem patrem: & hoc qui dicit, fortasse pater est.

Parrhasij Prometheus, Controuersia V.

LE X. Laesae religionis sit actio. **Thema.** Parrhasius pictor Atheniensis, cum Philippus, captiuos Olynthios venderet, emit vnu ex his senē, perduxit Athenas, torsit. & ad exemplar eius pinxit Prometheus. Olynthius in tormentis perit, ille tabula in tēplo Mineruae posuit, accusat̄ religionis laesae.

CONTR A Parrhasium. *[Gauj Silonis]* Infelix fenex vidit iacentis diuulsa patriae ruinas: abſtraetus a coniuge super exuſae Olynthi cinerem stetit. iam ad figurandum Prometheus satis tristis est. Pro Jupiter, (quem enim melius inuocem aduersus Parrhasium, quam quem imitatus est?) Olynthium tantum picturæ tuae excipo. Num quis ut naufragium pingeret, merſit? caeditur. parum est. inuritur. etiamnum

etiamnum parum est. laniatur. hoc, inquit, in irato Philippo satis est, sed nondum in irato Ioue. *[Iulij Basij]* Producitur. Supervacuum est, inquit: nondum quantum satis Prometheo, poteſt gemere. Ultima Olynthij deprecatio est: Atheniensis redde me Philippo. Non est istud donum, ſacrilegium est. Seruus, inquit, meus fuit. Putes Philipum loqui. Aedem Mineruae tanquam caſtra Macedonum fugiunt. *[Clodij Turrini]* Parum, inquit, tristis est, cur, niſi quia Atheniensem dominum fortius est? Dabo tibi Parrhasi, maiore tormenta, duc illum ad iacentem Olynthum, duc illo vbi liberos, vbi domum perdi- dit: tuis certe quam tristem illum emeris. Olynthiſis vrbem aperiuimus, templa praecclusimus. ergo ne- mo Olynthius tortus esſet, si omnes illos Macedones emiſſerit. Torquetur. hoc nec sub Philippo fa-ctum est. moritur: hoc nec sub Ioue. *[Argentarij]* Hoc hospitio Olynthius Athenis exceptus est. tan- tum ergo Olynthius poſſit, Parrhasius quid? non & oculos nostros torqueri, ibi ponit tabulam, vbi for- taſſe nos tabulam foederis poſuimus. Hoc Promethea facere est: non pingere. Aiebat tortoribus: Sic intendite, ſic iustum quem fecit, cummaxime vultum feruare, ſit ſibi ipſi exemplar. *[Caelij Py. Emi]*, in- quid, immo ſi Atheniensis es, redemisti. ſi nescis Parrhasi, in iſto templo pro Olynthiſis dona ſoluun- tur. Crudelis ille Graeciae carnifex, iustum tamen nihil amplius quam vendidit. producitur nobilis fe- nix, longi miferiarum tabe confeſtus, reducitur introtius oculis, tam tristis, quaſi iam tortus esſet. Ut ad- moueri ſibi cathenam vidit: Superacuae, inquit, ſunt, ſi ad alium dominum perueniſſem, Athenas fugi- rem. Iſtud tibi in nullo Olynthio permitto, niſi Laſthenem emeris. *[Triarij]* Corruſti duo maxima Promethei munera, ignem & hominem. Quemcunq; praeco flentem viderat, ſciebat te emptorem: mi- ferabantur omnes. Te fortaffe ipſe Philippus reduci iuſſet, ſi Atheniensem vidilſet emptorem: quod ego fabulotum eſte non dubito. Sed vtrum vult Pharrasius, eligat: parum pie, aut infami auctione imi- tatus eſt. Clamabat iſte: Nondum ſatis tristis eſt: nondum ſatis, inquam, adieciſti ad priorem vultum. talis in auctione Philippus. *[Mufac]* Narraturus ſum Olynthij ſenis ignes, verbera, tormenta, aliquis me nunc queri de Philippo putat. Dij deaeque te perdant, milericordem Philippum fecisti. Si iſti credi- tis, iratum Iouem imitatus eſt: ſi nobis, iratum Philippum vicit. Pingue Philippum crudelem, oculo ef- foſo, iacula perfracto, per tota damna a dijs immortalibus tortum. *[Cornelij Hispani]* Ultima membrorum meorum tabes tormentis immoritur. Parrhasi quid agis? non feruas propofitum, hoc ſupra Promethea eſt. tantum patiendum eſt, pingente Parrhasio, quantum irato Ioue. *[Arellij Fuci patris]* Pingue Pro- metheia, ſed homines facientem, ſed igneſ dimidentem: pingue, ſed inter munera potius quam inter tor- menta. Inter altaria, Olynthij ſenis crucem poſuit. Miferime fenex, forte ex ſeruis tuis aliquis felicius feruiri: vtique felicior eſt, quiſquis Macedoni feruiri. *[Fuluj Sparſi]* Si ad currēndū profeſtus eſt, queror: quod vtinam Philippi his auctionem cum exceptione feciſſe, ne quis Atheniensis emerit. Nō vidit Phi- lippus iouem: fecit tamen velut tonantem. Nec ſteti ante oculos eius Minerua: dignus tamen illa arte ani- mus & concepit deos, & exhibuit. Quid facturi ſumus, ſi bellum volueris pingere? diuerſas viorū ſta- tuemus acies, & in mutua vulnera armabimus manus, vieti ſequentur, viatores cruenti reuertentur? Ne Parrhasij manus ludat temere coloribus, internecioni humanae timendum eſt. Si necesse eſt aliquem torqueri, eme nocentem ſeruum, ut eodem tempore ex eo exemplum ſumas & ſupplicium. Statuitur ex altera parte Parrhasius cum coloribus, ex altera tortor cum ignibus, flagellis, eculieſ. Iſta aut viden- tem, aut expectantem Parrhasi, parum tristem putas? Dicebat mifer: Non prodidi patriā. Athenienses, ſi nihil merui, ſuccurrite: ſi merui, redite Philippo. Inter iſta Parrhasius dubium eſt studioſius pingat, an ille ſaeuit, torqueat, verberet. Sic iſte carnifex colores temperat. Quid aī ſi parum tristis videtur, quem Philippus vendidit, emit Parrhasius? Etiānum torque, etiamnum bene habet, ſic tene. Iſte vultus eſt debuit lacerati, hic morientis. *[Pocij Latronis]* Si videtur tibi, iſtis muneribus aram Misericordia or- na. Nemo ergo ex Olynthiſis meruiſerit, quam qui Atheniensem dominum fortius eſt. Mifer vbi- cunque Philippum non viderat, pacem putabat. Alliga, inquit. Aiebat, Solutus apud Philippum fui. *[Al- buj Sili]* Expedita dum Euthycretes aut Laſthenes capiatur. Phintias omnia Parrhasio tortore digna fe- cit. Philippus quoque vendidisse contentus eſt. Producitur fenex nobilis, fleus, recipiens patriam: pla- cuiſi vultus, habuit aliiquid Promethei ſimile, etiam antequam torqueat, diligenter agit cauſam, ut Philippus. Olynthio non eſt: ego pecuniam perdiſi, redi ad auctorem. Propter hominē Prometheus di- ſtortus, propter Prometheus homines ne torſeris. Philippus ſic rogarabatur, Liceat Olynthiſis viuere. Parrhasius aliter rogarat, Olynthiſis mori liceat. Tristem volo facere. Nemo faciet, ſi philippus non fecit.

DIVISIO. Hanc controuersiam magna pars declamatorum ſic dixit, ut non controuersiam diui- deret, ſed accusationem: quomodo ſolent ordinare actionem ſuam in foro, qui primo loco accuſant. In ſcholastica, quia non duobus dicitur locis, ſemper non dicendum tantum, ſed respondendum eſt: obi- ciant quod hominem torſerit, quod Olynthium, quod deorum ſupplicia imitatus ſit, quod tabulam in templo Mineruae poſuerit. Si Parrhasius reponſurus non eſt, ſatis bene diuidunt. Nihil eſt autem tur- pius, quam aut eam controuersiam declamare, in qua nihil ab altera parte responderi poterit: aut non reſellere, ſi responderi poterit. *[Gallio* fere ſimile diuisionem in Parrhasio habuit ei, quam habuerat in illa controuersia, cuius mentio eſt in hoc ipſo libro: debilitabat expositos, detractis quibusdam. Diuſit autem ſic: An laesae ſit religio, quid perdiſi, inquit? nihil. Nondum de iure controuersiam facio. Perdiſit vnum ſenem Olynthus: fac Atheniensem, non ages mecum rei publicae laesae, ſi Atheniensem ſenato- rem occidero, ſed caedis. Ita, verū Atheniensi corrūpitur opinio, misericordia ſemper censi ſumus. Nū

quam vnius factio publica fama corrumpitur. Solidior est opinio Atheniensium, quām vt labefactari vlo modo possit. Laesa est inquit, respublica. Si quis Olynthi depositū negauerit, videbitur, vt existimo, non rem publicam, sed hominem laesisse. Olynthiis hoc tribuisti, vt eodem loco essent, quo Athenienses. Laesisti, inquit, rem publicam, laedū rem, qui aliquid illi auferunt, non qui adjiciunt: qui dirunt templū, non qui ornant. Peccauerunt ergo & sacerdotes, qui tabulam receperunt, quare tamen non recipiērunt. Deorum adulteria pīctūa sunt. posita sunt pīctūre Herculis liberos occidētis. Deinde, An ob id accusari possit laesae Reip. quod ei facere licuit. Ea lege persequere, qua non licuit, dicas mihi. Hoc facere non oportet, huic rei aestimatio immensa est, itaque nulla vindicta est. Et id tantū punitur, quod non licet. Satis abundeque est, si opifex rerum imperitus ad legem innocens est. An hoc ei facere licuevit. Hoc in illa diuiditur, An Olynthius fuerit apud Atheniensem, etiam antequam fierer decreatum. Seruus, inquit, est meus, quem ego emi belli iure. Vobis Athenienses expedit: alioquin imperium verum in antiquos fines redigitur, quicquid est bello partum. Et est contra. At ille seruos alij emptori esse potest, Atheniensi non. Quid enim si Atheniensem à Philippo emissem? Atqui sciebas Olynthios nobis coniunctos esse foedere. Ut scias, inquit, seruos fuisse, decretum poltea factum est Atheniensium, quo iuberent & liberi & cines esse. Quare hoc illis ius, si iam habebant, dabatur? Deinde, an decreto hoc non contineatur, liberi vt siant, sed vt esse liberi iudicentur. Hoc censuimus Olynthios cives nostros esse, ita & ille ciuis noster fuit. Non, inquit, nam decretum in futurum factum est, non in praeteritum. Vis hoc scire? Non quisquis Olynthium seruum habuit, accusabitur, quod ciuem in sua seruitute tenuerit. Si quis tunc inter necessaria seruorum officiorum ministeria percussit, aut caecidit, iniuriarum accusabitur? Atqui quantum ad ius attinet, nihil interest, occiderit, an caeciderit. Nam aut nec caedere licuit, aut & occidere.

C O L O R. A parte Parrhasij fecit hunc colorē, empnum esse à Parrhasio senem, inutilem, expiraturum. Si verum vulcis, inquit, non occidit illum, sed deficientis, & alioquin expiraturi morte vlus est. Torsit, inquit, tamen: si lucri causa, obijce, nempe crudelitatis pretium Athenae habent. In argumentis dixit, quantum semper artibus licuisset: medicos, vt vim ignoratam morbi cognoscerent, viscerā rescidiſſe: hodie cadaverum artus rescindi, vt nerorum, articulorumque positio cognosci possit. [Albucius] hoc colore: Calamitoſum fuisse, orbum, palam mortem optantem: nec aliter illum Philippus vendidifſet, nisi putat illi poenam esse viuere. [Silo Pompeius] putabat commodius esse, si hoc animo ifset Parrhasius ad auctionem, vt aliquem in hunc vsum emeret, poterit enim videri, elegiſſe vilissimum & maxi me inutilem. Fuso Arellio placebat, empnum quidem illum in alios vſus: sed cum deficeret, & mori vellet, in id quod vnum ex cadavere artifex poterat impensum. Gallio ad neutrum se alligauit, nec dixit, quo animo emisſet. Gallionis color intolerabilis est. dixit enim, senem ex noxijs Olynthijs emisſe. Quod si licet illi fingere, non video quare non eadem opera dicat, & conscientia prodictionis Lastheni fuisse, & se poenae caula torsisse. Hispo Romanus ignorantiam illam excusauit. Pictor, inquam, intra officinam suam clausus, qui haec tantum vulgaria iura nouerit, in seruum nihil non domino licere, pictori nihil non pingere, mancipium suum operi suo impendit. Non omnia, inquit, narras: Olynthius fuit ille qui peripit. Quid autem ad rem pertinet, cuius nationis seruos fuerit? Audes, inquit, seruum dicere Olynthium? etiam post bellum, & ante decretum, alioquin quod vos illis deditis beneficium, nisi quod iam illos nec torquere licet, nec occidere? Graeci nefas putauerunt, pro Parrhasio dicere; omnes illum accusauerunt, in eosdem sensus incurserunt. Glycon dixit †

Triarius hoc ex aliqua parte cum surriperet, inflexit. Hos aiebat Seuerus Cassius, qui hoc facerent, similes sibi videri furibus, alienis poculis ansas mutantibus. Multi sunt, qui detracto verbo, aut mutato, aut adiecto, putant se alienas sententias lucrificare. Triarius autem sic verit, Corripisse duo maxima Promethei munera, ignem & hominem, sed egregie illam surriperunt, Euctemon qui dixit, †

Sanius quām Glycon †

Damus corruptissime. †

hic est Craton, venustissimus homo, & prohomo & professus. [Asinius qui bellum cum omnibus Atticis gerebat, cum donaret illi

Caesar talentum, in quo xxiiij. seftertia sunt Atheniensium more

hic Caesari quād illū nunquam nisi mense Decembri audiret dixit

& cum commendaretur a Caesare Passieno, nec curaret, interrogati, quare non complectetur tantū viri gratiam †

Saepe solebat apud Caesarem Timagene configere homine accidiae linguae, & qui nimis liber erat: puto quia diu non fuerat ex captiuo cocus, ex coco lecticarius, ex lecticario vſque ad amicitiam Caesaris felix. vſque eo vtranque fortunam contemptit, & in qua erat, & in qua fuerat, vt cum illi multis de causis Cæsar interdixisset domo, combureret historias rerum ab illo gestarum: quasi & ipse illi ingenio suo interdiceret, disertus homo & dicax, a quo multa improbe, sed venuste dicta, ne modum excedam, excuso, & ad Parrhasium reuertor. Nicetes dixit: †

Hispo Romanus dixit: Ignes, ferrum, tormenta, piatoris ista an Philippi officina est. Sparſi sententia in descriptione pīctūre habet aliquid corrupi: & vbiq̄ue sanguine opus est, humano vritur: dixit enim quod fieri non potest: Illum locum omnes tēauerunt: Quid si volueris bellū pingere? Quid si incendiū? Quid si parricidiū? A Graecis Dōron furoſe dixit: Sed nihil est quod minus ferri possit, quām quod a Metrodoro dictum est:

Triarius dixit: Nondū dignū irato Ioue gemuisti. Haterius dixit sanius: Nondū vultus ad fabulā conuenit, & illud Parrhasi, vt omnia siāt ad exēplū, viuat qui tortus est. Sed si vultis audire, supra quod nō possit

possit procedere insania. Licinius Nepos ait: Si vultis digne punire Parrhasiū, ipſe ſe pingat. Non minus ſtulte Aemilianus quidā Graecus rhetor: quod genus ſtultorū amabilissimū eſt. Hexarida fauus dixit: † Otho Pater cum pro Parrhasio diceret, in hoc colore derisus eſt: Quia conciderant, inquit, per proditores Olynthijs volui pingere iratum proditori ſuo Iouem. Gargius multo ſtultius, quare Prometheus Parrhasius ſupplicium pinxit. Ego, inquit, ardente Olyntho non odiſſem ignium auſtorem? Latronis illa celebris ſententia eſt, quam Sparſus quoque ſubtrāctis quibusdam verbis dixit in descriptiōne mortuorum: Parrhasi, emorior, ſic tene. hanc ſententiam aiunt & Dioclem Carifium dixit non eodem modo † Hispo rideon honeſte. Romanus fecit: multo enim veheſtius inſanit, quām noſtri fanatici. Voluit videri voltorios ad tabulam Parrhasij aduolare, fabula eleganti ad turpeſ ſententiam perductus. Traditur enim Zeuxin, ut puto, pinxit puerum, vuam tenentem: & cum tanta eſſet ſimilitudo vuae, ut etiam aues aduolarent operi, queñdam ex praefentibus dixit, aues male exiſtimare de tabula: non fuſſe enim aduolatas, ſi puer ſimilis eſſet. Zeuxin aiunt obleuſſe viam, & feruſſe illud, quod melius erat in tabula, non quod ſimilius. Spiridio aequa familia rite in templum voltorios ſubire putauit, quām paſſeres aut columbas. Dixit enim: † Sed nolo Romanos in illa re vinciri. Reſtituet aciem Murrhe diu, qui dixit: Pinge Triptolemum, qui iunetis draconibus ſulcaut auras. Inter illos, qui de Prometheus corrupte aliiquid dixerant, & Apaturius locum ſibi vindicat. dixit enim: O †

Fur accusator proditoris. Controuerſia VI.

LEX, Iniuriarum ſit actio. Lex. Fur concione prohibeat. Thēma. Quidam cum diuitem poſtuſt laſſer proditionis, noctu parietem domus eius perfodit, & ſcrinum, in quo miſſae erant ab hoſtibus litterae, ſuſtulit. Damnatus eſt diuies. Concionari cum veller acculacor, à magistratu prohibitus eſt. Agit iniuriarum.

P R O FURE [Porci] Latronis. Id ſolum ſuſtuli, quo fur reliquifſet. nihil tam fur timuit, quām ne do minus reſtaſas non agnoſceret. Fac mihi inuiſam, prodiſi furum meum. ago magistratu iſti graciaſ: cum ad illum furum meum detulifſem, firem ſummoeri non iuſſi. Ruentem ciuitatis ſtatū viuus patietis ruina reſpoſui. [Oſci] Sollicitus erat, ne, quod perdiſderat, quaereretur. Indicium profiteor. mul-los furti conſciós habeo: at illud tuō illi oſtendit, hoc furtum non ſolus habeo. Furtum eſt, quod timet dominus agnoscere: potui non eſſe pauper, habui quod magno venderem. Teneo, ecce epiftolas, in quibus maniſta prodictionis argumenta ſunt, in quibus hoſtium confilia. Te interrogo: ſi furtum eſt, repono. [Muſae] Furtū vocas, quod qui perdiſderat, negabat ſuum? furtum feci, ſed ex hoſtibus. [Clodij Turzini] Furtum vocas, quod qui perdiſderat, ſupplicium tulit: qui ſurripuerat, praemium? Vtri permifſetis loqui, ſi eodem tépore fur veniſſet & dominus? Potui remp. magno vendere vel proditori. [Arelj Fuci patris] Mille nauium duces farto Troiā cepiſſit. Si bene furro evertuntur vrbes, quanto melius ſeruantur? Si non indicauero cuius ſit, nemo cognoſceret. [Vibij Rufi] Cuius ego, ſi potuifſem, non parietem tan- tū, ſed peſtis ipſum perfodiſſem. Nondū totū conſummati officiū: nō eſt tam anguſta Republi- ca, vt ab uno opprimi poſſit. [Caefij Pij] Nolite à me omnia exigere quae ſcio. multa ſunt: quaedā & in cōtione dicēda. Hoc furtū liberos vestros docete. Rogo vos Iudices, per furtū meū, quoties furtū meū protuli, ta- cer dominus. ego fur? Ecce altera iniuria. Non tu, inquit, per fodisti domum? Tace, ego noui iſta melius. Narrare ſoleo, non negare quae ſcio. In forum veni, narrai nocturnam expeditionem meā. Conue- nerant omnes, tanquam ad contionem. Cur me ſubmoues ante actionem, cum nec proditores inauditi pereant? O furtum in contione narrandum, proditoris vigilantiffimum peſtis, & in exitia noſtra ſemper ſollicitum, publica fata ſopierant. Ita etiam ministros eius alligauerat ſomnus, vt mihi licet eli- gere quod tollerem. Diruere mihi videbar hoſtium muros. Furtum vocas, quo nihil melius tuo anno fa- ctum eſt. Nemo fur Rempubl. cogitat. nihil non licet pro Rep. facere.

P A R S altera, pro magistratu. Quale id ſpectaculum fuīt: compoſuerat inter ſe fortuna Reip. furē, & proditorem. vt vidit inutile furum ſuum, prodidit, vt nobis venderet, quod nulli poterat. Tam callidus fur, vt etiam proditori poſſet imponere. Consilium uideri vult felicitatem furti lui. Lex quae no- furum ſurem occidi quoquo modo iubet, non de damna to tantum, ſed de fure loquitur. Odit hoc vi- tium. nec immerito: non multum abeft a proditore. Sustulit quod non elegit, ſed quod illi fatum publi- cae felicitatis obiecit. Vno tempore & proditorem nobis oſtēdit, & ſurem, qui diuitem compilare ma- let, quām damnare. Effregit domum manu ſuſpensa. Scias illum non tunc primum feciſle. Sustulit, non quod voluit, ſed quod poruit. Bono exemplo damnatus proditor, malo inuentus.

Libri X. Controuerſiarum finis.

L. ANNÆ I. SENECAE
ORATORIS. ET RHETO-
RIS. SVASORIARVM
LIBER. VNV S.



Suasoria prima.

IN IT A M vt cuique rei magnitudinem natura dederat, dedit & modum. nihil infinitum est, nisi Oceanus. *Auitus*. Fertiles in Oceano iacent terras, ultraque Oceanum rur s alia littora, alium nasci orbem, nec usquam naturam rerum definere, sed semper inde, ubi desisse videatur, nouam exurgere: facile ista finguntur: quia Oceanus nauigari non potest. Satis si haec tenuis viciſſe Alexander, quæ mundo lucere satis est. Intra has ter ras caelum Hercules mernit. Statim immotum mare & quasi deficentis in suo fine naturae pigra moles, nouae ac terribiles figuræ, magna etiam Oceano portenta, quæ profunda ista vastitas nutrit, confusa lux alta caligine, & interceptus tenebris dies, ipsum vero graue & defixum mare, & aut nulla aut ignota sidera. Ita est Alexander retum natura: post omnia Oceanus: post Oceanum nihil. *Argentarij*. Resiste, orbis te tuus reuocat: vicimus qua lucet, nihil tantum est, quod ego Alexandri periculo petam. *[Pompej Silonis]*. Venit ille dies Alexander, exoptatus, quo tibi opera est adesse. ijdem sunt termini & regni tui, & mundi. *[Oci]*. Tempus est Alexandrum cum orbe & cum sole definire. quod noueram, vici: nunc concupisco quod nescio. Quae tam ferae gentes fuerunt, quae non Alexandrum posito genu adorarint? Qui tam horridi montes, quorum non iuga victor miles calauerit? Ultra Liberi patris trophyæ constitutus. Non quaerimus orbem, sed amittimus. Immensum, & humanae intentatam experientiae pelagus, totius orbis vinculum, terrarumque custodia, inagitata temis ualitas, littora modo saeuiente fluctu inquieta, modo fugiente deserta, taeta caligo remittet fluctus. Nescio quid humanis natura subduxit oculis, extrema nox obruit. *[Musæ]*. Foeda belluarum magnitudo, & immobile profundum testantur Alexander, nihil ultra esse, quod vincas: reuertere. *[Albuj Sili]*. Terræ quoque suum finem habent, & ipsius mundi aliquis occasus est, nihil infinitum est. modum magnitudini facere debes cum fortuna non facit. Magni pectoris est inter secunda moderatio. Eundem fortuna uitioriae tuae, quem natura finem facit. Imperium tuum cludit Oceanus. O quantum magnitudo tua rerum quoque naturam supergressa est. Alexander orbi magnum est. Alexandre orbis angustus est. aliusquis etiam magnitudini modus est. Non procedit ultra spatiæ sua caelum. Maria intra terminos suos agitantur. Quicquid ad summum peruenit, incremento non reliquit locum. Non magis quicquam ultra Alexandrum nouimus, quam ultra Oceanum, *[Marylli]*. Maria sequimur, terras cui tradimus: orbem quem non noui quaero, quem uici relinquo. *[Fabiani]*. Quae ista toto pelago infusa caligo? Nauigantem tibi uidetur admittere, quæ prospicientem quoque excludit. Non haec India est, nec terribilis ferarum ille conuentus, immanes propone belluas, aspice quibus procellis fluctibusque saeuiat, quas ad littora undas agat, tantus ventorum, tanta conuulsu funditus maris insania est: nulla praefens nauigantibus statio est, nihil salutare, nihil notum, rudit & imperfecta natura penitus recessit. Iste maria ne illi quidem petierunt, qui fugiebant Alexandrum. Sacrum quidem terris natura circumfudit Oceanum. Illi qui iam siderunt collegunt metas, & annus hiemis atque aestatis uices ad certam legem redegerunt, quibus ignota nullæ pars mundi est: de Oceano tamen dubitant, utrumne terras uelut uinculum circumfluat, an in suum colligatus orbem, & in hos, per quos nauigatur sinus, quasi spiramenta quaedam magnitudinis exastuet: ignem post se, cuius augmentum ipse sit, habeat, an spiritum. Quid agitis commilitones? regem domitorumque generis humani, magnum Alexandrum eo demittitis, quod adhuc quid sit disputatur? Memento Alexander, matrem in orbe victo adhuc magis, quam pacato relinquisti.

DI V S I O. Aiebat Cæstius, hoc genus suasoriarum aliter declamandum esse, quam suadendum. Non eodem modo in libera ciuitate dicendam esse sententiam, quo apud reges: quibus etiam quæ profundit, ita tamen ut delectent, suadenda sunt. Et inter reges ipsos esse discrimen: quodam magis aut minus rerum usum habere. Veritatem facti Alexandrum exisse. Quosdam superbissimos, & supra mortalis animi modum elatos cernimus. Denique ut alia dimittantur argumenta, ipsa suasoria insolentiam eius coarguit, orbis illum suis non capit: itaque nihil dicendum aiebat, nisi cum summa ueneratione re-

gis, ne

gis, ne accideret idem quod præceptorius eius Callistheni accidit, quem occidit propter intempestive liberos sales. Nam cu se deum veller videti, & vulneratus esset, viso sanguine eius philosophus mirari se dixerat, quod non esset. *[χρόνος τε πέδι μαρτυρεῖσθαι δρόμον]*. Ille se ab hac urbanitate lancea vindicavit. Eleganter in C. Cassij epistola quadam ad M. Ciceronem missa positum. multum iocatur de stultitia Cn. Pompeij adolescentis, qui in Hispania contraxit exercitum, & ad Mundam acie vietus est. Deinde ait: Nos quidem illum deridemus, sed timeo ne ille nos gladio *απηνωμένον*. In omnibus regibus haec urbanitas extimescenda est. Aiebat itaque, apud Alexandrum ita dicendam esse sententiam, ut multa adulatio nis animus eius permulceretur. Seruandum tamen aliquem modum, ne nobis accideret tale aliquid, quale accidit Atheniensibus, cum publicæ eorum blanditiae non tantum deprehensa, sed & castigatae sunt. Nam cum Antonius velle se Liberum patrem dici, & hoc nomen statuis subscrivi iuberet, habitu quoque & comitatu Liberum imitaretur, occurrerunt venienti ei Athenienses cum coningibus & liberis, & *Διάβολον* salutauerunt. Bene illi cesserat, si nasus Atticus ibi substituisset. dixerunt desponte re ipsis in matrimonium Mineriam suam, & rogauerunt ut diceret. At Antonius ait ducendum, sed dotis nomine imperare se illis mille talenta. Tum ex Graeculis quidam ait: *κύριε, ο θεός, τών μαρτύρων Σεπτέμβριον είσαι*. Huic quidem impune fuit: sed Atheniensium sponsalia mille talents aestimata sunt. quae cum exiguerunt, complures contumeliosi libelli proponebantur: quidam etiam ipsi Antonio tradebantur: sicut ille qui subscriptus statuae eius fuit, cum & eodem tempore Octavianum vxorem haberet, & Cleopatram: *Οκταυια RES TVAS TIBI HABE*. Bellissimam tamē rem Deillius dixit, quē Messala Coruinus desultorem bellorum ciuilium vocat, quia ab Dolabellâ ad Cassium transiit, salutem sibi paetus est, si Dolabellam occidisset: & a Caesio deinde transiit ad Antonium: nouissime ab Antonio transiit ad Caesarem. Hic est Deillius, cuius epistolæ lasciuæ ad Cleopatram feruntur. Cum Atheniensis tempus peterent ad pecuniam conferendam, nec exorarent, Deillius ait: Et tamen scito illos tibi annum, bimam, trimam diem debere. Longius me fabellarum dulcedo produxit. Itaque ad propositum reuertar. Aiebat Caesius, magnis cum laudibus Alexandi hanc suasoriā esse dicendam: quam sic diuinit, ut primum diceret, etiam si nauigari posset Oceanus, nauigandum non esse: fatus gloriae quae sit: regenda esse & disponenda, quae in transitu viciſſerit: consulendum militi, tot viatoris lasso: de matre illi cogitandum: & alias cauas complures subiecit. Deinde illam quæſitionem subiecit, ne nauigari quidem Oceanum posse. *[Fabianus]* philosophus primam fecit quæſitionem eandem. Etiam si nauigari posset Oceanus, nauigandum non esse. At rationem aliam primam fecit: modū imponendum esse rebus secundis. hic dixit sententiam: Illa demum magna est felicitas, quae arbitrio suo constituit. Dixit deinde locum de varietate fortunæ, & cum descripsisset nihil stabile esse, omnia fluctuare, & incertis motibus modo attolli, modo deprimi, absorberi terras, & maria siccari, montes subſidere: deinde exempla rerum et fastigio suo deuolutarum, adiecit: Sine potius rerum naturam, quam fortunam tuam deficere. Secundam quoque quæſitionem aliter tractauit. Diuinit enim illam sic, ut prium negaret villas in Oceano, aut trans Oceanum esse terras habitabiles: deinde si essent, perueniri tam ad illas non posse. His difficultatem ignoti mari, naturam non patientem nauigationis. Nouissime ut possit perueniri, tanti tamen non esse. Hic dixit incerta peti, certa deferi, descripturas gentes, si Alexander rerum naturae terminos supergressum notuisse. Hic matrem memorauit, de qua dixit, quomodo illa trepidauit, etiam quod Granicum transiit. *[Glyconis]* celebris sententia est, *τὸν ἐν ἑστίᾳ φύγεις, σούδε γράπινος, τὸν ἐν μηνῷ γάρ, τὸν ἐν ζεῦτον ἔρετο*. Hoc omnes imitari voluerunt. *[Pluton]* dixit: *†* *[Artemon]* dixit: *†* *[Apaturius]* dixit: *ἐπειδὴν . . . πας ποτε αὐτοὶ καὶ, εἰδεῖς τὸν ὀφελεῖν δύοτες δύοτες*. *[Caesius]* descriptis: Fremit Oceanus, quasi indigneat, quod terras relinquis. Corruptissimum rem omnium, quae vñquam dictæ sunt, ex quo homines disertii insanire cooperunt, putabat Aoriones esse in metaphrasu dicta Homer: Tum excaecatus Cyclops saxum in mare reiecit. Haec quomodo ex corruptis eo perueniant, ut & magna, nec tamen sana sint, aiebat *Mæcenas*, apud Virgilium intelligi posse. Tumidum est. Virgilius quidem ait:

--- Rapit hand partem exiguum montis. ---
ita magnitudini se dat. Sed ut non impudenter discedat à fide: est inflatum. Virgilius ait de nauibus, credas innare reuulsa Cycladas, non dicit hoc fieri, sed videri, propitijs auribus auditur: quamvis incredibile est, quod excusat antequam dicitur. Multo corruptiore sententiam Menestrati cuiusdam declamatoris, non abiecti suis temporibus noctis sum in hac ipsa suasoria, cum describeret belluarum in Oceano naſcentium magnitudinem. Efficit haec sententia, ut ignoscamus ei, qui dixit, ipsi Charybdi & Scylla maius portentum, Charybdin ipsius maris naufragium videri, & ne in mare semel insaniret: quid ibi potest esse salui, ubi ipsum mare perit? *[Damasetius]* induxit matrem loquentem, cum describeret aliud priorib. periculis noua superuenire. *[Barbarus]* dixit, cum introduxisse excusantem se exercitum Macedonū, hunc sensum. *[Fuscus Arellius]* dixit: Testor ante orbem tibi tuum deesse, quam militem. *[Latro]* sedens hanc dixit: Non excusat militem, sed dixit: Dum sequor, quis mihi promittit hostem, quis terram, quis diem, quis mare? Da ubi castra ponam, ubi signa ponam. Reliqui parentes, reliqui liberos, comeaturn peto: nunquid immature ab Oceano? Latinis declamatores in Oceani descriptione non nimis viguerunt, nam aut tumide scripserunt, aut curiose. Nemo illorum potuit tanto spiritu dicere, quanto Pedo, qui nauigante Germanico dixit:

Tam

Iam pridem post terga dicem soleaque relicta,
Iam pridem notis extorres finibus orbis,
Per non concessas audaces ire tenebras,
Hesperij metas, extremaq. litora mundi.
Nunc illum pigris immania monstra sub vndis:
Qui ferat Oceanum, qui saevas vndeque Pristis,
Aequoreosque canes ratibus consurgere prensis.
Accumului fragor ipse metus, iam fidei limo
Naugia, & rapido desertam flamine classem,
Seque feris credunt per inertia fata marinis,
Tam non felici laniando forte relinqu.
Atque aliquis prora spectat sublimis ab alta
Aera pugnaci luctatus rumpere nisu.
Vt nil erexit valuit dinoscere mundo,
Obstructo taleis effundit pectore voces:
Quo ferimur? ruit ipse dies, orbemq. relictum
Vluma per perpetuus claudit natura tenebris,
An ne alio positas vrlira sub cardine gentes,
Atque alium libris intactum querimus orbem?
Dij reuocant, rerumque vetant cognoscere finem
Mortaleis oculos aliena quid aquora remis
Et sacras violamus aquas, diuumq. quietas
Turbamus sedes? ---

Ex Graecis declamatibus nulli melius haec suasoria processit, quam Glyconi. Sed non minus multa magnifice dixit, quam corrupte. Vtriusque vobis faciam potestatem. Et volebam vos experiri, non adiungendo iudicium meum, nec separando a corruptis sana potuisse etenim fieri, ut vos illa magis laudareatis, quae insaniuntur: & nihilominus potest fieri, quamvis distinxerint. Illa belle dixit: sed fecit quod solebat, ut sententia adiectione supervacua atq. tumida perderet. Adiecit enim illud. ΤΑΡΑΠΑ ἦσαν τόχοι οὐλαις γῆνύπαντες Ναυαλας Σάλαων. Quosdam iudices dubios sui habet, ego non dubito contra sententiam ferre.

Suaatoria II.

TRecenti Lacones contra Xerxes missi, cum trecenti ex omni Graecia missi fugissent, deliberant, an & ipsi fugiant. [Arelii Fusi patris. At puto rudit lecta aetas, & animus, qui frangeretur mente insueto, armaque non passura manus, hebetaque senio, an vulnerib. corpora, quid dicam potissimum Graeciae? An Lacedaemonios? an Eleos? an repetam tot acies patrum, tot excidia vrbium, tot victorum gentium spolia? Et nunc, pro dolor, concidunt, si remeabimus, templa. Pudet consilij nostri: pudet, etiam si non fugimus, deliberasse talia. At cum tot millibus Xerxes venit, o Lacedaemonij, si aduersus Barbaros, reueremini opera vestra, non aios, non patres, quorum nos exemplum moueat? Ab infantiis surgit ingenium; puden Lacedaemonios sic adhortari: tui sumus, licet totum classem Orientem trahat, licet mementibus explicet inutilem numerum. Hoc mare, quod tantum ex vasto patet, virgetur in minimum, ipsidiosis excipitur angustis, quia vix minimo aditus nauigio est, & huius quoque remigium arcer inquieratione, quod circumfluit mare, fallacia cursus, vada altioribus internata, aspera scopulis, & cetera, quae nauigantium vota decipiunt. Pudeat, inquam, & Lacedaemonios & armatos quaerre, quemadmodum tui sint. Non referam Periarum spolia: certe super spolia nudus cadam. Sciet & alios non habere trecentos, qui sic non fugiant, & sic cadant. Hunc sumite animum. Nescio non vincere possimus, vinci non possumus. Haec non vtique perituri refero: sed eti cedendum est, erratis, si me tuendani creditis mortem. Nulli natura in aeternum spiritum dedit, statutaque nascentibus in finem vitae dies est. Imbecilla enim nos materia Deus irlus est, quippe minimis succidunt corpora, indennitata sorte rapimur: sub eodem pueritia fato est, eadem inuentus causa cadit. optamus quoque plerique mortem: adeo in securam quietem recessus est. At gloriae nullus finis est, proximique Deo. Sic ages ea satagunt: feminis quoque frequens hinc in mortem pro gloria iter est. Quid Lycurgum? quid interritos omni periculo, quos memoria lacravit viros referam: vt vnum Otryadem citem, annumerare trecentis exempla possum. [Triarij. Non puden Laconas nec pugna quidem hostium, sed fabula vinci. Magnum & aluminis virtus nasci Laconem, ad certam victoriā omnes remansissent, ad certā mortem tantum Lacones, non est Sparta lapidibus circundata. Ibi muros habet, vbi muros non habet. Melius reuocabimus fugientes Trozenos, quam sequemur. Sed montes perforat, maria contegit. Nunquā in solido stetit superba felicitas: & ingentium imperiorum magna fastigia obliuione fragilitatis humanae collapſa sunt. Scias licet ad finem peruenisse, quae ad inuidiam perducta sunt. Maria, terraque rerum natura statione mutauit sua, moriamur trecenti, vt hic primum inuenerit, quod mutare non pos sit. Si

fit. Si tandem amens placitum confitum erat, cur non potius in turba fugimus? [Porci Latronis. In hoc scilicet morati sumus, vt agmen fugientium cogeremus: furori terga uertitis. Sciamus saltem quis fit iste, quem fugimus: vicit. At victoria dedecus elui potest. Ut omnia fortiter fiant, feliciter cadant: multum tamen nomini nostro detractum est iam Lacones, quod, as fugeremus, deliberauitus. Ut enim nō moriamur, quantum ad me quidem pertinet, post hanc deliberationem nihil aliud timeo, quam ne reuertamur. Arma nobis fabulae excutunt: Nunc nunc pugnemus. Latuisset virtus inter Trozenos: ceteri quidem fugerunt. Si me quidem interrogatis quid sentiam, ego in nostrum & in Graeciae patricium loquar: electi sumus, non relicti. [Ali Sabini. Turpe est cuilibet viro fugisse: Laconi etiam deliberaſſe. [Marylli. In hoc restitimus, ne in turba fugientium lateremus, habent quemadmodum se excusent Trozeni Graeciae: munitas Thermopylas satis putauimus, cum relinqueremus illic Laconas. [Caſſij Pij. Quā turpe fugere iudicatis Lacones, tamdiu non fugiendo? Omnibus sua decora sunt. Athenae eloquentia inclitae sunt, Thebae sacris, Sparta armis. Ideo hanc Eurotas annis circunfluit, qui pueritiam indurat ad futurae militiae patientiam: ideo Taygeti montis difficultia nisi Laconibus iuga: ideo Hercule gloriamur operibus caelum merito: ideo muri nostri arma sunt. O graue maiorum virtutis dedecus: Lacones se numerant, non aestimant. Videmus quanta turba sit: vt habeat certe Sparta etiam si non fortis milites, at nuntios veros: ita ne bello quidem, sed nuntio vincimur. Merito Hercules omnia contempſit, quem Lacones audire non sustinent. Si vincere Xerxes non licet, vivere licet. Volo scire quem fugiam. Adhuc non sum ex villa parte Atheniensium similis, non muris, nec educatione: nihil prius illorum imitabor, quam fugam. [Pompeij Silonis. Xerxes multos secum adducit, Thermopylae paucos recipiunt: erimus inter hostes fugacissimi, inter fugaces tardissimi: nihil refert, quantas gentes in nostrum orbem Oriens effuderit, quantumque nationum secum Xerxes trahat: tot ad nos pertinent, quot locus ceperit. [Cornelij Hispani. Pro Sparta venimus, pro Graecia stenus: vincamus hostes, socios iam vicimus: sciat iste insolens Barbarus, nihil esse difficilius, quam Laconis armati latutus fodere. Ego vero quod Trozeni discesserunt, gaudeo: liberis nobis reliquere Thermopylas. Nil erit quod uirtuti nostrarē se opponat, quod in seriat: non latebit in turba Laco: quoquaque Xerxes asperxerit, Spartanum videbit, [Blandi. Referam pracepta matrum, Aut in his, aut cum his? Minus turpe est, à bello inertem reuerti, quam armatum fugere. Referam captiuorum verba: captus Laco: Occide, inquit, non seruo: potui non capi, si fugere voluissim. Describete terores Persicos: omnia ista cum smitterem, audiuius. Videat trecentos Xerxes, & sciat, quanti bellum aestimatum sit, quanto aptus numero locus. Reuertamur, ne nuntii quidem nisi no uissimi. Quis fugerit, nescio. Hos mihi Sparta commilitones dedit.

Descriptio Thermopylarum. Nunc me delectat, quod fugerunt Trozenij, angustas mihi Thermopylas fecerant. [Contra Cornelij Spatini. At ego maximum dedecus futurum Recipub. nostrarē arbitror, si Xerxes nihil prius in Graecia vicerit quam Laconas: ne testem quidem virtutis nostrarē habere possumus, id de nobis credetur, quod hostes narrauerint. Habetis confitum meum, idem autem meum, quod rotius Graeciae: si quis aliud suaderet, non fortis vos esse, sed perditos gaudet. [Claudij Marcelli. Non vincent nos, sed obruent. Satisficiimus nomini: multum rei gessimus: ante nos rerum natura victa est.

DIVISIO. Huius suasoriae feci mentionem, non quia in ea subtilitatis erat aliquid, quod vos excitare posset, sed vt sciretis quam nitide Fuscus dixisset, vel quam licenter ipse sententiam feram. Vestri arbitrij erit, vtrum explicationes eius luxuriosas puteris, an (vt poeta Pollio Asinus aiebat) hoc non esse suadere, sed inuidere, ne volo nihil fuisse & iuuenis te amo, tanquam has explicationes Fusci, quas nemo nostrum non alius alia inclinatione vocis, velut sua quisque modulatione cantabat. At quia semel in mentionem incidi Fuscus, ex omnibus suasorijs celebres descriptiunculas subtem, etiam si nihil occurrit, quod quisquam alius nisi suasor dilexerit. Divisione autem hac suasoria Fuscus vsus est illa vulgari, vt diceret, non esse honestum fugere, etiam si tutum esset: deinde aequo periculoso esse fugere, & pugnare, nouissime periculoso esse fugere. pugnantibus hostes timendos, fugientibus & hostes & suos. Caesius primam partem sic transigit, quasi nemo dubitaret, an turpe esset fugere: deinde illo transigit, an non esset necesse. Haec sunt, inquit, quae vos confundunt, hostes, sociorum paucitas. Non quidem haec suasoriae. Sed in hac materia, disertissima illa fertur sententia Dorianis, cum posuisset hoc dixisse trecentis Leonidā, quod puto etiā apud Herodotū esse: οὐ τοις αἰρεταῖς εὐ λέπου δειπνίσσοντες. Sabinus Asydius, venuſiſſimus inter rhetores scurrus, cum hanc sententiam Leonidae retulisset, ait: Ego illi ad prandium promisiſſem, ad cenam renuntiaſſem. Attalus Stoicus, qui solum vertit à Seiano circumscriptus, magnae vir eloquentiae, ex philosophis, quos nostra aetas vidit, longe & subtiliſſimus & facundiſſimus, cum tam magna & nobili sententia certauit, vt mihi dixisse videatur animosius quam prior. Occurrit mihi sensus in eiusmodi materia, à Cornelio Seuero dictus, tanquam de Romanis, nescio an parum fortiter. Edicta in posterum diem pugna, epulanteis milites inducit, & ait:

--- Stratique per herbam:

Hic meus est, dixere, dies. ---
Elegantissime quidem affectum animalorum incerta forte pendentium expressit, sed parum Romani animali feruata est magnitudo. Cenant enim tanquam crastinum desperent. Quantus illis Laconibus animus erat,

mus erat, his qui non poterant dicere: Hic dies est meus. Illud Porcellus grammaticus arguebat in hoc verbu quasi soloecismum, quod cum plures induxisset, diceret, Hic meus est dies: non. Dies hic est noster. & in sententia optima accusabat id quod erat opumum. nota enim, ut noster sit, penitus omnis versus elegans: in quo hoc est decentissimum, quod ex communis sermone trahitur: nam quasi prouerbij loco est. Hic dies meus est. & cū ad sententia retuleris, ne Grammaticū quidem calumnia ab omnibus magnis ingenij submouenda, habebit locum. Dixerunt enim non omnes simili, tanquam in chorom manu ducente Grammatico, sed singuli ex his: Hic meus est dies. Sed vt reuerterat ad Leonidam & trecentos, pulcherrima illa fertur Glyconis sententia. [†] In hac ipsa tua sententia non sane refero memoria villam sententiam Graeci cuiusquam, nisi Damae. [†] De positione loci eleganter dixit Aterius, cum angustias loci facundissime descripsisset, natus trecentis locus. Caestius cum descripsisset honores, quos habituri essent, si pro patria cecidissent: adiecit, Per sepulchra nostra iurabitur. Nicetas longe discretus hanc phantasiam mouit, & adiecit: Nisi antiquior fuisset Xerxes quam Demosthenes Ciprius, cui dicere hanc suam dixit sententiam, aut certe non deprehensam, cum descripsisset opportunitatem loci, & tuta vnde pugnantium latera & angustias à tergo positas, sed aduersas hostibus. Potamō magnus declamator fuit Mytilenensis, qui eodem tempore viginus, quo Lesbocles magni nominis & nomini respondentis ingenij: in quibus quanta fuerit animorum diversitas in simili fortuna, puto vobis indicandum: multo magis, quia ad vitam pertinet, quam si ad eloquentiam pertineret. Viri filius ijsdem diebus decepsit. Lesbocles scholam soluit, nemo vñquam ampliore animo se gessit. Potamon à fuisse filii contulit se in scholam, & declamauit. Vtiusque tamen affectum temperandum puo: hic diuersus tulit fortunam quam patrem decebat, ille mollius. Verum Potamon cum sua sententia de trecentis diceret, tractabat, quam turpiter fecissent Lacones, hoc ipsum quod deliberasset de fuga: & sic nouissime clausit: Insanierunt in hac sua sententia multi circa Otryaden. [Muirhediū qui dixit, Fugerunt Athenienses: non enim Otryade noiti litteras didicerant. [Sarconus dixit: Otryades qui periret ut falleret, reuixit ut vinceret. [Lucinius Neps. Cum exemplo vobis etiam mortis vincendum fuit. [Antonius Atticus inter plures sententias videtur palmā meruisse, dixit enim: Otryades paene a sepulcro vicit digitis vulnera gessit, vt trophaea Laconī inscriberet, dignum Spartano sacramento virum, cuius ne litterae quidem fuere sine sanguine. [Caestius Crispus. Municipalis Gatozeos dixit post relatum exemplum, Otryade dicebat, municipalis aliud ceteros, aliud Laconas deceret: nos sine delicijs educamur, sine muris viuimus, sine vita vincimus. [Senetio fuit, cuius nomen ad vos potuit peruenisse, ingenij confutac turbulenti, qui cupiebat grandia dicere, adeo ut nouissime huius rei morbo & teneretur & ridetur, nam & seruos solebat habere, nisi grandes, & argentea vase, non nisi grandia. Credatis mihi, velim non iocanti, eo peruenient insania eius, vt calceos quoquemaiores sumere, his non esset nisi maricas. Concupinam, ingentes statuerae habebat, omnia grandia probabat: ei impositum est cognomen, vel, vt Messala ait, cognoventum, & vocari coepit Senetio Grandio. Is in hac sua sententia cum posuisset contradictionem, ait: Omnes qui missi erant à Graecia, fugerunt, sublatis manibus, insensibiles lumen digitis (sic enim solebat, quo grandior fieret) exclamat: Gaudeo, gaudeo, mirantibus nobis quid tantum boni illi contingit, adiecit: Totus Xerxes meus erit. Idem dixit: Ille qui classibus suis maria surripuit, qui terras circumscriptis, dilatauit profundum, nouam rerum naturae faciem imperat. Ponat sane contra caelum altera, committentes habeo deos. [Senianus multo potentius dixit: Terras armis oblidet, caelum sagittis, maria vinculis: Lacones nisi succurreris, mundus captus est. Decentissimi generis stultam sententiam refaram Victoriae Statoriū, municipi mei, cuius fabulis in memoria dignissimis aliquis sua sententia occasione contradictionem lumpfit. At, inquit, trecenti sumus: & ita respondet: Trecenti, sed viri, sed armati, sed Lacedaemones, sed ad Thermopylas. Nunquam vidi plures trecentis. [Latro in hac sua sententia, cum tractasset omnia quae materia capiebat, posse ipsos & vincere, posse certe iniuctos reuerti, & beneficio loci, tum illam sententiam: Si nihil aliud, etiam certe bellum mora. Postea memini auditorem Latronis Abromum Sylonem, patrem huius Sylonis, qui Pantomimis fabulas scripsit, & ingenium grande non tantum deseruit, sed posuit, recitare carmen, in quo agnouimus sensum Latronis in his verbis:

Ite agite o Danai; magna Pæana canentes:

Ite triumphantes, beli mora, concidit Hector.

Tam diligentes tum auditores erant, ne dicam tam maligni, vt vnius verba surripi non possent. At nūc culibet orationē inuertere curò licet pro suis. Sed vt scias, sensum bene dictum dici tamen posse meius, notate prae ceteris quanto decenuus Virgilius dixerit hoc, quod valde erat celebre: Item: --- belli mora concidit Hector. Item: Quicquid apud durae cissatum est moenia Troiae, Hectoris Aenei que manu victoria Graium Haefit. [Messala aiebat, hic Virgilium debuisse desinere: quod sequitur, Er in decimum vestigia retulit annum, expl. mentum esse. [Maecenas hoc etiam priori comparabat. Sed vt ad Thermopylas reuertar. [Diocles, Caristius dixit. [†] [Apatrius dixit. [†] [Corvo testimoniu stuporis reddendum est, qui dixit: Quid si iam Xerxes ad nos suu mati nauigat, fugiamus antequam nobis terra surripiatur. Hic est Corvus, qui cū tenet se hō: à Rōmae ſūlio illi, qui Iudeos subeggerat, declamauit controverſia, de ea, qua apud matronas diffrēbat, liberos nō ellē tollēdos, & ob hoc accusatur Reip. laesae. In hac controverſia, sententia eius

eius haec ridebatur. Inter pyxides & redolentis animae medicamina constitit myrra contio. Sed si vultis, hi storium quoque vobis fatuum dabo. [Thuscus ille, qui Scaurum Maternum, in quo Scaurum familia extincta est, maiestatis reum festerat, homo quām improbi animi, tam infelis ingenij, cū hanc sua sententiam declamaret, dixit: Expectemus si nihil aliud, hoc effecturi, ne insolens barbarus dicat: Veni, vidi, vici. cum hoc post multos annos D. Iulius victo Pharnace dixerit. [Durio dixit. [Andreas aiebat, Nicocletis Lacedaemonis in signum hanc sententiam fuisse futuram, si media intercidere. Sed ne vos diutius infauem, qui praedixeram me Fusi Arellij explicationes subiecturum, finem sua sententiae faciat: quartū nimius cultus, & fracta cōpositio poterit vos offendere, cum ad meam aetatem veneritis. Interim non dubito, quin nunc vos ipsa, quae offensura sunt, via delecent.

Sua sententia III.

D Eliberat Agamemnon, an Iphigeniam immolet, negante Chalcante aliter nauigari posse. [Arelly Fusi. Non in aliam condicionem Deus fudit aequora, quam ne omnis ex voto iret dies, nec ea fors mari tantum est, ceterum ipsa non sub eadem condicione sidera sunt: alia negotiis imbris exurunt solum, & misteri crematae agricolae legunt semina, & haec interdum anno lex est: alijs serena clauduntur, & omne caelum nubilo graue, subsedit solum, & creditum sibi terra non retinet: alius incertis sideribus cursus est, & variantur tempora, neque soles nimis virginē, neque ultra debitam imbrē cadunt, quicquid asperatum aëstu est, quicquid nimio defluxit imbre, innicem temperatur altero: siue ita natura disposita, siue (vi ferunt) luna cursu gerit: quae siue plena lucis suae est, splendensque pariter aës surgit in cornua, imbrē prohibet, siue occupata nubilo, fordidicre ostendit orbem suum, non ante finit quam in lucem reddit: siue ne lunae quidem ipsa potentia est, sed flatus qui occupauere annum, tenet, quicquid bonum est, extra iussum Dei titum fuit adultero mare. An non potero vindicare adulteram? prior est salus pudicae. Ne quid virginitati huius timerem, per lequebar adulterum. Victa Troia virginibus hostium parcam, nihil adhuc virgo Priami timeret. [Caesilius Pī. Vos ergo ad hanc diem immortales inuoco, sic reclusuri estis maria? Obstat potius. Ne Priami quidem liberos immolatus es. Describe nunc tempestatem. Omnia ista patimur, nec particidium fecimus. Quod hoc sacrum est, virginis deae templo virginem occidere libentius hanc sacerdotem habebit quam victimam. [Cornelius Hispani. Infestae, inquit, lune tempestates, & saeuient maria: neque adhuc particidium feci. Ita maria si nomine suo Deus regeret, adulteris clauderentur. [Maryllij. Si non datur nobis ad bellum iter, reuertarum ad liberos. [Argentarij. Iterum in malum familiæ nostræ fatale reuoluimur, propter adulteram fratris liberi percuti: ista mercede nolle reuerti. At Priamus bellum pro adultero filio gerat.

DIVISIO. Hinc sua sententia sic diuinitus Fuscus, vt diceret, etiā si aliter nauigare non possent, non esse faciendū, & sic tractauit vt negaret faciendū, quia homicidū esset, quia parricidū, quia plus impendere tur, quam petere. Peti adulteram, impendi Iphigeniam, vindicari adulteriū, committi parricidū. Deinde dixit, etiam si non immolasset, nauigaturum. Illam enim moram naturae maris & ventorum esse, deorum voluntate ab hominibus non intelligi. Hoc Caestius diligenter dixit. Dixit enim, deos rebus humanis non interponere arbitrium suum: si interponant, voluntatem eorum ab homine non intelligi: vt intelligatur, non posse fata reuocari: si non sint fata, sacra profutura: si sint, non posse mutari. Silo Pompeius etiam si quod esset diuinandi genus certum, auguris negavit credendū, quare ergo si nescit Chalcas, affirmat primum, & scire se pitat: Hic cōmunem locū dixit in omnes, qui affectaret scientiā: deinde irascitur sibi, iniuitus militat, quærerit sibi tā magno testimonio apud omnes gentes fidem in ea descriptione, Primum in hac sua sententia Fuscus Arellius. Virgilij versus voluit imitari. Valde autē lōge petit, & paene repugnat materiae, certe nō desiderati inseruit. Ait enim de luna, quae siue plena lucis suae est, splendensque pariter affluit in cornua, imbrē prohibet: siue occupata nubilo, fordidicre ostendit orbem suum, non ante finit quam vicem reddit. At Virgilii haec quanto simplicius & beatius dixit:

Luna reuertentes cum primum colligit ignes,
Si nigrum obfuso comprehendit aeri cornu,

Maximus agricultor, pelagoque parabit imber.

Ec rursus.

Sin ortu in quarto (namque is certissimus auctor)
Tlēna, neque obtusa per caelum coribus ibit.

Solebat autē ex Virgilio Fulcus multa trahere, vt Maecenati imputaret. Toties enim pro beneficio narrabat, in aliqua se Virgiliana descriptione placuisse: sicuti in hac ipsa sua sententia dixit: Cur iste inter eius ministerium placuit? cur hoc os Deus elegit? cur hoc potissimum sortitur poesis? quod tantū non impie aiebat se imitatum Virgilium, Plena Deo? Soler autem Gallio noster hoc apitissime ponere. Memini vna nos ab auditione Nicetis ad Messalam venisse. Nicetes suo impetu valde Graecis placuit. Quaerebat à Gallione Messala, quid illi visus esset Nicetes? Gallio ait, Plena Deo: quoties audierat aliquem ex his declamatoribus, quos scholastici caldos vocant, statim dicebat, Plena Deo. Ipse Messala nunquam aliter eum ab hominis auditione venientem interrogabat, quam vt diceret: Nunquid plena Deo? Itaque hoc ipsi tam familiare erat, vt inuito quoque excideret. Apud Caesarem cum mentio esset de ingenio Haterij, consuetudine prolapsus, dixit: Et ille erit plena Deo. Quaerenti deinde Yy quid hoc

quid hoc esse vellet, versum Virgilij retulit, & quomodo hoc semel sibi apud Messalam **excidisset**, & nunquam posse: potuisse excidere. Tiberius ipse Theodoreus offendebatur Nicetis ingenio, atque delectatus est fabula Gallionis: hoc autem dicebat Gallio: Non si suo valde placuisse: itaque fecisse quod in multis alijs versibus Virgilius fecerat, non sartipiendi causa, sed palam imitandi, hoc animo ut vellet agnoscere: esse autem in tragœdia eius: Feror hæc illuc, ut plena Deo. iam vulus ad Fuscum reuerrar, & descriptionibus eius vos satiabo. Haec potissimum ex his quas in similitudinis tractatione posuit, cum diceret, omnino non concessam futurorum scientiam.

Suasoria III I.

DEliberat Alexander Magnus, an Babyloniam intret, cum de nuntiatum esset illi responso auguris periculum. [Arelij Fusi. Quis est qui futurorum scientiam sibi vindicet? nouae oportet sortis sit, qui iubente Deo canat, non eodem contentus sit vtero, quo imprudentes nascimur: quandam imaginem Dei praeterat, qui iussa exhibeat Dei, sic est. Tantum enim regem, tantique rectorem orbis esse in me cogit: magnus iste & supra humanae sortis habitu oportet sit, cui liceat terrere Alexandrum: ponat iste suos inter sidera patres, & originem caelo trahat, agnoscat suum vatem Deus, non eodem claudatur vita fine, aetate magna, extra omnem futurorum necessitatem caput sit, quod gentibus futura praecipiat. Si vera sunt ista, quid ita non huic studio seruit omnis aetas? Cur non ab infantiâ, rerum naturam deosque, qua licet, visimus: cum pateant nobis sidera, & intereste numinibus liceat, quid ita iniuli desideramus facundia? aut periculis alteritur armis manus an melius alio pignore quam futuri scientia, ingenia surrexerint? Qui vero in media se, vt praedican, fatorum misere pignora, natales inquirunt, & prima mediocrità annorum habet initia, quo ierini mori sidera, in quas discurrerint partes: contrane Deus steterit: an placidus affilis sit sol: an plena lucē, an initia surgentes acceperint: an abdiderit in nocte obsecrū caput luna: Saturnus nascentem, an ad bella Mars militem, an negotio sum in quaestus Mercurius exceperit: an blanda annuerit nascenti Venus, an ex humili in sublime Jupiter tulerit. Existimant tot circa unum caput tumultuanteis deos? Futura nuntiant. Plaerosque dixere viatores, & nihil metuentes oppressi dies alios dedere finem propinquum, at illi superfiuere. Egentes inutilis anima, felices nascentibus annos proponerunt: at fortuna in omnem properauit iniuriam. Incertae enim sortis viuimus: vni cuique ista pro ingenio singuntur, non ex scientiae vi. Decriat aliquis toto orbe locus qui te victorem non videbit: Babylone cluditur, cui patuit Oceanus?

DI V I S I O. In hac suasoria nihil aliud tractasse Fuscum scio, quam easdem quas supra retuli, quæstiones, ad scientiam futuri pertinentes. Illud quod nos delectauit, praeterire non possum. Declamabat Fuscus Arelius controuersiam, de illa, quæ posteaquam ter mortuos pepererat, somnia se dixit, vt in loco pareret. Valde in vos contumeliosus fuero, si totam controuersiam, quam ego intelligo medire, Fuscus declamaret, & aperte, aut non agnoscens puerum, tractaret locum contra somnia, & deorum prouidentiam, & male de magnitudine deorum dixisset mereri eum, qui illos circa pueras mitteret, summis clamoribus dixit illum Virgilij versum:

Scilicet is superis labor est, ea cura quietos Sollicitat. ---

Auditor Fuscus quidam, cuius pudori parco, cum hanc suasoriam de Alexandro ante Fuscum diceret, putauit aequa belle poni versum eundem, dixit:

Scilicet is superis labor est, ea cura quietos Sollicitat. ---

Fuscus illi ait: Si hoc dixisses audiente Alexandro, scires apud Virgilium & illum versum esse:

--- capula tenus abdidit ensim.

Et quia soletis mihi molesti esse de Fuso, quid fuerit, quare nemo videretur dixisse cultius, ingeram versus Fuscinas explicationes. Dicebat autem suasorias libentissime, & frequentius Graecas quam Latinas. *Hybreas* in hac suasoria dixit: *Ἐγένετο βασιλεὺς πάντων ὁ Κέρων*.

Suasoria V.

DEliberant Athenienses, an trophya Persica tollant, Xerxe minante redditum se, nisi tolleretur. [Arelij Fusi. Puder me victoriae vestrae: sic fugatum creditis Xerxes, vt reuerti possit: tot causa milia, nihil ex hac acie relictum minanti, nisi quod vix sequi fugientem possit. toties mersa classis. Quid Marathon? quid Salamina referat? Puder dicere. dubitamus adhuc, an vicerimus. Xerxes veniet? At nescio quomodo languet circa memoriam iacturæ animus, & disturbata arma non repetit. Prior enim metus, futuri pignus esset. amissa, ne audeat, amissurum monent. Ut in gaudia interdum surgit animus, & spem ex præfenti metitur, ita aduersis frangitur. Omnis est sic animum diis: vbi ignominia spem premis, vbi nullam meminit aciem, nisi quae fugerit, errat circa damna sua, & quae male expertus est, vota deponit. Si venturus esset, non minaretur. Suis ira ardet ignibus, & impacta non soluitur. Non denuntiarer, si venturus esset: neque armaret nos nuntio, nec infligaret vietricé Graeciā, nec sollicitaret arma felicia: magis superueniret improuidis, nō &arma indenuntiata moueret. Quantūcumq. Oriens valuit, primo in Graecia impetu effusum est: hoc ille numero ferox, & in deos arma tulerat. Extincta totante Xerxes milia, tot

milia, tot sub ipso iacent? Nulli, nisi qui fugerunt, supersunt. Quid dicam Salamina? quid Cynagryon referam? & te Polyletes? & hoc agitur an viceris? Haec ego trophya deposita, haec in totius Graeciae conspectu statui, ne quis timeret Xerxes minantem. Me miserum, pugnante Xerxe trophya posui, fugiente tollam? Nunc Athenæ vincimur, non tantum creditur redijisse, sed vicisse Xerxes. Non potest Xerxes, nisi per nos trophya tollere. Credite mihi, difficile est attritas opes recolligere, & spes fractas nouare, & paenitenda acie in melioris eventus fiduciam surgere. [Caesius Pyj. Inferam, inquit, bellum: alia mihi trophya promittit: potest maior venire quam vietus est? [Argentarius. Non puder vos pluris trophya vestra Xerxes aestimat, quam vos.

DI V I S I O. Fuscus sic diuinit. Etiam si venturus est Xerxes, nisi tollimus, non sunt trophya tollenda. Confessio seruitatis est, iussa facere: si venerit, vincemus. hoc non est diu colligendum, de eo dico, vincemus, quem vicimus. Sed nec veniet quidem, si venturus esset, non denuntiaret. Fractus est & viribus & animo. [Caesius & illud dicit, quod in prima parte tractauit, non licere Athenienses trophya tollere: commune in illis ius totius Graeciae esse, commune victoriam, commune bellū fuisse. deinde nefas quidem esse: nunquam factum, vt quisquam concretatis virtutis sue operibus manus adferret. ista trophya non sunt Atheniensium, deorum sunt, illorum bellum fuit: illos Xerxes vinculis, illos sagittis persequebatur. haec omnia ad impiam & superbam Xerxis militiam pertinent. Ecquid ergo bellum habebimus? habebimus, et si Xerxes remouebis, inuenietur alius hostis. Nunquam magna imperia otiosa. Omnium bellorum prospere ab Athenienses gestorum. Deinde non erit bellum. Xerxes enim non veniet: multo timidiore esse qui superbissimi fuerint? Nouissime vt veniat, cum quibus veniet? reliquias victoriae nostræ colligit: illos adducet, quos priore bello quasi inutiles reliquias nouit, si qui ex fuga consecuti sunt. Nullum habet militem, nisi aut fastidit aut vici. [Argentarius his duobus contentus fuit: aut non venturū Xerxes, aut non esse metuendum si venerit. His solis institit: & illud dixit quod excerptum est: Tollite, inquit, trophya. Si viciisti, quid erubescis? si vietus es, quid imperas? Locū mouit non utiliter: indicare quidem se, neque Xerxes, neque iam quemquam Persarum ausurum in Graeciam effundere: sed eo magis ipsi trophya tuenda. Si quis vñquam illinc venturus hostis esset, vt conspicu trophyorū animi militum accenderentur, hostiū frangerentur. [Blandus dixit: Replet ipse prius hiatus, & maria in antiqua faciem rediit: appareat vñquam illinc venturus hostis. Locū mouit non utiliter: indicare quidem se, neque Xerxes, neque iam quemquam Persarum ausurum in Graeciam effundere: sed eo magis ipsi trophya tuenda. Si quis vñquam illinc venturus hostis esset, vt conspicu trophyorū animi militum accenderentur, hostiū frangerentur. [Triarius omni dimissā diuisione, tantum exultauit quod audierit Xerxes venire ad se, ipsis nouam victoriam, noua trophya. [Silo Pompeius venusto genere sententiae vñsus est: Nisi tollitis, inquit, trophya, ego veniam. hoc ait Xerxes: Nisi haec trophya tollitis, alia ponetis. Alterā partem solus Gallio declamauit, & hortatus est ad tollenda trophya. dixit, gloriae nihil detrahī: mansurā enim memoriam victoriae, quæ perpetua esset: ipsa trophya & tēpestib[us] & aetate consumi: bellum suscipiendū fuisse pro libertate, pro coniugib[us], pro liberis. Pro re superuacua, & nihil necessaria si fieret, non esse suspicendū. Hic dixit, vtq. venturū Xerxes, & descripsit aduersus ipsos deos tumentem: deinde habere illum magnas vires: neque omnes illum copias in Graeciam produxisse, nec omnes in Graecia perdidisse: timendam esse fortunæ varietatem: exhaustas esse Graeciae vires: nec posse iam pati alterum bellum. illi esse immanem multititudinem hominum. Hoc loco disertissimam sententia dixit, quae vel in oratione vel in historia ponitur: Diutius illi perire possunt, quam nos vincere.

Suasoria VI.

DEliberat Cicero, an Antonium deprecetur. [Q. Aterius. Sciant posteri, potuisse Antoniu seruire Rem publicam, non potuisse Ciceronem. Laudans erit tibi Antonius: in hac causa etiam Ciceronem verba deficiunt. Crede mihi, cū diligenter te custodieris, faciet tamen Antonius quod Cicero tace non possit. Si intelligis Cicero, non dicit, Rogat vt viuas: sed, Rogat vt seruas. quemadmodum autē hunc senatum intrare poteris exhaustū crudeliter, repletum turpiter? Intrare autem tu senatum voles, in quo non Cn. Pompeiam visurus es, non M. Catonem, non Lucullos, non Hortensium, non Lentulū atq. Mārcellum, nō tuos, inquam, Cos., Hircium & Pansem? Cicero quid in alieno saeculo tibi? Iam nostra petrata sunt. M. Cato solus maximum viuendi moriendi exemplum, mori maluit quam rogare: nec erat Antonium rogatus, & illas vsq. ad ultimum diem puras a civili sanguine manus, in se infestas, acerime armavit. Scipio cū gladium poni iussus foret, dicitur abdidi se, querentibus qui in nauem transierant militibus imperatore: Imperator, inquit, bene se habet. Vixit vocē victoris emisit. Verat, inquit, Milo rogari iudices, vir clarissimus nunc & Antoniū rogat. [Porci Latronis. Ergo loquitur imperator Cicero, vt nō timeat Antonius: loquitur vñquā Antonius, vt Cicero timeat? Civilis sanguinis Sylana fitis in civitate redit, & ad triumviratē hastam pro vecigalibus ciuiū Romanorū mortes locat. Intusta bella albo Pharsalica, ac Mundensis Mutinensisq. ruina vincitur, consularia capita auro rependuntur. Tuis verbis Cicero intendū est: O tempora, o mores. videbis ardentes crudelitate simul ac superbia oculos: videbis illum non hominis, sed belli ciuilis vultum: videbis illas fauces, per quas Cn. Pōpej bona transferunt, illa latera, illam totius corporis gladiatorium firmitatem: videbis illum pro tribunali loco, quem magister equitum cum raptaretur, praeerat, vomitu foedauerat. Supplex accidens genibus deprecabatur, & ore, cui se debet salus publica, humilia in adulacionem verba submittes? Pudeat

Yy 2 Verrem,

Verré quoq; quia proscriptus fortius perit. [Cyri Marylli Esernini. Occurrat tibi Cato tuus, cuius à te laudata mors est. Quicquam ergo tanti putas, vt vitam Antonio debeas? [Caesij Pij. Si ad desiderium populi respicis Cicero, quandoque perieris, parum vixisti: si ad res gestas, satis vixisti: si ad iniurias fortunae & praefentem Reipublicae statum, nimum diu vixisti: si ad memoriam operum tuorum, semper victurus es. [Pompeij Silonis. Scias licet, tibi non expedire viuere, si Antonius permittit vt viuas. Tacebis ergo proscriptus Antonio? & ne gemitus quidem tuus liber erit? Malo populus Romanus mortuum Ciceronem, quām viuum desideret. [Triarij. Quae Charybdis est tam vorax? Charybdi dixi? quae si fuit, animal vnum fuit. Vix medius fidius Oceanus tot res tamque diueras vno tempore abforbere potuisset. Huic tu faeuienti putas Ciceronem posse subducis? [Arellij Fufi. Ab armis ad arma discurritur: foris viētores, domi trucidamur, dum in sanguine intestinus hostis incubat, quis non hoc populi Romani statu, Ciceronem vt viuat, cogi putat? Rogabis Cicero turpiter Antonium, frustra? Non te ignobilis tumulus abscondet; idem virtutis tuae qui finis est immortalium, humorum operum custos memoria, quae manūfūti vita perpetua est, in omnia te saecula sacratum dabit. Ni hil aliud interceder, quām corpus fragilitatis caducae, morbis obnoxium, casibus expositum, proscriptionibus obiectum. Animus vero diuina origine haustus, cui nec senectus villa, nec mors, onerosi corporis vinculis exolutus, ad sedes suas & cognata sidera recurret. Et tamen si ad aetatem, annorumque, nunquam obseruatum viris fortibus, numerum respicimus, sexaginta supergressus es: nec potes videri non nimis vixisse, qui moreris Reipublicae superstes. Vidimus furentia toto orbe ciuilia arma, & post Italicas Pharsalicae acies Romanum sanguinem hausit Aegyptus: quid indignatur in Ciceronem Antonio licere? Sic in Pompeium Alexandrino licuit. An non occiduntur, qui ad indigos configunt? [Cornelij Hispani. Proscriptus est ille, qui tuam sententiam secutus est: tota tabula tuae morti proluditur, alter fratrem proscribi, alter auunculū patitur: quid habes spei? Vt Cicero periret, tot parricidia facta sunt. Repete, age, tot patrocinia, tot clientelas, & maximum beneficiorum tuorum te ipsum: iam intelliges Ciceronem in mortem cogi posse, in preces non posse. [Argentarij. Explicantur triumuiralis regni delicata coniunctio, & popina tributo gentium instruuntur: ipse vno & somno marcidus deficienteis oculis ad capita proscriptorum leuat. Iam ad ista non satis est dicere, O hominem nequam.

DIVISIO. Latro sic hanc diuisit omnē suaforiam: Etiam si impetrare vitam ab Antonio, non est tantum rogare: deinde impetrare non potes. In priore illa parte posuit: Turpe est culibet Romano, nedum Ciceroni, vitam rogare. Hoc loco omnium, qui vltro mortem apprehendissent, exempla posuit: deinde inutilis illi sua vita futura proponitur, morte grauior, detracta libertate. Hic omnem acerbitatem seruitutis futurae descripsit: deinde non futurum fidei impetratae beneficium. Hic cum dixisset, Aliquid erit quod Antonium offendat aut factum tuum, aut dictum, aut silentium, aut vultus: adiecit sententiam: Haud enim placitus es. [Albusius aliter diuisit. primam partem fecit, moriendum esse Ciceroni, etiam si nemo proscripteret, haec infelicitatio temporum fuit, deinde moriendum est: ille enim se sua sponte conficeret, quia moriendum esset, etiam si mori noluisse: graues odiorū causas esse: maximam cauam proscriptioonis ipsum esse Ciceronem. Et solus ex declamatoribus tentauit dicere, non vnum illi esse Antonium infestum. Hoc loco dixit illam sententiam: Si cui ex triumuiris non es inuisus, gratis es. Et illa sententia valde excepta est: Roga Cicero, exora vnum, vt tribus seruias. [Caesius sic diuisit: Mori tibi vtile est, honestum est, necesse est, vt liber & illibatae dignitatis consummes vitam. Hic illam sententiam dixit audacem: Vt numereris cum Catone, qui seruire nec Antonio quidem nondum domino potuit. [Marcellus hunc sensum de Catone melius: Vsq; eo ne omnia cum fortuna populi Romani conuerfa sunt, vt aliquis deliberet, vtrum satius sit viuere cum Antonio, an mori cum Catone? Sed ad diuisionem Caesij reuertatur. Dixit vtile esse, ne etiam cruciatus corporis pateretur: non simplici illum modo peritum, si in Antonij manus incidisset, & in hac parte cum descripsisset contumelias insultantium. Ciceroni, & verbera & tormenta, dixit illam multum laudatam sententiam: Tu mehercules Cicero, cū: ve-neris ad Antonium, mō tem rogaris. [Varius Geminus sic diuisit: Mortarier te, si alterutrum vnuq; faciendum esset, aut moriendum, aut rogandum, vt morereris potius, quām rogares, & omnia complexus es, quae à cereris dicta erant, sed addidit & terriū: adhortatus est illū ad fugam, illuc esse M. Brutū, illuc C. Cassium, illuc Sex. Pompeium. Et adiecit illam sententiam, quā Cassius Seuerus, vnice mitabatur: Quid deficiemus? & Respub. suos triumuiros habet. Deinde etiam quas petere posset regiones, percucurrit: Sici hā dixit vindicatā esse ab illo, Ciliciam à proconsule egregie administratam, familiares studijs eius, & Achajam & Asiam, Deiotari regnum obligatum beneficis, Aegyptum & habere beneficij memoriam, & agere perfidias paenitentiam, sed maxime illum in Asiam & Macedoniam horratus est in Cassi & in Brutī castra. Item Cassius Seuerus aiebat, alios declamasse, Varium Geminum vnum consilium dedisse.

Alteram partem pauci declamauerunt, nemo ausus est Ciceronem ad depicandum Antonium hor- tari, bene de Ciceronis animo iudicauerunt. Geminus Varius declamauit alteram quoque partem, & ait: Spero me Ciceroni meo persuasurū vt velit viuere, quōd grandia loquitur, & dicit: Mors nec immatura confusat, nec misera sapienti, non mouet me, idiotam petit. Ego belle mores hominis noui: faciet, rogabit, nō quod ad seruitutē pertinet, non recusat: iam collum tritum habet, & Pompeius illū, & Caesar subieccrunt. Veteranum mancipiū videtis, & complura alia dixit scurilia, vt illi mos erat. Diui- sit sic, vt diceret, non turpiter rogaturū, non frustrā rogaturū. In priori parte illud posuit, nō esse turpe,

ciuem

ciuem victorem rogari à victo: hic quām multi rogassent C. Caesarem, hic & Ligarium, deinde iniquū esse quidem, Ciceronem satisfacere, qui prior illum proscriptisset, qui & iudicasset ab eo semper nasci satisfactionem, ac dato rogari. Deinde non pro vita illum, sed pro Republica rogaturum: satis illum fibi vixisse, Reipublicae parvū. In sequenti parte dixit, exorari solere inimicos, ipsum exoratum à Vatino. C. quoque Verri astuissē, facilis exorari Antonium posse, qui cum tertius esset, ne quis tribus hanc tam speciosam clementias occasionem praepteret, forte irasci Antonium, qui ne tanti quidem putasset illum quem rogaret. Fuga quām periculosa esset, cum descripsisset, adiecit: Quocunque peruenisset, seruendum illi esse: ferendam aut Cassi violentiam, aut Brutī superbiam, aut Pompeij stultitiam. Quando in hanc lusoriam incidimus, non altenum puto, indicare quomodo quisque se ex historicis aduersus memoriam Ciceronis gesserit. Namq; Cicero nec tam timidus fuerit vt rogaret Antonium, nec tam stultus vt exorari posse speraret, nemo dubitat, excepto Afino Polione, qui infestissimus famae Ciceronis permanit, & is euam occasionem scholasticis dedit. Solent enim scholastici declama- tores ponere.

Alia sua foria pro Cicerone.

D Eliberat Cicero, an promittente salutem Antonio, orationes suas comburat. Haec inepit facta cui libet videri potest. Pollio vult illam veram videri: ita enim dixit in illa oratione, quā pro Lamia dedit. [Afinij Polioni. Itaque nunquam perficeret, nec mora fuit, quin eiuareret, suas esse, quas cupidis sine effuderat orationes in Antonium, multiplicesque numero & accuratius scriptas illis contrarias edere, ac vel ipse palam pro concione recitare, pollicebatur: ceteraque his alia fordidiora multo: vt tibi facile liqueret, hoc totum adeo fallum esse, vt ne ipse quidem Pollio in historijs suis ponere ausus sit. Huic certe actioni eius pro Lamia qui interfuerunt, negant eum haec dixisse (neq; enim mentiri sub triū virorum conscientia sustinebat) sed postea composuit. Nolo autem vos iuuenes mei contristari, quod à declamatoribus ad historicos transe: satisfaciāt vobis, & fortasse efficiāt, vt his sententijs lectis solidis, & verum habentibus, recedatis aequiores. Hoc si tamē recta via consequi non potero, decipere vos cogar, veluti salutarem pueris datus potionem absinthiati poculi. Luius adeo decrepitationis confitum habuisse Ciceronem non dicit, vt neget tempus habuisse. Ita enim ait. [Liuj. M. Cicero sub aduentum triumvirorum cesserat urbe, pro certo habens id quod erat, non magis Antonio eripi se, quām Cæfari Cassium & Brutum posse: primo in Tusculanum fugit, inde transuersis itineribus in Formianū, vt ab Caeta nauim consensurus, proficiscitur. Vnde aliquoties in altum proiectum cū modo venti aduersi retulissent, modo ipse iactationem nauis caeco volente fluctu pati non posset, taedium tandem cum & fugae & viæ cepit, regressuque ad superiorē villam, quae paulo plus mille passibus à mari abest. Moriar, inquit, in patria saepe seruata. Satis constat, seruoso fortiter fideliterque paratos fuisse ad dimicandum, ipsum deponi lecticam, & quietos pati, quod fors iniqua cogeret, iussisse. Prominenti ex lectica, praebentiq; immotam ceruicem, caput praecisum est. Nec satis stolidas crudelitati militū fuit manus quoq; scripsisse in Antoniū aliquid exprobantes praeciderunt. Ita relatum caput ad Antonium, iussuq; eius inter duas manus in rostris positū, vbi ille consul, vbi eo ipso anno aduersus Antoniū, quanta nulla vñquā humana vox, cū admiratione eloquentiae auditus fuerat: vix attollentes lacrimis oculos hornines in tueri trucidata membra eius poterant. Bassus Aufidiūs, & ipse nihil de animo Ciceronis dubitauit, quin fortiter se mori non praebuerit tantū, sed obtulerit. [Aufidiij Balz. Cicero paulū remoto velo postquā armatos vidit: Ego vero consisto, ait: accede veterane, & si hoc saltē potes recte facere, incide ceruicem. Tremunt deinde, dubitanique: Quid si ad me, inquit, primū venis? Cremutius Cordus & ipse ait, Ciceronem cum cogitassem, utrum Brutum, an Cassium, an Sextū Pompeiū peteret, omnia illi displicuisse, praeferre mortē. [Cremutij Cordi. Quibus visis laetus Antonius, cum peractam proscriptioē suam dixisset esse: quippe non fatigatus modo caedendis ciuibus, sed defensus quoque, iussit pro rostris exponi. Itaq; quo saepius ille ingenij circumfusus turba processerat, quae paulo ante coluerat, pīs conciōbus, quibus multorum capita seruauerat, tū per artus suos latu aliter ac solitus erat, à ciuibus suis conspicutus est, praetendenti capiti, orique eius impensa sanie, breui ante princeps senatus Romaniq; nominis titulus, tun, pretium interfectoris sui. Praecipue tamen soluit pēctora omnū in lacrimas gemitusque, vīsa ad caput eius deligata manus dextera, diuinæ eloquentiae ministrā: ceterorumq; caedes priuatos luctus excitauerunt, illa vna communē. [Brutidij Nigri. Elapsus interim altera parte villae Cic. lectica per agros ferebatur, sed vt vidit appropinquare notū tibi milite, Popiliū nomine, memor defensum à se, laetiore vultu aspexit, at ille, victoribus id ipsum imputaturus, occupat facinus, caputq; decisum, nihil in ultimo fine vitae facientis, quod alterutram in parē posset no- tari, Antonio portat, oblitus se paulo ante defensum ab illo. Et hic voluit positi in rostris capitū miserabilē faciē describere, sed magnitudine rei obrutus est. Item [Brutidij Nigri. Ut vero, iussu Antonij inter duas manus positū in rostris caput conspectū est, quo toties auditū erat loco, dato gemitu & fleu maxi viri inferiae, nec vt solet, ita depositū in rostris corporis concio audiuit, sed ipsa narravit. Nulla nō pars fori aliquo actionis inclytæ signata vestigio erat. Nemo non aliquod eius in se meritum fatebatur: hoc certe publicum beneficium palam erat, illam miserrimi temporis seruitutem ac aleam delatam

Yy. 3 in Anto-

in Antonium. Quoties magni aliquius mors ab historicis narrata est, toties fere totius consummatio vitae, & quasi funebris laudatio redditur. hoc semel atque iterum à Thucydide factum, idem in paucissimis periculis vñrpatum à Sallustio, Liuus benignius omnibus magnis viris praestitit. Sequentes historici multo id effusius fecerunt. Ciceroni hoc, vt Graeco verbo vtar, *Amator* Liuus reddit. [T. Linij]. Vixit tres & sexaginta annos, vt si vis atfusset, ne immatura quidem mors videri possit: ingenium & opere virtutibus & praemiis operum felix: ipse fortunae diu prosperae, & in longo tenore felicitatis, magnis integrum iectus vulneribus, exilio, ruina partium, pro quibus steterat, filiae morte, exitu tam tristi atque acerbo, omnium aduersorum nihil vt viro dignum erat, tulit, praeter mortem, quae vere aestimati minus indigna videri potuit, quod à victore inimico nū crudelius passus erat, quam quod eiūdem fortunae compos ipse fecisset. Si quis tamen virtutibus vitta pensaret, vir magnus, acer, memorabilis fuit, & in cuius laudes sequendas Cicerone laudatore opus fuerit. Vt est natura candidissimus omnium magnorum ingeniorum auctor T. Liuus, plenissimum testimonium Ciceroni reddidit. Cordi Cremutij non est operae, deferre etiam redditum Ciceroni laudationem. Nihil enim in ipsa Cicerone dignum est: ac ne hoc quidem, quod paene maximum est, tolerabile est. [Cremutij Cordi]. Priuatas enim simultates deponendas interdum putabat, publicas nunquam. Vide credendam eius non solum magnitudinem virtutum, sed multitudinem quoque conspicientiam. [Aufidij Bassi]. Sic M. Cicero decepit, vt natus ad Reipub. salutem: quae diu defensia & administrata, in senectute demum & manibus eius elabitur, nō ipsius virtus laesa, quod nihil in salute eius aliud illi, quam si caruisse Antonio, placuit. Vixit sexaginta & tres annos, ita vt semper aut pateretur alterum, aut inuicem pateretur: nullamque rem rarius, quam die illum, quo nullius intercesseret ipsum mori, vidit. Pollio quoque Asinius, qui Verrem Ciceronis reum fortissime morientem tradidit, Ciceronis mortem solus ex omnibus maligne narrat, testimonium tamen, quamvis inuitus, plenum ei reddit. [Asinius Pollio]. Huius ergo viri tot tantisque operibus mansuris in omne aequum, praedicare de ingenio atque industria superuacuum est. Natura autem pariter atque fortuna obsecuta est. Ei quidem facies decora ad senectutem, prosperaque permanxit valetudo: tum pax diutina, cuius instructus erat arbitrus, contigit. namque à prifica feueritate iudicis exacti, maximorum noxiōrum multitudine prouenit, quos obstrictos patrocinio incolumes plaeosque habebat. Iam felicissima consularis ei fors petendi & gerendi, magna munera, deum consilio, industriaque, vtiuaria moderatius secundas res, & fortius aduersas ferre potuisset, namque viraeque cum venerant ei, mutari eas non posse rebatur. Inde sunt inuidiae tempestates coortae graues in eum, certiorque inimicis aggrediendi fiducia: maiore enim simultates appetebat animo, quam gerebat. Sed quando mortalium nulli virtus perfecta contigit, qua maior pars vita atque ingenii stetit, ea iudicandum de homine est. Atque ego ne miserandi quidem exitus eum suis iudicarem, nisi ipse tam miseram mortem putasset. Affirmare vobis possum, nihil esse in historiis eius hoc, quem retuli, loco disertius: vt mihi tunc non laudasse Ciceronem, sed certasse cum Cicerone videarur. Nec hoc determinat causa dico, ne historias eius legere concupiscat: concupiscere, & poenas Ciceroni dabit. Nemo tamen ex tot disertissimis viris melius Ciceronis mortem deplorauit, quam Cornelius Seuerus.

CO R N E L I I S E V E R I .

Oraque magnanimum spirantia paene virorum
In rostris iacuere suis: sed enim abſtulit omnis,
Tanquam ſola foret rapiti Ciceronis mago.
Tunc redeunt animis ingentia Conſulūs acta,
Iurataeque manus, deprenſaque foedera noxæ,
Patriciumque nefas: eft tunc & poena Cerhegi,
Deiectisque redit yotis Catilina nefandis.
Quid fauor aut coetus, pleni quid honoribus anni
Profuerunt; ſacris exacta quid artibus aetas?
Abſtulit yna die acui decus, itaque luctu
Conticuit Latiae triftis facundia linguae,
Vnica ſollicitis quondam tutela ſalutis que,
Egregium ſemper patriae caput ille ſenatus
Vindex, ille fort, legum ritusque, togæque.
Publica vox eius aeternum obmutuit armis.
Informes vultus, parfamque crux nefando
Caniciem, ſacrariaque manus, operumque miniferas
Tantorum, pedibus ciuis projecta superbis
Proculcauit ouans: nec lubrica fata, deosque
Reſpexit, nullo luet hoc Antonius aeno.
Haec nec in Sematibio mitis victoria Perſe,
Nec te dire Syphax, non fecit in hofe Philippo.

Inque triumphato ludibria cuncta Iugurtha
Aſuerant, noſtraeque cadens ferus Hannibal irae,
Membra tamen ſygijs tulit inuolata ſub vmbraſ.

Non laudabo municipem noſtrum bono verſu, ex quo hic multo melior Cornelij Seueri proceſſit:

Conticuit Latiae triftis facundia linguae.

Sextilius Ena fuit homo ingeniosus magis quam eruditus, inaequalis poeta, & paene quibusdam locis talis, quales esse Cicero Cordubenses poetas ait, pingue quiddam fonantes atque peregrinum. Is hanc ipsam proſcriptionem recitaturus in domo Meſſalae Coruini, Pollionem Afiniū aduocauerat: & in principio hunc verſum non sine allenuſu recitauit:

Deflendus Cicero eſt, Latiaeque ſilentia linguae.

Pollio Afinius non aequo animo tulit, & ait: Meſſala, tu quid tibi liberum ſit in domo tua, videris: ego iſtum auditurus non ſum, cui mutus videor. atque ita conſurrexit, ne intercesseret recitationi eorum: quod Cornelium ſcio, cui non aeque diſplicuisse hunc verſum, quam Pollioni, apparet: quod meliorem quidem, ſed non diſſimilem illi & ipſe compoſuit. Si hic defero, ſcio futurum, vt vos deſinatis eo loco legere, quo ego à ſcholasticis reſeffi. Ergo vt librum velitis vñque ad vmbilicum reuoluere, adjiciam ſuſoriā proximae ſimilem.

Alia ſuſoria ad Ciceronem pertinens.

D Eliberat Cicero, an ſcripta ſua comburat, promittente Antonio incolumitatē, ſi feciſſet. [Q. Aterius]. Non feres Antonium: intolerabilis in malo ingenio felicitas eſt: nihilque cupientes magis accendit, quam proſperae turpitudinis conſciencia. Difficile eſt. Nō feres, inquam, & iterum iritare inimi- cum in mortem tuam cupies. Quod ad me quidem pertinet, multum à Cicerone abſum: tamen non taceat tantum me vitae meae, ſed pudet: ne propter hoc quidem pertinet multum à Cicerone. Ingenium tuum amas, quod illud Antonius plus odit quam te. Remittere ait ſe tibi vt uias: commentus, quemadmodum eripiat eriam quo uixeras. Crudelior eſt paſtio Antonij, quam proſcriptione. Ingenium erat, in quod nihil iuriſ haberent triuialia arma. Commentus eſt Antonius, quemadmodum quod non poterat cum Cicerone proſcribere, tolleret per Ciceronem. Hörtarer te Ciceronem, ut uitam magni aeffimares, ſi libertas ſuum in ciuitate haberet locum, ſi ſuum in libertate eloquentia, ſi non ciuitum ceruici bus luderetur. Nunc vt ſcias nihil melius eſſe quam mori, vitam tibi Antonius promittit: pender nefariae proſcriptionis tabula: tot praetorij, tot consulares, tot equeſtris ordinis viri perierte: nemo relinquitur, niſi qui ſervire poſſit. Nefcio an hoc tempore viuere velis Ciceronem: nemo eſt cum quo velis. Merito hercules illo tempore viuisti, quo Caesar vltro te rogauit, vt viueres fine vlla pactione: quo tempore non quidem ſtabat Republika, ſed in boni principis ſinum ceciderat. [Caefij Pij]. Nunquid opinio me ſefficit? intellexit Antonius, ſaluis eloquentiae monumentis, non poſſe Ciceronem mori, ad pactionem vo caris: qua pactione melior in te pars tui petuit. Accōmoda mihi pauliſ per eloquentiam Ciceronem per riturum rogo. Si te audiſſent Caefas & Pompeius, neque iniſſent turpem ſocietatem, neque diremiſſent: ſi vti vñquam confilio tuo voluiffent, neq. Pompeius Caefarem, neque Caefas Pompeium deſeruifent. Quid consulatum ſalutarem vrbi, quid exilium consulatu honeſtius, quid prouocatum inter initia adolescentiae libertatem tyrocinij tuis Syllanam potentiam, quid Antonium auilsum, Catilinam Reipublicae redditū? Ignorice Cicero, ſi diu ita nārrauero. Forſitan hac die nouiſſimo audiuentur. Si occidetur Cicero, iacebit inter Pompei patrem filiumque: & Afranium Petreumque, Q. Catulum, M. Antonium illum indignum hoc ſuccellore generis. Si ſeruatur, viuet inter Ventidios & Canicios & Saxas. Ita dubium eſt, an fatius fit cum illis iacere, an cum his viuere? Pro vno homine iactura publica paciſceris. Scio omne pretium iniquum eſſe, quod ille conſtituit: nemo tanti emiſ Ciceronis vitā, quanti vendit Antonius. Si hanc tibi pactionem ferret, Viues, ſed eruentur oculi tibi: viues, ſed debilitabuntur pedes: etiam ſi in alia damna corporis praefataes patientiam, excepiſſes tamen lingua. Vbi eſt ſacra illa vox tua: Mori enim naturae finis eft, non poena: hoc tibi vni non liquet? At videris Antonio perſuafſe. Aſſere te potius libertati, & vnum crimen inimico adiice. Fac Antonium moriendo nocentem. [P. Afrrenatis]. Vt Antonius Ciceroni parcat, Cicero ipſe eloquentiam ſuam animaduertet. Quid aurem tibi ſub haſ pactione promittiuit? Vt Cn. Pompeius & M. Cato, & ille antiquus restituatur Reipublicae Senatus, digniſſimus apud quem Cicero loqueretur? Multos viuktros animi ſui contemptus opprefſit: multos perituros parati ad pereundum animi ipſa admiratio eripuit, & cauſa illis viuendi fuit, fortiter mori. Permitte te populo Romano contra Antonium. Si ſcripta combuſſeris, Antonius paucos annos tibi promiſſit: at fi non combuſſeris, populus Romanus omnes. [Pompeij Silonis]. Quale eſt vt perdamus eloquentiam Ciceronis, fidem ſequamur Antonij: miſericordiam tu ista vocas, ſupplicium ſumimum ingenio Ciceronis? Credamus Antonio: Cicero, ſi bene illi pecunias crediderunt foeneratores, ſi bene pacem Brutus & Cassius, hominem & vitio naturae, & licentia temporum, infantem, inter ſcenicos amores ciuili ſanguine luxuriantem: hominem, qui creditoribus suis oppignorauit Republicam, cuius gulæ duorum principum bona, Caefaris & Pompeij, non potuerunt ſatisfacere. Tuis vtar Cicero verbiſ: Cara eſt cuiquam ſalus, quam aut dare, aut eripere potest Antonius?

Non eſt

Non est tanti seruare Ciceronem, ut seruatum Antonio debeam. [Tri*vij*. Compulsus aliquando populus Romanus in eam necessitatem est, ut nihil haberet praeter Iouem obsecrum & Camillum exul: nulla in tamen fuit. Ca*nili* opus natus, quād̄ indigentia putauit viro, salutem pactioni debere. O grātia vita, etiū si sine prelio daretur. Antonius hōtis à Republica iudicatus, nūnchostē Reg publicam iudicat. Lepidas, ne quis patet illum male Antonio collegam placuisse, alienae semper de-mentiae accessio, vtiūque collegae māincipium, nōst̄ dominus. [Argentarij. Nihil Antonio credendū est. mentor: quid enim iste non potest, qui occidere Ciceronem potest? qui seruare, nisi crudelius, quād̄ occidebat, non potest? Ignoscentem tibi illum putas, qui ingenio tuo irascitur? ab hoc tu sp̄as vitam, cui nondam verba tua excederunt? Ut corpus quod fragile & caducum est, seruetur, pereat ingenium quod aeternum est? ego mirabar, si non supplicio crudelior esset Antonij venia. P. Scipione à maioribus suis descendentem generosa mors in numerum Scipionem reposuit. Mortem tibi remittit, ut id pereat, quod solum in te immortale est. Qualis est paetio? Aufertur Ciceroni ingenium sine vita: promittantur obliuione nominis tui pauci seruiti anni. Non ille te vivere vult, sed facere ingenij tui superstitem. Viue, ut Cicero audiat Lepidum, Cicero audiat Antonium, nemo Ciceronem? Pati poteris, ut quod in te optimū habes, ante te efferas? Sine durare post te ingenium tuum, perpetua Antonij proscriptionem. [Arellij Fusi]. Quoad humanum genus incolume manserit, quād̄ diu usus litteris, honor summae eloquentiae premium erit: quād̄ diu reip. nostrae aut fortuna steterit, aut memoria durauerit, admirabile posteris vigebit ingenij, & uno proscriptus saeculo proscribes Antonium omnibus. Credere mihi, vltissima pars tui est, quae tibi vel eripi, vel donari potest. Ille verus est Cicero, quem proscripti Antonius non putat, nisi à Cicerone posse. Non ille tibi remittit proscriptionē, sed tolli desiderat suā. Si fidem deceperit Antonius, morieris: si praestiterit, seruies. Quod ad me atinet, fallere in malo. Per te M. Tulli, per quattuor & sexaginta annos pulchre actos, per salutarem Reipub. consulatum, per aeternam si pateris ingenij tui memoriam, per Rempubl. quae ne quid te putas carum relinquere, ante te perijs, tōr, & obtulisti, ne moriaris, confessus quād̄ nolueris mori.

H V I V S suasoriae alteram nemini scio declamasse: omnes pro libris Ciceronis solliciti fuerunt, nemo pro ipso, cum adeo illa pars non sit mala, ut Cicero, si haec condicio ei lata fuisset, deliberatur non fieri. Itaque hanc suasoriā nemo declamauit efficacius quād̄ Silo Pompeius, non enim ad illa speciosa se contulit, ad quae Caetius: qui dixit, hoc grauius esse supplicium quād̄ mortem, & ideo hoc Antonium eligere, breuem esse vitam homini, multo magis seni, ita inueniāe consulendum, quae magnis viris aeternitatem promitteret, non qualibet mercede vitā redimendā: & has condiciones intolerabiles esse, omnia potius subeunda, quād̄ monumenta ingenij sui ipsum exurere. In iuriā illū facturum populo-Romanō, cuius linguae in tantum extulisse, ut inolentis Graeciae studia, tanto antecederet eloquentia, quanto fortuna in iuriā facturum generi humano. paenitentiam illum acuturam tam care spiritu empti, cum in seruitate senscendum fuisset. In hoc unum eloquentia vtendit, ut laudet Antonium. Male cum illi ait, dare vitam, eripi ingenium. [Silo Pompeius sic egit, ut diceret, Antonium non pacisci, sed illudere: non esse illam conditionem, sed contumeliam, combustis enim libertis, nihilominus occisurum, non esse tam stultum Antonium, ut putaret ad rem pertinere, libros à Cicero-ne comburi, cuius scripta per totum orbem celebrarentur, & hoc petere eum quod posset ipse facere: nisi forte non esset in scripta Ciceronis, qui esset in Ciceronem. Quare nihil aliud eum agere, quād̄ ut ille Cicero multa fortiter de mortis contemptu locutus, ad turpes condiones perductus occidetur. Antonium illi non vitam cum condicione promittere, sed mortem sub infamia quereret. Itaque quod turpiter postea passurus esset, nunc illum fortiter debere pati. Et haec suasoria in signitate est. Dicit enim sententiam Cacozeliae genere humillimo & sordidissimo, quod detractu, aut adiunctione syllabae facit sensum. Pro facinus indignum, peribit ergo quod Cicero scripsit, manebit quod Antonius proscripti? Apud Caetium, praetorem declamabat hanc suasoriā Surdinus, ingeniosus adulescens, à quo Graecas fabulas eleganter in Latinum sermonē conuertere sunt. Solebat dulces sententias dicere, frequentius tamen prae dulces & intractas. In hac suasoriā cum iusserunt bellis sensibus prioribus complexus esset, adiecit: Ita te legam. [Caetius, homo nausifimus, dissimulauit exaudisse se, ut adulescentem ornatum quasi imprudens obiurgaret: Quid dixisti? quid? ita te fruar. Erat autem Caetius nullius quidem ingenij, Ciceroni etiam infetus: quod illi non impune cessit, nam cum M. Tulli filius Ciceronis Asiam obtuleret, homo qui nihil ex paterno ingenio habuit praeter urbanitatem, cenabat apud eum Caetius. M. Tullio & natura memoriā dēmiserat, & ebrietatis: si quid ex ea supererat, subducebat; subinde interrogabat, Quis ille vocaretur qui in imo recumeret: & cum saepi subiectum nomen Caetii excidisset, nonnulli seruus ut aliqua nota memoriam eius faceret certiore, interroganti domino, quis ille esset qui in imo recumeret, ait: Hic est Caetius, qui patrem tuum negabat literas scilicet, affectu protinus flagra iussit, & Ciceroni, ut oportuit, de corio Caetii satisfecit. Erat autem etiam ibi Petras, Niger, & Cotula Hybridae disertissimi viri filio male apud se causam agerū. ATHMHN HATHPON, & cum in quadam postulatione Hybris de paritate stultorum locum ad litteram omnibus agnoscēbus dicere: Age, inquit, non putas me scripta didicisse patris mei? Quousque tandem abutere Catilina, patientia nostra? [Garganis amabilissimus in hac suasoriā dixit duas res, quibus stultiores ne ipse quidem vñquam dixerat, vñnam in principio, nam cum coepisset scholasticorum frequentissimo iam more

a iure.

iure iurando, & dixisset multa: Ita quamprimum tantum timeat, quantum potest, ita aut totus viuat Cicero, aut totus moriatur, ut ego quae hodie pro Ciceronis ingenio dixerim, nulla pactione delebo. Alteram rem dixit, cum exempla referret eorum qui fortiter perierant: Iuba & Petreius, mutuis vulneribus concurrerunt, & mortes foenerauerunt.

Suasoriarum finis.

L A N N A E I . S E N E C A E C L A V D I I . C A E S A R I S A P O C O L O C Y N T O S I S .



VID actum sit in caelo ante diem tertium eidus Octobris, Asinio Marcello, Acilio Auio la Cois anno nouo, initio saeculi felicissimi, volo memoriae tradere. Nihil offensae vel gratiae dabitus. Haec ita vera si quis quaesierit vnde sciā: primum, si noluerō, non respondēbo. Quis coaetūrus est? Ego scio melibēum factū, ex quo suum diē obiit ille, qui verum prouerbium fecerat. Aut regem, aut fatūm nasci oportere. Si libuerit respōdere, dicam quod mihi in buccam venerit. Quis vñquam ab historico iuratores exigit? Tamen si necesse fuerit auctorem producere, quaerite ab eo, qui Drusillam euntem in caelum vidit. Idem Claudium vidisse se dicet iter facientem, non passibus aequis. Velix, nolit, necesse est illi omnia videre, quae in caelo agantur. Appiae viae curator est: qua scis & diuum Augustum, & Tiberium Caesarem ad deos esse. Hunc si interrogaueris, foli narrabit: coram pluribus nunquam verbum faciet. Nam posteaquā in senatu iurauit se Drusillam vidisse caelum ascendentem, & illi pro tam bono nuntio nemo creditit, verbis concepitis affirmauit, fe non indicatum etiam si in medio foro hominem vidisset occisum. Ab hoc ego quaecunque audiui, certa claraque affero, ita illum saluum & felicem habeam.

Iam Phoebus breviore via contraxerat ortum

Lucis, & obscuri crescebant tempora somni.

Iamque suum victrix augebat Cynthia regnum:

Et deformis hiems gratos carpebat honores.

Diuinitus animum, & iuste sene cere Baccho.

Carpebat raras serus vindemitor vuas.

Puto magis intelligi si dixerim, mensis erat October, dies tertius eidus Octobris. Horam non possum tibi certam dicere, facilius inter philosophos, quād̄ inter horologia conuenier. Tamen inter sextam & septimā erat. Nimirū rustice acquiescunt oneri poetae, non contenti ortus & occasus describere, ut etiam medium diem inquietent. Tu sic transibis horam tam bonam?

Iam medium curu Phoebus diuiserat orbem,

Et proprii nocti fessas quatiescat habendas.

Obliqueflexam deducens tramite lucem.

Claudius animam agere coepit, nec inuenire exitum poterat. Tum Mercurius, qui semper ingenio eius delectatus esset, vnam de trib. Parcis edicuit, & ait: Quid femina crudelissima hominem miserum torqueri pateris nunquam meritum, ut tamdiu cruciaretur. Annus sexagesimus & quartus est, ex quo cum anima luctatur. Quid huic inuides? Patere mathematicos aliquando verum dicere, qui illum postquam princeps factus est, omnibus annis, omnibus mensibus efferunt. Et tamen non est mirum si errat, horam eius nemo nouit. Nemo enim illum vñquam natum putauit. Fac quod faciendum est.

Dede neci, melior vacua sine regnet in aula.
Sed Clotho: Ego mehercle, inquit, pusillum temporis adiucere illi volebam, dum hos pauculos, qui superflū, ciuitate donaret. Conſiderat enim omnes Graecos, Gallos, Hispanos, Britannos, Sauromatas, & si qui ultra glaciale Boream incolunt Barbari, togatos videre. Sed quoniam placet aliquos peregrinos in semen relinqui, & ut ita iubes fieri, fiat. Aperiit tum capsulam, & treis fulos profert. Unus erat Augurini, alter Babae, tertius Claudi. Hos, inquit, treis uno anno exiguis interiuallis temporum diuisos mori iubebo: nec illum incomitatum dimitam. Non oportet enim eum, qui modo se tot millia hominum sequentia videbat, tot praecedentia, tot circumfulsa, subito solum delitti. Contentus erit his integrum coniectoribus.

Hacc

Haec ait: *G* turpi connoluens flamina fuso,
Abrupt stolidae regalia tempora vitae.
*A*t Lachesis redimita comas, ornata capillos,
Pieria crinem lauro frontemque coronans,
Candida de ninoe subtemina vellere sumit,
Felici moderanda manu: quae ducta colore
*A*ssumpsero nouum: mirantur pensa sorores.
Mutatur vilis pretioso lana metallo.
*A*urea formoso descendunt secula filo.
Nec modus est illis, felicia vellera ducunt,
Et gaudent implere manus, sunt dulcia pensa.
Sponte sua festinat opus, nulloque labore,
Mollia contorto descendunt flamina fuso.
*V*incunt Tithoni, vincunt *G* Nestoris annos.
Phoebus adeſt, cantuque iuuit, gaudetque futuris:
Et laetus nunc plectra mouet, nunc pensa ministrat.
Detinet intentas cantu, fallitque laborem.
Dumq. nimis citharam, fraternaque carmina laudant,
Plus solito neuere manus: humanaque fata,
Laudatum transcendent opus: Ne demite Parcae,
Phoebus ait: vincat mortalis tempora vitae.
Ille mihi similis vulnus, similisque decore,
Nec cantu, nec voce minor: felicia lassis
Saecula praeſtitabit, legumque silentia rumper.
Qualis disceptiens fugientia lucifer astra:
Aut qualis surgit redeuntibus besperus astris:
Qualis cum primum tenebris aurora solutis
Induxit rubicunda diem, sol aspicit orbem
Lucidus, *G* primos a carcere concitat axes:
Talis Caesar adeſt, talem iam Roma Neronem
Aspiciet, flagrat nitidus fulgore remisso
Vultus, *G* affuso ceruix formosa capillo.

Haec Apollo. At Lachesis, quae & ipsa homini formosissimo faueret, fecit, & plena ordinis manu, & Neroni multos annos de suo donat. Clodium autem iubent omnes χαίροντας, δοκιμωτας εὐτέλην δύο πρ. Et ille quidem animam ebulliit, & eo desit viuere videri. Expirauit autem dum comoedos audit, vt scias me non sine causa eos timere. Ultima vox eius haec inter homines audita est, cum maiorem sonitum emisisset illa parte, qua facilius loquebatur. Vae me, puto, concacauit me. Quid autem fecerit, nescio: omnia certe concacauit. nec post boletum opipare medicamentis conditum, plus cibi sumpsit. Quae postea in terris sunt acta, superuacuum est referre. Scitis enim optime: nec periculum est, ne excidant, quae memoriae publicum gaudium impressit. Nemo felicitatis suae obliuiscitur. In caelo quae acta sint, audite: fides penes auctorem erit. Nuntiatur Ioui, venisse quandam bonae staurae, bene canum, nescio quid illum minari: assidue enim caput mouere, pedem dextrum trahere, quae sisse se, cuius nationis esset: respondisse illum nectio quid perturbato sono, & voce confusa, non intelligere se lingua eius; nec Graecum esse, nec Romanum, nec ullius gentis notae. Tum Jupiter Herculem, quia totum orbem terrarum pererrauerat, & nosse videbatur omnes nationes, iubet ire & explorare, quorum hominum esset. Tum Hercules, primo aspectu sane perturbatus est, vt qui etiam non omnia monstra domuerit: vt vidit non generis faciem, insolitum incessum, vocem nullius terrestris animalis, sed (qualis esse marinis beluis solet) raticam & implicatam, putauit sibi tertium decimum laborem venisse. Diligentius autem intenti, visus est quasi homo. Accessit itaque, & quod facilimū fuit Graeculo, ait: ης ποδες εις ανθρακας οι μεταξις. Vbi haec Claudius, gaudet esse illic philologos homines, sperat futurum aliquem historijs suis locam. Itaque & ipse Homericō versu Caesarem se esse significans, ait: ουτος δε οι οικουμενης μεταξις. Etiam autem sequens versus verior, aequo Homericū: τοιγαντην την ανθρακαν πριν την θαλασσην επιβασιν. Et impoferat Herculi homini minime vaffo, nisi facisset illic Febris, quae sano suo relicto, sola cum illo venerat: ceteros omnes deos Romae reliquerat. Hoc inquit, mera mendacia narrat. Ego tibi dico, quae cum ipso tot annos vixi, Lugduni natus est. Mutatij munici pem audis: quod tibi narro, ad sextumdecimum lapidem à Vienna natus est. Gallus germanus. Itaque quod Gallum facere oportebat, Romam cepit. Hunc ego reddo tibi Lugdani natum, ubi L. Licinius multis annos regnauit. Tu autem qui plura loca calcasti, quam ullus millio perpetuarius, Lugdunenses scire debes, & multa milia inter Xanthum & Rodanum interesse. Excandescit hoc loco Claudio, & quanto potest murmure irascitur. Quid dice
ret, nemo

ret, nemo intelligebat. Ille autem Febrim duci iubebat, illo gestu solutae manus, & ad hoc vnum satis
firmae, quo decollare homines solebat. Iusserat illi collum praecidi. Putares omnes illius esse libertos,
adeo illum nemo curabat. Tum Hercules: Audi me, inquit, tu, & desine fatuari: venisti huc, vbi mu-
res ferrum rodunt. Citius mihi verum, ne tibi alogias excutiam. Et quo terribilior esset, tragicus fit,
& ait:

*Exprome propere, sede qua genitus cluas,
Hoc ne peremptus stipe, ad terram occidas.
Haec claua reges saepe mactauit feros.
Quid nunc profatu vocis incerto sonas?
Quae patria, quae gens mobile eduxit caput,
Edisse. equidem regna ter gemini petens
Longinqua regis, unde ab Hesperio mari
Inachiam ad urbem nobile aduerti pecus,
Vidi duobus imminens fluuijs iugum,
Quod Phoebus ortu semper obuerso videt:
Vbi Rhodanus ingens amne praerapido fluit,
Ararque dubitans quo suos cursus agat,
Tacitus quietis alluit ripas vadis.*

Est ne illa tellus / spiritus altrix tui?

Haec satis animose, & fortiter. Nihilominus mentis suae non est, & timet *μεροῦ πληγῆς*. Claudio ut videt virum valentem, oblitus nugarum, intellexit neminem patem sibi Romae fuisse: illic non habere se idem gratiae: Gallum in suo sterquilinio plurimum posse. Itaque quantum intelligi potuit, haec visus est dicere: Ego te fortissime deorum Hercules, speravi mihi affuturum apud alios: & si quis a me notorem petisset, te fui nominaturus, qui me optime nosti. Nam si memoria repetis, ego eram, qui tibi ante templum tuum ius dicebam totis diebus mense Iulio & Augusto. Tu scis quantum illic miseriarum pertulerim, quum caudicicos audirem, & diem & noctem: in quos si incidisses, valde fortis licet tibi videaris, maluisses cloacas Augiae purgare: multo plus ego stercoris exhausi. Sed quoniam volo, non mirum, quod impetum in Curiam fecisti: nihil tibi clausi est. Modo dic nobis, quem deum istum fieri velis: *έπικουρος θεός*? Non potest esse: *τε αὐτὸς τεχνία μέγετος*, *τε ἀλλοι μεγέτες*. Stoicus? quomodo potest rotundus esse (ut ait Varro) sine capite, sine praepurio? Est aliquid in eo Stoici dei: iam video, nec cor, nec caput habet. Si mehercules a Saturno petisset hoc beneficium, cuius mensam toto anno celebravit, non tulisset. Illum deum apage, qui quantum quidem in illo fuit, damnatum incesti L. Syllanum, generum suum occidit: Oropenque sororem suam, festiuissimam omnium puellarum, quam omnes Venere in vocaret, maluit Iunonem vocare. Quare, inquit, quaero tantum sororem suam stulte studere, Athenis dimidiū licet, Alexandriae totum? Quia Romae, inquit, mures molas lingunt: hic nobis curua corrigit. Quid in cubiculo suo faciat, nescio: etiam caeli scrutatur plagas, deus fieri vult. Parum est quod templum in Britannia haber, quod nunc barbari colunt, & ut deum orant. *Αλωρού φιλαστού χριστού*. Tandem Ioui venit in memorem, priuatis intra curiam morantibus sententiam dicere, nec disputare. Ego, inquit, P. C. interrogare vobis permiseram, vos mera mapalia fecistis. Volo seruatis disciplinam curiae. Hic qualiscunque est, quid de nobis existimabit? illo dimisso, primus interrogatur sententiam Janus pater: is designatus erat in Kal. Iulias postmeridianus Cos. homo, quantuus vafer, qui semper videt *άνα τεχνών γέδων*. Is multa diserte, quod in foro viuat, dixit, quae notaq[ue] persequi non potuit: & ideo non refero: ne alijs verbis ponam, quae ab illo dicta sunt. Multa dixit de magnitudine deorum: non debere hunc vulgo dari honorum. Olim, inquit, magna res erat, deum fieri: iam fama minimum fecit, & iam pessimum quemque illū affectare. Itaque ne videar in personam, non in rem sententiam dicere, censeo ne quis post hunc diem, deus fiat ex his, qui *ἀρπάγει καρπούς εἰδυτούς*: aut ex his, quos alit *ζειστούς δέσουσα*. Qui contra hoc S. C. deus factus, fictus, pictusve erit, eum dedi larvam, & proximo munere inter nouos autoratos, ferulis vapula-re placet. Proximus interrogatur sententiam Diespiter Nicepotae filius, & ipse designatus Cos. numerariolus. Hic quaestu se sustinebat, vendere ciuitatulas solebat. Ad huncce belle accessit Hercules, & auriculam ei tetigit. Itaque in haec verba censer: Cum diuus Claudio diuum Augustum sa-*nguine* contingit, nec minus diuum Augustum aiuam suam, quam ipse deam esse iussit, longeque omnes mortales sapientia antecellat, sitque e Rep. esse aliquem, qui cum Romulo

---- *possit feruentia rapa* Vorare: ----
Censeo, ut D. Claudius ex hac die deus fiat, ita ut ante eum quis optimo iure factus sit. Eamque rem ad
μετανοησάστες Ouidij adjiciendam. Variae erant sententiae, & videbatur Claudius sententia una vincere.
Hercules enim, qui videret ferrum suum in igne esse, modo huc, modo illuc cursabat, & aiebat: Noli mihi inuidere, mea res agitur: deinde si quid volueris, inuicem faciam: Manus manum lauit. Tum diuus
Augustus surrexit sententiae loco dicendae, & summa facundia differuit. P. C. vos testes habeo, ex quo
deus factus sum, nullum verbum me fecisse, semper meum negotium ago. Sed non possum amplius dis-
similare, & dolorem, quem grauiorem pudor facit, continere. In hoc terra mariique pacem peperi: ideo
civilia bella compescui: ideo legibus urbem fundau, operibus ornaui. Et quid dicam, P. C. non inuenio:

omnia infra dignationem verba sunt. Configendum est itaque à me ad Messalae. Coruini: disertissimi viri illam sententiam: Perit ius imperij, hic P. C. qui vobis non posse videtur, muscam excitare, tam facile homines occidebat, quam canis exta edit. Sed quid ego de tali acribus viris dicam? Non vacat deplorare publicas clades, intuenti domestica mala. Itaque illa omittitur, haec referam. Nam nō est aegre fenescit nō vobis. Πλευραλινος iste, quem videtis per tot annos sub meo nomine la tens, hanc mihi gratiam retulit, ut duas amitas suas, proneptes meas occideret, alteram famē, alteram ferro: vnum ab nepotem L. Syllanum. Videris Iupiter, an in causa mala, certe in tua, si hic inter nos futurus est. Dic mihi diue Claude, quare quenquam ex his, quos, quaque occidisti, antequam de causa cognosceres, antequam audires, damnasti? hoc fieri solet in caelo? non sit. Ecce Iupiter, qui tot annos regnat, vni Vulcano crux fregit, quem

μέτε πόδες τετράγωνη βιβλοῦ διατρέχει
& iratus fuit vxori, & suspiravit illam: nunquid occidit? Tu Messalinam, cuius aequa amunculus maior eram, quam tuus, occidisti. Nescio, inquis? Dij tibi, malefaciens: adeo istud chirpus est, quod nescis, quam quod occidisti. Itē C. Caesarem non desit mortuum prosequi. Occiderat ille sacerdotum: hic generum. Caius Caesar Crassii filium vetuit Magnum vocari: hic nomen illi reddidit, caput tulit. Occidit in una domo Crassum Magnum, Scriboniam, Bassioniam, Aspasionem, nobiles tamen: Crassum vero tam fatuum, ut etiam regnare posset. Cogitate P. C. quale portentum in numerum deorum se recipi cupiat. Principes pietate & iustitia dij sunt. Scilicet hic pius & iustus, quoniam Dryudarum immanem religionem adiuxit: nostram prorsus extirpauit, ut Romae nupiarum sacra essent, quibus ipse, cum sibi Agrippina nuberet, xxx. Senatoribus, innumeris Eq. Rom. maestatis, principium dedit. Hunc nūc dedit facere vultus? Vide corpus eius, dij iratus natum. Ad summam tria verba cito dicat, & seruum me ducat. Hunc deum quis colet? denique dum tales deos facitis, nemo vobis deos esse crederet. Summa rei P. C. si honeste inter vos gesisti, si nulli durius respondi, vindicate iniurias meas. Ego pro sententia mea hoc censeo. Atque ita ex tabella recitauit: Quandoquidem diuus Claudius occidit consorum suum Appium Syllanum, generos duos, Pompeium Magnum Antoniae ex Petina, L. Syllanum Octavianus ex Messalinam, sacerorum filiae sue Crassum, frugis hominem; tam similem sibi, quam ovo ouum. Scriboniam socrum filiae suae, Messalinam vxorem suam, & ceteros, quorum numerus iniri non potuit: placet mihi in eum seueru animaduerti, nec illi rerum iudicandarum vacationem dari, eumque quamprimum exportari, & caelo intra dies xxx. excedere, olympo intra diem tertium. Pedibus in hanc sententiam itum est. Nec mora, Cyllenius illum collo obtorto trahit ad inferos illoc, vnde negant federe quemquam. Dum descendunt per viam sacram, interrogat Mercurius, quid sibi velit ille concursus hominum, num Claudij funus esset? Et erat omnium formosissimum, & impensa cura plenum, ut scires deum efficeri, ribi cinum, cornicinum, omnisque generis aeneatorum tanta turba, tantus conuentus, ut etiam Claudius audire posset. Omnes laeti, hilares. P. Rom. ambulabat tanquam liber. Matto, & pauci causidici plorabant, sed plane ex animo. Irris confulti et tenebris procedebant, pallidi, graciles, vix habentes animam, tanquam qui cum maxime reuicti fuerint. Ex his vnu cum vidisset capita conferentes, & fortunas suas deplorantes causidicos, accedit, & ait: Dicebam vobis, Non semper Saturnalia erunt. Claudius ut vidit funus suum, intellexit se mortuum esse. Ingenti enim μετανοπίᾳ naenia cantabatur anapaefis:

Fundite fletus,	Edite planctus,	Fingite luctus,
Resonet tristis,	Clamore forum:	Cecidit pulchre.
Cordatus homo;	Quo non alius	Fuit in toto Fortior orbe.
Ille citato	Vincere cursu.	Poterat celeres,
Ille rebellis	Fundere Parthos,	Leibusque sequi.
Persida telis,	Certaque manu:	Tendere neruum:
Qui praetipites	Vulnere paruo	Figeret hostes.
Pictaque Medi	Tergafugacis.	Ille Britanos
Vltra noti	Littora ponti,	Et caeruleos
Cute Brigantia	Dare Romuleis	Colla catenis
Iussit, & ipsum	Nova Romanae	Iura securis
Tremere Oceanum.	Deflete virum,	Quo non alius
Potuit citius	Discere causas,	Vna tantum
Parte auditæ,	Saepe & neutra.	Quis nunc iudex
Toto lites	Audierit anno?	Tibi iam cedes
Sede relata,	Qui dat populo	Iura silenti,
Cretaea tenens	Oppida centum?	Caedite moesis
Pellora palmis,	O causidici	Venale genus.
Vosque poetæ	Lugete noui,	Vosque in primis
Qui concuso	Magna parasit.	Lucrefritillo.

Delectabatur laudibus suis Claudius, & cupiebat diutius spectare. Inicit illi manum Talthybius deorum natius, & trahit capite obvoluto, ne quis eum possit agnoscere, per campum Martium: & inter

Tiberim

Tiberim & viam rectam descendit ad inferos. Antecesserat iam compendiaria via Narcissus libertus, do minus domini, ad patronum excipendum, & venienti nitidus, vt erat à balineo, occurrit, & ait: Quid dij ad horvines? Celerius praecedito, inquit Mercurius, & venire nos nuncia. Ille autem patrono plura blandiri volebat, quem Mercurius iterum festinare iussit, & virga morantem impulit. Diēto citius Narcissus euolat. Omnia proclita sunt, facile descendit. Itaque quamvis podagricus eslet, monēto temporis peruenit ad ianuam Ditis: vbi iacebat, vt ait Horatius, bellua centiceps, se mouens, villoſq. horrendos excutiēs, pusillum subperturbatur, vt illum vidit canem nigrum (nam albam canem in delicijs habere conſueverat) villoſum sane: quem non velis tibi in tenebris occurtere. Et magna inquit voce: Claudius Caesar venit. Ecce ex templo cum plausu procedit cantantes: ἡγένεται σωζειν αὐτούς. Hic erat C. Silius Cos. desig. Iunius Praetorius, Sex. Trallus, M. Helvius Trogus, Corio tecius, Valens, Fusidius, Equ. Rom. quos Narcissus duci iuferat. Medius erat in hac cantantū turba Mnester Patorimus, quē Claudius decoris causa minor fecerat. Necnon ad Messalinam cito rumor percrepit, Claudiū venisse. Cōularunt primum omnī liberti, Myron Amphionas, Ampaeus, Pheronas, Posides, hasta pura insignis, Felix cum Pallante fratre, Harpocras, Polybius: quos Claudius omnes quaestorij, praetorij, q. muneribus nec vbi imperitus esset, praemiserat. Deinde praefecti duo, Iulius Catonius, & Russus Pompej F. Deinde amici, Saturnius Luscius, & Pedro Pompeius, & Lupus, & Celer Afinius, consulares. Nouissime fratris filia, sororis filia, genieri, saceri, locri, omnes plane consanguinei. Et agmine facto Claudio occurrit. Quos cū vidisset Claudius, exclamat: οὐαὶ φέλοι τῷ θεῷ! Quomodo vos huc venistis? Tum Pedro Pompeius: Quid dicas homo crudelissime? Quareris quomodo? Quis enim nos alius huc misit quam tu, omnium amicorum interfector? In ius eamus: ego tibi hic sellas ostendam. Dicit illum ad tribunal Aeaci, is lege Cornelia, quae de sicariis lata est, quaerebat: postular, nomen eius recipit, aedit subscriptionem. Occisos Senatores XXX, Equites Rom. CCCXV, atque plures. Caeteros CCXXI, δουλαδές τε κόνις τε. Exterritus Claudius oculos vnde cuncte circumferat, vestigat aliquem patronum qui se defenderebat. Aduocatum non inuenit. Tandem procedit P. Petronius, veterus coniutor eius homo Claudiana lingua disertus, & postulat aduocationem. Non datur. Accusat Pedro Pompeius magnis clamoribus. Incipit patronus velle respondere. Aeacus, homo iustissimus, verat. Altera tautum parte audita condemnat, & ait: οὐδέποτε τάχα οὐδέποτε οὔτε. Ingēs silentium factum est. Stupebant omnes, nouitate rei attoniti: negabant hoc vnuquam factum. Claudio iniquum magis videbatur, quam nouum. De genere poena die disputatum est, quid illum pati oportet. Erat qui dicenter, si minus dij latura fecissent, Tantalum siti petirunt, nisi illi succurreretur: non vnuquam Sifypum onere relevari, quando Ixionis miseri rotam sufflaminandam. Non placuit vli ex veterani missionem dari, ne vel Claudius vnuquam simile speraret. Placuit nouam poenam excoxitari debere, instituendum illi laborem irritum, & alicuius cupiditatis species fine fine & effectu. Tū Aeacus iubet illum alea ludere pertuso fritillo. Et iam cooperat fugientes semper telleras querere, & nihil proficere.

Nam quoties missurus erat resonante fritillo,

Vtraque subducto fugiebat tessera fundo:
Cumque recollectos audebat mittere talos,
Lisuro similis semper, semperque petenti,
Decepere fidem: refugit digitosque per ipsos
Fallax astutus dilabitur alea furtiva.
Sic cum iam summi tanguntur culmina montis,
Irrita Sifypio volvuntur pondera collo.

Apparuit subito C. Caesar, & petere illum in seruitutem coepit: producit testes, qui illum viderant ab illo flagris, ferulis, colaphis vapulancem. Adiudicatur C. Caesar: illum Aeacus donat. Is Menandro liberto suo tradidit, vt a cognitionibus ei esset.

IVLIVS ROSCIUS
HORTINVS
LECTORIS.




Annaei Senecae operum inter omnes, quae hactenus prodierunt emendatissimae editioni, quam postremum ingenij sui foecum studiosis quasi testamento reliquit moriens M. Antonius Muretus, quod mihi contigerit Indicem addere, summi beneficij loco habui. Vno enim tempore perutilis simul ac iucundae letionis longo intervallo repetitae fructum cepi: & quod a me Mureto pro veteri studio officiū debebatur, eius aliqua ex parte persoluendi occasio oblata est. Fueram in florentissimū Rom. Seminarium puer receptus, iamq. decurso politiorum literarū stadio in philosophiae arenam descenderam, cum mihi Mureti familiaritatē inire magno emolumento concessum est. ex eo enī tempore me hortari coepit, ac litteris etiam, quae in luce hominum versantur, benigne monere, vt non vulgarem philosophandi tenerem viam; sed ē Graecorum in primis fontibus altius haurirem, audirem q. suo Platonem & Aristotalem, ceterosq. idiomate loquentes. et vero erat hoc optimo viro peculiare inter cetera, quibus commendatur, vt quo scunq. siue ad studia literarum, siue ad virtutem propensos videret, incitaret, & quasi calcar currentibus adderet. Quod quidem vt in litteris perfecit, cum viua voce, tum editis multiplicis doctrinae monumentis, quae extabunt in omnem memoriam; ita in virtute affsecutus est exemplo maxime beneactae, ac conclusae vitae: vt hoc ipsum indicat, quod inter manus habens castissimum auctorem, omnibus Christianae religionis sacramentis munitus ad beatorem vitam vocatus est. Quis igitur dubitet quin siue librariorū, siue temporum iniuria erroribus asperfos Senecae libros optime emendare potuerit qui ad eius sanctissima praecepta mores primum suos, vitamq. totam compostrifuerit? Nam vt ad Senecam veniamus, praedictorum illi testimonium D. Hieronymus reddidit cum in catalogo Christianorum auctorum eum adnumerare non in congruum purauit, nimirum & multa in eo Christianae legi affinia agnoscens, & non indignum iudicans, qui a nostris legeretur. id adeo a posteris diligenter est obseruatum, vt omnes ferme, qui de moribus scripserunt, grauiissimi huius auctoris sententijs libros refererint, & ad ornandas conciones ex eodem egregiam rerum supellecilem Christiani oratores petere soleant. Verumtamen quoniam eos qui corruptam naturam ducem sequuntur fidei lumine orbatos impingere, & aberrare interdum haud difficile est; nil mirum si & Seneca in nonnullas opiniones incidentia veritate, quam nobis Christiana religio aperuit, abhorrentes. Quare ne tam alioqui probatus scriptor minus caute ad eum accedentes in errorem aliquē illiceret, iure metuendū videbatur. Ego vero IACOBUS SABELLI Cardinalis amplissimi in primis cōsiliū secutus, qui in ijs, quae ad prauitatem haereticorum coerendam, ac conferuandam religionis dignitatem pertinent, vigilansissimus est; operae pretium duxi & de hoc primum admonere lectorem, & eorum errorum, qui apud Senecam reperiuntur, exempla quaedam, ē quibus alij intelligi possint, indicare. Nam & de diuina natura visitato Ethnicorum more loquitur, quasi plures Dij sint, & factorum necessitati nimium saepe tribuit. Tum de mundo an ex tempore vel ex aeternitate sit conditus, non definit; de eodemque utrum corpus an anima sit ambigit. Quam deinde inconstanter de animo humano disputat? quem modo igne tenuorem, corporeum tamen videtur dicere modo Deum ipsum in humano corpore hospitantem appellat, modo animal affeuerare non dubitat, eiisque immortalitatem ab omnibus sapientibus receptam in certamen

men

men vocat. Eiusdem affectus & motiones corpora esse, & animalia configit, vt iridem virtutes ac vicia, atque haec postrema omnia paria, sicuti & beneficia. Praeterea virtutem neque amitti, nec diuinitus dari posse: honestum ac bonum nullam accessionem recipere: sapientes omnes pares: eos qui sibi manus conseruērū laudat. Ridet caceremonias Hebraeorum, qui Sabbathis lumina accenderent, supplicia denique inferorū pro fabulis habet. In haec aut similia cum Christianus lector inciderit, caute legat, eademque ad Ecclesiae Rom. petram, tanquam ad lydium lapidem probet. Nec interim contemnat alia longe plura sapientissime dicta, eaq. non praepropera lectione excurrat; sed diligenter considerata, animoq. infixa, exequi re ipsa ac perficere studeat. Nam vt ijs quorum exempla protulimus, erroribus in simili argomento cum veritate Christiana coniunctissimas sententias apud Senecam haberit ostendamus, nonne cum dicit, Deum etiam ingratissima multa tribuere, alludere ad illud videtur, quod est in Evangelio; Pluit super iustos & iniustos? Nonne quod Regius propheta dicit: Omnia aperta sunt oculis eius, simillimum est illi, quod Seneca alijs uerbis exponit, Deum omnia nosse etiam futura? quid id quod ait, Dei omnia esse, nonne idem est quod Regius Vates dixit: Domini est terra, & plenitudo eius? Et illa quae apud nosstros saepe legimus, crebra sūt apud Senecam, Deum maximum ac potentissimum omnia uenire fabricandi mundum bonitatem ipsius causam fuisse: eundem prouidentia, quam Pronean uocant Stoici, opus suum disponere, ac sedentem spectare: fato nec preces, nec uota, nec expiations, nec libertatē arbitrij ullo modo repugnare: Deum probare homines, & quos amat recognoscere, atque exercere; nullam sine eo mentem sanam esse: mortem denique expectandā sine taedio uitae. Misericordia fane, Virum, qui nascentis religionis nostrae initia spectare, Petrumq. & Paulum ueritatis praecones audire potuit, fidei fulgorem diuinitus tunc mundo illucescentem non respexit. Nam si sacro ei lauacro ablui datū eslet, paucis mutatis, Christianū philosophum haberemus. Est igitur quod auctorē hunc diligenter euoluamus, atq. ex eius sententijs id quod frugiferū est, quasi aperies mel ex floribus libemus. Quod vt commodius fieri possit Index à nobis operi adiunctus, non parum, ut ego quidem existimo, adiumenti affectret. Doctissimo autē uiro optimeq. de litteris merito M. Antonio Mureto gratias ingentes agere aequum est, qui Senecam iampridem deprauatum suae integritati restituerit.

Cui è uiuis nuper erepto, cum ipse bene precor,
tum ut ceteri idē faciant obsecro. Quāquā
eum beatissimā uitam cum superis a-
gere religionis, charitatis, cete-
rarumq. uirtutum ipsius
nūquam delēda me-
moria dubitare
non finit.



*INDEX RERVM AC VERBORVM QVAE
in omnibus L. Annaei Scrciae operibus conti-
nentur copiosissimus.*



A IVLIO ROSCIO HORTINO CONFECTVS.

- | | | | |
|--|--|--|--|
| B A T O N | antistites solum calcant. | 382 | |
| Abdicatus a patre | 421. 422. De abdicatione filii | 434.435.437-445. De abdicatione lege. | 455.460 465.474-475.486 |
| Abstinentia animalium | quotudam apud Pythagoros | 172. De abstinentia lege | 191.192.175. & de abstinentia Cato-nis. |
| Academici incerta omnia dicunt | 146. de his lege | 87. & nihil se scire aiunt. | 144 |
| Accidentia corpora esse crediderunt Stoici. | 149 | | |
| Accusandi mos sub Tiberio Caesar | 215 | | |
| Acte tabula prestigia orum. | 22 | | |
| Achaic vrbes tremore eccliderunt | 155.393. lege etiam de Achaia. | 96 | |
| Acherusius lacus. | 395 | | |
| Aetria stomachum excitant. | 103 | | |
| Actio qualis in disputa | 125. actio aduersus ingratu-an | derut. | 18.19.20.21. actio de vi 497. actio iniuriarum 503. |
| actio laesae religionis. | 310 | | |
| Aetiologiam descriptionem virtutis vocat Posidonius a-lij xanthopis. | 168 | | |
| Adiagopis indifferentia. | 136 | | |
| Admonitio & conuicium differunt. | 66 | | |
| Adoptio filij | 437. adoptio fortunae remedium. | 438.439. | |
| Adrumeti obsidio | 22. Adrumetum vrbis est in Africa. | 26 | |
| Aduersa aequo animo ferenda | 227.236 | | |
| Aduocatio quid est. | 278 | | |
| Adulterij deformitas | 20. adulterium vt vindicaretur | 428. | |
| adultera venefica | 466.467. de adultera. | 477.478 | |
| Adulationis reprehensio. | 380.381.258 | | |
| Aedificatio Scipionis Africani | 142. aedificandi luxus pag. | 179.181. | |
| Ageum mare. | 498 | | |
| Agelius diligentissimus pater familias. | 143 | | |
| Aeglen Hesiodus gratiarum maximam natu appellat. | 2 | | |
| Aegyptus cur non laboret tonitru variae opinioaes | 399. | | |
| 400.417. Aegyptus spem omnem habet in Nilo | 382. | | |
| Aegypti quatuor elementa faciunt, & singula matrem ac | 3 | | |
| g feminam. | 374 | | |
| Ac ioti confatio. | 235 | | |
| Aeneae pietas in patrem | 25. quaeritur an fuerit pius. | 54. | |
| Aeneum cur prius calefiat vitreo & argento vale. | 385 | | |
| Aequinoctialis aestus sub lunae solisque coitum. | 379 | | |
| Aequioccum nomen pes & canis. | 15. | | |
| Aer frigidissimus Stoicis | 201. mudi pars necessaria | 360 | |
| continuus terrae | 360. Aeriae regionis diuisio | 361. aer | |
| aptus ad voces | 364 aer est mas & femina | 374. aeris mo- | |
| tus proprius | 388. aer quo est proprius terris, eo est cra- | ssior. | |
| 385 | | | |
| Aef. hines auditor Socratis | 3. pauper & cum nihil habe- | ret se ipsum donat praeceptoris 3. quis eius esset pa- | ter. |
| 7 | | | |
| Aesopi patina. | 165 | | |
| Actas nulla vacavit culpa | 169. actas tenera facilime cor- | rigitur. | |
| 203 | | | |
| Acterna nihil noxiun | 105. acterna nobis in hac vitae bre- | uitate cogitanda. | |
| 318 | | | |
| Aethiopis ob longum vitae spatium | Macrobius nuncupa- | ti | 259. Aethiopia feruentissima cum sit, non potest ha- |
| bere niues | 383. Aethiopie soliditudes cur siccae. | 372. | |
| Actna Siciliae mons non solus ignem emitit | 100. vi cō- | sumatur | 311.312. cur igne abundet. |
| 364 | | | |
| Affectuum vis | 126.160. 161. affectus vincendi | 178. 179. | |
| affectus an corporei sunt | 170. affectus habere an vtile sit. | | |
| 181. 182. vt temperandi | 182. 252. 253. an sint in feris | | |
| 237. vt incipiunt aut decrescent | 244. affectus etiam in | | |
| minimis temperadi | 249. affectus sunt in feris | 277. affec- | |
| ctus quasi feræ nūquam mansuetunt. | | 140 | |
| Africa resurgentis belli minis plena | 344. Africa cur pau- | cos habeat fontes. | |
| Africani exilium. | | 372 | |
| Agenda omnia tamquā aliquis ea spectet | 85. agere quid | 220 | |
| esset apud veteres. | | 277 | |
| Agricolatum comparatio cum beneficis. | | 10 | |
| Aiacem in mortem egit ira | | 252 | |
| Albanum venit Seneca itinere incommodo | 191. Albañi | | |
| scedit C. Caesar. | | 328 | |
| Albucij qualis declamandi mos. | | 468 | |
| Albula sulphurea & circa canales tubosq. duratur | | 375 | |
| Alcibiades ditissimus fuit: | | 3 | |
| Alexander Macedo ciuitate a Corinthijs donatus | 5. In In- | | |
| dia fuit. | 10. nimis gloriae auditus | 5. de eius cupiditate | |
| 58.163.186.391. reprehenditur | 5. 11. ebris 138. cuius- | dem dictum cam est vulneratus | 108. factum magni- |
| ficum 11. quo subegrit 178. vt potionē venenatam bi- | bit 248. Clitum latissimum inter epulas transfodit | 258. Thalesphorum Rhodium amicum suum auribus | |
| nasque absculo in caueam introducit | 258. in conui- | naso que absculo in caueam introducit | |
| uio lancea torquet | 259. Leoni Lysmachi obicit | 272. | |
| Alexander reprehensus qui otciderit Callisthenē | 399. | | |
| Alexandri latrocinia | 371. a nemine se beneficis victum | | |
| gloriat | 38. de eiusdem liberalitate | 55. 102. Liberi & | |
| Herculis vestigia sequitur | 58. cur Geometria didicerat | | |
| 155. lege etiam de Alexandro | 38. Alexander delibera- | | |
| an Babyloniam intrer. | | 520 | |
| Alexandriae non sunt niues | 128. Alexandriae naues | 128. | |
| Alexandrina marmora. | | 142 | |
| Allobrogum co hortis a Catilina in vrbem admissa | 42. | | |
| legi etiam de his cohortibus. | | 34 | |
| Alpes frigidas licet vicinores soli. | | 385 | |
| Alpheus vt exurgat. | | 395 | |
| Alphonsi Siciliae regis liberalitas. | | 55 | |
| Ambitio non patitur hominem in mensura honorum | cō | | |
| qui scire | 14. vt sit vitanda | 69. quae nam querat | 82. pro |
| negotiatione | 71. amicitias cōmodo metimur | vt homi- | nes Epicurei dicebant |
| 224. amicitiae fidelis voluntates. | 198. amicitia inter Deum & ho- | 295 | |
| Ambitio quid sit. | | | |
| Amicitia: vis qualis | 67. 68. amicitiae ineu-dac ratio | 68. | |
| non causa vtilitatis in eunda | 71. 72. amicitia pluribus | | |
| negotiatione | 71. amicitias cōmodo metimur | | |
| 224. amicitiae fidelis voluntates. | 198. amicitia inter Deum & ho- | 297 | |
| Amicorum omnia communia quomodo | 60. amicus quis | | |
| fit videndum est | 80. amicis aude fruamur | 109. amico- | |
| rum affectus quam sit vtilis | 129. amici mors plus de- | flenda quam filij | |
| 171. amici nomen varium est ac mul- | plex | 195. amicus quibus rebus profit | 197. amici ami- |
| fi consolatio | 235. amicum & inimicum voluntas fa- | cit | 47 amicum facere iucundius quam habere |
| 235. | 235. amicum & inimicum voluntas fa- | 71. ami- | cas tempore Senecae vocari solitas |
| Amor non augetur, sed exercetur | 61. amoris & amicitiae | 191.192.314. | |
| differentia | 91. amatorium Hecatonis si uis amari ama- | | |
| 71. amor prauus fugiendus. | | 56 | |
| Amphitheatri altitudo. | | 361 | |
| Anacharsis an fuerit inuenitor rotae figuli. | | 153 | |
| Anaxagoras de sole error | 66. idem distillari de aethere i- | | |
| gnem in nubila ait 362. ait etiam Nilum ex nubiis re | | | |
| folutis nasci 383. legi etiam de eodem. | | 395 | |
| Anaxarchus Democritus a Cypro utramque | | | |

I N D E X.

- | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
|---|--|---|--|--|--|---|---|---|---|-------------------------------|--|-------------------------------------|------------------------|------------------------------|---|--|--------------------------------|---|--|---|---|---|---|----------|----------|
| tue. | 220 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Anaximander Metheologica ad spiritum refert | 362. | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| cuidem opinio de fuligine. | 363 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Anaximenes opinio de tonitru. | 361. ait etiam terram sibi
ipsum esse causam motus. | 395 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Ancillariolus. | 7 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Anguilla &arebrosis in locis nascuntur. | 375. | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Animalia igne generantur | 388. animal aliud mortale a-
liud immortale. | 106 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Animus quā misere a multis contemnatur | 68. animi sub-
tilitas copia ciborum impeditur | 76. animus mutatus in
caelū | 86. animus Deus est in humano corpore hospitās | 89. animus facit nobilē | 95. animi nostrī origo | 157. ani-
mus igne tenuior Senecae, itaque falso corpusculū po-
nit | 105. animus immortalis | 105. 111. 127. pulchritudo
animi | 112. affectus | 126. animus occultis delectat | 167. animorum confusio ex Lucretio | 175. animus est ani-
mal Senecas | 176. animus rex noster | 180. animorū ae-
ternitas | 182. animi motus animalia & corpora esse vo-
luar Stoici | 214. animus angustus his, quos terrena dele
stant | 344. animus aeternitatis memor | 349. animus ex-
colendus magis quam corpus | 350. animus in qua par-
te corporis maneat incertum Senecas | 266. animus im-
mortalis in caelo siderum cursus nouit | 338. 339. ani-
mi post mundi euersionem cum Deo erunt ex Sen-
ecae opinione | 339. animus & ratio perfecta in homine
sola laudanda | 94. legē de animo nostro varias opinio-
nes. | 407. 408 | 158. 159 |
| Annales Tamusij. | 110 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Annaci Screni mors defletur a Seneca. | 110 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Annus vi nominaretur ab Atheniēibus & Romanis. | 199 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Antenor Patauij conditor. | 343 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Antigoni dictum | 11. 17. 259. patri ab eo delatum prae-
mium a bello reportatum. | 25 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Antipatti opinio de rebus fortuitis. | 156 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Antipodes in vrbe qui nam fuerint Catoni. | 190 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Antistites bonarum artium qui fuerint. | 318 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Antonius ingratius in dictatorem suum quem iure occi-
sum dixit 42. Antonius occidit Ciceronem | 243. fuit tri-
umuī. | 327 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Annulis plus quam animis creditur. | 20 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Appellatēa quid sit. | 197 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Appelles Chius donatus ab Arcefilao. | 16 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Apes in scribendo imitari debemus | 139. apes in pugna
aculeos relinquunt. | 271 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Apicius gulæ deditus | 285. scientiam popinae professus | 188. 166 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| 345. Apicij coenæ. | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Apopia latinae exprimi nequit. | 146 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Apuliae deserta. | 144 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Appetit pugna cum ratione. | 81 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Appion grammaticus sub C. Caesare quā vana scriperit
de Homero. | 148 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Aquam habere quemdam in se spiritum | 36. aquarum or-
tus qualis | 371. 372. 373. aquarū varietas & natura mul-
tiplex | 371. 372. aquae vt in Haemo exciso exortae | 373 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| aqua principium omnium Thaleti | 373. aqua mundum
sustineri fallum est | 373. aqua virilis mare est | 374. aqua
rum varius sapor | 375. 376. aquarum diuisio | 376. aqua
alligans viscera | 376. aqua in Thessalia circa Tempe à fe-
ris etiam vitatur | 376. aqua inficiens greges ouiu | 376. aquarum quarundam causa non potest reddi | 377. aqua
rum stantium purgatio quedam est | 377. aquarum ma-
gnitudo | 379. aqua viua quibusdam in locis conceden-
da est. | 378 | | | | | | | | | | | | | |
| Arati coniectura. | 357 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Arborerum trimum & quattuum. | 143 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Arcadia viba fuit in Creta insula. | 373 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Arcefilaus aegroto etiam infuso facculm subiecit | 10. ob-
latam pecuniam a filio familie reicit | 13. cuiusdem li-
beralitas in Apellem Chium | 16. indulxit vino. | 302 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Archelaus rex Socratem roget vt se conueiat | 38. antiqui-
tatis obseruator. | 396 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Arcus de nocte raro fit | 353. vt fiat | 353. 354. quid praemō-
stret | 355. cur non impletat orbem | 355. 356. cur non fiat
in meridiæ aestatis tempore. | 356 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Arcus Fabianus. | 302 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Ardea capta. | 155 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Arei philotophi consolatio. | 371 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Arenarum vaticas iater Aegyptum & Aethiopias | 351. 2-
rena vt exercitum obruerit. | 365 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Arethusa fons celebratissimus | 335. Siciliae miraculam | 395 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Argentum replumbatur in Aethiopia. | 383 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Argestes ventus. | 390 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Athidacus regno impositus | 34. fuit frater Alexandri ma-
gni. | 37 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Arietata arma. | 108 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Ariopagos religiosissimum iudicium, | 297 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Aristarchus alicia carmina compunxit. | 144 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Aristidi iustitia nomca dedit | 33. Aristidesductus Atheais
ad supplicium. | 346 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Aristippus delectabatur ynguentis. | 63 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Aristogiton tyrranicida. | 61 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Aristonem & Gryllum ob Xenophontem & Platonem si-
lios nouimus. | 24 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Aristoteles Chius contrarias ait esse philosophiam & rationa-
lē | 150. Aristonis Stoici praecepta de re familiari. | 159 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Ariston malle se aiebat adolescentem tristem quam hilarem | 91. de hoc philosopho lege | 87. & eiusdem dictum | 181 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| pag. | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Aristoteles pecuniam accepit | 290. ne damnatur fugit | 291. eiusdem dictum | 301. 313. ratio eiusdem aercarum
impresso num | 351. eiusdem de arcu opinio | 353. eiusdem
opinio arcum fieri post autumnale ac equinoctium qua-
libet hora diei | 356. ignem ait momento exilire ex nu-
ibus | 362. defensor irac. | 253 | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Arithmeticae munus quod sit. | 147 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Arruntius historias belli Punici scripsit. | 179 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Arts naturae imitatio | 111. artium varia genera | 147. ars eō
templativa quaelibet certa habet decreta | 164. artes a
philo sophia inueniae | 151. artis alius est fructus alius
artificis | 15. artis captandi testamenta | 54. artes èsuvēpas
liberales vocut. | 141 | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Asclepiadis secta. | 164 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Asclepiodotus Posidonij auditor. | 364. 397 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Asiac vrbes dirutae tremore. | 155. 393 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Asiaticus Valerius. | 308 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Asylum quod Gracci oestrum. | 105 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Astmate Seneca laborabat. | 204 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Astrologiam esse probatur. | 365 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Atabulus Apuliam infestat. | 391 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Attali philosophi dictū | 71. 109. 122. 134. Attalus prae-
ceptor Scæcæ | 171. 172. Attalus Afiae rex | 306. Attalus
etruscorum disciplinam graeca subtilitate misericuit | 368 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Atteranca fulmina quae. | 368 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Attestata fulmina quae. | 368 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Athenas tyranni triginia vexarunt | 296. Athenarum po-
tentia vbi fracta. | 335 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Athenieses deliberant an trophea Persica tollant. | 520 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Athenodorus scriptor | 72. dictum eiusdem. | 295. 296 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Athletarum fatum. | 104 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Atlanticum mare. | 383 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Atria Caesari plena imaginibus. | 326 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Atticam mare Romano cruo e infectum. | 269 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Attij poetæ dictum. | 201 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Attilius Buta prætor | 190. Attili reguli rus a Senatu cu-
ratum. | 346 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Auaritia major est in magnarum opum congestu | 14. aua-
ritatiæ reprehenſio | 60. damna. | 151. 162. 171. 181. 391 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Auctoritatis quid sit. | 366 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Aventinus mons an extra pomœrium fuerit. | 318 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Auditas non patitur quemquam esse gratum. | 14 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Augurales libri. | 173 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Augustus filium intra pudicitiae maledictum impudicam
relegat | 53. non solitus irasci | 259. eiusdem clementia | 263. 268. 270. ingreditur principatum annum agēs duo
denigesimū | 268. eiusdem ad Senatum epistola | 314. amittit Ottiam fororem | 317. eius obitum prodigiū prae-
monstrat | 351. Augusto Apollonia reverlo viuis in sole
coloris varijs circulus | 352. in Gallia templum Circio
vento & vout & fecit | 351. eiusdem iudicij | 5. acta | 326.
constantia | 334. de codem lege. | 24 | | | | | | | | | | | | |
| Auster siculum pelagus exasperat. | 75 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Auxilium quid significarit apud antiquos. | 173 | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |

INDE X.

- B** Aba & Ixion fatui sui temporis. 199
B Babillus doctus & prefecitus Argypit. 383
Ba ac vitandae 100. diversorum virorum. 100
Balifac cur tela cum sonitu expellant. 362
Balnea libertinorum 210. 142. in balneis quae fierent de-
 scribitur 103. de balneis. 284
Barbam capillum q. submittere. 328
Basilicae iudiciorum. 262
Basilius Aufidius vir optimus & infirmo & exsucco corpo-
 re. 88
Beatita vita vt constet rebus actionibus 164. beata vita nulla
 est sine sapientiae studio 77. in excelso est. sed penetrati-
 bilis 110. de beatitudine disputatio 140. 141. beatus
 quis 156. 157. beate viuere omnes volunt 282. beata vi-
 ta quid sit 283. in qua sit 283. beate viuere idem est
 ac viuere secundum naturam 284. beata vita latine di-
 citur. 309
Beblax beblane cantus quo Pacupius in cubiculum defe-
 rebatur. 74
Beltenus Basilius quaestor a C. Caesare flagellis caesus. 258
Bellonaz aedes. 269
Bellerophonites in tragoeida Euripidis. 181
Benacu fluvius. 28
Beneficiendi voluntate beneficium metimur. 3
Beneficia & date & accipere difficillimum 1. beneficium
 quale esse debet 2. non manu tagitur. sed animo cerni-
 tur 3. beneficium & eius materia multum differunt 3.
 beneficium est ipsa tribuenitis voluntas 3. beneficium sem-
 per durat 3. beneficij definitio 3. beneficia non quanti-
 fiantur 3. sed a quali dentur spectandum 4. beneficia quaen-
 danda sunt 4. que ordine danda 4. 8. vt debant esse gra-
 ta 3. 4. mensura praecepue dari debent 5. cui dentur con-
 siderandus 5. ne fine iudicio dentur 5. beneficiorum ta-
 bulas que 7. beneficium ingratum est quod diu inter
 manus dantis haecit 8. beneficia alia palam. alia secreto
 danda 9. beneficium a que detur non opus est feiri 10.
 beneficia interdum negare licet 11. beneficiorum initia
 & exitus spectare decet 11. beneficia vt dentur plura pē-
 sanda 11. beneficia accipiunt nonnulli superbe 12. be-
 neficium an ab homine impuro accipiendo sumendum sit 13. be-
 neficio accipio statim de reddendo cogitandum 13. be-
 neficium acceptum argendum est 14. beneficium qui li-
 benter accipit reddidit 15. beneficium est actio. & id quod
 per illam datur 15. beneficium qui dat tacere debet 16.
 beneficij gratiam non referre turpe est 17. beneficia
 quaedam vocantur. quia nimis concupiscuntur 19.
 beneficia dans Deos imitantur 20. beneficij & officij di-
 stinctio 21. beneficium est quod cum quis dedicit ei li-
 ceter non dare 21. beneficium non est nisi quod ratione
 datur 22. beneficium noa est in quaefum miticendum
 30. beneficia in animalia & arbusta 30. beneficij nem 9
 vinci potest 30. beneficium an sibi ipi quis dare possit
 39. 40. beneficia multa tristem frontem & alperam ha-
 bent 43. beneficium quomodo corrumpamus 43. bene-
 ficium non res sed actio est 46. beneficium nulli legi su-
 biectum est 47. beneficium etiam nesciens accipit 47.
 beneficium voluntas nuda non efficit 48. beneficium mul-
 tum distat a negotiatione 48. beneficium effigere quid-
 fit 53. 54. beneficium aliud est absolutum. aliud vulgare
 62. b. beneficium quando repentendum 63. beneficium perde-
 re & date magna animi est 65. beneficia Stoicis acqua-
 lia sunt 66. beneficiorum materia in aqua 65. bene-
 ficiorum libri citati à Seneca 133. beneficium accepto qua-
 consideranda 134. beneficium sine vltura dandum 134.
 beneficia in aliquem magna coferre periculosest 135.
 beneficij magis quam armis imperii custoditur 326.
 beneficium incorporale est 46. beneficium an cripi pos-
 sit 46. beneficium quod quibuslibet datur gratum ne-
 mini est 11. beneficium alliquando a seruo dominus ac-
 cepit 23. beneficium dare virtutis est 27. beneficium no-
 est nisi a bona voluntate proificatur. 47
Berosus Bebum interpretatus fluminum ortus in sidera
 recedit. 379
Biblioteca maxima Alexandriac incendio absumpta 298
 quot liberorum esset. 311
Bonis dictum. 301. 297

INDE X.

- C**ocotiae amnes duo inficiunt greges. 376
Coleti voluparium venetiū 165. boleti condimento met-
 fati. 386
Conitas Dei propositum nostrum esse debet 111. boni cō-
 diciones 112. bona tria sunt 112. bonum omne ac si-
 optabile 115. bonum vnum est quod honestum est 123
 bona animi corporis & fortunae. 41. boni etiam farre
 & fistula religiosi 3. bonum quid sit 89. bona vera quae
 sunt 124. bonum in animo est 124. bonum summū quod
 144. 145. bonum non nascitur ex malo 145. 146. bonū
 quod 156. 158. bonum multiplex 156. bona aliqua in-
 differentia 183. bonum esse quod appetitionem sui mo-
 uer 185. bonorum diuīsio apud Aristotelem 207. bono-
 rum pugna 228. bonus tempore tantum a Deo differt
 Stoicis 224. 225. bono nihil malo potest accidere 224.
 bonum solidum quod nam sit 282. 283. bonū an sit ali
 quod ex distantib 175. bonum publicū in omni quae-
 stione debet esse proprieitū 61. bona mēs quaerenda 77.
 bonus quis sit 91. yelle bonum fieri pars magna boni
 tatis 91. bonus vir sine Deo nemo est 93. 94. bona duo
 sunt apud Epicurum 115. bonis detractorum voces ne-
 gligendae 91. bonum vnum esse omnes concedunt 140.
 bonum sumnum extrinsecus instrumenta non qua-
 rit. 72
Charchia & crura saepe laubant veteres. 143
Chreniū latine summarium. 92
Chrenia temporibus Senecae non dum aperta erat 326.
 a C. Caesare pergrata. 334
Chrenus Neronis praefectus. 273
- C**accina faciūs nisi Ciceronis ymbra obstituet. 369
Cacceitatis consolatio. 235
Caelustum rerum quanta admiratio 402. caelum si gra-
 ue. cur non descendit 405. caelustum stata magnitudo
 132. caelustum notitia 147. caelum Dijis hominibusq.
 communis 335. caelustum contemplatio vt si peret di-
 uitum opes 350. caeli immensitas quanta 351. caele-
 stum contemplatio iucundissima 351. caelustum na-
 tura semper in motu est. 342
Caelus orator iracundus. 355
CCaesari vtitur aureo focculo & margaritis distincto 19
 Dat vitam Pompeio Penno 10. obidet Corfinium 22.
 clementia eiusdem 23. 60. humani sanguinis audiūfissi-
 mus 34. ducenta donata reicit 60. iubet lepidum Deci-
 ma trib. praebere ceruicem 68. Caesaris diū 129. cae-
 des 138. bella 163. cius vxor à Clodio violata 169. Sex.
 Papirium flagellis cadit 258. Cæsari Deo siebat quo-
 tidianum sacrum 300. erat contumeliosus inter cetera
 vitia 308. fuit deformis 308. mitissimus 324. clemens
 326. lege etiam de C. Caesare 320. 226. 242. 76. 83.
 100. Cæsar yetuit Crassii filium Magnum vocari. 530.
Cassius tota vita aquam bibit. 138
Cassius iubet occidi Q. Catulū 220. creatur septimū
 consul 210. ad consulatum perducitur 42. C. Marij
 consulatus vñus verus. 163
- C**Vettius praetor Marsorum. 22
Catægryzys speculatorum futuræ grandinis. 384
Calculi duecabantur ex Aegypto 181. lege etiam de cal-
 culis. 184
Callimachus de Nili defectu. 383
Callistrati facinus. 54
Callisthenes quid de terraemotu senserit 399. eiusdē laus,
 libri mort. 399. 515
Cambyses furiosus 142. cius crudelitas 257. vt famem pa-
 sus maximam 259. cius exercitus ad Ammonem mis-
 sis. 365
Camillos in exilium missus. 42
Campaniae fomenta eneruerunt Hannibalem 100. cam-
 panias aspectus 128. lege etiam de campania 98. 103. 58.
 pag. 295
Candauiae deserta. 89
Canentum ordo olim per vias. 139
Canis acquiuocum nomen. 15
Canobus domiciliū omnium libidinum. 203
Canufinae lanae. 310
Capite censeri 59 caput aperiebatur temporibus Senecas
 110. capitū damnaturi qua veste vterentur magistratus
 277. ca-
- C**apitulorum defluxus. 343
Capitolij postem tenere. 165
Capita quid sit apud Aristotelem. 333
Cardiaci vita est bibere & sudare. 351
Carta circa Lorynam vitem. 76
Caticae Kal. Ian. mitti solitae. 375
Carmina miscet Seneca fusac orationi 28. 47. 57. & passim
 carminium confiendorum quae ratio. 146
Cataracte spēfāculū mirū apud Persas excipiū Nilū. 382
 Kāra 5/10/19 ident per orationem. 146
Catagis Pamphyliam lustrat. 391
Categoriarum diuīsio. 105
Catilina ingratus 42. sceleratus. 248
Catoni Populus Rom. consularum & praetoram negat 42
 Cato alteror libertatis 75. Seneca ad Catonem oratio
 nem convertit 76. Cato mortem ipse subit 83. Cato
 nis mors voluntaria 216. 218. 219. 220. Cato vt diu
 ignoratus 132. vno caballo contentus 144. Catoniana
 sententia 160. Catonis fortitudi 168. 225. 226. 179.
 Catonianum diū 32. 185. 203. Catonis patientiae
 exemplū 263. 307. 251. Cato virtutum viua imago
 301. vino lax at unum 301. euilem ebrietate 302. Ca-
 to neglectus 302. Herculi comparatur 312. obrutus spu-
 tis in carcere truditur Cato 76. Cato Cenferinus mo-
 rum corrector 144. Catonis duplex in practica repulsa
 346. more Catonis describitur 83. 84. lege etiam de Ca-
 tone 303. 317. 70. 73. 85. 106. 110. 136. 143. 288
Caulilli hēdecylabi. 477
Caudex quid est. 318
Cauca aenatorib⁹ cingi solita 139. cauea speſtabat plebs
 ludos. 311
Cauillationes vocat Cicero ſophismata 176. vtſus Cicero
 cauillationis nomine. sed non in libris qui extant 215
Causa cauſarum. fatum ac prouidentia idem sunt. 367
Causa vbi ageretur 57. cauſa Aristotelī trifariam dicitur
 111. cauſarum explicatio & conditiones 57. cauſidi o-
 ficiari iratus 263. de ianitorum molestia. 307
Ccellas pauperum. 78
Cenſura coniunctarum. 97
Centauri vt gigantes sunt in genere rerum quae nō sunt
 pag. 106
Ceratae nūs nōmen. 63
Cerei tenuis filia 178. cereus & fax immaturis funeribus
 p̄ſſeſſebatur. 299
Certamina apud Lacedaemonios. 38
Chaerae tribunus militum. 308. 313. 368
Chalcide terra motus. 397
Chaldacorum obſeruatio ſiderum. 365
Chamaeleon unde habeat varios colores. 354
Chaos deſcribitur 50. chaos Epicureum. 122
Charimander librum de cometis compoſuit. 403
Charinus magistratus. 79
Cheslidon vñus ex Cleopatre mollibus. 144
Charybdis quieta est diu ab Autro vacat eo exorto nau-
 igia absorbet 335. fabulosa 335. de charybdi lege.
 pag. 75. 89. 95. 515
Charis apud Hesiodum quid significat 2. charites Loui fi-
 liæ Chryſippo. 3
Charoniac leges. 151
Chori in coniuijs & theatris olim. 139
Chremylus quae dicat apud Aristophanem de prouiden-
 tia. 219
Chryſippus ſubtilissimus indagator veri 2. breuis in scri-
 bendo 2. libru de beneficiis fabulis repluit 2. tres Gra-
 tias fecit 2. magnus vir. fed quia Gracchus reprehendit
 2. pungit non perforat 2. quid de ſeruo ſenſerit 2. 2.
 euilem diuīſio 72. Chleanthis diſcipulus 177. Chryſippi ſimiſtudo de pilae luſi 11. præceptum de reden-
 do beneficio 13. lege de eodem. 59. 90. 103. 307
Chryſostomi rationes vndeſic cur pios vexari Deus pa-
 titur. 221. 222
Cibus qualis debeat esse. 69
Cicerone qua haferit ex Posidonio 211. de prouidentia ſcri-
 bit in libris de natura Deorum 220. Ciceronis carmina
 263. a Clodio & Catilina iactatus 315. Catilina ſicas
 vitavit 337. Cicero filius cum Augusto consul fuit 37.
- C**iceronem filium consulē fecit patris gloria 34. Ci-
 ceronis miferie 42. citatur a Seneca 78. Ciceronis epि-
 ſtola non ſunt perire nomen Attici 81. Cicero grada-
 riis fuit 93. Cicero negat ſe habitum tempus. licet
 aetas duplicetur. vt legat lyrics 99. Ciceronis verba
 contra Clodium 169. Ciceronis laus in ſcribendo 173.
 Ciceronis libti de repub. 173. Cicero iubet Atticum
 ſcribere quidquid in buccam veneſit 184. lege de Cice-
 rone 59. 106. 268. Cicero deliberat an Antoniu depre-
 cetur 511. Cicero deliberat an promittente Antonio vi-
 tam oratione ſuas comburat. 523. 525. 526
Cimbrius Tilius 261. cimbriæ caedes per C. Marium
 42. per Caſatem. 163
Cimon ingratu Calliae. 488
Cinna ad consulatum receptus ex hoſtium caſtris 34. cru-
 deliſimus fuit & diu regnat. 220
Circus Gallicus Naibonensem infestat 416. Circius Gal-
 lia excurrat. 391
Circus Flaminius 42. Circenſium clamor 137. Circi vt vi-
 tia commandarent 290. Circi certamina 298. Circen-
 ſis ludi 311. de circis lge. 214
Circumagere ritus manumittendi. 197
Circumſilio in picturæ modum variata. 142
Circumſtantia græcis περιποιεις. 361
Ciues ſeruati 273. 281. ciuibus etiam improbandis parc-
 edum. 266
Ciuitate donari gloriolum. 5
Cypritas vt hanc. 357
Cypris impetum ab Antigono vicitum 25. Cyprus clade
 vaſtatur. 355
Cyrepaicorum de philosophiac diuīſione opinio. 150
Cyrus Gynden vado trauiſre tentat 259. Babylonem oppu-
 gnat. 259
Clartas condiſipulus Senecæ 112. eiusdem exemplū
 pag. 206
Clariſtas quae nam post mortem contingat 175. quid
 fit. 175
Claſes in Sicilia frāctæ. 269
Claudiū versus de prouidentia. 219. 220
Claudiū beneficium 5. Claudio diſco pungit 17. Clau-
 dij Quadratij annales 22. Claudio Neroñem ado-
 pteauerat. 280
Claudijs Caſaris Apocolecytoſis. 526
Claudiū Sabinus diuē acate Senecæ floruit. 86
Cleanthes hie exemplū 48. idem ait mulum differre a be-
 neficio negotiacionem 48. Cleanthes Zenonem expref-
 fit 69 quid ſenſerit de occonia 159. euilem verſus
 17. lege de eodem. 90. 95. 110
Clementac exemplū 22. 23. 60. affectiones 265. 266. di-
 ſputationes de clementia diuīſio 266. fructus 266. ma-
 xime conuenit gubernatori 271. quid sit 274. ei contra
 ria ei crudelites 274. clementias opera. 275
Cleonis de grandine ſignum. 384. 385
Cleopatrae amor perdidit M. Antonium 138. Cleopatrae
 regnans defecit ut Nilus ostenderit. 383
Clitus ab Alexandro ebro occisus. 138
Clydeus fulguratione putat ſpeciem inanem eſſe non
 ignem. 369
Clodij in iudicio pecunia verſata eſt 169. Clodius Cice-
 rone Roma expellit. 243
Cloelia flumen traiicit. 334
Cloſtrum ſeu clauſtrum vnde diuīſum. 66
Cn. Pompeius quac in rem. gellerit 42. eiusdem exerci-
 tus 119. cupiditas 163. a Cæſare vietus 138. Pompeij
 caput 68. os molle. 73
Cn. Lentulus augur aurarissimus 14. nummos citius emi-
 tebat quam verba 14. omnia ſua incrementa debuit Au-
 guſto. 14
Coene modicæ 78. coena peracta reliquiae circumſtantia
 bus ſolitac distribui 29. coenæ ſumptuofat 166. coena
 tiones 211. coenanti ad pedes ſtarē quid eſſet 26. coe-
 nae mutandæ ratio. 215
Collectio argumentatio eſſe. 140
Coloniae Romanorum. 343
Colores varij quomodo in arcu 354. colorum varietas in
 ceruice paonum. 354. 355
Columnas ex Africa. 181
Come-

I N D E X

Cometas an sunt caelestis naturae 401. cometarum asper-
itu vt inconvenient homines 402. de cometis variis opini-
ones 403. cometae non ex stellarum coitu sunt 405.
cometarum variis aspectus varijs temporibus 406. co-
metarum magnitudo post mortem Demetrii regis Syriae
406. cometarum vbi sunt 407. 408. cometarum significa-
tiones 408. 409. cometarum frequenter vi suntur circa fe-
bremtrionem 404. & redditur causa. 406
Comam alebant veteres 317. 359. comas vt a virginis diffe-
rent 356
Comitialis morbi vitium vt cognoscatur. 356
Commodorum alia est condicio, alia bonorum. 146
Comparationes plurimae 122. 127. 145. comparatio plu-
rimorum scriptorum 173. comparatio locutionis Sal-
ustij & Attaluij. 179
Compendiarium excogitare. 86
Comparationes quae sunt. 56
Computatorum est iactiones ponere. 144
Concupiscentia non homines cuam quae non possunt. 276
Concursus ad Marlyam. 53
Cofflagrationis mudi causa ex Berofo in sidera reiecit. 379
Congiaria philosophis obiecta 87. congiariu daret. 338
Corona defensionis solis ab Argyprijs feruata colligat.
pag. 403
Conscientiae fructus 15. conscientia bona 32. 287. con-
scientiae gratus 55. conscientia bona qualis 91. consci-
entia excute vespeli quā vtile 263. conscientia talua 381
Consensus hominum in opinione potest multū. 182
Consilium cum re mutare non turpe 35. consilium nemo
ē clamore dat 91. consiliorum quid sit 366. consilium
vile maximum beneficium. 53
Consolatoria epistola 109. consolatio in patriae vaftita-
te 154. 155. consolatio pro defuncto 158. pro filio amil-
fo 171. 235. consolatoria argumenta pluita 322. 332.
227. consolatio fratris matru 324. 325. contolandi
multiplex ratio 330. consolari fuis difficile & innutius
341. consolatur matrem 345. 349. consolatio in dera-
ctione 235. consolatoria variae. 235
Constitutio varia hominum. 189
Confucius lego omni valentior 43. quam difficile tolla-
re 176. confucius doctorem virorum quantum pro-
fit 196. confucius in iratis plurimum potest 248. con-
fucius prauorum quam oblit 255. confucius concin-
nat morem. 311
Contemptus rerum humanarum quaerendus 90. contem-
pus rerum omnium. 109
Conciuum quid significet. 360
Contribuere quid significet. 56
Controversiarum auctor Seneca pater. 418
Controversia Senecae ad Noratum 418. earumdem judi-
cium ibidem. Cicero controversias vocat causas 419. ea
rundem diuiso qualis 422. Aeschinis tempore non e-
rat declamandi studium 436. de declamationum varie-
tate. 453. 468. 502. 503
Controversiae vt dixerintur aduocabatur homines ex
diuersis & alienis prouinciis. 279
Contubernium ad discedendum plurimum prodefit. 69
Contumelia est minor iniuria 306. vnde dicta 305. an
politus fieri a muliere. 307
Conuiuij descriptio 96. 97. censura conuiuiorum. ibidem.
Cordi mors. 338
Coriolanus ingratus. 42
Corycus mons. 373
Corynthei per legatos gratulans Alexando Macedoni
civitate donato 5. Corynthia pretiosa 317. de Coryn-
tho lego. 322
Corium forma publica percussum pro pecunia 41. coriu
petere quid est. 313
Corona in sole vt fiat 352. corona varia in sole indicat
ventus 352. coronas fieri circa sidera negant qui-
dam. 353
Corneliam laus 334. Cornelia Scipioni filia Graccho
rum mater constantissima 334. Cornelia decem filios
amisit. 347
Cornelij Seueri Carmen de morte Ciceronis. 524
Corpus serui solum domino subiicitur 21 corporis cari-
tas 75. corpus vt diuidatur in Dialetticis 106. corpora
304
De-

I N D E X

quam multi exerceant 132. corporis qualitas molta
confert ad iram temperandam 247. corpus vinculum
animae 338. corpus custodia animae. 345
Corsicas antiqua monumenta 343. Corsicae muratio
quanta. 343
Correccio qualis debeat esse 69. 200. correccio nem peccati
mi nolunt. 263
Coflus urbis praefectus 138. de Cossis lege. 268
Craffis mors apud Parthos 68. 391. lege de Craffo 179. 186.
226. 288. 315.
Cratus Stilponis auditor. 73
Creta notabatur circus ad victoriae notam. 214
Crites sunt cum leuius collisus est aer. 351
Crisin eadem habere. 137
Crispus Passienus subtilis in curandis vitiis 380. eiusdem
dictum. 5
Crispus antiquus orator. 477
Crysalium aquae caelestes conficiunt. 377
Crocodilorum & Delphinorum certamen in Nilo. 383
Crossus factus seruus 97. lege de Croeso. 299
Crudelitas Phalaridis tyranni 62. crudelitas spectaculorum
70. crudelitas damna 249. crudelitas exempla 257.
258. 259. 263. 269. 270. 272. 244. crudelitas sequitur vi
nolentiam 138. ei contraire est clementia. 274
Crux 75. crucem acutam sustinet 174. 254. clavis cruci
suffigebatur homines 287. 309. 310. crucis variae 336.
457.
Culco insuti pluviimi sub patre Neronis. 272
Cultor agri domino beneficium dat. non agro. 43
Cupiditas mortalium quanta 18. 58. 64. 180. 186. 303. cu-
piditas auri exemplum Pythagorici cuiusdam 62. cu-
piditas rerum humarum reprehenditur 108 cupidita-
tis hominum qualis 122. 261. 262. cupiditati nihil fa-
cis est. 345
Curus Dentatus primus duxit elephanthus in triumpho
318. eiusdem dictum. 296
Custodiarium agmen in via latina 129 custodia eadem vni-
uersos haber. 298
Cuiyliarum in insula cur cum aqua sustineatur & arbores
nutriendis huc atque illuc impellatur. 376
D
Acus non exit vltra Istrum. 351
Daedalus seruas inuentor. 211
Dammum dans sciens quadruplum reddit. 463
Daminaud non est quicquid est reprehendendum. 54
Danubius Sarmaticus ad Romanas discriminat. 311. curae:
state abunde 382. Danubij fines 394. lege de Danubio
pag. 296
Dare & accipere vt differant. 378
Darii mater serua. 40
Debeamus ne illi qui nobis inuictus profuit 47. debita
perfoluenda esse. 63
Decembri mensis ciuitas maxime defudat 78. codem in-
ter socii. 199
Decij morte patriam seruatam. 54. 116
D. Brutus ingratius. 108
Decimus tribunus. 68
Declamatorae scholas singunt falla. 56
Declamare quid sit 49. declamatorum plurimorum iu-
dicium. 458
Decoctores qui sunt. 44
Decollatus ob meretricem. 490. 491. 492
Decretoria 184. decretoria hora. 176
Decuriae iudicium quae. 26
Defectio folis in pelue vt videatur. 356
Defotmari quid sit. 65
Defundis an sit sensus apud Senecam 323. defunctis me-
moria iucunda est 109. defunctis quae praefari so-
lita. 334
Dejanira dans Herculi tunicam noluit nocere. 17
Delegare quid libi velit. 56
Demetrius cynicus magni iudicij 57. 287. scriptor de mo-
ribus 58. Demetrii laus 59. 60. Demetrio cognomen Po-
liocetes 72. Demetrij sententia vixit Seneca 80. De-
metrium vel Seminudum amar Seneca 109. Demetrij
dictum 116. 380. 225. Demetrius Pompeiaaus 297. De-
metrius capit Megaram. 304
De-

nis Cynici dictum infestum Platonis 296. Diogenes
philosophus Stoicus patietiae exhibet exemplum 263.
eiudem dictum 278. Diogenis Apolloniatas detonatu-
trum 363. eiudem opinio de Nili ortu 383. Diogenis Cy-
nici dictum de prouidentia 220. Iege etiam de Dioge-
ne. 297
Dionysius maior pluribus regibus 269. de Dionysio Ty-
ranno. 335
Difendendi modus qualis Senecae in scholis 171. difendendū
tum docēdum 291. difendendum semper 126. difendendum
vt docēamus. 69
Differrere ad penulas aut ad Scoreta. 384
Diffimulandum potius quam vlciscendum. 251
Disputationes etiam nocent 98. disputationem ab ostaua au-
dice 126. disputationes sa: pe quam vanas sint. 178
Diuinorum munierunt iniqui actiūtates reprehensi 14.
diuina beneficia no: decet plurima contemplari 14. Deo-
rum in nos insuita beneficia 27. 28. 32. 33. 65. 175. 297
diuina beneficia bonis. 228
Diuīo quid esse debeat. 149
Diuitiarum contemptus 46. 175. 176. 133. 288. 289. 293.
299. diuitiarum quis sit modus 67. diues nemo na-
tus 72. Deo gratiae agendae 74. Deo dignus quis sit
79. Dij orandi ne quid ex optatis contingit 89. Deum
nemo nouit 89. Deo multae opinione 89. Deus ma-
ximus ac potissimum omnia vehit 89. Det imago 89
Deum etiam in tenebris veneramus 93. Deus cultur
& amatur 97. Deum vt imitemur 102. Deus maior &
potentior cunctis Platoni 106. Deus prouidentia for-
mas rerum omnium tenet 106. Dei cura omnia defen-
duntur 106. Deo faciendi mundum cauta fuit bonitas
111. Deus omnia gubernat 112. 120. Deus potentior
materia 112. Diuinorum quod discrēm 113. Deus
ad homines venit 123. Diuina semina in corporibus
humanis difperit 123. Deus rebus corporeis ca-
ret 124. Deo nihil occultum 137. Dei socij & membra
vt simus 157. Dij rerum omnia testes 176. Diuina
lux post obitum consequitur 174. Deus vt habeat no-
tri curam 174. Dij ex plebe Ouidio 174. Deus bonorum
amantissimus 225. Deus probos exercet 227. Deus quā
diu patiatur peccat ores 267. Deus rex vniuersi 284.
Deum fequi debemus 2 86. Deus sedens opus suum spe-
Etat 291. Dij nudi omnia dant 297. Deorum materi-
alia 308. Dei natura affida & citatissima mutatione ob-
iectatur 343. Deus formator vniuersi 343. Diuinus spi-
ritus per omnia maxima ac minima diffusa 343. Dij
an mortis signa praemittant 351. Dei sententia vt mu-
tari possit 365. Deus mundi dispositor prouidentia sua
391. Dei prouidentia vt alia exaltat, alia submittat 371.
de dīs questiones cum tractamus verecundi debemus
esse 409. Deorum supplicatio. 8
Dialekticorum voces & subtilitas 96. dialekticis legendis
non tempus terendum 99. Dialekticæ leges 136. 128.
129. diuīo 150. Dialekticū interrogaciones 209.
Dialekticorum ludus. 203
Dialogorum alteratio. 43
Dictator caecus. 42
Dictum Satellij Quadrati 86. dictum a lasso rixam que-
ri 256. dictum illud non esse beneficium exprobandum
10. dictum Gracini Iulij 13. dictum Cn. Lentuli de Au-
gusto quo a studijs esicit abducit 14. dictum Mamer-
ci Scauri Cos. 34. dictum Tiberii Caecaris 44. dictum
veterani cuiusdam apud Caecarem 44. Dematia Lacedae-
monij 52. dictum cuiusdam in Pythagoricum 63. So-
cratis 63. Democriti 70. auctoris ignoti 70. dictum om-
nia mea bona mecum porto etiam Poliorcetae 72. Epicu-
ri 77. 78. 79. 80. 81. 84. 85. dicta perulgata celebra-
da. 110
Didymus grammaticus quattuor millia librorum scri-
pit 148. quam vanas quaestiones sit perfecitus. ibid.
Dies beneficio reddend o non dicunt. 19
Digerere in litteram senos orbes. 117
Diluuij vniuersalis descripicio 378. 379. 380. diluuij fatalis
causa que sit. 377. 378
Diodorus Epicureus se ipsum necat. 287
Diogenes per medias Macedonum gazas nudus incelsat
calcatis regis opibus 38. Diogenes seruuit 97. Dioge-
nes Cynici dictum Platonis 296. Diogenes
philosophus Stoicus patietiae exhibet exemplum 263.
eiudem dictum 278. Diogenis Apolloniatas detonatu-
trum 363. eiudem opinio de Nili ortu 383. Diogenis Cy-
nici dictum de prouidentia 220. Iege etiam de Dioge-
ne. 297
Dionysius maior pluribus regibus 269. de Dionysio Ty-
ranno. 335
Difendendi modus qualis Senecae in scholis 171. difendendū
tum docēdum 291. difendendum semper 126. difendendum
vt docēamus. 69
Differrere ad penulas aut ad Scoreta. 384
Diffimulandum potius quam vlciscendum. 251
Disputationes etiam nocent 98. disputationem ab ostaua au-
dice 126. disputationes sa: pe quam vanas sint. 178
Diuinorum munierunt iniqui actiūtates reprehensi 14.
diuina beneficia no: decet plurima contemplari 14. Deo-
rum in nos insuita beneficia 27. 28. 32. 33. 65. 175. 297
diuina beneficia bonis. 228
Diuīo quid esse debeat. 149
Diuitiarum contemptus 46. 175. 176. 133. 288. 289. 293.
299. diuitiarum quis sit modus 67. diues nemo na-
tus 72. Deo gratiae agendae 74. Deo dignus quis sit
79. Dij orandi ne quid ex optatis contingit 89. Deum
nemo nouit 89. Deo multae opinione 89. Deus ma-
ximus ac potissimum omnia vehit 89. Det imago 89
Deum etiam in tenebris veneramus 93. Deus cultur
& amatur 97. Deum vt imitemur 102. Deus maior &
potentior cunctis Platoni 106. Deus prouidentia for-
mas rerum omnium tenet 106. Dei cura omnia defen-
duntur 106. Deo faciendi mundum cauta fuit bonitas
111. Deus omnia gubernat 112. 120. Deus potentior
materia 112. Diuinorum quod discrēm 113. Deus
ad homines venit 123. Diuina semina in corporibus
humanis difperit 123. Deus rebus corporeis ca-
ret 124. Deo nihil occultum 137. Dei socij & membra
vt simus 157. Dij rerum omnia testes 176. Diuina
lux post obitum consequitur 174. Deus vt habeat no-
tri curam 174. Dij ex plebe Ouidio 174. Deus bonorum
amantissimus 225. Deus probos exercet 227. Deus quā
diu patiatur peccat ores 267. Deus rex vniuersi 284.
Deum fequi debemus 2 86. Deus sedens opus suum spe-
Etat 291. Dij nudi omnia dant 297. Deorum materi-
alia 308. Dei natura affida & citatissima mutatione ob-
iectatur 343. Deus formator vniuersi 343. Diuinus spi-
ritus per omnia maxima ac minima diffusa 343. Dij
an mortis signa praemittant 351. Dei sententia vt mu-
tari possit 365. Deus mundi dispositor prouidentia sua
391. Dei prouidentia vt alia exaltat, alia submittat 371.
de dīs questiones cum tractamus verecundi debemus
esse 409. Deorum supplicatio. 8
E
Brietiati bonos turpiter habitus 4. 8. cbrius duobus mo-
dis dicitur 137. cbrietas plurimorum 138. cbrii vt no
contineant secretum comparatio venusta 138. cbrietas
tis dama 138. cbrietas quid sit 180. cbrietas exem-
pla 302. lego de cbriate 312. 375. 376. 213.
ēxegi oritur ex varijs corporibus. 389
Egredere & indigere non idem est apud Stoicos 197. 11
Ego & quid sit apud Platonom. 106. 111
Elephantorum feritas 2. elephantes a mimis genua infle-
ctere docebantur 142. elephantes porcina vox terret
pag. 246
Ellebori hominem curate 16. elleborum vomitum pro-
uocat. 139
Elementa quibus mundus administratur 184. elementa-
rum alterni curvis. 373
Eloquentia Romana à Cicerone extitit 93. eloquentia Ci-
ceronis temporib. floruit. 418
Emimus res minus quam valent. 49
Empedocles opinio de caliditate aquarum. 376
Ennius versu in libris de repub. Ciceronis 173. Enni-
us versus de Africano. ibidem
Entis nomine v.i debent philosophi 205. entis divisio in
corporale & incorporale 205. ens apud Platonom sex
modis dicitur. 205
Ephe-

I N D E X.

- | | |
|---|---------------|
| Ephemeredem patri approbat. | 193 |
| Epheftion in igne floret. | 131 |
| Epicuri dictum 70. Epicurum compilat Seneca 71.86 Epicurus plurima habet sapienter dicta 71. Epicurus negat sapientem se ipso contentum 71. Epicuri epistola 72. Epicuri praeceptum 73 Epicuri dicta laudantur à Seneca 75. Epicuri sententia 76. Epicuri dicta a 77. usque 85. Epicuri epistolae ad Polyacum 79.82. Epicurea cantilena 84. Epicurei personam inquit Seneca 97. Epicuri dictum 113. Epicurus doctissimus Athenis delituit 132. Epicurus etiam sancta & tristia praecepit 285. Epicurus pecuniam sumpsit 290. Epicurei ut discrepant a Stoicis 294. Epicurus contra iniurias scribit 307. Epicurus queritur quod aduersus praeterita simus ingratii 18. Epicureorum delicata & vmbritica turba 27. Epicurus Deum incertum facit 31. Epicurus Dei prouidentiam sustulit 31. Epicurus in intermundis Deum posuit 37. Epicurus reprehensus circa diuinam prouidentiam 65. Epicurum saepe legebat Seneca 67. Epicuri deliramentum de igne & foelis ardore 66. Epicuri Ichola. 69 Epigeni duo genera sunt comicatum 403 eiusdem opinio recta. 404 | |
| Epistolis adscribendae sententiae graues veterum 90 epistolae veterum viriles ac sine flosculis 90. epistolatum commercium 92. epistola imago absensis 93. epistolae initio ponendum si philosophatis bene est 76. epistolae scribendi qualis forma sit 125. epistolae Ciceronis pleiae negotiorum 184. epistolae adjici solebat, si vales bene est 76. epistolae notos homines faciunt 81. epistolatum quarundam vanitas 82. epistola non debet sinistrum implere 96. lego de epistolis. | 314 |
| Epistomia argentea. | 142 |
| Equestria equitum Romanorum 60.61. equestria quid est 65. eques Romanus. | 89.95 |
| Equuleo longior factus. | 115 |
| Erasinus flavius. | 377 |
| Erasmus depravator Senecae 65. Erasmi inepti. 199.200 | |
| Estantia vox apud Ciceronem. | 105 |
| Eteisae mare ut retineant ne in Aegyptum influat 383. Eteisae cur hyeme non sint 388. Eteisae ortus 389. Eteisae nubes pellunt 391. Eteisae somniculosi & delicati vocantur. | 389 |
| Euanter in ripa Tiberis regna Arcadum collocavit. 343 | |
| Eudoxus primus stellarum cursus ex Aegypto in Graeciam transfluit. | 403 |
| Eunuchi & mulieres non laborant podagra modo tempore vivant. | 213 |
| Euphrates flavius 23. obstat Parthis. | 351.391 |
| Euphrosyne media Gratiarum. | 2 |
| Euripidis versus dum recitantur populus cōmotus 181. eiusdem versus. | 216 |
| Eury nome mater Gratiarum 2. cur dicta sit. | ibidem. |
| Euthymenes Massiliensis. | 383 |
| Excantate fructus alienos xii tabulis prohibitum. | 385 |
| Excauatio saxy rotunda existit. | 384 |
| Excepta vox sumpta a divisione agorum. | 26 |
| Exceptiones philosophorum. | 98 |
| Exculandi qui sint si errent. | 260 |
| Exempla mala in alios redundant 70. exemplis illustrib. vita est insituenda 138. exempla bona multū prosunt 176. exēpla abstinentiac 188. exempla aliorum consideranda. | 85 |
| Exemplar quid sit 166. exemplar causa apud Aristotelem. pag. | 118 |
| Exequiae ambitiosae. | 320 |
| Exercitatio vertendi sententias veterū utilissima 7. exercitaciones studiosi 76. exercitationes uariæ iuuenatus. 147 | |
| Exheredantur filii non sine causis. | 270 |
| Exilium qui patenter tulerint 83. exilij consolatio 335. 345. exilium quid sit. | 349 |
| Eximia raritate commendanda. | 94 |
| Experientia magni momenti est. | 117 |
| Expositus debilitans 508 expositi nullo in numero sunt. | 493 |
| Exbianus vir egregius & disputator 93.101. orator 105 | 509 |
| Fabiani Papiri libri de reb. cuiilibus 173.3.38. Fabianus | |
| in Senatum testis inductus erubuit 73. Fabiani dictum. 318. Fabianus philosophus declamator laudatur 436. 468. | |
| Fabius cunctando restituit rem 33. Fabius Persicus 34. Fabij ccc. non victi sed occisi. 38. Fabij ausus 239. Fabij dictum 250. Fabius Persicus homo infamis 13. de Fabijs lege 136. 143. Fabij Verrucosi dictum. | 91 |
| Fabrius Pythii regis aurum repulit. | 187 |
| Fabularum quam vana cognitio 146.2.3. Fabellas Aesopicos logos vocat 324. fabulae narratio 390. fabularum utilitas. | 146 |
| Factum praeclarum Graecini Iulij. | 13 |
| Fallaces rerum species quibus credimus. | 34 |
| Fames incendit animalium. | 256 |
| Fascia regum. | 133 |
| Fatum Deus etiam. vocatur 28. quid sit, ibidem. fati etymologia 45. fatorum ordo 147. fatum computatur argumentis 231. 232. de fato non est cur queramus 286. fata inexorabilia 322. 323. fatorū series 365. fatum vnu est, nec fulmine immutari potest 366. fatum est necessitas rerum omnium actionumq. Stoicis 366. fati explicatio 366. fatum circuit 393. De fato lege 129. 379. 77. 224. 227. 229. | |
| Fauor popularis malis artibus quaeritur. | 87 |
| Fax & cereus praeferri soliti immature obeuntibus pag. | 311 |
| Febris signa. | 320 |
| Felicitas vera in virtute posita est 286. felicibus quomodo reddere gratiam possimus 52. felix qui ita clam vt in publico vivit 95. felix infelix cissimi suat. | 193 |
| Fœneratio est beneficium expensum ferre. | 2 |
| Feritas quae sit 244. feræ domatūr 251. 142. feræ foetus suos non distinguit 114. feræ non mordent proiectos 267. feræ ex Stoicorū schola non irascuntur. | 277 |
| Festī dies eari a legibus instituti. | 301 |
| Fictilia Tuberonis semper durabunt. | 168 |
| Fides unde dicta. | 56 |
| Fidus Cornelius Nasonis gener deflet in Senatu ob facete dictum in se 307. de Fido Annaco. | 381 |
| Figurarum ignearum varia ratio. | 357 |
| Filius quicquid habet patris est 23.25. filij saepe parentes illustrantur 24.25. Filij parentes e pluribus periculis cripunt 25. Filiae Augusti licentia 53. Filij in coniugio dati 257. Filij amissi consolatio 333.235. filij an maiora beneficia dare possint parentibus. | 23 |
| Finis præcipue spectandus in rebus omnibus 119. 185. finis vnu habendus 139. finis constituendus in rebus humanis. | 83 |
| Finitionis irac confutatio. | 276 |
| Flagellorum sonitus circa horam tertiam noctis. | 191 |
| Flendi ius in vnum diem dedit Homerus. | 109 |
| Florales loci nudarum meretricum. | 169 |
| Fluctus quid sit. | 387 |
| Fluminum cursus vt continuetur 372. ortus fluminū quialis 373.379. fluminibus magnis aeterna data est materia 375. flumina quam abradunt terram Nilus oblitus 382. flumina Caucaſi & Thraciae aſtate intumescunt 383. flumina varia 394. 395. fluminum capitum veneratio & arae 94. flumen Cappadociae equos solū inficit. | 376 |
| Fontes exorti in Coryco monte post terrarum tremorem 373. fontium quorundam mira natura 374. 376. 377. fontes viſſicentur. | 373 |
| Forti quae officia. | 117 |
| Formæ rerum in Deo 106 forma non causa, sed pars 111. | |
| Fornicatum mira natura | 351 |
| Formidinis variae poetarum descriptiones. | 278 |
| Formulam confundere. | 47 |
| Fortitudo quid sit 15. fortitudo Socratis 83. fortis esse probat Stoici se occidere 84. fortitudo plurimorum 170 fortitudinis exempla 119. 129. fortis animi dictum 137. fortis quis sit 141. fortis animi commendatio 329 fortis viri descriptio ex Virgilio. | 168. 170. 304 |
| Fortuita multos sanant. | 47 |
| Fortunam arguit 10. fortunæ ludus 123.124. fortunæ portentia 381. varietas. | 421 |
| Frances Pancratias. | 162 |

I N D E X.

- | | |
|---|----------------|
| Frisca quae essent. | 311 |
| Fronitis instrunctiones. | 254 |
| Fructus alius artis alius artificis | 15 |
| Frugalitas potest producere secessitatem 107. frugalitatis descriptio. | 293 |
| Fulgere coepta penultima protulerunt veteres 369. fulgor ut fiat 352. fulguratio ostendit ignem, fulminatio emittit 361. 362. 363. 369. fulgura sunt etiam nocte tranquilla 364. fulgetra. | 363
76 |
| Fulminis saltus. | 76 |
| Fulminis mira vis 105. Fulmina maximo impetu sunt 351. cur variae feriantur 352. fulmen ut differat a fulgore 363. fulmen cum sit ex igne cur terram petat 363. fulminis admirabilis vis 365. fulminum portentum ac signa 365. fulminum tria genera tradit Caecina 366. fulminum rationem alias habent Etrusci, alias Philo sophi 367. fulminum diuisio reiecta 367. 368. fulmina priuata quae fiat & publica 368. fulminibus nomina a Caecina imposita 368. fulmina fallacia ibidem. fulminibus inest vis pestifera 368. fulminis non a modo tacta, sed afflata encant 368. fulmina cur plurima auctare sunt 369. fulminis defensus obliquus est, quis contra naturam 369. fulminis timor abiciendus 370. fulmina etiam sereno caelo 411. fulmina varia. | 414 |
| Funeribus lucrum quod quidam optaret Athenis damnatus. | 54 |
| Fur accusator proditoris. | 513 |
| Furnij dictum ad Caesarem Augustum 13. Furnij pater Antonianas partes fuerat secutus. | 13 |
| Furnorum inuestigatio. | 152 |
| Furot quid sit. | 79 |
| Futura incerta 338. futura Dii notissima sunt. | 34 |
| G | |
| G Alatiac flumen inficit grecos. | 376 |
| G Galeni opinio de podagra in mulieribus. | 213 |
| Gallia cur riuis abundet 372. Gallorum gens a Cassandro obessa 373. Galli in Graeciā se immiserunt 343. De Gallia lege. | 42 |
| Gallienis vox motbum loci esse, non corporis 177. Gallio pater Senecae. | 381 |
| Gaudij aequalitas sapientiae effectus. | 108 |
| Gelliae fictus apud Martizalem. | 213. 326 |
| Gemini Varij dictum. | 93 |
| Gener dimitis inimici. | 462 |
| Genium & Iunonem singulis dederunt Stoici 175. geniu nobis nascentibus dari. | 215 |
| Genus quid sit 105. genus ex Stoicoru Schola quale 106. genus ante superius apud Stoicos quiddam. | 205 |
| Geometriam subtilitate lubricam esse 18. geometres docet metiri la tifuidia 147. geometricae rationes cogunt pag. | 354.355 |
| Germania in bello erat temporibus Senecarū 42. Getmani capillum vincire solet 193. 260. cur iracundi. | 247 |
| Gigni omnia ex omnibus. | 373 |
| Gylippo Siracusas petenti visa est stella super lanceam cōstituisse. | 352 |
| Gyndes fluuius. | 279.259 |
| Glacies apud Scythas, Pontem & Septentrionem. | 384 |
| Gracchana mala 3 15. de Gracco. | 53.179 |
| Gracchus tibicens haber concursum 126. Graci reprobantur 2. Graecorum licentia 93. curiositas nimis 317. Graeca lingua 322. Graci se in Gallia immiserunt 343. Gracie vrbes in mediis barobarum regioibus. | 343 |
| Gracchus Iulius vir egregius a C. Caesare occisus 13. 87. a Fabio Persico magnam pecuniam ob ludos missam quia erat infamis homo repudiauit 13. pecunia quam Rebilus consularis miserat quod esset infamis noluit ibidem. | 387 |
| Graij Phoside relicta Massiliam coluerunt. | 343 |
| Grammatici manus quod sit 146. grammaticorum clementia 98. grammatici custodes lani si sermonis. | 168 |
| Grandis futurae speculatores 415. grande fit ut apud nos glacies 384. vt uentura praedicat 384. vt auerteretur. | 385 |
| Graphij confessus 270. graphio pungebantur, ut grandinem auerterent veteres. | 385 |
| Gratiac cur tres 2. carum proprietates ibidem. cur nudac | |
| & implexis manibus ibidem. cur virgines 2.7. cur soluta veste 2. carum nomina & interpretatio ibidem. gratiae Homero non sunt vestales ibidem, vt variae a postis singulantur ibidem. a Chrysippo Louis & Burinomes filiae dicuntur ibidem. aetate minores quam Horae ibi dē. datae comites Veneri ibidem. gratias pro beneficijs acceptis publice agēdæ 13. gratiam vt reddamus opus est tribus 18. gratia an sit referenda 36. gratia reddenda. | 133 |
| Gratulatur Seneca Neronis Caesaris creato. | 265 |
| Gratum beneficium quale sit 3. gratum est quod rarum. gratia animi fructus 21. gratia animi affectio qualis 31. gratum esse numquam obest 31. gratus etiam est inter dum qui ingratius videtur 31. grati Deo & hominibus sumus 42. gratus qualis sit. | 135 |
| Gubernator qualis esse debet 320. gubernatoris pulchra comparatio | 141 |
| Gulat reprehensio 175. 180. 131. 344 345. gulac exempla 285. 286. gula veterum Romanorum. | 150.375 |
| H | |
| Abitus qualis debet esse. | 69 |
| Haedi vnde dicti. | 351 |
| Haemus ali quando fuit inops aquarum. | 373 |
| Halo & corona idem sunt. | 352 |
| Hannibalis vita quid soluerit 160. interimit Marcellum 220. supera Alpes 371. De Hannibale lege. | 142. 319. 243. |
| Hapti puluis quo inspergebantur luctaturi. | 204 |
| Hatmodius tyannicida. | 61 |
| Harpago liberi epulandi appositi. | 257 |
| Harpalus praedo. | 220 |
| Haustrum unde dictum. | 66 |
| Hecaton reprehensus 13. Hecatonis quaestio de beneficijs 21. 54 Hecatonem legebat Seneca 69. Hecaton praecepit plurima habet 69. Hecatonis dictum 71. Hecaton scripsit de gratijs. | 2 |
| Hecuba serua facta est 97. an minor fuerit Helena. | 146 |
| Helena natu grandior Hecuba. | 211 |
| Helia mater Senecae 341. Heliae sororis laudes. | 348 |
| Heminam propinare. | 251 |
| Heracleoticum ostium Nili maximum. | 383 |
| Heracli lacrymæ 245. de fulguratione opinio 369. dictu 106. lege de eodem, | 300 |
| Herculanus nodus 146. Herculanese 259. Herculaneum oppidum 392. Herculem Corynij cuitare donatur 5. Hercules Centauri uicta tunica donatus 17. vnde dictus Hercules 28. viuus viritur 301. Herculaneus Scyphus. | 138 |
| Hereditas & res hereditaria differunt. | 156 |
| Herodotus de bello Xerxis in Graeciam. | 56 |
| Hesiodus gratijs nomina imposuit 2. Hesiodus an par seate Homero 2 10. Hesiodi sententia reiecta. | 278 |
| Hieme cur nigrat non grandinet. | 384 |
| Hieran facere. | 137 |
| Hiero rex Syracusanotum. | 179 |
| Hieronymus tyannus. | 65 |
| Hippocratis sc̄ta. | 164 |
| Hircum oleare. | 143 |
| Historia minutissime scripta & artissime plicata 163. historiorū mos 384. historicali lingua. | 317 |
| Hilpani moribus & lingua similes Corsis. | 343 |
| Homerus Pasithream vnam ex Gratijs appellauit 2. Homerus gratias in matrimonium daxit 2. Homericus facet dos Dii alligat officia 44. Homerus philosophus. | 146 |
| Homerus pater philosophiae 210. Homerus & Virgiliius benemeriti de genere humano 324. Homerus vnu habebat seruum 346. Homericus Achilles. | 295 |
| Homicida sui. | 486 |
| Hominis ad bonum quanta facultas 123. Homini optimum, ratio 126. 127. 128. Hominem Deo Stoici audacius comparant 230. hominum varijs mores viuendi 246. hominum dementia 303. hominis miseriae 333. homo quanto labore nutritur 377. homo a Deo fecundas est fortius 14. homini omnia subiecta ibidem. hominum omnium vnu parvus est 23. homo animantibus praefat ratione & societate 31. hominis imbecil- | 115 |

I N D E X.

- litterae 31. humanitati aliqua dari non homini 32. homini
nis ingenui quid sit 56. homines inter clementem & virum
occupati 76. Homo non ex ueste considerandus 97
Honos sum per se expetendum 27.30. honestum ac bonum
nullam accessionem recipiunt. 112.13
Honor non est praetexta aut corona sed honoris signum
3. honos Deorum non est in videntibus, sed in pia ac re-
sta voluntate. 3
Horatius in studiis diuinus. 110
Horatii Flacci carmen 43. Horatii versus de hominum
inconstantia 188. Horatii diuini de Siti 186. Horatius
Cocles ponent defendit. 187
Hortentius memoria. 420
Hospitalis mensa res facta 35. hospitis ingratisimi exim-
pli 94. hospites fulmina quas. 368
Humani animi difficultas coniectura 34. humanae vitae i-
magno 64. brenna 67. misericordia quorū & quantas 123.
298.337. huius aia vita confitit beneficiis & concordia
238. humanae vitas varietas. 299
Humilitas animi. 305
Humor fuit mundi exordium. 373
I
[A cere in coniunctio 110. facundi ratio humi in culcitra
143. culcitra qualis Senecae. 172
Imitorum insolentia notatur. 263
Iapix Calabriam infestat. 391
Iasonis vox de prouidentia. 219
Ideas immortales immutabilis infatigabiles 111. nem-
quam sunt, semper sunt 205. quid essent Platonis 106
Idomenes scripti Epicurus. 81
Ignis & ardoris semina Epicuro conuenient 66. ignes qui
aere creantur quid sunt 351. ignium variæ facies 351.
ignes ex aere trito sunt 351. ignem non esse in nubi-
bus, sed ad tempus fieri 362. ignis non ab aethere labi-
tur in tubis 362. ignis uis 363. ignis ut etiam ex humo-
re educatur 364. igne ut mons extiterit 364. ignis e-
xitus mundi est. 373
Ignoscendum esse plerumque. 267.268
Imagines in atrio veteres exponebant 23.326. imagines
venerum tenendas ad excitandum animum. 110
Imitatio qualis debet esse. 99
Impatiens exempla. 307.71
Imperia tempestare penes eos, qui in mansuetu cacio-
viunt 247. imperatori turpis excusatio 250. imperium
multiplex. 270
Imperii quod oculis cernunt putant beneficium. 3
Imperiturbatus quis sit Peripateticus. 140
Impotens cosolario. 235
Inane aeri quidam falsò permiscent. 361
Incendium vistum laepe in arce & ynde. 358
Incensus dies mortis. 174
Incessu de faxo delicijsbatur. 426.427
Indi habent mel in arundinum folijs. 139
Indifferentia quae sint. 136
Indolentia. 144
Indulgendum culpis communibus. 249
Inertiae dama. 294
Infamis regio 75. infamis in numerum. 486
Inferna fulmina quae. 368
Inferos negat Epicurus 84. inferni descriptio. 136
Inferos impie fabulas esse putat Seneca. 336
Infricationes fori. 245
Infrumentum non esse vniuersum. 514
Infrumenta indecnsa quae sint. 10.26.310
Ingenia quam pauci exercerat 132. ingenium nullum ma-
gnum sine mixta dementia fuit 302. ingenia quo il-
lustriora eo breuiora sunt. 338
Ingratiorum exempla 42. ingrati animi vitium 64.1. ingrati-
ti hominis condicione 133. ingrati miseriae 134. in-
gratitudo beneficium quale 3. ingrati animi poena 21.
ingrati animi vitium vitandum 3. ingratiorum pluri-
ma genera 17. ingrati datur actio 18.4.88. ingratis a
Dñs beneficia dantur. 31
Inserere matum verbum iuris. 36
Inimicis parendum esse. 264.267
Initia vniuersorum. 112
Injuriam sapientis accipere non potest 16. iniuria contra-

Laberiano

I N D E X.

- L
Aberiano versus totus populus conuersus est. 246
Labor inutilis suceptus à Cyro. 259
Lacedaemonij vetant suos præscriptio aut cestu decernere
38. lacedaemonij corio forma publica perculo pro pe-
culiu mitebant 41. lacedaemoniorum sordidus veluti-
tus ad arrogantium 196. lacedaemonij ut exercerent fi-
lios. 227
Laconis adolescentis acrimonia. 129
Lacrimandum est nos plorandum 109. lacrimas an fundé-
das eob dolorem 172. lacrimas tollendas 347.348. lacri-
marum magna matrea. 323
Lucas Sirajoneus 376. Iacus Italiæ quidam petram gi-
gnantve Vadimonis in agro Horuno 375. Iacus nandi
homines imperitos ferunt. 376
Iadas velox. 140
Iadu sapientis. 110
Iamplidis di tum. 214
Iana palla inservit gregi ad Ceronom. 376
Iaqueus incisus. 462.485
Iani ecclis obibus cohærentes. 84
Ianna via. 119
Iannicij consolatio. 235
Iannous Porci decimationes 419. ciusdem copiosalau-
datio ibidem. 420.442
Iannuncius iudice 170 de litteracibus. 317
Iannus manus ad finem praedicti. 137
Iannucian locis grecio quia repudierit. 345
Ianus alit artes, dictum veteris poëcia. 175
Iannio multorum auctorum non est utilis 67. in lectiōne
quid obseruandum 67. Iano certa prodest varia dele
Etat 95. lectio fine dilatatione totius libri esse debet 96.
lectio alter ringenitum 139. lectio philolophorum quan-
rum profit. 173
Legiones pila torsuram in Imp. 253
Leno quis sit. 38.59
Lenutius homo fastiosus. 263
Leonidas vox. 136
Leontius ora impune à magistris tractantur 2. Leontius in
Theatro beneficj accepit gratia in magistrum. 12
Lex natura: 68. legge diuina iuuentu procedunt 127. legi
valitates 16. lex Cornelia 226. lex alienas iniurias ut
vidicet 172. lex legi non mitetur 47. lex a quinque
fimo anno militem non cogit, nec a sexagesimo senato
rem citat 320. lege omnia continetur 379. leges que-
dan in aec substat nec vetant 21. lex Deli est eius actione
voluntas. 50
Liberalitas munus 5. liberalitas factum egregium 10.
11. liberalitas exempla 55. liberalitas in multis diu-
denda est. 14
Liberalium studiorum consilium & ratio 146. liberalia stu-
dia an virum bosum faciant 146. 147. liberalia studia
qua 2. o. liberalia studia neglecta. 381
Libri vestigia sequitur Alexander Macedo 5. liber pater
cur dictus 28. liber invenit vini 302. vnde dictus 302
Liberti parentes alant oportet. 43.476.477
Libertas vera qua sit 100. quanti facienda 129. eius nomē
in tabellas coniuebat 133. libertas ex philosophia. 71
Libertinorum opes sub Claudio. 17
Libro & pugillaribus non semper imminentium 76. librum
non quam multi, sed quam boni videndum 95. librum
retractare 96. libello disponere. 324
Malignitas nihil est quod vellicare non possit. 14
Malita ipsa maximam partem veneni sui bibit. 134
Mameritus Scaurus Cos. 34. opprobrium malorum. 37
Mancipia in magisterium recepta. 76
Manuetudinis laus. 167
Manubias Ioui dant Etrusci. 367
Manutactus Epicurus est. 90
Marcelli memoria veribus celebrata 330. Marcelli laus
340. Marcellus Mytilensis exulavit. 44
Marcellinus actate Senecæ. 87
M. Agrippæ opera insignia 24. M. Agrippæ sententia de
concordia. 162
M. Allius prætor. 9
M. Antonij apud Rabirium poëta dictum. 46
M. Mario Rom. populus ture & vino supplicavit. 238
Literi Scipio exulavit. 100.142
AAA M. Bra'

I N D E X.

M	Brutus scripsit librum quem inscripsit <i>περὶ καθηκότος</i>	190
	de praecopis varijs 166. an iure a luto vitam accipere debuerit. 12	
M	Marcus filius laudat 338. Marcia Acremuj Cordi filia. 340	
	Marciae commendatio. 329	
M	Marcius est ab initio est constitutum 374. cadauera ad litus proicit 377. varia habet nomina 379. sub caurinis. 395	
Marius	Corsicam deduxit Coloniam. 343	
Marsya	Itama in foro erat. 57	
Marta	ex vna omnia a Deo disereta. 112	
Matellum	sunt. 22	
Mathematica	in alio aedificata. 148	
Mattimonium	non fieri solitum cum extraneo. 35	
Maturus	qualis animus debeat esse erga filios 346. matris Seneca consolatur ex praesentia suorum. 348	
Maturina	atenea spectacula. 263	
Meander	implicatur crebris aquaribus. 178	
Medicorum	est proprium urbem perambulare 56. eorum verba iubere & imperare 56. medicina prius fuit solam ex herbis 144. medicorum officia 165. medici prudenter in mammac tumore sanando 163. medicatari a quatuor variis. 376. 377	
Medi	sol instituerunt actionem aduersus ingratum 18. medorum extrema. 121	
Medorum rex.	306	
Megarensis	non Corynthij, contra ac Seneca ait, ciuitate donant Alexandrum magnum. 8	
Mel	vt producatur. 139	
Melas	fluvius cur dictus. 376	
Memoria	qui excellenter. 420	
Memoria	beneficiorum 18. memoria beneficiorum fragilis 64 meminisse ac scire vt differant. 90	
Menanius	Agrippa aere collato funeratus est. 346	
Mensac	epiparae descriptio. 131	
Mense	bona suader 82. mens bona quaerenda 99. 100. mens vt Deo comparetur 284. mens nulla sine Deo bona est. 123	
Mercatores	omes sumus. 181	
Mercatoribus	prodest. 30	
Mercarius	cum gratijs pingitur quia ita pictorib. vistum est 2. Mercurius vnde dictus 28. Mercurius occumbens vespri quid significet. 147	
Meritorum	signa dignitates sunt 3. meritorum memoria haec debet 13. meritorum commemoration & expatrio reijectus. 10	
Messalla	scriptor meminit Actae 100. Messalla dictus a Messana decuita 318 de Messalla. 381	
Messana	victa 318 de Messana. 367	
Metam	in circu calcem vocabat temporib. Senecae 173. meta sudans. 204. 214	
Metus	non probandus in repub. 242	
Metallorum	leuum fructus in summo est. 83	
Metellus	exilium fortiter fert 83. vicit in Sicilia Poenis centum & viginti Elephantos ante currum duxit 318. Metellus excassatus dum capit Palladium. 458. 459	
Methzorologica	probabilibus nituntur argumentis 334. 355. Methzorologiae de sublimibus rebus augantes. pag. 410	
Methodorus	Chius quid senserit de terraemotu 398. primus veri indagator 101. dictum eius 134. eius ad somorem consolatio. 170	
Metrodoris	philosophi mors. 158	
Metrodori	sententia. 74	
Mycenas	patria gamemononis. 114	
Miles	yigilias diuidit. 301	
Minima	etiam se satire vtile est. 192	
Ministerium	& beneficium vt differant. 21. 22	
Miracula	septem 322. miracula insularum 376. miracula quea in aere sunt. 406	
Miseriarum	humanarum enumeratio 52. 154. 155. 171. miseria hominum varia: ferendae 170. miser quis dicatur. 342	
Misericordia	vt sit necessaria 274. quid sit ibidem. an sit in sapiente 27. 275 misericordiae opera. 275	
Modus	in omni negotio maxime considerandus. 9	

I N D E X.

ma	ex parte ex Aristotele Seneca. 410	
Naufragi	confusio 235. naufragii descriptio 470. de naufragio. 487	
Nauigandi	ars unde inuenta 152. nauibus nomina anima lium imponebatur. 65. 66. nauigatio vt adiuuetur vetis. 391	
Nauigachia	spectaculum. 119	
Nausica	bilem moscas in nauigando. 101	
Nausiphaei	nihil certum habent. 149	
Neapolitanae	Cryptae descriptio 104. de Neapoli 116	
Nebula	cur frequens circa flumina. 387	
Necessitates	quomodo calcedae 74. necessitates effugere 306	
Negotiori	ad Caesarem. 306	
Nepos	decolorare significas. 16	
Nepus	141. 142	
Neronis	Cæsaris laudes plurimae 265. Nero duodecim annum aegrotum scriberet ad ipsum de clementia Seneca 268. Neronis clementia 269. 273. 274. 280 eius carmen 354. Nero Cæsar ad Nil caput inuestigans dura missit 395. Neronis principatu visus cometes. 406. 407. 409.	
Nelton	vixit tantum 90 annos. 208	
Nili	abundantia, frumenta abundantiam significat 382. Nilus inundat & oblitus 382. Nilus per septena officia in mare dimicatur 382. Nilus aliquando marinam aqua deuilit Theosphratius est auctor 383. Nilus per mens quartuor liquitur 383. Nilus actius incrementum tu met 178. 394. 395. Nilus inundatio 371. Nilus ostu 376. Nilus astutus cur augeat 377. 382. 383. Nilus vt nauigetur 382. Nilus primus incrementum circa Phylas inflatum noscitur 382. Nilus incrementum. 399	
Nilotica	aqua fecundiores feminas facit 377. niloticæ bel lues. 383	
Niue	& glacie frastu vinum diluebant veteres 131. niues altilissimæ in septentrionalibus iugis 383. niues natura 384. nius vt solita a veteribus aliis 386. nius dampna plurima 386. nius in qua actis parte fiat 385. 386. cur calida ex Democrito. 385	
Nobilior	est cui rectius ingenium & artibus bonis aptius 23. nobiles aequi omnes. 95	
Nocturnum	proprium est trepidare. 169	
Nomenclator	verulus 86. nomenclatoris superbia 307. de nomenclatore. 80	
Nomenatuum	Senecæ 177. suum vocat 174. Nomenatuum gulosus. 285	
Nomina	facere quid significet 6. nomina per tabulas facere 20. nomina in forcem coniugere 48. nomina ex ambitione aut ex iniuria nra. 89	
Nonis	Februario tetricomitus in campania. 392	
Noſte	te ipsum. 209	
Notas	libris apponabat Seneca. 69	
Nothus	ex ancilla. 465	
Noua	placent. 457	
Nouatus	frater Senecæ. 276	
Nouarillæ	pupilla. 248	
Noueræ	& priuigni iurgia. 477. 478. 497. 499	
Nubes	vel in aquam vel in ventum resoluuntur 101. non habeat verum locum 355. nubium pugna excitat igne 261. 263. vt forum edant 364. est spissitudine acris crassæ. pag. 365	
Nuceniorum	Colonias. 392	
Numerus	octus etius primus cur perfectus. 107	
Numidicæ	cruftæ 142. de Numidis. 144	
Numini	asperi qui sunt. 199	
Numina	excubant in aere. 176	
O	Blinionem diuiri cuiusdam irridet. 36	
Obruta	fulmis quae. 368	
Oceanus	cum mundo status 386. Oceani effusio. 57	
Occidentali	homines uis arguitur 166. occidente se laudabant Stoici. 287	
Octauam	prohibere quid sit. 217	
Oculi	lusciosi qui sunt 17. oculorum infirmitate quidam se ipse vident in aere. 353	

AAA 2 272

I N D E X

- | | | | |
|---|---------------|---|----------------|
| 282. patri quantum debeat filius 23. 24. pater a filio accusatur 449. 450. pater exul fundo prohibitus. | 465 | Pietatis filiorum in parentes exempla varia. | 25 |
| Patruus abdicatus. | 410. 421. 422 | Pilae lufui beneficia comparauit Chrysippus 11. 12. pilae lufus beneficium reddendum docet 15. 62. pilas numerare. | 103 |
| Paulina vxor Senecae 177. Paulina ad quam scribitur de breuitate vitae fuit vxor Senecae. | 321 | Pirenaeus medium inter Gallias & Hispanias iugum extollit. | 351 |
| Paulo aduersus Perseum capra vita est 351. Paulus praetorius 22. Paulus Cannas obiit 220 Paulus dum victu egit Perseus duos filios extulit. | 334 | Pyrrhi memoria admiranda. | 420 |
| Paupertas co:polita magnae diuinitiae 68. pauperi pax etiā in obelisca via 76. paupertas optima ad philosphandū 78. pauper sine desiderio cum louti felicitate contendit 85. paupertatis laus 146. 233. 345. 346. 359. paupertas in capitolio consecrata 168. paupertas memini mala est nisi repugnant. | 192 | Pyrrhus maximus praeceptor certaminis gymnici. | 246 |
| PECUNIAS opulsa apud amicos deponuntur 55. pecuniarum contemptus 171. pecuniarum perditatum consolatio. | 235 | Pifcis emptus quinque millibus HS. 160. pifciū varietas 230. pifces an vivere possint sub terra 374. 375. pifciū gula. | 375 |
| Pedo Albinouanus fabulator. | 191 | Pistores ut signum darent ad infrendam coenam. | 165 |
| Pelvis cur varias reddat imagines. | 353 | Pythagorici credunt animam humanae immortalē 63 pythagorac silentium quinque annis 101. 151 pythagorae disc puli qui 151. pythagorae dictum 161. pythagoras perturbationes an in lyra componebat 255. pythagorae praecepta. | 172 |
| Penelope an impudica fuerit. | 146 | Pythius quid pro filiis a Xerxe petierit. | 258 |
| Peregrinantes etiam discimus. | 177. 178 | Pythoclea via diuitem aliquem facere. | 81 |
| Premptalia fulmina quae. | 368 | Pyxides variae & ferramenta. | 165 |
| Peripatetici non tollant affectus sed temperant 140. quid sentiant de diuinitate 146 Peripatetici ad malos peruenire beneficia voluerunt 41 peripateticorum responsum argumento Stoicorum. | 140 | Placenta ac melle frui. | 109 |
| Peritaxis causa motus in aere & aqua. | 361 | Planci dictum. | 803 |
| Persica feruitus o. 17. regnum 58. Persarum rex torus populi nares recidit in Syria 259 Persarum regis lacrymæ di breuitate vitæ 319 Persarum obtusus auribus. | 382 | Plato à Seneca citatus 34. Plato agit Socrati gratias quo ab illo didicit 39. eiusdem dictu de officio praeftito 49. Platonis Phaedrus 56. Platonis libro lecto Cato se occidit 83. Plato seruuit 97. Platonis rerum omnium partitio 105. Plato ad senectutem peruenit 107. eiusdem corpus validum 107. navigationes 107. Plato natali suo decessit annum agens octuagesimum primum 107. Plato quinque genera causarum facit 111. Platonis dictum in Diogenē 230. dictum de positione 242. ut iram cohauerit 256. perit pescuariam 290. Plato moderare vienndo vitam produxit 206. Platonis vox est sapientis animū totum in morte promovere 338. Platonis tres seruuerunt 346. Platonis dictum | 392 |
| Perspicillarum ratio. | 353 | Pluuiæ nulla terra ultra decem pedes permeat. | 372 |
| Personarum ratio si habeatur minus irascemur. | 261 | Pocula Murrina. | 60 |
| Pes aquiuocum nomen. | 15 | Podagra ut dignoscatur. | 102 |
| Pestilenta cur sequatur terrae motum 400. pestifera fulmina quae. | 368 | Podagra ut ad tempus veniat. | 374 |
| Phæcacia genus calciamenti rustici. | 66 | Poetarum fabulae de fulminibus 367. poetæ Cordubenses quales. | 425 |
| Phaereo lassoni vomica aperta. | 17 | Poetæ non putant ad rem pertinere verum dicere 2. 3. quodcumque immutant modo beile faciat ad versum 2. plurima sapienter tradiderunt. | 71 |
| Phædonis dictum. | 161 | Potentia non cadit in sapientem. | 35 |
| Phalaridis crudelitas 274. Phalaris tyranus. | 65 | Poliorceus vada dicatur. | 72 |
| Pharos ut continentis sit admota. | 399 | Polybius libertus Claudio à studijs. | 329 |
| Phauorini praeceptum. | 199 | Pollio Afinius orator magnus 301. 34. eius oratio salebra. | 173 |
| Phoenix femel anno quingentesimo nascitur. | 94 | Pollucis & castoris cur numina sint apud nautas. | 354 |
| Phydias amissis manibus. | 485 | Popilius Cicer. interfector. | 472. 473. 474. |
| Phydias statuarius. | 15 | Pomoerium Romanorum. | 318 |
| Phylac insula est aspera. | 382 | Pópeiana regione sexætæ oves terræ motu perdite. | 400 |
| Philetæ apud Aegyptios. | 100 | Pompeius interfactus iuslu Ptolemaei 278. Pompeius quidam ditissimus 311. Pompeius primus fuit qui dedit pugnam xvii. elephanthorum in circa 318. lege alia de Pompeio littera C. | 377 |
| Philippi Macedonum regis exemplum 35. Philippus medicus Alexandri 248. Philippi latrocinia. | 371 | Pomponius scriptor. | 68 |
| Philostiti villici filius. | 73 | Pontificales libri. | 173 |
| Philosophiae utilitas 88. 171. philosophia in viru transcribit 68. quac doceat 69. philosophiae nomen venerabile 76. fructus 77. 78. docet philosophandum esse 77. philosophia ut animæ interruat 80. philosophia docet facere non dicere 80. philosophia bonum consilium est 92. philosophiae in sacraria se recipere iucundissimum 177. philosophiam oratio sollicita non docet 173 philosophia non subtilitares sed consilium docere debet 98. philosophia parere Deo facit 98. philosophorum præscriptiones 98. philosophiae laus 101. 150. 370. philosophia ad utilitatem animi traducenda est 106. philosophorum quorundam vanæ disputationes 149. 119 philosophia de moribus tenenda 119. philosophia murus inexpugnabilis 135. philosophiae diuīsio 149. definitio 149. philosophi habitu solo 195. philosophorum familiæ 196. philosophia asimum imbuendum 199. philosophia durans rerum genera tradit dogma & præcepta 212. philosophia moralis Senecæ non extat 229. philosophi laudantur 297. 288. philosophorum vita qualis 292. philosophiae duplex pars 410. Philosophi quasi corruptores iuuentutis vrbe pulsii sunt 345. 350. philosophia ut præfet ceteris artibus 350. philosophia bipartita 350. Philosophiae variae quaestiones 351 philosophorum veterum opinio de Nili ortu. | 383 | Poeti quæda flumina Theophrastoestate cur augeant? | 377 |
| Phreneticus non phreniticus dicendum. | 177 | Porta Exquolina. | 277 |
| Phrigianis spissis auro gratiae vnuantur apud quosdam. | pag. | Porram in bello aperire non licet. | 464 |
| | | Portitor nihil petijt a Platone. | 49 |
| | | Posidonius faeculum aureū penes sapientes fuisse ait 151. maximus fuit philosophus 152. eius opinio de arcu 355. de tonitu 369. de grandine. | 384 |
| | | Postfessio rerum quam vanæ. | 158 |
| | | Postulatoria fulmina quae. | 368 |
| | | Potentæ ac diuites demittit 58. potentia plurimoru ma lo comparata non diu stare potest. | 258 |
| | | Potio mortuera. | 466 |
| | | Præceptorum quantum debeamus 25. præceptorum voluptas ex discipularum fructu 90. præceptors placidi deberent esse 248. præceptorum qualis debeat esse ad discipulos oratio. | 172 |
| | | Præcepta multum profund 196. 264. præcepta quantum possint 161. 162. præcepta varia in oceconomia 156. 160. | 160 |

I N D E X

- | | | |
|---|------|--|
| praecepta viuendi | 371. | Praecepta pauca in vsu & inpro- |
| ptu plus possunt quam multa quae non habent ad ma- | | nus |
| nus 57. praecepta virtus singularia 70. praecepta semi- | | nibus comparatur 92. praecepta an sufficient ad beatam |
| vitam. | | 153. 164 |
| Prætexta posita toga virilis sumebatur 68. prætextati | | 277 |
| incedebant magistratus. | | |
| Præfecti aurea dona cum soleme venit sacrum iacent | | |
| in Nilum. | | 38 |
| Præstítiss verbū ad alios spectat. | | 40 |
| Praxaspes carus Cambys. | | 257 |
| Prandium ficio pane. | | 137 |
| Preces admittunt Stoici cum fato 366. preces Deus audit | | |
| contra Epicurum. | | 27 |
| Priamus ut iram dissimularie. | | 251 |
| Principis animus est reipub. 266. principis clementia qua | | |
| lis 267. principis talis sit erga ciues quales eiga se Deos | | |
| optaret 267. principis duas ob causas solet punire 271. | | |
| principum quantae sint cura. | | 324 |
| Principia rerum causa & materia. | | 111 |
| Primum medicus. | | 460 |
| Probabilis rationes de impressionibus afficeri possunt. | | |
| pag. | | |
| Prodeile generosi animi est. | | 384 |
| Proditoris actio 481. proditio cauenda. | | 20 |
| Proficiens proprie vox Stoicæ sectæ. | | 482 |
| Proficiuntum tres gradus. | | 65 |
| Prefigare quid sit. | | 125. 126 |
| Promætheus Liber Maecenatis. | | 309 |
| Promissio Iouis quibus sit. | | 80 |
| Promissis quantum fidem haberet Zeno. | | 367 |
| Pronuntiandi consuetudo veterum. | | 36 |
| Propositum in legendō statuendum 172. propositum quar | | |
| ta causa. | | 111 |
| Prostitutæ controuersia. | | 423 424. 425 |
| Protagoras sit de omni re in utramque partem disputari | | |
| poterit. | | 149 |
| Prouidentia Dei probatur contra Epicurum 27. prouiden | | |
| tiae defensio 34. prouidentia Dei defenditur 50. prouiden | | |
| tiae maximum bonum 69. prouidentia an sit 77. | | |
| prouidentia humana prodest ut diutius viuamus 107. | | |
| prouidentia an sit priuatorum negotiorum 175. pro | | |
| uidentia an esset dubitabant veteres 219. 220. ar | | |
| gamenta veterum quibus negabant prouidentiam. | | |
| 220. prouidentiacur bonis mala accidant 224. prouiden | | |
| tiae argumenta plurima conglobata 224. pronocian | | |
| Stoici diuinam prouidentia vocabant 229. prouidentiac | | |
| argumenta 229 prouidentiae opus ventorū varietas 391 | | |
| Prudentia ad beatam vitam fatis. | | 140 |
| Pruina & glacies ut distinguantur. | | 384 |
| Ptolemaeus Africæ rex. | | 299 |
| Publī versus. | | 332 |
| Publicum nūlum vsu capi solet iuris consultis. | | 132. 147 |
| Pudor dum est, spes est. | | 85 |
| Puerorum exemplum in disciplina 62. puer ob chryſtal | | |
| linum frictum muraenis obijicitur. | | 263 |
| Punicum bellum. | | 54 |
| Pupillus & spado de Pompeij capite ferunt sententiam. | | |
| pag. | | 68 |
| Purpura saturata conchylio 345. ut fiat varie purpura | | |
| conchylie. | | 354. 355 |
| Purgatio statum diem seruat. | | 374 |
| Puteolorum pilæ 128. Puteolanus puluis si aquam atti | | |
| git faxum fit. | | 375 |
| Q | | |
| Quædragenarium pupillum sub tutela coartinere | | 85 |
| Quæda panis aut stipes acriis electi nō est beneficium. | | 33 |
| Quadratum agmen. | | 107 |
| Quadruplatores qui essent. | | 340 |
| Quadruplatores beneficiorum. | | 63 |
| Quæstio de vniuerso ut diu datur. | | 359. Quæstiones varie |
| 317. 321. quæstiones que viles philosophorum 99. | | |
| quæstionum plurimarum conuolutio 112. quæstiones | | |
| variae. | | 147. 148 |
| Quæsturae ob ebrietatem homo ignotus nobilissimis | | |
| præfertur. | | 8 |
| Quartana ut ad horam veniat 374. quartana quorundam | | |

INDEX.

- Sacerorum ritus vbi adulterium committit Clodius. 169
Sabbatis accendere lucernas prohibitum. 166
Secularum quadruplicata diuina. 213
Sacculi aurei felicitas. 151, 151
Sapientiam pauci fecerunt 409. 40. sapientis iniuriam accipere non potest 302, 303, 304, 307, 308, 309. sapienti nemo iniuriam aut vilitatem afferre potest 306. sapientia caret ira & perturbationibus 306. sapientia praesentibus voluptatibus ut gaudet & reprehendit in hoc opere Stoicorum 309. sapientia nulli iniuriae pacet 312. sapientia auctores quid praecepant 9. sapientia iniuriam non potest accipere 16. sapientia non mutat consilium 35. sapientia animus qualis 57, 58. sapientia an possit dari beneficium 58. sapientia quomodo fint omnia 58, 59. sapientes quales 140. sapientia proprietates 142. sapientia regnum quale 60. sapientia aliquid donari potest 60. sapientia soli beneficium absoluere potest 62. sapientia se ipso contenus 71. sapientia quis sit 108. sapientia animus quis esse debet 156, 157. sapientia quid edoceat 153. sapientia effectus quis 208. sapientia studiorum quis 289. sapientia an accedere debet ad Rempubl. 291. sapientia remissae sunt volupates 285. sapientium tres classes 125. sapientia solis beneficium retinet 134. sapientia operes representant 78. sapientia definitio 10. sapientia via quaerit 139. sapientia ars est 87. sapientia animus qualis 121, 122, 123, 128. sapientia omnes patet 137. sapientia solus sci gratiam refert 134. sapientia plena est omni bono 173. sapientia sapienti ut profita 173, 174. sapientia humana generis paedagogus 150. sapientia contemplatio 110. lectorem se proficit Seneca 90. sententiarum breuum usus optimus 294. sententiarum supplex. 420
Sepula in campo Marzio. 278
Sepulture neglegentes sumus 108
Satellius Quadratus artifex diuinitum. 85
Saturnus & Mars è contrario stantes quid practicant 147
Satra sunt terra ipsa. 374
Scabie afferens aqua. 377
Scelerata duo bona euenire possunt ex Platone. 64
Sciencia per si continua est 18. scienciae capiditas. 191, 292
Scipiones duo ab Hannibale oppresi in Hispania 210. bello delectabantur triplu 301. scipionis filiae ex aetate dotē accepere 346, 359. scipionis Africano moris fratribus in exilio nuntiata est 326. scipio praetextatus ferunt in bello patrem 24. Scipionis laus in beneficio tribuendis 45. scipio in Punico bello 54. scipio Gn. Pompejus sacerdote ferro se transverbaverunt 84. Scipionis fatalis in Africa gloria 84. Scipio literi potius quam Baijs exaluit 100. Africani villa 142 dictum. 142
Scire quid sit. 90
Sciron Athenas infestat. 391
Schola iuris. 47
Scolastica studia leuiter tractata delectant. 015
Scribendi nullus finis 110. scriptorius prius aliquid leguat 110. scriptio non debet esse solli citia. 180
Scribonia amita Drusus Libonis. 118
Scripta quantum profint posteris 197. scriptio veterum tota cum litteris maiusculis 202. scriptio ut nulla debatur oblitio. 308
Scythiae ac Sarmatiae rex 134. seytac capillo sparsa virtus 15. cur ira. crudelitas 247
Secreta quomodo credenda amicis. 68
Sectae uariae philosophorum 410. secta Epicureorum famosa magistra flagitorum dicitur. 285
Sciurus iugum. 336
Sedere ad album. 98
Seleci qui escent. 26
Semiū etiam minutissimorum quata uis. 23, 229. seminū qui inuentor 28 seminis vis. 360
Senatores ad lucernam decollati. 258
Seneca arguitur qui Claudiorum humiliter adiungitur. 329.
Senecae epistola vno libro continet 194. Seneca fluxus in animalium immortalitate 204. Seneca scriptor declamationum fuit pater eius qui scriptor est 214. Seneca plus una ex alienis auctoribus colligit 68. 69. Senecae vigilatia in studiis 70. posteris prodest studier 70. philothes fuit & cauas egit 98. Seneca se excusat cur vtatur Epicuri sententia 90. Senecae defensio

INDEX.

218. Seneca differentit aliquando a stoicis 291. Seneca in natando artificium 162. Senecae sententiae utilissimae concionatoribus 7. Senecae studia quae 381. eiusdem paupertas 481. Seneca pater Ciceronis estate fuit 418. Seneca pars sententia. 277
Seneca iudicabat philosophos disputantes in scholis 126. ab Epicuro diffringit Seneca. 169
Senecae matris commendatio 346, 347. Seneca in exilium a Claudio pulsus in Corsicam 349. Senecae constantia 342. Senecae doctri manes & aram Scipionis 141. Seneca absentia 143, 144. Seneca Nomentanum proficitur ut febri levet 177. Senecae pater philosophi a oderat 72. Seneca pater Cicero temporibus floret. 419
Senecio Cornelius eques Rom, sublio angina moritur. pag. 173-174.
Senectutis incommoda. 272
Senectutis argumenta 73. senectus plena voluptris 33. futurum defensio 73. seni quid agendum 39. senectus non modo lapsus non erat actus 83. senectus nati de hisce competrat 88. seni ex commentario sapere europe est 90. senilis expeditio 95. senectutis incommoda 107. senectus quid docet 109. senectutis partem maiorem in statu posset Seneca. 115
Senentias collectae in controversiis etiam malae ut ab his bona dignatio caetur 49. 3. sententiarum usus utilissimus 7. sententiae Senecae congruant maxime cum nostra religione 7. sententiae variae poetarum 71. sententias semper Seneca colligit ad calcem cuiuslibet epistolae 82. sententiam in senatu diuidere 81. sententiarum collectorum se proficit Seneca 90. sententiarum breuum usus optimus 294. sententiarum supplex. 420
Septa in campo Marzio. 278
Sepulture neglegentes sumus 108. sepultura viro sapienti negligenda 158. sepulcri cura 45. sepulcro affidere 458. sepulcri violau actione. 459
Serapionis oratio concitata 202. cursus orationis 93. futurum philosophus. 93
Sermo indebet signum 73. sermo proficit si sensim in animum irrebit 92. sermonis egestas. 105, 151
Serrulij Variae villa. 103
Serrulius lacus. 225, 231
Serrulius regum qualis 267. seruis imperare moderate laus est 270. seruis ad flatuam licet coagulare 271. seruos a liberis cunctis distinguunt 272, 280. seruitus in proprio 283. seruo dies fictus 97. serui etiam mercenari ad mouendi 97. seruo varius genus 97. serui flua a domini hostiis 96. seruo qui ratiocinatio habenda 96. serui laudantur 69. serui plurimi sat illi etiam magni 97. serui qui 133. serui mens non subditur domino 21. serui sum dare possit beneficium domino 21, 26. serui perpetuus mercenarius Christippo 22. serui exemplum triplo pro Domini defensione 22. serui pro domino mutata veste ceruicem porrigit 22. serui ad pedes domini erant 86. serui centenaria millibus empiti a diuite ut discesserat illis 86. serui non irascendum 203. seruorum menstruum 208. seruo filiam collocare demenatis est. 479
Sestertiū millicis in culinā congesti Apicius. 345
Sex Pompeium vnius magnitudo euexit. 34
Sextius philosophus ac scriptor acer. 107
Sextius honore repulit 213. Sextii dictum de iratis 252. sextius vesperi repetebat secum quid boni egisset 163. eiusdem dictum. 213
Sibaritarum ciuitas. 249
Sibili in balneis confueti. 103
Sicilia miracula 382 circuitus 131. sicuti iuuenes in Aetna incendio videntur patres 25. corundem pietas. 54
Siderum excurrentiam descripicio 335. quæstiones variæ 359. sidera cum in cancrem conuenientia conflagrano nem redent 379. cum in capricornium concurserint deluvium redent 379. siderum mutatio apud Platonem. pag.
Sylla in corsicam deduxit Coloniam. 343
Syracusarum descripicio. 335
Syracuse regnum & siciliæ cut non ab forbeat grauia 376. oppida diruta. 155
Syricum mare. 286
Sytemp
211. tempus lex esto vetus verbum in legibus. 211
S.V.B. quid significet. 208
Sigma epistola imprimebat Seneca. 82
Silentij utilitas. 179
Silva parti animi irrationali comparatur. 156
Syllogismi agere. 138
Symphonia in cubiculū a coena deferrebatur Pacuvius. 74
Sitis iram prouecat. 256
Societas fructus 31. societati hominum consulendum 98. societatis pax recinetur. 167
Socculo aureo marginis distincto rufus est Caesar. 10
Socrates non fuit patricius 95. de illo fuit potentum 39. ita pauper ut pallium unde emeret non haberet 63. datum. 38, 63, 86, 177, 178
Socrates sophroniscum expirare non patitur 24. so crates in carcere disputat 13. so crates venenatus calix 16, 117. so crates quaestiones deibus metheorologis irridet 41. so crates irati signū erat loqui parvus 257. so crates e carcere egrediens oratio 290. eiusdem oratio ad Athenie 296. so crates in carcere moritur 301. cum pueris ludere non erubuit 301. an so crate lege 304-305. so crates piceptum 309. so crates opinio an iniuria sapienti in statu posset. 312
Soletaria Poeticis carminis. 333
Solis beneficia 29, 32, 50. solis defecatio quomodo fiat. 39
folis re. iac defecatio 181. foli quod est specteur 335. foli bipedalem veteres quidam crediderunt 353. foli boues vbi fabulas stabulare dicant. 377
Soltudinis laus. 301
Solon indulxit vino 302. solon Athenas aequo iure fundauit. 15. 1, 1. inter septem sapientes. 15
Solutus tunicus incedere. 17, 8
Sonus in auribus unde exigit. 369
Sophismata captiones sunt 96, 98, 170. sophisma duplex in syllaba Senecæ 98. sophisma ab Antipatro solunum 146. sophismata sua n. quique ferat e portet. 14
Sorites inexpugnabilis. 43
Sotion pythagoricus. 172
Sotionis sua n. quique ferat e portet. 14
Sotione inopugnabilis. 43
Sotion pythagoricus. 172
Species quid sit. 105
Specula fugiunt 70 mane & meridiis sibi. 70
Specula concavam quid repræfentat 354. speculatorum disputatio varia 354. speculatoris ratio 355, 357. specula non habent verum colorum 356, 358. specula cur a linea uenta 358. speculum aspergile iraus profuit 252. specula humore halitu colligunt. 384
Specus spectante mortuis. 376
Spē metus sequitur 69. spei ac metus mira cōiunctio 195
Speusippus sola virtute beatum fieri ait. 140
Sp. Anius lucifuga. 191
Spiritus nis 360, 361. spiritu esse in aqua 361. spiritus velima terrarum penetrai 399. spiritu terram tremere 396. 398. spiritus axis etiam mortuis corporibus inest 397. stagna quadam fine fundo sunt, ut in vadimonio agri Hotinii probatum. 375
Status quid sit. 366
Statuta iengens puer Romae breui moritur. 338
Stellæ no decidunt ut vulgo existimant 352. eorum decursus ibidem. stelle ut miscant 357. vide fidus. 357
Stilponi philosophi dictu idem cum Blante omnia mea bona mecum portio 304. Stilponi quid obiecere Epicurus 71. eiusdem dictum. 72
Stilpon preceptor Cratit. 72
Stymo Thracas includit. 351
Stix in Arcadia aduansas fallit. 376
Stipitibus pendere. 187
Stipulatio emptori obligat. 20
Stipem coll. gebant plurimi ad pontem Subiectum. 289
Stomachus viriatus cibos oīs in causam doloris trahit. 41
Stoica in situatio qualis 12, 32. stoicas sententiae paradoxæ 143. stoicos disputatio 33. stoicorum quæstio de beneficijs 39. stoicos vrget disputatio 40. stoici ut pecata ita recte facta paria omnia dixerunt 57. stoicos ut diuinum 72. stoica lingua 74. stoica sententia 82. stoica significatio 107. stoici ut actuam magis quam contemplantam vitam admarant 196, 197. stoici Iouem igne esse dicebant principiū rerum 197, 198. stoicos sententiae plurimas graves 214. stoicos resūciatur opinio nes, virtutes non esse animata 215. stoici homines Deo audaciis combatant 231. stoici qui discrepant ab alijs philosophis 302. stoici viriles in greditur viam. 302. stoicorum secta rigi 142. Zenone coepit. 346
Straton naturae inquisitor. 396
Studia alleuare soleat dolo 328. studijs tēpus resarcēdū 370 studij pretiū vbi esset 381. studijs ofi munera. 295
Studendi ratio varia. 173
Studio certis ingenii immorari debent 67. studia libera ratio 121, 139. studium liberale iuuentus quod sit. 147 studijs vanis non vacandum. 149
Stultitia morbus est animo 62. stulti omnes mali sunt. 41
Supra matronatum salarij loco exacta. 169
Struthio camelus depilans. 307
Suaforia Senecæ a 54, 6. que ad. 526
Subscriptores qui dicentur. 26
Sublimum scientia lubrica est. 18
Subsidiaria vox sumpta ex divisione agrorum. 26
Subtilitas nimia solet ester infesta 149. subtilitas in pluribus vitanda. 98
Sudatoria Balearum. 100
Suffragiū committimus infans. 16
Sugillatis athleta. 74
Sulphuris vis sub tertis. 389
Summarij utilitas. 92
Summum bonum secundum naturam vivere. 291
Superfluo error infans est. 191
Surrenitum litus. 392
Supplicio afficiendis qui dies darentur. 312
Superbia quid proprium. 53
Suppensum libilium dicere quid esset. 36
Suspicionis tollendae ex animo. 249
Syllana proscriptio 225. Gillanum faculum crudelitatem 242. Gillanum crudelitatis exemplum. 251
T
T Abellam dimittit 19 legi 46. tabulæ beati senis 78. tabularia naues. 128
Talentum dare regis est denarium accipere Cynici. 11
Taipac cur careat lumine. 374
Tard. loquimur laudatur. 93
Tarenti portus. 295
Tarquinii vius fuit post tot reges ferro ac fulminibus occisus. 12
Tauromenitum litus. 131
Tectorum gregale. 145
Tempilum intrantibus alius animus sit. 161
Tempus non perdeamus 67. tempus tantum nostri est 67. Temporis becūtis non pasin supereruca dice 374. tempus an si inter clausis 111. tempus separandum 117. non perdit in 173. temporis ratio habenda 191 tempus quo partibus coufer. 193
Tempus est quid incorpore e ideo fallit 316. tempus preciosissimum. 36
Temperatis arguments que apud nautas. 352
Terrarū in cancris nasci pilos, & alia ani mīla credidit Theophrastus 374. terra cur concutatur varia opinio nes. 394, 395
Terrarum fines varij 351. terra pars modi et materia. 360
Terram simillima corpori humano 395. terra habet spiritum vitalem & vegetum 397. rarissima est 399. puncti loco est. 337, 331
Terracottas campaniae & aliarum urbium 392, 393, 395. terram motus effectus 394, 400. terramotus variæ opiniones 399. timor ex eo 400. descriptio terramotus & timoris ex eo. 401
Testis secundæ notæ 384. testis magnam partem peccatorum debet. 73
Testamentum quæsta cura ordinemus 29. testamentum vnde dictum. 56
Thales male ethiæstum obseculo sublate, mare influerat in Aegyptum 383. Thales Milesius fallo ait terra aquis innatere. 394
Thalia apud Eichiodum charis est 2. tercia Gratiarum. 2
Thaïsus lapis. 142
Termo-

I N D E X

Termopilarum augustie.	136	Venenum aliquando remedio fuit.	12
Theatrum Jeapolitanorum.	126	Venenatis corporibus vermis nō nascit̄ quē fulmine & cāta verminant 365. venena nō nisi morte deprehenduntur	
Themistiki epigiam na dum esset a Iuliano apostata con- coasul creatus.	207	376. venenum terere 474. 475. venenum datum filio fu- renti 456. de veneno dato a Seruo.	457. 499
Themistis fedia.	164	Ventorū ortus & obit̄ vt dignocāt̄ 352. 343. ventorū q̄ sit origo 362. vēti definitio 415. 387. cauſa 388. cur uere & æstate validiores 388. ventū facit resoluta nubes. 389	
Theotonici vīchi à Cæfare.	163	ventorum diuīſio 390. venti duodecim apud quosdam 390. ventorum commoda.	391
Theophrasti dictum 240. eiusdem opinio de ortu fo- reprehenditur.	373	Verba aliqua perierū 105. verborum antiquorū p̄prietates mira 133. verba eorū qui in lanistarū verba iurabāt. 201	
Thraciae iuga.	383	Verecundia in adolescēte.	473
Tufci retinebant fulminum sc̄ientiam.	365	Vere cur cedar grando.	384
Thucydidis dictum de insula Atalanta.	399	Veritas inuoluta in alto latet 57. veritatis simplex orati- est 99. veritatis qui primi iadagatores 101. veritas & vi- tus idem sunt Socrati 120. veritatis vna facies est. 175	
Tiaram rectam capite gerere.	53	Vertebbrarum dolor.	130
Tiberio imperante habitus ebrierati bonos 8. Tiberij cae- fari dicatum 9. imago in eminēte gemma 22. eius tem- pore accusandi publica rabię 22. Tiberius proficisciatur in Campaniam 138. eius factum 166. Tiberij. Cæsaris principau mūcais erat Seneca 172. Tiberij dictum ac paupertate 190. lege etiam de Tiberio 44. Tiberius per- petuas committiebat prouincias 198. Tib. Cæsare Ostiis si Colonias cōflagrantia a Remanis auxiliū datū. 358			
Tiburtinum salubre 29. Tiburtinus calix.	185	Vestalium mos.	291
Tigris vt interfūpasse 395. vt c̄cipiat̄ ex oculis.	178	Veteroūissimi artificij nodi.	136
Tillias cimber.	138	Vetus omnia cōsumit.	339
Timagenes vt innideret Romas 155. historias & acta Cae- saris combusit.	259. 260	Vicissitudo rerum 91. 92. vicissitudo vniuersi.	33
Timor mortis tollēdus 84 timores varij generis 104. 105 timor communis.	195	Victus non mutat nomea. cetera omnia mutant.	166
T. Aries filium exilio damnat.	230	Vigiliae Senecae 137. vigilantiae laus.	190
T. Livi⁹ aut se necire an proficerit Cæsarē nasci an nō 39		Villas Romanorū apud Baías locis editis aedificatae 100.	
T. Manlius a patre relegatus.	251	villas Vaticae descriptio 103. villę Scipionis descriptio 142	
Tituli principum 230 titulus Idomencii.	81.	Vinū frāctō dolio fiat fulgure perculo 365. vinum fulni- ne tactum sut exasima, aut dementem facit 368. vini veteris amaritudo delectat.	109
Togi quando tumescetur 280. Togati qui.	310.	Virgilii citatus a Seneca 28. 31. 1. 6. 113. 122. 130. 140. &c alibi saep. Meminit eius de Aetna opusculi.	131
Tonitru ratio 363. distinctio 364. quid sit tonitrua. 369		Virgac quomodo fiant 356. virgac pluūtarum signa 356. virgas parelia dicuntur.	356
To' ov latine mutari nequit.	103	Viro aliquo bono vt semper spectatore vti debearnus 73. vir bonus secundae notis 94. Viris decē menses luctū permiscent veteres 347. vir est firmus & constans. 216	
Tormentorum variorum enumeratio.	35. 131. 254. 336	Virtus diuīſio bimembrib⁹ 162. virtus disciplina. constat & exercitatio 162. Virtus est quiddā regale 284. virtu- tis descriptio 284. virtus vt regat voluptas 285. virtu- tis signa 286 virtus nulli praecula 21. virtus volupta- tū ministra Epicuro 27. virtus vis 31. virtus cōtra fortunam luctatur 61. virtutes discimus. virtus dedi- seimus 99. virtus secundū naturā est 100. virtutes inter se parcs 113. 114. 120. quid sit virtus 114 virtus non di- ci pōt latere 131. virtutum descriptions 168. virtus fa- tis est ad vitā beatā 140. virtus confundit̄ cū philoso- phia 149. virtutū serm̄ in omnibus est 171. virtutes an- sint animalia 176. 177. 178. virtutes diuīſio dari negat 10. ci 201. virtutē nō amīti dogma Stoici 203. virtus sola fatis est ad bene beateq. viuēndū 209. virtutes ani- malia esse & corpora credūt̄ Stoici 214. virtus sine ad- uersario marcat 224. viri⁹ & humilis & magna est. 244	
Tribunum T. Manlius aggreditur.	25	Vita humana similiſ ciuitati captae 64. vita pars maxima nihil agētibus elabitur 67. vitæ humanæ moleſtia 79 vitæ breuitas 97. 98. vita beatæ magnitudo 110. vita secura mare mortuū est 116. vita curius 117. vita corri- gēda 287. vita brevis querela 313. 414. 207. vita si sciāt vī lōgī est 313. 314. vita tyrannorū quā multa insidiē- tur 315. vita tota diſcēndū est mori 315. vita quot nego- tijs diſtrahat 315. vita breuius 315. vita diuīſio Theophrastus arguit 321. vita an diuīſior expedita ignoram⁹ 337. viuere iucide non pōt qui nō honeste viuit 284. vita Senecæ qualis 381. 137. vita nostra similiſ vita 195. vita tueri natura datum est 216. viuēdum est vt praecipimus. 173	
Triumviralis proscriptio.	10	Vitale aliiquid aquis inesse.	388
Troglodytis subterraneæ domus sunt.	380	Vitiliginem aqua quadam affert.	377
Trojanū bellū plurimos per alienas terras diffūpauit.	343	Vitia excidere vel imbibere 87. vita omnia in omnibus, sed nō omnia in singulis 33. vitiū vnu qui habet, om- nia habet 41. vitiū non in rebus, sed in animo 78. vita aliquotū emendāda aliquorū frangenda 85. vita quo- eunq. sequūtur 86. vita varia in hominibus 193. vita quantum hominum excēderint 381. vita animalia & corpora esse volunt Stoici 214. vita aliena in oculis ha- bemus a tergo nostra.	250
Tuberonis lignei lectuli.	168. 173	Vitrum cur efficiat̄ varios colores.	355
Tuber quidam tyranni gladio diuīſit qui ad eum occidi- dam venerat.	12. 17	Vlixis naufragia 202. Vlixes ad Ithacā p̄petrat 114. Vlixes alligatus transmittit Sirenas 192. Vlixis dictum apud Silenum 218. de Vlix lege.	210. 211
Turbo vt fiat.	403		
Turanius exactae diligentiae senex.	320		
Tusculanum 29. Tusculanum suum vocat Cicero.	315		
Tuscos Asia sibi vindicat.	343		
Tyrunculi vt excitari debeant,	132		
Tyrannicida defendit̄	432. 456. 460. 461		
Tyrani ac regis quae sit differentia 266. de Tyranno 464. Tyranni descriptio.			
Tyriij Africam incolunt.	443		
V Adimonis lacus qui in Hortino agro est.	376		
Valerius Coruinus primus Messanam vicit 318. Va- lerio Asiatico consule mons exortus.	364		
Valetudo bona quae 17. vīle est aphilosophari 76. va- litudinarium.	86		
Valgius scriptor meminit Aetnae.	100		
Varro vt ventos de stribuerit.	390		
Varices exsecate.	131		
Varus eques Rom. L. Vinij comes.	190		
Vas obsceneum afferre seruerū fuit 129. vas bona omnia si- gnificant quae non sunt soli 6. vasa colligere.	79		
Vatinius secura Cicertonis urbanitatem vt effugerit.	308		
Vedij crudelitas 263. Vedium Pollionē serui oderat.	272		
Vehiculum rusticum & caelatum.	144		
Venerationis voluptas.	286		
Venat Nil.	382		

I N D E X.

Vitro tribata quae sunt ignorare se ait Mixteta.	35
Vnctio plebria i.ez. vnt. oac corpora resicere post naufragi 102. vnguentis oblectatur Aristippus 63. vnguentarios Lacadiemonij riba eiecerunt.	386
Vniuersit omnia in sex modos. Vnato partitur 106. vniuersit quæstio tripartita 359. vicissitudo.	365
Vnum non solum ad numerum sed etiam ad naturam cor- poris referuntur.	360
Volebas procofaul sub D. Augusto.	244
Voluntas fatis est ut sit gratus qui non potest reddere de nifcium 6. voluntas boni semper prodeit 32. voluntas & res in beneficio requiruntur.	61
Voluptas certissima quæ eripi nō potest 18. voluptatis vi- tuperatio 58. voluptatis incipiti est 83. voluptatis serui 92. voluptas quæ multos fallat 108. voluptates si modū transcedant poenam sunt 138. voluptatem natura necessaria riis rebus adserunt 182. voluptatis descriptio.	284
Vomendi consuetudo apud veteres sed reprehensa..	231
Vota dislocuere 43. vota Di s facimus 44. vota turpissima quæ 198 vota proslunt flantibus fatis.	36
Vox quid sit 360. 361. vocis intentio velliflma exerci- tio 98. Viua vox plurimum prodeit.	69
Verbis grauitas ob vapores.	177
Vfia esferia latine.	204. 205.
Vitus & dispositio in scientijs fatis est 110. vitus fructus can- tum rerum videvur esse.	332
Vxor pro marito torta 447. a stupro defensa.	451
X	
Xantippe vxor Socratis.	308
Xenocratis opinio de beatitudine.	140
Xenophon de regum Tiarâ.	45
Xeixes Graeciae bellū indicit 52. eiusdē crudelitas	258
Z	
Zeno nullū habuit seruum 346. Zenonis diuinū de cū- tempni pecuniarū 300. Zenonis opinio de cometis 406. Zenonis exemplū 36. Zeno sectac fanciū firmae con- ditor 137. Zenon vt a ceperit ab oraculo viuendi reli- sum 214. Zenon ex his quæ videtur nihil esse att 140. idem in tormentis necatus.	220

F I N I S.

IN M· ANTONII· MVRETI
OBITVM

Guilielmi Blanci Albiensis Galli Iuriſconsulti epigramma

Gallia me genuit, genitum me Roma recepit:

Illa sinu iuuenem fouit, & ista senem.

Illa dedit vitam: vitam mihi suscepit is

Illa dedit cunas, ista dedit tumulum.

Vtraque me genitum gaudet, colit vtraque vi-

REGESTVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss
Tt Vv Xx Yy Zz. A Aa B Bb.

Omnes sunt Terniones, præter A, & AAá, Duerniones. est BBB folium

R. O M AE, Apud Franciscum Zannettum

CIXXCI. CIV